601
II Atlasy

ATLAS MINOR

✗ Ἔχει θεὸς ἔνδικον ὄμμα.



ATLAS MINOR

Gerardi Mercatoris

à I. Hondio plurimis æneis tabulis auctus atque illustratus.

AMSTERODAMI
Excusum in ædibus Iudoci Hondij.
Veneunt etiam apud Corneliũ Nicolai.
item apud Ioannem Ianßoniũ Arnhemi.

Ioannis Broscii post mortem detur Bibliothecæ maioris collegii ut servetur pro Astrologo ordinario
Καθελόντι ἀνάθεμα Σωτήριω εὐλογία ✗

Iodocus Hondius Lectori S.D.

RECTE illi meo judicio senserunt, benevole Lector, qui inter disciplinas liberales, quæ citra controversiam plurimum adferunt utilitatis vitæ mortalium, primum locum Geographiæ tribuunt, non tantum ob id, quod absque hac cæca est omnis veterum auctorum lectio, surda rerum gestarum narratio: Verum etiam quod in publicis consultationibus, inque dirimendis controversiis, quoties de ditionis finibus ambigunt Principes, vel fideli consilio, vel æquo judicio juvat. Nihilo secius & in privatis actionibus plurimum adferens & commoditatis & voluptatis. Geographiæ siquidem inest mirifica quædam doctrina, incredibili rerum varietate a jucunditate distincta, quæ Lectoris & Spectatoris animum suavi quadam delectatione allicere & ad pleniorem sui cognitionem excitare solet. Quidquid enim admirandum, quidquid uspiam gentium, (præsertim hoc nostro seculo, in quo in omnes mundi partes naves mittuntur,) terrarum, locorumve existit, id omne Geographia dilucide Lectori ob oculos ponit. Denique non solum Gentes & Regiones, Insulas, Vrbes, Maria, Flumina, Lacus, Paludes, Nemora, Vētos, Latitudines ac Longitudines per Gradus & Minuta suis descriptionibus complectitur: Verum etiam singularum Regionum res memorabiles, præclarè ac fortiter, tum domi, tum militiæ gestas, tam graphicè depingit, ut communi calculo nihil sit ad civilem sapientiam utilius ac præstantius existimandum.

Quocirca plurimum laudandi illi sunt, qui in hac arte desudarunt: inter quos Abrahamus Ortelius, Daniel Cellarius, Anthonius Maginus, Paulus Merula, Petrus Bertius aliique: sed in primis omnium doctissimus Mathematicus & conterraneus meus Gerardus Mercator, quamuis morte præpeditus Geographicum suum opus (cui Atlantis nomen indidit) ad finem perducere non potuit. Verum cum hoc ipsum a nobis superiori anno in lucem datum sit, adjectis non

Bibliotheca Collegii Majoris Universitatis Cracoviensis.

ctis non ſolum iis tabulis,quæ ad operis faſtigium videbantut deſiderari, ſed etiam accuratis earundem deſcriptionibus opera & labore Petri Montani affinis mei elaboratis , adeo diſtractum eſt(ſecundam jam editionem in manibus habemus) ut ne unicum mihi quidem exemplar relictum ſit. Sed cum plurimos de magnitudine operis & de ingenti pretio conquæſtos audiſſem: tum quod nec commode ubique circumferri queant & parentibus ad rem attentioribus plerique vacuis laborent loculis. Mercatoris noſtri Atlantem in minorem formam redegi; ut hac ratione & Geographiæ ſtudioſis adoleſcentibus prodeſſe, & omnem conquerendi cauſam eripere poſſem. Hic vero Majorem Atlantem tam in ipſis Tabulis quam in Deſcriptionibus ſequuti ſumus: niſi quod in calce nonnullas ævi veteris Tabulas velut Coronidis loco adjunximus. Tu itaqne benigne Lector his laboribus noſtris, fruere, fave & vale. Ex Muſæolo noſtro Amſtelodami Idib. Martii CIↃ IↃCVII.

Longitu-

In usum Tabularum.

LONGITUDO, *Ptolemæo* & nobis in hoc libro, est Æquatoris sive Æquinoctialis Circuli segmentum, Meridiano ejusdem loci, & Fortunatarum Insularum Meridiano comprehensum: nam ab his Insulis initium longitudinis sumitur.

Nonnulli jam longitudinem incipiunt non ab Insulis Fortunatis, quæ (Canariæ hodie vocantur) sed ab Insulis Flandricis quæ & *Açores* dicuntur, quod acus nautica ibi recta in Septentrionem vergat. Superficies vero Globi continet in longitudine gradus 360.

Latitudo est arcus vel segmentum cujusvis loci inter Æquatorem & Parallelum qui ejusdem loci punctum verticis ducitur interclusus: estque semper æqualis elevationi Poli.

Latitudo duplex est, scilicet Septentrionalis & Meridionalis, numeranturque ab Æquinoctiali ad utrumvis Polum Latitudinis gradus 90.

Longitudinum atque Latitudinum gradus in omnium Tabularum lateribus designavimus, & quidem pro maxima parte Latitudinis ad dextram & sinistram: Longitudinis vero in summo atque imo, nisi cum aliquando describenda regio magis inter Meridiem & Septentrionem extensa fuit.

Singuli gradus tam Longitudinis quam Latitudinis (pro loci capacitate), nonnunquam in 60, aliquando in 10, 6, vel 5 partes, quæ Minuta vocantur, dividuntur. Graduum vero majoribus: Minutorum minoribus Arithmeticis figuris notavimus differentiæ causa.

Si quis Longitudinem vel Latitudinem alicujus loci explorare velit, ubi Meridiani Paralleli sunt: id efficiet distantiam ejus a latere Tabulæ circino sumendo, circinumque sic expansum ad aliud latus applicando. Si distantiam ab Orientali latere sumpsisti, circinus ex eodem latere in Sptentrionali latere gradum & minutum Longitudinis ostendet. Si a Boreo latere distantiam habes, ex eodem in Orientali latere Latitudinem designabit. Si vero Meridiani non fuerint Paralleli, eodem quidem modo loci Latitudo reperietur, at in universalibus Tabulis ubi Paralleli sunt circulares, distantia loci a proximo sumpta idem in latere Orientali ostendet. Longitudo autem quærenda erit filo, aut regula, loco superimposita versaque, donec in Boreo Australique latere idem utrimque ejusdem gradus minutum designetur, quodcunque tum illud erit, loci assumpti Longitudo existet.

Quo artificio sint inter duas civitates, & alia quævis loca graduum vel miliarium interstitia invenienda.

TABULIS omnibus Scalas miliarium adjunximus, quibus facile omnium locorum interstitium invenies hoc modo.

Adſit tibi circinus, eumque aperi donec ſuis pedibus extrema datorum locorum puncta attingat, hunc immotum Scalæ miliarium applica, hujuſque numeri notati diſtantiam reddent.

Quod ſi locorum diſtantia Scalæ Longitudinem excedat, tum circino ſumes ipſam Scalæ Longitudinem circinumque ab uno loco verſus alterum toties revolves, quoties intercapedo locorum ſuſcipere poteſt, adnumerando miliaria revolutionum in unum.

Quia vero omnium regionum miliarium quantitas ignota eſt, multo certius circino locorum interſtitium capies, immotumque circinum Latitudinum gradibus applicabis, qui veram diſtantiam dabunt. multiplicando eorum numerum per cognitæ regionis miliaria.

Miliaria autem in diverſis regionibus multum ſubinde differunt, quocirca præcipuarum differentiam huc adiicere libuit.

Milliaria Germanica communia, quibus & nos Belgæ utimur	15	uni Gradui reſpondent.
Milliaria Germanica mediocria	12	
Milliaria Germanica magna	10	
Milliaria Gallica communia	25	uni Gradui conveniunt.
Milliaria Gallica magna	20	
Milliaria Italica	60	uno Gradu continentur.
Milliaria Anglica totidem vel ut nonnulli volunt	50	in unoquoque Gradu habentur.
Leucæ Anglicanæ	20	Gradum unum efficiunt.
Hiſpanicæ Leucæ	17½	
Leucæ Horariæ ſeu Horæ Itineris	20	
Milliaria Suevica & Scandica	10	

Index

Index Tabularum hujus operis ſive deſcriptionum earundem.

Litteræ quaterniones, Numeri earundem iterationem denotant

A

Abiſsinorũ Regio C 4
Achaia Z 3
Abruzzo T 3
Ægyptus B 4
Africa B
Algarbia V
Albion I
Albania Z 3
Alſatia inferior D 3
Alſatia ſuperior D 3
America C
America Meridional. L 4
Anconitana Marchia S 3
Andaluzia Y
Anglia cũ Partib°. I K L M
Argow M 2
Anjou G 2
Aquitania D 2
Arclarenſe Regnum D 2
Arteſia S 2
Arragonia Z
Auſtria K 3
Aſia B
Aſia Minor E 4

B

Barbaria B 4
Baſilienſis Provincia L 2
Bavaria Ducatus G 3
Belgium P 2
Berry Ducatus G 2
Biſcaia X
Bohemia I 3
Boruſsia Q
Boſnia Y 3
Boulongne Comit. F 2
Brabantia Q 2
Brandenburg I 3
Braſilia L 2
Bremenſis Epiſc. Z 2
Breſcia Comitatus Q 3
Briſgoia E 3
Britannicæ Inſulæ D
Britannia D 2
Brunſwick E 3
Bulgaria Y 3
Burgundia Duc. I 2
Burgundia Comitat. K 2

C

Campania E 2
Campagna di Roma T 3
Candia A 4
Carniola S 3
Caſtilia X
Catalonia Z
Cerigo E 4
Ceilon Inſula I 4
Chios E 4
Chili Regnum L 4
China G 4
Cleve B 3
Colonienſis Diœceſis A 3
Congi Regnum C 4
Corfu Inſula A 4
Corſica V 3
Creta A 4
Croatia Y 3
Cuba Inſula K 4
Cyprus E 4

D

Dania R. cũ Part. NO P
Dalmatia Y 3

E

Eboracum L
Embdenſis Comitat. Y 2
Epyrus Inſula Z 3
Europa A

F

Fez B 4
Fionia P
Flandria Comitatus P 2
Francia F 2
Forum Iulium R 3
Franconia G 3
Fretum Magellanicũ L 4
Friſia Occidentalis Y 2
Friſlandia A
Friuli R 3
Florida K 4

G

Gallia C
Garneſey M
Geldria Ducatus R 2
Genuenſium Ducat. P 3
Germania inferior P 2
Germania ſuperior V 2
Græcia Z 3
Groenlandia A
Guinea C 4
Guinenſis Comitatus E 2
Guipiſcoa X

H

Hannonia S 2
Haſsia F 3
Hebrides Inſulæ G
Helvetia K 2
Hibernia E
Hiſpania V
Hiſpania Nova I 4
Hiſpaniola K 4
Hollandia Comitatus Q 2
Holſatia P
Hungaria M 3

I

Iamaica K 4
Iaponia H 4
Iarſey M
India Orientalis G 4
Iſlandia D
Iſtria R 3

Italia

Italia M 3
Iuliacenſis Duc. B 3
Iutia O
Inſula Anni boni C 4
Inſula S. Ioannis K 4
Inſula Margarita K 4
Inſula Principis C 4
Inſula S. Thomæ C 4

L

Latium T 3
Legio X
Lemanus Lacus M 2
Leodienſis Diœceſis A 3
Lionnois K 2
Lithuania R
Livonia Q
Lotharingia H 2
Lombardia O 3 P 3
Lunenenburg E 3
Luſatia I 3
Lutzenburg T 2

M

Macedonia Z 3
Mantua Duc. Q 3
Marocci Regnum B 4
Marca Tarviſina P 3
Marcia H
Mediolanum Duc Q 3
Mekelenburg F 3
Milo I. B 4
Miſma H 3
Mitylene Inſ. F 4
Moluccæ Inſ. H 4
Momonia F
Montis ferrati March. P 3
Moravia K 3
Morea A 4
Moſcovia R
Murcenſis Comit. B 3

N

Namurcenſis Co. S 2
Natolia E 4
Neapolitanum Reg. V 3
Negroponte E 4
Normandia D 2
Norwegia M
Nova Zembla A

O

Oldenburgenſis C. Y 2
Orbis terræ A
Overiſſel Dom. R 2
Oxonium R 2

P

Palatinatus Rheni. C 3
Palatinatus ſuper. H 3
Parmenſis Duc. Q 3
Pata via ditio R 3
Pedemontium P 3
Peloponneſus A 4
Perſicum Regnum F 4
Peruvia L 4
Picardia F 2
Poictou H 2
Polonia Regnum L 3
Polus Arcticus C
Pomerania I 3
Portugallia V 2
Provincia E 3
Puglia Piana V

R

Rhodus F 4
Romania Y 3
Romandiola Q 3
Ruſsia R

S

Salzburgēſis Arch. L 3
Samogitia R
Santorini B 4
Sardinia V 3
Saxonia Inferior E 3
Saxonia Superior H 3
Scarpanto B 4
Sclavonia Y 3
Scotia cum partibus G H
Sicilia X 3
Sileſia M 3
Sophorum Imper. R 4
Spoletanus Duc. S 3
Stiria X 3
Suntgovia D 3
Swetia T M
Tartaria F 4
Taurica Cherſoneſus. S
Terra Auſtralis L 4
Terra di Barri V 3
Terra di Lavoro T 3
Terra di Otrante V 3
Terra Sancta D 4
Tuſcia S 3
Tirolenſis Comit. P 3
Tranſsilvania S
Trevirenſis Provincia T 2
Turingia F 3
Tunetanum Regnum B 4
Turcicum Imperium D 4

V

Valentia Y
Valeſia P 3
Verona Principatus R 3
Vicentiæ Ditio R 3
Virginia K 4
Volhinia R
Vltonia &c. E & F

W

Waldec Comitatus B 3
Walachia Y 3
Weſtphalia Z 2 & A 3
Wight Inſula M
Wiſſiſpurgergow L 2
Windorum Marchia R 3
Wirtenberg C 3

Z

Zacynthus B 4
Zeelandia Comitatus R 2
Zeilan M 4
Zelandia O
Zurichgow I 2
Zutphania Comit. R 2

FINIS.


Alter Adam vitâ mutus: vit in arbore lethum,
Et sua, serpentis sub juga colla dedit.
Iob. 14.
Homo quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut umbra et nunquam in eode statu permanet


יהוה
Primus Adam letho muta
vit in arbore vitam,
Et ſua Serpentis ſub juga
colla dedit.
Naſcentes mori
mur finiſq; ab
origine pendet

ORBIS TERRAE
TYPVS.

CVM ex naturę neceſsitate ordo ſemper requirat generalia particularibus anteponere, totúmque parti, ad majorem oblatę rei intelligentiam: hac eâdem & ego devinctus lege huic primo noſtræ Geographiæ ac Septemtrionalium terrarum tomo, univerſalem Orbis terræ typum, ejúſque quatuor partes, Europam, Africam, Aſiam & Americam, quò fœliciùs rem proſequar, præponere debui: & ſingulis quoque deinceps tomis conſequentibus, ut is etiam perfectum ſemper habeat opus, ac totius univerſi deſcriptionem, nec hac utili ſpeculatione privetur, qui vel ſuæ tantùm patriæ delineationem ſibi comparaverit. Iucunda etenim eſt & maximopere neceſſaria generalium contemplatio, ei qui vel minimam Mundi & naturalium rerum cognitionem habere cupit. Si enim libeat conſiderare, quis Solis ortus vel occaſus, quæ cauſa æſtatis vel hyemis, unde inæqualitas dierum & noctium exiſtat; quid denique & quo in loco natum, propagatum, actum, geſtum, mutatum & converſum jam inde à rerum conditarum primordio fuerit, id omne certè non aliunde meliùs, quàm ex harum quinq; tabularum adjunctione ſine omni periculo & honeſtâ cum animi voluptate didiceris. Et quemadmodùm nulli, quantumvis amplam habitationẽ nacto, ſufficit perſpectas habere ſuarum ędium partes, ut ſunt atrium, cella vinaria & penaria, culina, triclinium, cænaculum, cubiculum, conclave, muſæum, quò iis commodè uti poſsit, ſed etiam in quâ urbis parte & plateâ, domus ejus ſita ſit, compertum ipſi eſſe neceſſariũ & commodum eſt, ut hinc cognoſcat ſtatim, ſi in civitate tumultus vel incendium oriatur, quàm propè vel procul à periculo abſit. Sic non minùs jucundum vel neceſſarium noſſe, quâ in Orbis parte habites, quos populos vicinos, aut remotiores habeas, ut graſſantibꝰ belli calamitatibus, quo metu, quáve animi tranquillitate uti liceat, ſcire queas. Denique cùm Coſmographia ſit lumen totius tam eccleſiaſticæ quàm politicę hiſtorię, & plùs ex eâ diſcat otioſus ſpectator, quàm ex longo, moleſto & ſumptuoſo labore peregrinator, qui crebrò cœlũ tantùm, nõ autem animum mutat: parum utilitatis ex eâ capias, ſi tabulis particularibus generales non adjunxeris. Sunt autem hæ generales Tabulæ collectæ ex magnâ Orbis terrę deſcriptione (cujus etiam initiũ longitudinis, vel primi meridiani poſitionem in ſingulis ſequuti ſumus) & ex magnâ Europâ meâ quas Duysburgi edidi. Tu interim Lector vale & fruere, ac hujus tuę habitationis ac tibi ad tempus tantùm conceſſæ gloriã cum Poëta Buchanano diligẽter conſidera, qui ſic eam cœleſtibus comparat, ut animos terreſtribus ac rebus hiſce caducis immerſos extrahat, & ad altiora ac æterna viam oſtendat:

Percipias

TYPUS ORBIS TERRARUM



Domini est terra & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo. Psalmo 24.

Percipias rerum sit quantula portio, verbis
Quàm nos magnificis in regna superba secamus,
Partimur ferro, mercamur sanguine fuso,
Ducimus exiguæ glebæ de parte triumphos,
Illa etenim moles per se spectata seorsim,
Magna quidem: si cum stellati tegmine cœli
Componas, puncti instar erit, vel semimis, unde
Condidit innumeros senior Gargetius orbes.
Hæc illa est hominum sedes, hæc illa ferarum
Et volucrum domus: hoc angusto è carcere quantùm
Surripit Oceani terræ circumfluus humor,
Quique per Herculeæ irrumpens divortia metæ,
Europam Libycis latè sejungit ab oris?
Adde huc claustra Arabum, quæq; arctant æquora
Hyrcanos: huc adde lacus laxásq; paludes, (campos
Et quæ præcipiti labefactant flumina montes
Vertice, vel pigris stagnant immota lacunis.
Dúmq; hæc vi rapiunt, hæc orbem gurgite mergunt,
Conditur exiguæ sub aquis pars maxima terræ.
Quod superest, magno velut Insula parva profundo
Innatat: hæc etiam quantùm vel squalet arenis?
Vel tumet in vastos sine fruge, sine arbore montes?
Vel nimiis ardet flammis? vel frigore torpet?
Vel jacet humano indocilis mansuescere cultu,
Vel fœcunda malis animantum in funera succis?
O pudor, ô stolidi præceps vesania voti!
Quantula pars rerum est, in quâ se gloria tollit,
Ira fremit, metus exanimat, dolor urit, egestas
Cogit opes ferro, insidiis, flammâ atque veneno?
Scilicet & trepido fervent humana tumultu.

DE MVNDO.

Nomen à quo & cur inditum.

VNIVERSITAS hæc, quæ ob mentis humanæ sacraria magis, quàm oculorum aciem obversatur, ab elegantiâ perfectâ & absolutâ puritate, Latinis *Mundus* dicitur. Is Plin. Naturalis historiæ lib. II. cap. I. *cujus circumflexu teguntur cuncta.* Apuleio, admirandam omnibus machinam depingenti, *qui societate Cœli & Terræ constat, & eorum naturis quæ utriúsque sunt.* Ejus formam in speciem Orbis absolutissimi globatam esse, nomen inprimis, & consensus in eo mortalium Orbem appellantium pingentiúmque, sed & argumenta rerum docent: non solùm quia talis figura est capacissima & simplicissima, omnibúsque sui partibus vergit in sese, ac sibi ipsi tolerandæ est, séque includit & continet, nullarum egens compaginum, nec finem aut initium ullis sui partibus sentiens: sed oculorum quoque probatione, quòd convexus undique sit quacumque cernatur, quódque partes habeat ejusdem formæ, cùm id accidere in aliâ non possit figurâ. Vtridiculi meritò existimandi sint, qui non *figuræ sphæricæ vel rotundum*, sed alius etiam figuræ eum esse sunt arbitrati. Partes mundi duæ sunt, Ætherea sive cœlestis, & Elementaris sive sublunaris. Ætherea est lucida illa regio sphæras cœlestes omnes cõplexa, immunis ab omni variatione: Elementaris est ea quæ infra illos Orbes constituta, generationem corruptionémque admittit, estque non tantùm corporum simplicium, ut sunt Ignis, Aër, Aqua, Terra: verùm etiam eorum quæ ex hisce componuntur: quorum quinque genera Sapientes prodiderunt. Sunt enim quædam imperfectè mixta, quæ *Meteôra* appellamus, Grandines, inquam, Pluviæ, Nubes, Tonitrua, Fulgura, Venti-

lia

lia perfectè mixta, sed inanimata, ut Saxa, Marmora, Metalla. Alia quæ animam habent vegetativam, ut Plantæ. Sunt quæ insuper sensitivam, ut Bruta: sunt denique in supremo & ultimo rerum compositarum gradu, que præter hæc omnia animam habent rationalem, ut Homines. Nos sua Astronomis, Physicísque relinquentes, Orbē terrarum potissimùm considerabimꝰ. Terra universa Mari, Fluminibus, Paludibúsque variè intersecta, Orbē absolutum cum illis omnibus constituit. Homerus sanè non aliam ab causam eam vocat *orbicularem*. Et Numa Pōpilius, idem spectans ædem Vestæ rotundā consecravit. Neque verò aliam ejus figuram esse posse cùm ex gravium ad unum aliquod punctum tendentiū ratione demonstravit Aristoteles, tum ex Eclipsibus & horologiorū umbris à Mathematicis probatur. Praterea longis certísq; peregrinantiū obsérvationibus deprehensum est, lōgitudines & latitudines locorū pro intervallis variari, adeò ut & Periæcos, & Antoecos & Antipodas esse certiùs sit, quàm ut ullā prolixiore demonstratione ostendendū sit. Hunc Orbē continere, in circuitu, quo maximè patet, gradus 360 antiquitas docuit, idémque recentior asserit ætas, unde si singulis gradibꝰ tribuas milliaria Germanica xv, vel Italica LX, non erit difficile inire rationem ambitus totius Terræ. Ac de Terrâ quidem quatenus ea cum mari Orbē constituit pauca ista sufficiant. Eadē prout ab aquis distinguitur, & in Sacris, *Arida*, appellatur, proprium est Hominum domicilium. Huic uni propter eximia merita cognomentū indidimus maternæ vanerationis. Hæc nos nascentes excipit, natos alit, semélque editos sustinet semper: novissimè complexa gremio jámque à reliquâ naturâ abdicatos desertósque, tum maximè ut mater operit.

Terræ ambitus.

Terræ qualitas.

De mari hoc loco aliquid etiam adjiciendum: Mare aliud vocamus Mediterraneum, aliud Oceanum. *Oceanus* quē Sacræ literæ appellant abyssum aquarum, reliqua omnia suâ valtitate & magnitudine superat, diffunditúrque per totam Terrā, ac per diversas Mundi oras variarū gentiū Littora, Insulas, Promontoria, flexuoso meatu oberrās, nomen cum locis mutat. Alibi vocatur *Occiduus*, alibi *Eous*, *Æthiopicus*, *Hispanicus*, *Atlanticus*, *Scythicus*, *Gallicus*, *Britannicus*, *Germanicus*, *Hyperboreus* & *Glacialis*: alibi ex recentiorum obsérvationibus, *Mare del Sur* sive *Pacificum*, *Archipelagus Lazari*, *Mare Indicum*, *Lantchidol*. *Mare mediterraneum* Africam ab Europâ disterminat, & pro regionum situ diversa habet nomina. Neque verò sterile omninò est mare: fert Pisces, fert Plātas, fert Gemmas. In primis notandū est, quàm dædalo artificio natura pleráque omnia quæ aut in terris aut in aëre visuntur, voluerit in mari repræsentare. Mitto Elephantes, Porcos, Testudines, Canes, Vitulos, Equos. Mitto Falcones, Hirundines: ipsum Hominē expresit in Equite marino, Sirenibus, Nereïdibus, atque etiam in Monacho. Iam Corallus, Margaritæ, Ambra, Succinum, Spongię, aliáque infinita, quem non meritò in admirationem trahant & adorationē suprémi Numinis? Sed de his hoc loco satis copiosè, ad distributionē Orbis Terrarū accedamus. Terrarum Orbem veteres, nunc in duas partes, nunc in tres sunt partiti. In tres partes distributio, Europam, Asiam, Africā, vel Libyam, maximè celebres apud veteres, quibus novus Orbis nondum innotuerat. Sed inventâ Americâ, eam pro quartâ parte ætas nostra adjecit. Mercator noster, hunc Orbem Terrarū in tres continentes distinguit: Primam vocat quam veteres in tres partiti sunt: secundam quam nunc Americam vocamus: tertiam Terram Australem, sive Magellanicam. Nos verò Orbem universum in quinque partes dividimus Europam, Africam, Asiam, Americam & Terram Australem.

Mare.

Commoditates Maris.

Regio.

EVROPAM licet omnium minimâ, primo loco cum potiſsimis Terreſtris Globi Delineatoribus, deſcribemus: vel ob ſoli nobilitatem, vel ob frequentiam incolarum, vel ob præclara eorũ facinora qui eam hactenus tenuêre. Plinius eam altricem vocat victoris omnium gentium populi, longéque terrarũ pulcherrimam. Aliæ ſanè partes etſi majores ſint, vaſtioréſque, minùs tamen habitatæ ſunt. Principium igitur det has aliáſq; ob cauſas plurimas Europa: nobiliſsima hæreditatis Iapheti (qui primogenitus Noæi liberorum ſua pomeria produxit etiam in fratrum Semi Chamíque terras) portio. Hæc paucis de ordinis ratione: jam nunc Etymon ſuccedit explicandũ. Herodotus nominis hujus originẽ ignorari notat: aliis tamẽ ab Europâ Tyriâ dici, Agenoris Phœnicũ (Libyæ inquit Iſidorus) regis filiâ: quam Iovem in Bovem converſum rapuiſſe tergóque impoſitam Sydone in Cretam, vel Cyprum avexiſſe, fabulantur veteres. Alii fabulis rejectis, raptam volunt Navi Tauriformi: alii Navem hîc agnoſcunt quæ Iovis tutelam, effigiémque Tauri habuerit: Palephatus virum quendam Cretenſem Taurum nominatum fuiſſe ſcribit, qui ex Tyrrhenâ regione cum cæteris puellis Europam regis filiam abduxit captivam: ſunt qui Legionẽ militarem fuiſſe arbitrantur, cui inter Signa Inſigne erat Tauri: quidam, ob pulchritudinem regionis, per ſimilitudinem raptæ filiæ, ſic appellatam ferunt. Ab Europo ſic vocatam non malè quis dixerit, quem in hac Orbis Terrarum parte aliquando regnum tenuiſſe memoriæ proditum. Becanus perſuaderi nolens Europam Græcam habere nomenclaturam, quũ priùs ab Cimmeriis ſit habitata, quâ ab Græcis, iiſq; alia quàm his fuerit lingua, ſic vocatam putat à gentis præſtantiâ: *VER* enim monoſyllabũ per dipthongum elatum nihil aliud eſſe, quàm magnum quid & excellens, quódque in quáque re præſtantiſsimum: *HOP* autem hominum multitudinem deſignare. Europæos, hodie *Francos* univerſim appellant Aſiatici. Turcis *Franki* vocantur religionis Romanæ cultores, ut *Romei* qui Græcæ addicti. Abyſsini, quod teſtantur variorũ Ephemerides, in Africâ, nos etiam *Alfrangues*, Chriſtianorũ autem regionẽ *Frankiam* nũcupant. Hæc de nomine,

Europa unde dicta.

Situs.

ſequitur Situs ſive Quantitas. Quod illam attinet, tenendũ cum primis Ptolemæum alióſque veteres Europam collocare inter Climata 4 & 9: inter Parallelos 11 & 21: inter gradus latitudinis 36 & 54, longitudinis 17 & 61: noſtrâ ætate, quum & Solis declinatio, quemadmodùm obſervatum eſt, mutata ſit, & plurima loca, Europæ noſtræ adcenſenda, ad 72 uſque latitudinis gradum versùs Septemtrionem in notitiâ venerint: eámq; ob cauſſam ulterior Climatũ Parallelorúmq; Notatio fuerit excogitata. Sita conſpicitur Europa inter Climata IV & XIIX: Parallelos XI & XXXVI: Gradus denique latitudinis quidẽ XXXVI & LXXII, longitudinis autẽ, ſi, quâ longiſsimè ſe expandit, conſideretur à Promontorio Hiſpanię, quod *Cabo S. Vincentii* hodie vocant, uſq; ad lineam rectà à Tanais fonte ad Oceanum Borealem ductam, inter Gradus ferè XVII & LXXI: quâ verò breviſsima, ab eodẽ Hiſpaniæ Promontorio uſq; ad Maleâ Peloponneſi caput, excluſis Ægæi maris, quæ Europę adnumerari poſſunt, Inſulis, inter gradus XVII & LVIII: adeò ut meridionaliſsima Europæ ſint gradu latitudinis XXXVI, Hiſpanię mons Calpe, una Herculis Columnarum, Promontorium Siciliæ Auſtrinum, *Odyſſia* olim, & Peloponneſi, hodie


EVROPA
AMERICÆ PARS
GROENLANDIÆ PARS
Mare Congelatum
NOVA ZEMLA
OBDORA
TARTARIÆ PARS
ISLANDIA
HYPERBOREUS OCEANUS
DEUCALEDONIUS OCEANUS
ATLANTICUS OCEANUS
Oceanus Germanicus
ASIAE PARS
MARE CASPIUM et Hircanum
Pontus Euxinus
NATOLIA ol. ASIA MIN.
EUROPA
MARE MEDITERRANEUM
BARBARIÆ PARS
Miliaria Germanica
15 30 45 60 75 90
10 20 30 40 50 60 70

die Moreę, Caput, *Tænaria* Veteribus, nunc *Cabo Maini*: quibus locis maximus dies horarum XIIII, minut. XXX. Septemtrionalissimus autem limes sit, gradu LXXI & dimidio, Scandiæ promontorium, versùs Boream ultimũ, hodie *Wardhuys*, ubi maximus dies II est mensium, XXII dierum, horarum VII. Lineam porro, à Tanais fonte versùs Septemtrionem rectâ in Oceanum ductam, Orientalem Europæ limitem statuimus, communes, à quibus dissentire religio nobis est, sequuti calculos. Queis enim Europa limitibus sit Orientem versus definienda, inter veteres Scriptores non satis convenit. Aristoteles, Plato, Herodotus, & alii, qui his suffragantur, Europam ab Asiâ separant Phasi flumine sive Isthmo, qui est inter Pontum Euxinum & Mare Caspium. Dionysius, Arrian°, Diodorus, Polybius, Iornandes, Tanai flumine simpliciter. Abrahamus Ortelius fines Europæ versus Ortum statuit, mare Ægeum, Pontum Euxinum, Mæotidem Paludem, Tanaim fluvium, & Isthmum qui est ab ejus fontibus rectâ ad Septemtrionem; Aliíque alios. Ptolemæus eodem Tanai flumine finit ab Asiâ Europam, ductáque ad ejus fonte versus Boream ad mare usque lineâ. Huic cũ peritissimis Geographis subscribentes, descensu à lineâ Tanaíque flumine versus Meridiem facto, metas porrò cum aliis Orientales signamus in Palude Mæotide, Bosphoro Cimmerio, Póto Euxino, Bosphoro Thracio, Propontide, mariq; Ægæo usq; in Mare Mediterraneũ, quo Meridiẽ versus ab Africâ ditimitur: ad Occidentẽ vastissimus eam pulsat & apertissimus Oceanus: ad Septemtrionẽ denique Mari clauditur Boreali. Strabo formam Draconis ei tribuit, cujus caput Hispania, collũ Gallia, corpus Germania, alas dextrâ lævâque referunt Italia & Cimbrica Chersonnesus. Aëre Cœlóque ut plurimũ fruitur tẽperatissimo ac clemẽtissimo. Vnde etiã Europa quanta quanta est habitatur, quãvis quicquid locorũ supro lx. latitudinis gradũ, propter frigora incommodè, tum laboriosè. Nec solùm stupenda Cœli clementiâ, temperie, amœnitate, maximâ Incolarum frequentiâ: verumetiam fertilitate, Frugum, Arborum, Plantarum, omnis item generis Animantium, Metallorum, & aliarum, quæ sustentandæ hominum vitæ sunt necessariæ, Rerum copiâ reliquas Orbis partes summo merito longè superat. Vites tamen ubiqúe non habet: sed ubi vinum deest, ibi ejus usum factitio è frugibus potu supplet. Hæc Orbis Domitorũ (nam nec hîc ab ejus temperate possum laudibus) genitrix. Quidni? Produxit quidem hîc olim Alexandrum Macedonia, Italia Romanos: qui successione quadam, quam Deus æternâ suâ providentiâ decreverat, Terrarum Orbem quousq; notum habebant, domuerunt: producit autem hodiéque Germania Principes, qui quartæ Romanorum Monarchiæ jura, quantùm per immanissimorum hostium potentiam & impressiones licet, sarta tecta tuentur. Nunquid & Magni, quos Avorũ adorarunt tempora, Europæ Heróes incognitam, ut pleríque opinantur, veteribus Americam, potioréque & validiores Africæ Asiæque partes suo adjecerunt imperio? Nunquid Mater tot Regum, tot Principum, Christo, quod alibi rariùs, militantium? Habet enim hæc noſtra Europa, præter Romanum Imperium toto Terrarũ Orbe venerandum, supra viginti octo (si quatuordecim, quæ Damianus à Goes in solâ Hispaniâ numerat, adjunxeris) in universum Regna Christianâ Religione imbutâ: unde hujus regionis dignitatem vel imprimis æstimare liceat. Quid de Vrbium frequentiâ, nobilitate ac celebritate dicam? Superbivit olim Africa vnicâ ferè suâ Carthagine;

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Imperium Majorum & Minorum.

gine: tumuit vix tribus Asiæ urbibus, Babylone, Ninive & Hierosolymis: Gloriantur hodie America Cusco: Mexicoque Nova Hispania: at verò quis hoc tempore non videt pares majoresq; in singulis pene Europæ regionibus? Perambulet quis cogitatione solùm sua in Italia (exemplum enim subministret hic unus ille Mundi ocellus) sumtuosam Romæ Magnificentiam, Regalesque Venetiarum Opes, suspiciendam Neapolis Nobilitatem, ferventia Genuæ Commercia & Negociationes, felicem illam & beatam Mediolani Amœnitatē, aliarum denique alia cùm miracula, tum commoda: Sileant sua, clamare cogetur, sileant partes Orbis cæteræ: Par nihil Europæ, nihil est secundum. Regiones ejus (ut hodie eas appellamus) sunt *Hispania, Gallia, Germania, Italia, Hungaria, Transilvania, Dalmatia, Græcia, Polonia, Lithuania, Moscovia, Roxolania, Dania, Suecia, Norvegia.* Sunt & Insulæ in Oceano Boreali, *Anglia, Scotia, Hibernia, Islandia, Frislandia.* Alibi aliæ. In Mari Mediterraneo sunt *Baleares Majorica & Minorica, Corsica, Sardinia, Sicilia, Melita, Corcyra, Creta*, pluresque aliæ. Lacuum verò, Stagnorum, Fluminum Aquarumque, queis variæ vires in hac parte quis enumeret? Quæ præter pisces, quorum incredibilem copiam subministrant, regionibus pro muro plerumq; sunt. Quid Maria? quorum commoditates, utilitates & delicias omnes si velim recensere, tempus me deficiat. Atque hæc suis locis explicabuntur. Non desunt Europæ Montes inter quos Pyrenæi Alpesque perpetuis nivibus albicantes: neque etiam Sylvæ & Nemora, in quibus quum ferarum utilium, alat copiam, nocivarum tamen raritatem meritò potest jactare. Quid de Operibus publicis, tā sacris quàm prophanis, quid de privatis dicam? Innumera hic magnifica Templa, innumeræ Abbatiæ, infinita Cœnobia, Monasteria, Xenodochia, ac Nosocomia. Plurima Regum conspicua Palatia, innumeræ Magnatum & Principum magnificæ ac pulcherrimæ ædes: innumera denique & publica & privata ædificia. Habemus hic Iura & Leges, habemus Religionis Christianæ dignitatem, habemus humanitatis delicias, habemus armorum vim; habemus Senatores innumeros, viros prudentiâ atque eruditione venerabiles. Denique si viros celebres conferre libeat: Nulla unquam tanta fuit in alijs Orbis partibus Heroum Virorumque Nobiliū frequentia: quanta in uno aliquo Europæ tractu. Artes vero scientiasque hæc pars Orbis ita tractat, ut ob multarum rerum inventionem, Mater; ob conservationē plurimarum, Nutrix Sapientiæ meritò dicenda sit. In hac sunt præstantissima florentissimaque bonarum literarum Athenæa, in alijs regnat mera Barbaries. Horum omnium virtutes recensere nimium foret. Vitia (quis autem iis caret?) brevibus aliquot dictis circumferuntur: quæ attexere libuit: *Franci*, simplices, rustici, vehementes. *Bavari*, sumtuosi, commessatores, procaces. *Suevi*, leves, loquaces, glorioſi. *Turingi*, diffidentes, sordidi, contentioſi. *Saxones*, dissimulatores, versuti, contumaces. *Belgæ*, equestres, delicati, teneri. *Itali*, superbi, vindictæ cupidi, ingenioſi. *Hispani*, fastuoſi, consulti, rapaces. *Galli*, elegantes, intemperantes, temerarij. *Cimbri*, magni, seditioſi, horribiles. *Sarmatæ*, edaces, superbi, furaces. *Boëmi*, inhumani, novatores, prædatores. *Illyrici*, mobiles, maligni, tumultuatores. *Pannones*, asperi, superstitioſi. *Græci*, miseri. Est & aliud haud minus lepidum. Pons Polonicus, Monachus Boëmicus, Miles Australis, Suevica Monialis, Italica devotio, Prutenorum religio, Teutonum jejunia, Gallorum constantia, nihil valent omnia. "Hispanorum misericordia.

Urbes.

Lacus & Flumina.

Maria.

Opera publica & privata.

Leges & instituta.

Senatores & eorum frequentia.

Scholae.

Mores.

Nomina, à quibus & cur indita.

AFRICA sequitur. Ea sic dicta est, si Niciæ credimus, ab *Afro* quodam socio Herculis, qui eum ad Gades usque comitatus est: sin Iosepho & Isidoro, ab uno ex posteris Abrahæ, cui nomen *Afer*: vel ut Festus autumat, à Græco φρίκη, quod horrorem denotat, est enim horroris expers, quum sita sit inter Tropicos. Arabes *Fricchiam* vocant, à verbo *Faruca* quod ipsis est dividere: est enim Africa à cæteris terræ partibus ferè divisa, vel ab *Ifrico* Arabiæ Felicis Rege, quem primum omnium has terras ferunt coluisse. Græci *Libyam* vocant vel à Libya Epaphi filia, vel quia λιφύη; vel quod inde *Lips* ventus spiret. In Sacris literis *Chamesia*, ab Arabibus & Æthiopibus *Alkebulam*, & ab Indis *Besecath* nominatur, Æquinoctialis Circulus mediam fere Africam secat. Tropici eam nondum excedunt: sed ipsa utrimque Tropicos gradibus decem atque amplius. Terminatur ad Septentrionem Mari Mediterraneo & Freto Herculeo, ad Ortum Sinu Arabico sive Mari Erythræo, & Isthmo, qui est inter Mare Mediterraneum & Sinum Arabicum. Ad Meridiem alluitur Oceano Æthiopico: ad Occasum Atlantico. Formâ habet Peninsulæ quæ Isthmo, quem retuli, Asiæ conjungitur. Etsi verò ejus longitudo quæ ab Occasu ad Ortum patet, brevior sit Europæ longitudine, tamen reliqua pars ad Austrum tantum sese extendit, ut ei Europa vix conferri possit: habet enim spatium graduum pene 70. Europa verò vix graduum 35. Preterea Europa tota sinuosa est, Africa uniformis & continua. Sed Europa, ut in ejus descriptione diximus, cultissima: hæc multis locis deserta. Illa jam olim nota, hæc non. Quantum incolitur Africa fertilitate præstat. Verùm magnâ parte inculta est, & vel arenis sterilibus obducta, vel ad Situm Cœli deserta, vel multo ac malefico Animalium genere infesta. Eximia & propemodum portentosa agrorum narratur feracitas, utpote qui locis quibusdam centesimo fœnore reddant cultoribus messem. Mirum est quod de Mauritaniæ ubertate dicitur: reperiri in ea vites, quas duorũ Hominum complexus capere non possit, uvarumque racemos cubitales. Arbores circa Atlantem proceritate insigni, enodi nitore, folio cupresi. Alit & Africa Elephantes & Dracones, qui ipsis belluis insidiantur, suoque complexu enecant: Leones, Bubalos, Pardales, Capreas & Simias quibusdam locis supra modum frequentes. Herodotus Asinos cornutos ibi nasci author est. Dracones insuper, Hyenas, Histrices, agrestes Arietes, Thores, hoc est ex Hyæna & Lupo genitos, Pantheras, Struthiocamelos, & præter multa Serpentum genera, Cerastas & Aspidem, cui pesti Ichneumonem minimum Animal Natura opposuit. Cervus autem & Aper, eodem teste, prorsus in Africa nullus est. Basiliscum etiam alit Africa. Quæ de eodem narrantur, fabulosa quidam suspicati sunt. Atqui Leone Pontifice constat ad ædem Luciæ sub fornice stabulatum Basiliscum, cujus adflatu magnâ lue Roma adfecta fuit. Sunt & varia monstrorum genera quorum diversitatem multitudinemque inopiæ aquarum adscribunt, ad paucos sive amnes sive puteos congregantibus se feris. Africam Romani divisere in provincias sex. *Proconsularem*, in quâ Carthago: *Numidiam Consularem*, *Bizacchium*, *Tripolitanam*, *Mauritaniam Cæsariensem*, & *Mauritaniam Sitiphensem*. Ptolemæus initio lib. 4: duodecim ejus Provincias seu Satrapias numerat, *Mauritaniam Tingitanam*, *Mauritaniam Cæsariensem*, *Numidiam*, *Africam* proprie dictam, *Cyrenaicam*, *Marmaricam*, *Libyam propriam*, *Aegyptum Superiorem*, *Inferiorem*, *Libyam Interiorem*; *Aethiopiam sub Aegypto* & *Aethiopiam Interiorem*. Leo Africanus totam Africam dirimit in quatuor partes, *Barbariam*, *Numidiam*, *Libyam*, & *Nigritarũ Regionem*.

Situs.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Sed


AFRICÆ DESCRIPTIO.
ATLANTICUS
MAR
OCEANUS
DEL
NORT
AEQVINOCTIALIS
AETHIOPICUS
OCEANUS
MARE
MEDITERRANEUM
ASIAE PARS
ARABIA
Libya inter. hodie Sarra.
Bile dulgerid
Cassena
NUBIA
GVINEA
MEDRA
REG. CONGO
Mare Rubrum
LINEA
I. S. Laurentij vel Madagascar
Miliaria Germanica
30 60 90 120 150 180 210 250
SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS

Sed in hoc deceptus est Leo, quod terminum Africæ non posuerit Mare rubrum, sed Nilum: quo factum est, ut Ægyptum & reliquam partem Orientalē Asiæ adjudicârit: Nos igitur præter quatuor illas partes à Leone enumeratas ponimus in Africa *Aegyptum, Aethiopiam superiorem* sive *interiorem* in qua Abyssini: *Aethiopiam inferiorem* sive *exteriorem* in qua Manicongi, & *Insulas*. *Aegyptus* ab Austro in Boream longo tractu porrigitur. Termini sunt ab Occidente ultra Nilum deserta Barcæ, Libyæ & Numidiæ, cum regno Nubiæ. Ab Austro agro Bugiensi & Nilo concluditur, quo loco Nilus ab Occasu in Ortum nonnihil fertur. Ab Ortu sunt deserta Arabiæ, quæ inter Ægyptum & Mare Rubrum sita sunt. Ab Aquilone clauditur Mari Mediterraneo. Cætera de Ægypto in singulari ejus descriptione explicabimus. *Barbariam* hodie vocant totum Africæ tractum ab Ægypto ad Fretum Gaditanum, qui Mari Mediterraneo & Atlante monte concluditur, continetque Regna Marrocci, Fessæ, Teleusinum, Tunetanum, & Barcæ, de quibus fusiùs in Barbariæ descriptione. Nunc satis fuerit Lectori limites commonstrasse. *Regnum* itaque *Marrocci* dividitur in has provincias, *Heam, Susam, Guzulam, Marocci terram, Ducalam, Hostoram & Tedletem*: Terminatur Oceano Atlantico, Atlante ipso, & Regno Fessæ. *Regnum Fessanum* ob Occasu habet Mare Atlanticū, à Septemtrione Fretum Herculeum, ab Ortu Mulviam flumen, ab Austro Regnum Marrocci: ejus regiones sunt *Temesna, Territorium Fessæ, Asgara, Elhabata, Errifa, Garetum, & Elchausum*. *Teleusinum Regnum* quod & *Tremisen* vocant, terminatur à Meridie deserto Numidiæ: ab Ortu fluvio Majore, à Septemtrione Mari Mediterraneo. *Regnum Tunetanum* complectitur totum Terræ tractum à fluvio Majori ad Mesratæ Regionis amnem. Ejus Regiones sunt quinque, *Bugia, Constantina, Tunetanum territorium, Tripolis, & Ezzaba*. *Barca* seu *Barcha* à finibus Mesratæ protenditur ad Ægypti confinia. *Numidia* hodie *Biledulgerid* dicitur. Ejus fines ab Occidente Mare Atlanticum, à Septemtrione Mons Atlas, ad Ortum Ægypti confinia, ab Austro deserta Libyæ. Regiones *Tesset, Segelmessa, Seb, Biledulgerid, Dara & Fezzen*. *Libya* veteribus Sarra dicta, quod deserta sit. Initium ejus à Gaogæ Regno prope Nilum, exporrigiturque Occidentem versus, ad Regnum usque Gualatæ quod Atlantico Mari adjacet, à Septemtrione Numidię Regno contermina est, à Meridie Nigritarum. *Nigritæ* dicuntur vel ab incolarum colore nigro, vel potius à flumine Nigro, quod hanc regionem lambit. Habent ab Ortu Nili confinia: ab Occasu Oceanum Occiduum: à Meridie partim Mare Æthiopicum, partim Regnum Manicongi: à Septemtrione verò Libyæ deserta. Regna eorum sunt quinque & viginti. *Galata, Guinea, Melli, Tombutum, Gago, Guber, Agadez, Cano, Casena, Zegzeg, Zanfara, Guangara, Bornum, Goaga, Nubia, Biro, Temiamo, Dauma, Medra, Goram, Territorium Anterotense, Territorium Gialofæ, Ora Guineæ, Territorium Melegense*, & *Regnum Benin*. *Abyssini* incolunt Superiorem sive Interiorem Æthiopiam, quorum Princeps Prete Gianni dicitur. Ejus regio perampla, utrumque pene Tropicum contingit, extenditurque inter Oceanum Æthiopicum & Marę Rubrum. A Septemtrione habet Nubiæ & Bugiæ populos Ægypto confines. Ab Ortu Mare Rubrum, à Meridie Lunæ montes, ab Occasu Regnum Manicongi, Nigrum amnem, Nubiæ Regnum & fluvium Nilum. Regna ei subjecta hæc, *Barnagnes* sive Barnagassum, *Tigremaum, Tigras* in qua urbs *Caxumo, Angote, Amara, Xoa, Goyami, Bagamedrum, Gueguere, Fatiagar, Damur, Dancali*,

Dancali & Dobas. Aethiopia Inferior sive exterior est Australis Africæ pars, Ptolemæo incognita. Ejus initium est ad Occasum supra Zaire fluvium, non longe ab Æquatore, totamque complectitur littoralis Africæ partem, ultra ipsum Æquatorem usque ad fretum Arabicum. Regiones ejus quinque, *Aiana* terra, in qua Regna *Del* & *Adea Magaduzzum*: Terra *Zanguibara*, cujus Regna *Melinda*, *Mombazza*, *Quiloa*, *Mozambique*, *Monoemuci*, *Cefala*, *Monopotapa*, *Torra* & *Butua*, *Cafrorum* regio, & *Manicong*, cujus Provinciæ sex, *Sunde*, *Pango*, *Songo*, *Bamba*, *Barra*, & *Pemba*, quibus adduntur Regna *Angola*, *Loangi*, & *Anzichi*. Lacus aliquot immensi sunt in Africa, qui Maria potius esse videantur, quorum præcipuus est *Zembre*, cujus ambitus ad quinquaginta mill. patet, ex quo profluunt *Nilus*, *Zaire*, & *Cuama* amnes. Habet etiam hæc Orbis Terrarum pars immensos fluvios, *Nilum*, *Nigrum*, *Senagam*, *Cambram*, *Zaire*, *Cuamam*, & *Spiritus Sancti flumen*, qui omnes inundatione sua, terram mirificè rigant, ac fertilem reddunt. Habet præterea Montes plurimos, & maximos, inter quos principem locum tenet *Atlas*, qui immanibus altisque jugis, è media arenarum vastitate consurgens extollitur, utpote supra nubes: adeo ut ejus cacumen prospici nequeat. *Columnam Cœli* Indigenæ nuncupant. Incipit ab Occasu, ubi & Atlantico Mare nomen imponit, inde perpetuo dorso varié flexus extendit sese Orientē versus: ad confinia Ægypti est rotundus, arduus, incisis rupibus præceps, ac invius, frigidissimus, nemorosus, scatebris fontium riguus. Montis hujus vertex altis etiam æstate nivibus operitur: quinetiam & ejus dorsum increscente Borea nonnumquam altâ nive arbores superante tegitur, quâ tam pecudes quàm homines interimuntur. Præterea Mons altissimus *Sierra Liona* dictus, cujus vertex semper nubib⁹ obumbratur, ex quo terribilis tumultus & fragor in Mari auditur, unde & Leonum rupes dicitur. Montes item Lunæ veteribus etiam cogniti sub Tropico Capricorni locantur, asperrimi sanè, ac incredibili altitudine, à gentibus feris inhabitati, prope quos sunt valles immensæ profunditatis, adeo ut illic centrum terræ esse videatur. Sunt denique, *Cantaberes* Montes in Angolæ Regno Argenti fodinis ditissimi, & alijs quos in particularibus descriptionibus recensebimus. *Insulæ* autē circa Africam nobiliores hæ sunt. In Oceano Atlantico est *Insula portus Sancti*, est *Madera*, sunt *Canariæ*, & *Caput viride*. *Insula Portus Sancti* sic dicta à detectoribus, qui periculosâ ac dubiâ ejus navigatione emensâ & superatâ, hunc locum sic vocari in rei memoriam voluere. Ambitus ejus circiter quindecim milliarium. *Madera* à magnâ quæ hîc crescebat arborum copiâ nomen accepit. Peridromus ejus circiter centum & 40. milliarū. *Canariæ* sic dictæ à Canum quæ ibidem erat, multitudine: *Fortunatæ* à veteribus olim nominabantur. Plin. sex commemorat: *Ombrio*, *Junoniam majorem*, *Minorem*, *Capreariam*, *Nivariam*, & *Canariam*. Ptol. nominat *Aprosium*, *Heram*, vel *Autolalam*, *Pluitaliam*, *Casperias*, *Canariam* & *Centuriam*, omnesque rectâ fere in Septemtrionem lineâ disponit. Cadamustus decem, septem cultas, tres desertas: nomina cultarum sunt, *Fractæ lanceæ*, *Magnæ sortis*, *Grancanareæ*, *Teneriffae*, *Gomeræ*, *Palmæ*, *Ferro*. *Caput viride* arboribus virentibus consitum est, atq; ex eo nomen habet, Insulæ ejus Occidentem versus medio Oceano jacent. Sunt autem S. *Antonij*. S. *Vinc.* S. *Luciæ*, S. *Nicolai*, *Salis*, *Bonæ vistæ*, *Maggio* vel *May*, S. *Iacobi*, & *Ignis*. In Oceano Æthiopico sunt *Insula Principis*, & S. *Thomæ*. Post promontorium Bonæ spei sunt aliæ Insulæ, incultæ omnes præter unam S. *Laurentij*.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Nomen, à quibus & cur inditum.

AFRICÆ in meâ Partitione ſuccedit *Aſia*. Ea nomen ſortita ab Aſiâ Nymphâ (teſte Varrone) ex qua & Iapeto trahitur Prometheus. Alij dicunt appellatã vel ab Aſio Atyis filio, vel ab Aſio Philoſopho, qui Troï Palladium ad urbis cuſtodiam dedit: hunc ut gratiam referret, ditionem ſuam omnem quæ antea Epirus dicebatur, Aſiam vocaſſe. Ab hac autem poſtea tanquam nobiliori parte reliquus omnis tractus, Aſia dici cœpit. Porrò ut Libya & tertiam Orbis portionẽ ſignificat, & ejus portionis partem: ita & Aſiam obſervatum eſt ſignificare & totã cõtinẽtem: & partẽ illam quæ intra Taurũ Mõtem eſt: in qua Lydi, Cares, Lycaones, Paphlagones, Iones, Æoles, alijque; quæ pars diſtinctionis gratiâ vulgò Aſia Minor: Turcis *Natolia* dicitur. Varro lib. 4. de L. *Nam & Aſia quæ non Europa, in qua eſt Syria: & Aſia dicitur prioris pars Aſiæ, in qua eſt Ionia & provincia noſtra.*

Situs.

Aſia autem univerſa *Semia* Sacris ſcriptoribus nuncupatur. Sita eſt propemodum tota in Septemtrionali Orbis plaga ab Æquatore uſque ad grad. 80. latitudinis Boreæ, exceptis tamen Inſulis ad Aſiam pertinentibus, quarum aliquot ultra Æquatorem porriguntur. Vnde maxima diverſitas per totam Aſiam in magnitudine dierum artificialium conſpicitur. Nam in ultimo ejus Parallelo, qui non longe ab Æquinoctiali per extremam Malacę Regni oram ducitur, longiſſimus dies eſt horarũ pene 12. Circa medium Aſię parallelum eſt horarum 15. & in ejus Borealiſsimo Parallelo perpetua lux æſtatis quatuor fere integris menſibus perdurat. At ſecundùm latitudinem protenditur à Meridiano grad. 52. uſque ad Meridianum ductum per grad. 196, ſecundum nonnullos: ſed ſi Mercatoris noſtri deſcriptionem ſequamur, Occidẽtaliſsimus ejus Meridian⁹ per grad. 57. trãſit, juxta extremã Aſię Minoris occidẽtalẽ Orã: & Oriẽtaliſsimus per grad. 178. Ad Septemtrionem habet Mare Scythicum, à Meridie Indicum, ab Ortu Eõum, ab Occidẽte Sinum Arabicum ſive Mare Rubrum, & Mediterraneum, & Euxinum. Et ut ſuperiore parte continua eſt Europę, ita in parte Auſtrali Iſthmo Africæ conjungitur. Plinius tamen & Strabo, alijque nonnulli Aſiam ad Nilũ uſque protendunt, totamque Ægyptum Aſiæ adnumerant. In Aſia Cœli admodum jucunda ſalubriſque temperies, Aër clementiſsimus ac mirè temperatus. Non tamen omnis Aſia hanc Cœli moderationem ſentit: nam ejus dextra atque ſiniſtra, teſte Mario, calore ac frigore iniqua ac intolerabilia ſunt. Delicię hujus regionis tantæ ſũt, ut etiam in proverbium ceſſerint. Terra omnis & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine paſtionis, & multitudine earum rerum quę exportantur, ita nobilis, ut facile omnibus terris antecellat. Spectanda hîc Fructuum, Aromatum, Metallorum, Gemmarum copia. Hinc Balſamum, Calamum, Thus, Myrrham, Caſsiam, Cinnamomum, Cariophyllum, Piper, Crocum, Ligna odorifera, Reſinam, Muſchum, Margaritaſque omnis generis accipimus. Spectanda hîc Animalium diverſorũ varietas. Alit enim innumeros Elephantes, Camelos, & alia complura Animalia tum domeſtica, tum ſylveſtria. Spectanda ingenia, divitiæ, potentia Incolarum. Hîc primùm Homo à Deo conditus: hîc prima Eccleſiæ Dei Sedes: hîc primùm Artes inventæ: hîc Lex lata; Hîc Evangelij doctrina miſeris mortalibus cum ſpe beatitudinis conceſſa per Dei filium Ieſum Chriſtum. Hîc linguarum varietas à Deo Mortalium generi immiſſa, in exſtructione Turris Babel. Hîc primùm in inferiores potentiorum Imperium ortum eſt. Hîc *Nimrod* regnare cœpit: de quo in Geneſi legimus.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Totius


15
SEPTENTRIO
EUROPAE PARS
AMERICÆ PARS
MARIS MEDITERRANEI
ARABICUM
MARE INDICUM
MARE DEL ZUR
Iapan
Corea
Bungo
Luconia
Mundanoa
Borneo
Iava Major
Timor
NOVA GUINEA
Molego
Kalmucki
Ciartiam
Cotam
Refane
Moscua
Duina
Nova Zemla
MARE TARTARICUM
Anian Fretum
Fangio
Ormus
Aden
Mecca
Cairo
Babylon
Persepolis
Ispahan
Tauris
Bagdat
Aleppo
Damascus
Ierusalem
Alexandria
Tripoli
Tunis
Algier
Fez
Morocco
Tenduc
Cathayo
Vng. R.
Simongul
Mongul
Caracorum
Caracorum
Cangli
Tangut
Gueregangu
Tibet
Cauchin China
Chiamay
Chiamcheu
Quinsay
Lanchau
Chinchiu
Quinambu
Lambinubu
Chiamchiu
Quichio
Vonchia
Lequio minor
Lequio grãde
I. do Fogo
Malaobriga
Ilas dclas velas
Bucha vista
Ilas Astradores
Gilolo
Celebes
Banda
Molucas
Timor
Iava Major
Sumatra
Ceylon
Calecut
Goa
Ormus
Mecca
Aden
Babylon
Persepolis
Ispahan
Tauris
Bagdat
Aleppo
Damascus
Ierusalem
Alexandria
Tripoli
Tunis
Algier
Fez
Morocco
Cairo
Arabia Deserta
Arabia Petræa
Arabia Felix
Persia
Media
Assyria
Mesopotamia
Armenia
Cilicia
Syria
Natolia
Turquia
Grecia
Italia
Roma
Venetia
Sicilia
Hispania
Portugal
Gallia
Germania
Hungaria
Polonia
Moscouia
Tartaria
Cathay
Mangi
Quinsay
Zaiton
Canton
Macao
Lequio
Iapan
Corea
Bungo
Luconia
Mundanoa
Borneo
Iava Major
Timor
NOVA GUINEA

Imperium Majorum. Totius autem tractus Asiatici Monarchæ primi fuere *Assyrij*, quorum postremus *Sardanapalus*, unicæ luxuriæ, profligatissimæque mollitiei homo, inter scortorum greges deprehensus ab Arbacto, nec multò post ab eodem prælio victus, instructâ incensâque pyrâ, se & divitias suas in incendium misit. Postea ad *Persas* devolutum Imperium. Inter quos Xerxes Darij filius bellum à patre cœptum adversus Græciam, quinquennium instruxit, copiasque decies centum millium, strato super Hellespontum ponte, ex Asia in Europam deduxit: quas naves quoque decies centum mille numero comitatæ sunt: frustraneo conatu: quum is qui Deo minitari, Mari insultare, Neptuno compedes injicere, cœlo tenebras inducere, Montes solo æquare, totum Orbem concutere ausus fuerat, vix, profligatis copijs, piscatoris scaphâ fretum trajecit, fracto hibernis tempestatibus ponte. Postremus Persici imperij Darius fuit, qui victus superatusque ab Alexandro, Macedonum Monarchiæ viam fecit, qui primus eam ex Asia in Europam transtulit. Nunc autem Asia universa secundum ejus Imperia quibus administratur, nobis non ineptè dividi posse videtur. Cujus prima pars paret Imperio Turcico, cujus origo à Mahumeto, ditio perampla. Sed & Moscovię Dux magnam Asię partem occupat, inclusam Mari glaciali, Oby fluvio, Kiraia lacu, & lineâ inde ductâ ad Mare Caspium, Isthmumque qui inter hoc Mare, & Pontum est. *Tertiam* partem Magnus Cham Tartarorum Imperator possidet, cujus fines à Meridie sunt, Mare Caspium, Iaxartes fluvius, Imaus Mons: ab Ortu & Septemtrione Oceanus: ab Occidente Moscoviæ Regnum. *Quartam* habet Rex Persarum Sophi. Huic ab Occidente est Turca, à Septemtrione Tartarus, à Meridie Rubro Mari alluitur: ad Ortum verò Indo flumine. *Quinta* pars continet Indiam tam intra quàm ultra Gangem, quę non ab uno solo ut reliquę: sed pluribus Regulis (nam quælibet illius regio propriũ ferè habet Principem, quorum nõnulli etiam Magno Chamo vectigales sunt) regitur. *Sexta* habet Regnum Chinę amplissimum. *Septima*, Insulas omnes in Oceano Indico & Orientali, variè dispersas complectitur. Inter quas *Taprobana* & *Zeilan*, duæ *Javae* Patrum memoriâ à Lusitanis detectæ, *Borneo*, *Celebes*, *Palohan*, *Mindanao*, *Gilolo*, cum *Moluccis* aromatiferis. Tum *Japonia*, & nuperrimè inventa *Nova Guinea*, de qua an Insula sit, an terrę Antarcticę connexa, nondum constat. Veteres verò, ut Strabo 11: & Arrianus 5. multifariàm eam divisere. Ptolemæus in 47 Regiones ac Provincias distribuit, cujus descriptionem tradit, quinto, sexto, ac septimo Geographiæ libris, duodecim videlicet tabulis absolutam. Habuit hæc tres urbes toto terrarum Orbe celeberrimas, *Babylonem*, *Ninivẽ*, & *Hierosolyma*. Habet lacus piscosos & immensos, atque unum Mare Caspium in modum vastissimi lacus, quod ad Oceanum vsque non pertingit. Fluvios item plurimos, inter quos clariores sunt *Tigris*, *Euphrates*, quorum Moses in Genesi meminit, *Jordanis*, *Indus*, *Ganges*. Montes hic etiam insignes atque admirandi, inter quos *Mons Taurus* qui totam Asiam dirimit, ab Eòis veniens littoribus. Immensus ipse & innumerarum pene gentium arbiter, dextero latere Septemtrionalis vbi primum ab Indico Mari exsurgit: lævo Meridianv, & ad Occasum tendens, donec prementi terras occurrãt Maria, velut de industria rerum Naturâ subinde æquora opponẽte, hinc Phœnicium, hinc Ponticum: illinc Caspium & Hyrcanum, contraque Meoticum lacum. Torquetur igitur collisus inter hęc claustra: & tamen victor, flexuosus evadit usque ad cognata Rhiphæorum montium juga, nu-

Urbes. *Lacus.* *Flumina.* *Montes.*

ganumerosis nominibus & novis quacumque incedit insignis, *Imaus* primâ parte dictus, mox *Emodus*, *Paropamisus*, *Circius*, *Chambades*, *Pharphariades*, *Chroates*, *Oreges*, *Orocandes*, *Niphates*, *Taurus*: Atque ubi se quoque exsuperat, *Caucasus*: ubi brachia emittit, subinde tentanti maria similis *Sarpedon*, *Coraceſius*, *Cragus*, iterumque *Taurus*. Vbi verò sese aperit, *Pylarum portarumque* nomine unitatem sibi vendicat, quæ alibi *Armeniæ*, alibi *Caspiæ*, alibi *Ciliciæ* vocantur. Ejus latitudo plerisque in locis est stadiorum trium millium: longitudo tanta, quanta ipsius Asiæ, utpote stadiorum 45 millium: hoc est milliariũ Italicorum 5625, ab orâ scilicet Rhodiensi ad extremos usque Chinæ & Tartarię fines. Sed de his satis. Ad Opera publica trãseo, quæ sanè inprimis superba & magnifica habuit, atque inter septẽ Orbis miracula numerata, vel merirò numeranda. Inter quæ primùm occurrunt *Babylonis muri*, quos Semiramis condidit, aut saltem ruinosos instaurauit, coctili latere & bitumine ferruminato, ducenos quidem pedes altos, quinquagenos latos, adeò ut quadrigas inter se occurrentes reciperent, turresque haberent trecentas, plures multò habituri, nisi aliquâ ex parte Paludes pro mœnibus fuissent. Cui tanto amque protentoso operi adhibita feruntur trecenta hominum millia. Herodotus author est, muros Babylonis habuisse crassitudinem quinquaginta cubitorum regiorum, celsitudinem ducentorum. Per ambitum centum portæ stabant æreæ. *Templum Dianæ Ephesiæ* factum à totâ Asiâ ducentis & viginti annis, ut testantur Historiæ. Hoc autem in solo palustri fecêre, ne terrę motum sentiret, aut hiatus timeret. Et ne in lubrico & instabili tantæ molis fundamenta locarentur, ante calcatis ea substravêre carbonibus, deinde velleribus lanae. Templi longitudo erat 425 pedum, latitudo 220. Columnęin eo centum viginti septem à singulis regibus factæ, ex quibus 36 erant cælatæ. Operi præfuit Ctesiphon. Fuit & *Sepulchrum* quod *Artemisia* regina Cariæ Mausolo marito defuncto erexit, inter Orbis Miracula adnumeratũ, cujus altitudo attollebatur 25 cubitis: cingebatur columnis triginta. Patebat ab Austro & Septemtrione pedes 63. Atque hæc inter Orbis miracula recensentur. Fuit denique magnificum illud *Templum*, quod anno regni sui quarto ædificare cœpit Salomon, non immeritò septem Orbis miraculis adnumerandum. Triginta imprimis hominum millia cædendis arboribus, ut Cedris & Cupressis fuere in Libanum destinata. Lapicidarum verò extiterunt octoginta millia. Latitudo Templi fuit vicenûm cubitorum. Sexagenûm longitudo, altitudo fornice distinctâ centenûm & vicenûm. Inferioris structuræ materia erat ex candenti lapide. Amplitudo vestibuli denûm cubitorum. Cellæ erãt vicenæ pervio inter se usu, aliæque his suppositę. Trabes erant Cedrinę, Cedrina concameratio, auro illita, ut parietes omnes. Sanctior locus à reliquo Templi corpore distinguebatur muro, in quo erant januæ sculptæ, vela ductilia, variis mæandris & floribus intexta. Duo Cherubini ex puro auro. Pavimentum pedalis aureis instructum. Ianuæ vicenûm cubitorum altitudine auro corusc ãtes. Ante vestibulum erant duæ columnæ æneæ XVIII cubitorum altitudine, ambituque duodecim. Erat & vas æneum tantæ magnitudinis, ut ab re nominatum sit mare, quod vituli duodecim diversas mundi plagas, terni singulas prospectantes circumstabant. Fuit vas illud trium millium batorum capax. Erant & aliæ figuræ, quas longũ esset recensere. Altare fuit æreum denûm pedũ altitudine, longitudine duplo majore. Item mensa una aurea. Phialarum & aurearum paterarum decem millia. Sed hæc de hac Orbis Portione dicta sufficiant: ad Americam quartam Orbis partem transeo.

Opera publica

Americæ nomina & unde deducta.

QVARTAM hanc Orbis Terrarum partem Veteribus incognitam Christophorus Columbus cùm reperisset, *Indiam*; alii ob vastitatem *Novum Orbem* dixêre: est enim ingens & nostro Orbi, hoc est Europæ, Africæ, Asiæ, simul conjunctis ferè par: uti vel ex ipso Tabulæ nostræ universalis conspectu liquet. Dicitur & *America* ab Americo Vesputio Florentino qui primus post Columbum Continentis partem ultra Æquatorem ab Ortu detexit, in quâ sunt *Paria & Brasilia* regiones. Quando autem America primùm coli cœpta sit, incertum est: certè multis sæculis ignota latuit: nam quod de Romanis quidam suspicâtur, facilius dicitur quàm demonstratur, & commentum illud accuratè refutatum est à Gasparo Varrerio. Senecam enthysiasmo poëtico raptum aliquid de hac in Medeâ cecinisse nonnulli opinantur: sed furor est opinari vel illi, vel ulli eo sæculo has partes fuisse cognitas. Primus post multa, & adhuc ignota nobis annorum sæcula Christoph. Col. Genu. auspiciis Regis Castellę rem tantam feliciter invenit, edoctus (ut creditur à nonnullis tam clari facinoris gloriam arrodentibus) ab Hispano quodam Nauta, diu Mari Atlantico jactato: factum id anno CIↃ CCCC XCII. Post eum tentavit idem Americus Vesputius auspiciis Regis Portugalliæ, factíq; prę-mium retulit, quod totus ille tractus ab ipsius nomine Americæ, ut diximus, appellationem habeat. Porrò universus hîc Orbis à Septemtrione ad Meridiem exporrectus est duarum magnarum Peninsularum formâ, quæ tenui Isthmo connectuntur: earum altera dicitur America Septemtrionalis, altera Meridionalis. Longitudo ejus extensa est inter Meridianum gr. 190. & Meri. gr. 67. Latitudinis terminus Austrum versùs est fretum Magellanicum, id est, gr. LII. Septemtrionem autem versùs, à gr. LXVII sursum pleráque adhuc sunt ignota. Habet igitur ab Ortu Solis Mare Atlanticum, quod vulgò vocant *Del Nort*; à Meridie, Terram Australem Magellanicam, freto interfluente disjunctam. Ab Occasu, Mare Pacificum, *Del Zur*: à Septemtrione, incertum Terras an Maria. Tota circumnavigatio est circiter XXXII millium milliarium, ut tradunt probatiores. Est enim tota circumnavigata, præter eum tractum qui Septemtrionem respicit, cujus littora nondùm perlustrata sunt. Regio in universum multiplex est ac varia: Frumento initio & vino caruit: ejus loco tulit *Mayz*.

Situs.

Soli fertilitas.

leguminis genus, sic enim vocant, ut Vinum *Chichia*: lintres *Canoas*: regulos *Cacicos* nominant. Ad sementes faciendas terram non arant; sed modicæ altitudinis scrobibus effossis, tria quatuórve grana in unam demittunt terráq; operiunt. Singuli culmi tribus quatuórve paniculis onusti adolescunt, quarum singulæ grana centum & amplius fundunt. Maizii scapus hominis altitudinem exsuperat, ac quibusdam in provinciis bis in anno colligitur. Aliud etiam genus panis habent vulgò *Cazabi* dictũ. Id ex Iucca conficitur: radix est napi crassitudine, quæ nullum ex se semen fundit, sed cannas tantùm quasdam nodosas & solidas, viridibus foliis, ut cannabis. Eas cannas, ubi maturitas adest, in taleas duos palmos longas exsecant, quas in tumulos quosdã (*Conuchos* appellant) digestas, terrâ obruunt: quoties verò id genus panis conficere volunt, earum radicum quantũ visum est eruunt, paucas tamẽ unaquáq; vulsione, quia brevi corrumpuntur. Duo præterea radicum genera sunt, alteras *Battatas*, alteras *Haias* vocant, specie propè similes, nisi quod Haiæ minores & sapidiores sunt.

Plantantur


AMERICA.
SEPTEN.
ASIÆ PARS
Anian Reg.
QUIVIRA REG.
AMERICA SEPTENTRIONALIS
Tolm Reg.
NOVA Granada
Chiala
Marata
NOVA HISPANIA
Sinus Mexicanus
Cuba
Spaniola
Antillas In.
MAR DEL NORT
Grœnland
Frisland
Scotia
Hibernia
Anglia
Hispania
Açors insula alias Flandriæ
C. Bajador
Africæ pars
I. de C. Verde
MAR DEL ZUR
AEQVI NOCTIALIS LINEA
MARE PACIFICUM
Salomonis Insu.
Isabella
Malarte
Tuberones
I. de S. Petro
NOVA GUINEA
Caribana
MERIDIONALIS
Omagua
Paraguate
Paraiba
Olinda
Michael
Cathariña
Fretum Magellanicu
AMERICAE DESCRIP.
Miliaria Germanica
60 150 300 450
TERRA AUSTRALIS
180 190 200 210 220 230 240 250 260 270 280 290 300 310 320 330 340 350 360
60 50 40 30 20 10 OR.

Plantantur autem, & ſextum intra menſem fructum comedunt: cæterùm ſapore aliquantulùm dulci, ſed ſatietatem mox & faſtidium inducente; exigui etiam admodùm ſucci ſunt, ventoſque, ac ſupervacuos flatus gignũt. Magnam etiam arborum vim habent eæ terræ quæ uvas quaſdam agreſtes ferant. Earum acini, prunorum ſilveſtrium ſpecie quæ è ſpinis & arbuſtis naſcuntur, nigro folliculo veſtiuntur: ſed quia multùm illis ligni, parum pulpæ, ineſt, ex iis Indigenæ vinum non conficiunt. Sunt & arbores Olivarum feraces, ſed quæ inſuavi odore, tum ſapore etiam pejore ſunt. Varias fructuum ſpecies, eaſque abundè habent; quales ſunt *Hovi*, *Platani*, *Pineæ*, *Guiavæ*, *Mamei*, *Guanavanæ*. Fert præterea ipſa regio Saccharum, Goſſypium, Linum, aliaque ut apud nos, multaſque alias arbores, atque herbas. Habet quoque Aromata, Margaritas ac Gemmas, & Auri & Argẽti incredibili copiâ affluit, aliiſque Metallis ac Mineralibus. Sed neque Boves antè habuit, neque Equos neque Mulos, neque Aſinos, neque Oves, Capras, Canes. Proinde mirandum non eſt ſi Indigenæ ad primum Equi conſpectũ perculſi fuerint. Mures Gliresque ex Antuerpianâ Nave quæ per Fretum Magellanicũ ulteriùs navigabat, primam illic originem habuêre: ex eo in tantùm ſive Soli, ſive Animantium ipſorum fœcunditate creverunt, ut ſæpe ſpem Meſsis Autumniq; in herbis & arboribus arroſerint. Animalia varia alit partim nota nobis, partim ignota. Inter alia prodigioſum reperitur Animal, cujus ventri Natura alterum ventrem marſupii inſtar affinxit. Quoties demigrat, catulos in eum loculum recondit & geſtat. Id animal corpus & roſtrum Vulpis: manus ac pedes Cercopitheci: aures Veſpertilionis habet. Aliud quoque eſt animal (quod *Caſcuy* indigenis dicitur) nigri porci ſpecie, piloſum, duriſsimo corio, exiguis oculis, auribus patulis, ungulis fiſsis, brevi promuſcide munitum, ut Elephas: barritu adeò terribili ut homines obſurdefaciat: cæterùm carne ad eſum ſuavi. Aprorũ præterea montanorum, & ferociſsimarum Tigrium ingens copia reperitur: Leones etiam, ſed timidi, qui viſo homine fugiunt, & alia. Sunt & Pavones, Phaſiani, Perdices & alia Avium genera varia, ſed longè noſtris diſcrepantia. At de his fuſiùs in particularibus deſcriptionibus dicemus. Dividitur univerſa America, in duas peninſulas maximas, ut ſuprà diximus, quarum altera America Septemtrionalis, quæ tota circa Æquatorem jacet, dicitur: altera Meridionalis, quia majori ex parte ultra Æquatorem protenditur: licet nonnullæ ejus regiones etiam circa Æquatorem ſint. Septemtrionalis in varias regiones dividitur, quæ ſunt, *Quivira*, *Nova Hiſpania*, *Nicaragua*, *Jucatan*, *Florida*, *Apalchen*, *Norumbega*, *Nova Francia*, *Terra Laboratoris*, & *Eſtotilandia*. Meridionalis partes ſunt multæ: ſed præcipuæ & hactenus quidem ſuperatæ Barbariſque ereptæ hæ ſunt: *Caſtella aurea*, *Plopaiana*, *Peruvia*, *Chile* & *Braſilia*. Gloriatur inprimis duabus urbibus *Cuſco* & *Mexico*. *Cuſco* Americæ Meridionalis Metropolis & primaria civitas, eâ amplitudine, fortitudine ac magnificentiâ, ut cum pulcherrimis etiam Galliæ vel Hiſpaniæ urbibus, invictâ arcis munitione. & Hominum potiſsimùm nobilium frequentiâ, ædificiorum ſerie ac diſpoſitione, & ſitus amœnitate meritò contendere queat. Nulla in eam multitudo plebeia admittitur, ſed nobilium, procerum, maximorumque Principum ſedes eſt, qui partim intra urbis mœnia, partim in villulis ſuburbanis, ruri magno numero degunt. Inter quæ quidem præcipua ſunt palatia Procerum quatuor, qui hujus Reipublicæ clavum moderantur, quæ ſuperbiſsimè, ſumptu propè immẽſo, marmoreis

moreis quadratisque lapidibus structa, atque depicta videntur. Plateæ cùm omnes sint rectæ, crucis formam plerisque in locis efficiunt, nulla autem est, per quam non amœnus delabatur rivulus canali ductus, utrimque lapidibus vestito. Forma civitatis quadrangularis, in latere collis, exiliter atque venustè deprimitur. In clivoso & difficili montis ascensu, admirandæ pulchritudinis arx spectabilem, atque amœnam hanc urbem reddit: cujus sive pulchritudinem, sive ingentem ædificii molem consideres: perpaucæ similes in universâ Europâ illis sũt visæ, qui terras quamplurimas perlustrarunt. *Mexico* sive *Temistitan* in Hispaniâ novâ Mexicanâ Provinciâ opulenta & celeberrima civitas, de quâ infrà in descriptione Novæ Hispaniæ acturi sumus. Ad alia pergimus. Multis inclytis amnibus hæc Orbis pars irrigua, quorũ plerique auriferi, lacubus ac fõtibus copiosa. In Lacubus ac Fluviis piscium magna copia: unum eorum genus qui ab Hispaniolæ indigenis vulgò *Manati* appellantur. Hic piscis tutræ propè formam referens, XXV. pedes longus, XII crassus est: capite & caudâ bovem referens: exiguis oculis, pelle durâ & pilosâ, coloris veneti, pedes duos Elephantinis similes habet. Fœminæ ejus generis, ut vaccæ catulos pariunt, eosque gemino ubere alunt. Montes hîc etiam passim plurimi, inter quos est, ut testatur Benso, Mons flammivomus, qui per ingentem craterem tantos sæpe flammarum globos eructat, ut noctu latissimè ultra centum millia passuum incendia reluceant. Nonnulli opinati sunt intus liquefactum aurum esse, perpetuam ignibus materiam. Itaque Dominicanus quidam monachus, quũ ejus rei periculum facere vellet, ahenum & catenam ferreã fabricari curat: moxque in montis cacumen cum aliis quatuor Hispanis ascendens, catenam cum aheno in caminũ demittit: ibi ignis fervore ahenum cum parte catenæ liquefactum est. Idque cũ iterum multò crassiore catena expertus esset, res denuò priori incepto similem exitum habuit. Ad alia transeo. Superba hîc urbium & viarum structura, ædificiorum splendor. Hortus fertur fuisse regius in quo herbæ arboresque cum suis truncis, ramis, fructibus ex solido auro, eâ mole stabant, quâ vivæ in pomariis. Fertur & conclave regium, in quo omne animantium genus ex gemmis erat, opere partim musivo & segmentato, partim cælato, partim etiam ex plumis variè conserto. Memorabile est & in primis quod de duabus viis referunt, quarum altera per montium ardua, altera per planiciem camposque strata est, à *Quito* urbe Peruana, ad civitatem *Cusco*, spatio quingentorum milliarium: cujus operis decus augent, stupendæ lapidum & saxorum moles, non Equis aut Bubus, (nam illis caruerunt) sed humanis manibus adgestæ. Via campestris utrimque munita est muris, patetque in latitudinem pedes quinque & XX: intra quos rivuli fluunt, consiti ad marginem arbusculis, quos ipsi *Molli* vocant. Altera vero è saxis & rupib⁹ excisa per medios montes discurrit, pari latitudine: salebrosis insuper depressisque vallium locis, prout regionis natura postulabat, adgestis munitisque. Has vias *Gnmacava* Rex (qui avorum nostrorũ memoriâ vixit) perpurgari, parietes ruinosos restaurari atque exornari fecit: opus ipsum aliàs multò est vetustius, neq; unius hominis ætatis. Fuerunt etiam per itinera dispositа diversoria ampla, splendida, amœna, (ipsi *Tambos* nominant) quibus regius omnis comitatus recipiebatur. Hæc de quatuor Orbis partibus generatim pro Methodi ratione sufficiant: postulat eadem Methodus, ut speciatim & per Partes Europam quae primo loco posita est, deinceps perambulemus.

Lacus & Flumina.

Montes.

Opera publica.

Ac Terrarum circumjacentium descriptio.

GENERALI descriptione (candide Lector) totius Orbis terræ & quatuor partium ejus juxta naturæ ordinem methodicè repetitâ & præmissâ, statui ad imitationem Ptolemæi Cosmographorum Principis ab ipso Polo & regionibus sub ipso circumjacentibus, singularum deinceps particularum Geographiam inchoare, ut nimirùm ab alto ad inferiora descendens, & à sinistris ad dexteriora progrediens, Septemtrionem cum Austro, & Occidentem cum Oriente paullatim conjungam: quod ut mihi Reíque publicæ Christianæ fœlix faustúmque sit, Deum Optimum Maximum precor & obtestor. Polus est extremitas axis, id est linea per centrum globi traducta, Latinis vertex. Hi duo sunt, Septemtrionalis & Austrinus. Septemtrionalis est, qui versus Boream semper conspicitur, ideóque etiam Borealis & Arcticus dicitur. Austrinus, qui solis Meridionalibus apparet, ideóque Meridionalis, Notus, & Antarcticus cognominatur. Ac de Polis quidem hoc loco paucula ista sufficiant. Ad regiones sub Polo Arctico circumjacentes venio. Quæ sunt *Groenlandia*, *Frislandia*, *Nova Zembla* cum aliis nonnullis, de quibus breviter quantum quidem cognitæ sunt, agemus. *Groenlandia* à viriditate nomen habet, Insula ignota adhuc maximâ ex parte. Sita est inter cirulum Arcticum, & Polum, ejus Paralleli extremi sunt Austrum versus grad. LXV. Boream verò versus grad. LXXVII. In hac Insulâ, si Nicolao Zeneto (qui anno M.CCC LXXX, variis jactationibus in vicino mari agitatus est) credimus, continua hyems est novem mensium, quo toto tempore ibi nō pluit: neque ineuntis hyemis nives unquam ante ejus finem dissolvuntur, gramini tamen innoxiæ sunt. Insignis enim hic graminis & pabuli proventus. Mira item pecorum & lactariorum copia, ob illam pabuli insignem ubertatem: adeò ut strues quasdam ingentes butyri & casei componant, quas eò navigantibus venales exponant. Duæ autem tantùm habitationes in Groenlandiâ nobis notæ sunt, *Alba* & *S. Thomæ cœnobium*, de quo mox dicemus. Groenlandiam lambit mare Pigrum, quod & Glaciale & Concretum dicitur. Est in Groenlandiâ Monasterium ordinis Prædicatorii: & non procul ab eo mons Æthnæ instar ignivomus, ad cujus radices aquarū perennium fos, cujus candentib⁹ aquis non solùm omnia illus monasterii habitacula hypocausti instar calefiunt: sed etiam panis & cibi nullo alio adhibito igni excoquuntur. Tota hujus Monasterii fabrica ex tophis constat, quos idem mons medias inter flammas evibrat. Iidem fontes hortos vicinos tepefaciunt, ita, ut vario florum herbarumq; genere perpetuò rideant. Proximus etiam maris tractus harum aquarum benignitate nunquam congelatur, sed piscibus Hominibúsque perpetuò patet. Inde hîc tantus aquatilium piscíumque ex frigidioribus locis concursus, ut non solùm hi Monachi, sed circumvicini etiam accolæ suaviter unde vivant, habeant. *Frislandia* Insula Veteribus prorsus ignota: major quàm Hibernia. Magna in hac cœli inclementia. Incolæ fruges ullas non habent, sed piscibus vescuntur ut plurimùm. Ejus primarium Oppidum ejusdem est cum Insulâ nominis. Regi Norvegiæ paret. Incolæ ut plurimùm piscationibus rem faciunt. Capitur enim in ejus portu tanta omnis generis piscium copia, ut iis multæ onerentur naves, quibus in circumjacentes Insulas avehûtur: Quemadmodùm

Groenlandia unde dicta.

Cœli qualitas & soli.

Frislandia.

POLVS ARCTICVS.



POLVS ARCTICVS cum vicinis regionibus.

dum ſcribit dictus Zieglerus. Idem Mare Inſulæ ab Occidente proximum, breviis & ſcopulis plenũ, Icarium: & Inſulam in eo Icariam, ab Incolis nominari ſcribit. Inſula hæc hoc noſtro tempore denuò innoteſcere incipit, idq; Anglorum auſpiciis. *Nova Zembla* inſula eſt ſita ſub gradu 76. Summa hîc inclementia aëris atq; intolerabile & intenſiſsimum frigus. Regio deſerta, ſylveſtris, rigida, moleſta. In hac nec frondes nec gramen creſcit; in hac etiam nulla Animalia præter carnivora reperiuntur, qualia Vulpes & Vrſi, quorum non tantùm in hac Inſulâ, ſed in pleriſq; regionibus Septemtrionalibus magna copiâ eſt. Sunt & Belluæ marinæ: quæ vaſto corpore Boviſq; magnitudinem excedentes, *Walruſſchen* vulgò dicuntur: os habent leoninâ ſpecie, pellem villoſiorem, quatuor pedes, duos dẽtes ex parte oris ſuperna prominentes, planos, duros, candẽtes, ut Elephantinis precio non cedât. Freta hîc, *Fretum Weygats*, *Forbiſſeri & Davis*. *Fretum Weygats* protenditur ad Ortum uſq; ad Crucis dictum angulum, deinde ad Arctapeliotem uſque ad Diſsidii angulum, paulò ad Orienten vergentem. In Auſtralis lateris Weygats continente Gulielmus Barendſonius aliquos agreſtiores homines reperit Samiutas appellatos. Veſtiũ horum quibus vtuntur forma, ſimilis eſt illi quam noſtri pictores ſilveſtribus Hominibus tribuunt, minimè tamẽ ſilveſtres ſunt, ſed bono intellectu præditi. Amiciuntur pellibus Rangiferotũ à capite uſq; ad pedes. Vtplurimùm brevi ſunt corpore, latâ planáque facie, parvis oculis, brevibus cruribus & divaricatis, agileſque ſunt in curſu & ſaltu. Rhedas habent in quibus unum aut duos Rangiferos jungunt, qui unum aut alterum hominem inſidentẽ tam celeri curſu trahunt, ut nullus noſtrorum equorum æquari illis poſsit. *Fretum Forbiſſeri* à Martino Forbiſſero Anglo nomen accepit, qui anno MD Lxxvii, tranſitum ad Cathaiam per Septemtrionem quærens, pervenit ad Fretum quoddam, in quo reperit & Inſulas & Homines plurimos, de quibus paucula ſubjiciemus. Homines ejus loci ab omni cultu alieni, crudis ferarum ac piſcium carnibus veſcuntur. Veſtiuntur pellibus ferarum venatione captarum, herbas etiam crudas beſtiarum in morem devorãt. Tentoria eorum pellibus Balænarum teguntur, perpetuæ ibi nubes & frigus aſperrimum. Canibus qui Lupos noſtros ſpecie referunt, ſub jugum miſsis, utuntur ad res neceſſarias ſuper glaciem advehendas. Arma illis ſunt arcus, ſagittæ & funda. Nulla ibi ligna, Cervi multi: homines terram non colunt, contenti rebus quas ſponte producit: venatione vivunt: potus illis ſanguis ferarum eſt calidus, aut aqua glaciei: nulli iſtic fluvii, nullæ ſcaturigines, quòd violentia frigoris terram ita concludat, ut aquarũ ſcaturigo erumpere nequeat. Homines ſunt magni laboris, venatores ſtrenui & præſertim in aucupiis aſtutiſsimi: utuntur certo navigii genere ex coriis cõfecto in quo ſolummodò homini locus: cui unico tantùm remo opus eſt. Dextrâ Inſtrumentũ tenet quo aves telo jaculatur. Hujus exemplum in Angliâ viſum. *Fretum Davis* itidem à Iohanne Davis Anglo appellationem accepit, qui anno 1585 & duobus proximis littora Americæ, vel potiùs Groenlandiæ Circium ſpectantia à 53 gradu ad 75 tranſitum illac in Chinam ſcrutando perlegit. Quæ de Euripis illis quatuor in Tabulâ vides, deſumpta ſunt ex Itinerario Iacobi Cnoxen Buſcoducenſis, qui refert Minoritam quendam Anglum Oxoniensẽ Mathematicum terras Polo circum vicinas deſcripſiſſe & aſtrolabio dimenſum eſſe in hanc ſequentem formam ferè, uti ex Iacobo collegit Mercator. Euripos illos quatuor dicit tanto impetu ad interiorem voraginem rapi, ut

Nova Zembla.

Naves

naves ſemel ingreſſe, nullo vento retroagi poſsint, neque verò unquam tantum ibi ventum eſſe, ut molæ frumentariæ circumagendæ ſufficiat. Sed hæc Luciani veris narrationibus non abſona videntur, quando qui loca in quibus Euripi illi eſſe dicuntur luſtrarunt, Euripos nullos invenerunt: ſcilicet Hollandi, qui uſque ad 81 Lat. gr. apertum mare invenerunt. Cæterùm de Hyperboreorum habitatione expedit audire Iulium Scaligerum exercitatione xxxvii. de navigatione ex mari Hyperboreo Sinam verſus ita ſcribentem: *An verò per id mare poſſit ad Sinas inſtitui navigatio, alia aliis adducta ſunt in utramque partem argumenta, variéque adſenſum eſt. Noſtra tamen hæc ſunt. A Duvinæ fluvii oſtiis unde curſum auſpicantur, legendum eſſe volunt totum illum tractum, qui univerſam ambit Scythiam ad ejus Orientalem uſque angulum: in cujus flexu, Septemtrionem aut Aquilonem cum Favoniis commutandum. Quâ de re qui verba faciunt, illius & maris & ventorum & oræ naturam minus exploratam habere, certum eſt. Adeo namque rari ſunt Zephyri & Subſolani, ut pænè ſint ignoti. Aquilonum frequentia tanta, ut illius imperium cœli quaſi legitimum à naturâ commiſſum eſſe videatur. Vada infinita, cæca, limoſa. Hyeme quæ decem ſævit menſes, quaſi pavimento ſolidata maris ſuperficies. Æſtate perpetua caligo, quæ pomeridianis horis unâ & alterâ vix diſcuſſa, mox redintegratur. Tum vero majus à glacie periculum, cujus immenſæ cruſtæ fluitantes, mobilium Inſularum inter ſe concurſantium ſpeciem præbent.* Certè nuperis Batavorum navigationibus Anno MD xciv & ſequentibus duobus in hæc loca inſtitutis, ſpes facta eſt, poſſe ex mari Hyperboreo ad Orientales Orbis oras navibus perveniri, ſed difficulter admodùm propter glaciem & hybernam noctẽ. Gulielmus Barendſonius negabat per Fretum Naſſovicũ ad Sinas inſtitui navigationem poſſe, non ſolùm ob glaciem, ſed præcipuè quòd ex variis obſervationibus comperit, non mare illud ſed ſinum duntaxat eſſe, inprimis ex eo quòd nullum fluxum & refluxum invenerit. Verùm ſpes illi magna fuit per Borealiſsimam Novæ Zemblæ partem dictam navigationem, perfici poſſe. Cæterùm cùm indies novæ navigationes illac ad Sinas inſtituantur, tandem experientiâ diſcetur, utrùm id perfici poſsit, nec ne. Conſtat autem naves noſtras ad gradum uſque 81. provectas, & etiamnum mare apertum inveniſſe: poſt verò ad grad. 76. glaciei cruſtis ingentibus ac nocte ingruente impeditas fuiſſe, ne ulteriùs progredi poſſent. Deſtituit vectores Sol 4. Novemb. Anno MD xcvi: viſus iterum 24. Ianuarii anno ſequenti: quo toto tempore in novâ Zemblâ tuguriolo à ſe exſtructo latitarunt, uſque ad 14. Iunii, fortiſsimi Argonautæ. Sic enim jure eos appellare liceat. Nam quamvis valde celebrata ſit à veteribus Argonautarum navigatio: ſi tamen cum iſtâ conferatur, ludus cenſebitur. Quis enim, ante hos Hollandos, per 13. menſium ſpatium, ab omni hominum conſortio ſegregatus, rerum omnium inopiâ preſſus, rigidiſsimo cœlo intenſiſsimum gelu pertulit, ſub Poli Arctici 76. graduum altitudine in vaſtâ ſolitudine ædes fabricavit in quas ſe reciperet, ut ab aëris inclementiâ ſe tueretur, in illis ipſis identidem altiſsimâ nive ſepultus, ac totis ferè decem menſibus incluſus? Taceo quæ in reditu, navem deſerere coacti ac ſcaphâ non tectâ vecti, acerba pertulerunt. Taceo feroces, truculentos & ingentis magnitudinis Vrſos, atque belluas marinas, cum quibus ſæpenumerò fuit dimicandum. Quas tamen ærumnas omnes, labores & admirandas difficultates, forti magnóque animo, non ſine benignâ Divini Numinis protectione & favore ſuperarunt.

Nomina, à quibus & cur indita.

ISIANDIA inter varias Oceani Occidentalis Insulas quæ Norvegiæ Regno subjectæ sunt, maxima, nomen habet à gelu, quo ex parte riget. Dicitur & Snelandia, à nive: item Gardartsholnn, i. Gardarti Insula. Pleríque hanc voluerunt esse antiquorum *Thulen*. Quam & Ptolemæus *Thulen* vocat, cujúsque medium ponit gradu Lat. xxx. 20. Long. 63. Hæc quinque dierum & noctium navigatione ab Orcadibus à Solino statuitur. Insula si qua alia Poëtis celebratissima, cùm disjunctissimum aliquid innuerent, quasi totius Orbis remotissima. Hinc Virgilius, *Tibi serviat ultima Thule*. Verùm enimverò an Thule aliqua fuerit, dubitat Sinesius, & nusquam comparere scribit Giraldus, ancipitíque de eâ sententiâ distrahuntur doctiores. Pleríque *Islandiam* Thulen (uti diximus) olim vocatam asseruerunt: his tamen Saxo Grammaticus, Crantzius, Milius Iovius, Peucerus refragantur. Sed de his satis, redeo ad Islandiam. Sita est non sub Meridano primo, ut notavit quidam, sed octavo inde gradu. Longitudo ejus est C. milliarium Germanicorum, ut vulgus scriptorum habet, his addit quadraginta quatuor, dictus Ionas. Latitudo milliarium Germ. 56. Cœlum habet inclemens, ac pro majori parte inculta est, præsertim versus plagam Septemtrionalem, ob austera spiracula venti Circii: qui nec frutices, ut scribit Olaus, elevari permittit. Tellus autem sementi faciendæ minimè idonea, neque ullum fert frumentum: at graminis adeò fœcundum solum ferunt in hac insulâ omnes qui de eâ scripsêre, ut nisi pecus à pabulo interdum arceatur, ab arvinâ ne suffocetur, periculum sit. Præter Equos & Boves nullum jumentum apud hos esse, fatetur ipse Ionas: Bovésque & Vaccæ hîc omnes cornibus carent: Oves non item. Catellos habent albos quos inpensiùs diligunt. Falcones candidos magnâ copiâ: sunt & Corvi candidi, agnellis & porcellis infestissimi. Vrsi item & Lepores albi. Etiam, teste nostro sæpius dicto Islando, Aquilæ albicantibus caudis: quos Plinius (ut addit) Pygargos appellavit. Præter Betulam & Iuniperum nullam hanc Insulam ferre Arborem, Velleius testatur. Quare lignorum maxima per universam Insulam inopia est, nisi fortè (quod interdum accidit) ex Septemtrionali plagâ arbores grandiores vêtorum turbine, funditùs exstirpatæ naufragii instar ad hęc littora deferantur: quibus Incolæ ad usum focorum, ædificiorum, naviúmque utuntur. Subest Regno Norvegiæ ab anno nempe 1260, quo primum hos homagium huic præstitisse, tradit idem Ionas. Quâ ratione Rex Daniæ qui & Norvegiæ eò quotannis præfectum mittit, qui in arce *Bestede* sedem suam tenet, eíque nunc obediunt, ut quondam suis Episcopis: à quibus ad Christianam fidem sub Adelberto conversi fuêre. Tempore Haraldi Pulchricomis primi Norvegiæ Monarchæ, sunt qui putant habitari cœptam: cùm hic nempe regulorum multitudinem expulisset ex Norvegiâ, qui novas quærentes sedes, huc cum familiis commigrarunt, atque patriæ desiderium exuentes, mansêre. Circa annum Christi millesimum hæc accidisse verisimile: circa annum 874. scribit nominatus Islandus Ionas, apud quem habes horum Episcoporum omnium seriem & nomina. Primum eorum Eipscopum nominat Crantzius Islephum. Sub eorundem Norvegiorum imperio videtur fuisse, ante annos ducentos, ex excerptis Nicolai Zenii Eclogis, ubi legimus hanc insulam à Zichmi Frislandiæ Rege bello petitam, sed frustrà, & à Regis Norvegiæ militibus præsidiariis in hac Insulâ positis repulsum.

Situs.

Cœli & Soli qualitas.

Animalium varietas.

Imperium majorum.

Dividitur


Septentrio
Meridies
Occi.
Oriens
ISLAND
MARE SEPTENTRIONALE
Westlendinga Fiordung
Bloe
Nordlendinga Fiordung
Sudlendinga Fiordung
Austlendinga Fiordung
Grims eyl
Randa gnupur
Langa ness
Papey
Bala ness
Horn
Horna fiord
Hekla promontorium
Westmana vel Pestilia eyar
Londrangar
Tangi
Reikre ness
Rossmala ness
Bern fiord
Reidt fiord
Gantawick
Hopna fiord
Mid fiord
Ingolfs hopdi
Ninkaks
Oddo
Haske
Poma
Breid
Kirkebar
Hekla
Hafna
Porlaks haffn
Lange daler
Stapholt
Dafer
Kostrant
Haumsfiord
Platey
Gilsfiord
Kolb
Alta
Kross
Bruna
Kalla
Nid
Vestkap
Olais
Halar
Modrunell
Holgur dalur
Astat
Naki
Mumbapur
Mokrufell
Huiska
Grinastari
Pistils
Hoy
Turbar
Sandwick
Ikontunick
Gunolfs pial
Fiotz dalur
Bern
Kirkeid
Closter
Eirar B
Plae
Brandabo
Staa
Pickenkap
Gnupsa
Hopdi
Ball bo
Getkans bo
Aincerlz bakel
Sandt bo
Hier Skin natfell
Sunnatet
Rumarepper
Lundur
Bingnott
Melastade
Hual
Borger fiord
Akranes
Hanefior
Hanor
Kepla wick
Grunde wick
Klein wick
Fons
Slauge
Hrafna
Gnidur
Krumwik
Staas
Mira sne
Grinda
Ondut ness
Hiaka fiord
Hellur fiord
Stader fiord
Kassidr ey
Hecley
Nat
Gruna
Sugard fio
Anudr fio
Arunar fiord
Jokuls fiord
Isa fiord
Kitur
Stadur
Veidilisa
Kalla fiord
Bitt
Bruta fiord
Pingeiri
Skaga fiord
Skalla fiord
Sigla fiord
Hrisey
Eyr
Katt
Platey
Skialfandi fiord
Rifs
Melraka stetta
Ramyr hopn
Sunga wick
Bolla fiord
Pistils fiord
Gunolfs pial
Paga ness
Mid fiord
Hopna fiord
Huse wick
Grina stari
Hrafna
Gnupur
Ferkid
Eidt
Reidt
Reidt fiord
Gantawick
Bern fiord
Horn
Horna fiord
Ingolfs hopdi
Ninkaks
Hekla promontorium
Westmana vel Pestilia eyar
Miliaria Germanica Communia

Dividitur verò Insula universa in totidem partes, quot sunt Mundi cardines. Orientalem vocant *Austlendingafiordung*, Occidentalē *Westlendingafiordung*, Septemtrionalem *Nortlendingafiordung*, Meridionalem *Suydlendingafiordung*. Vrbibus carent, montes pro urbibus habentes. Fons hîc qui fumigantis aquæ vitio nativam rei cujuslibet originem demolitur: & quicquid fumi hujus exhalatione respergitur, in lapideæ naturæ duritiē transmutatur, formâ dumtaxat superstite. Est & fons pestilentis undæ, quem qui gustaverit, perinde ac veneno prosternitur. Sunt latices cerealis poculi proprietatem imitantes. Oceanus autem Septemtrionalis in quo hæc Insula sita est, tantam Piscium copiam subministrat, tantámque Reipublicæ Islandicæ utilitatem præstat, ut non multorum Hominum, sed totius Insulæ salus & fortunæ inde pendere videantur: inde enim omnes aut vivunt, aut victum quærunt, familiásque sustentant. Hîc si velim hujus Maris Piscium genera omnia recensere, tempus me deficiat. Aliquot verò rariora non abs re fuerit commemorare. Inter quæ Piscis *Nahual*: Hujus carnem si quis comedat, statim moritur: habétque dentem in interiori capitis parte prominentem ad septem cubitos. Hunc quidam pro Monocerotis cornu vendiderunt. Creditur venenis adversari. Quadraginta ulnarum longitudinem habet bellua. *Roider*, centum triginta ulnarū est, caret dentibus. Ejus caro esui accommodatissima gratissimáq; pinguedo multis morbis medetur. *Cetus Britannicus*, longitudine triginta ulnarum: dētibus caret, linguámq; septem ulnarum habet. Est & maximum *Cetorum* genus quod rarò apparet, Insulæ magis quàm Pisci simile. Insequi minores Pisces præ corporis illa immani mole nequit, capit tamen illos suâ quadam arte & astutiâ. Alius item piscis *Stantusvalur* dictus, totus cartilagineus, Raiæ aliquo modo similis: sed infinitis modis major, Insulæ speciem cùm apparet, præ se fert, alis naves evertit. Sunt & *Seenaut*, Boves marini, colore griseo: & alii. Ad montes transeo. Islandiæ (inquit Georgius Agricola) tres sunt Montes elati in Cœlum, quorum vertices perpetuâ nive candent, radices sempiterno æstuant igne. Primus vocatur *Hecla*, alter *Crucis*, tertius *Helga*, id est sanctus. Ab Heclâ non longe absunt fodinæ Sulphuris, pænè unicum Incolarum mercimonium, & vectigal Insulæ: Mercatores enim naves eo onustas evehunt. Mons ipse cùm furit, ut horribilia tonitrua insonat, projicit ingentia saxa, Sulphur evomit, cineribus egestis omnia longè latéque complet, ut ad vicesimum lapidē terra coli non possit. Qui naturam causásq; ejus incendii curiosiùs contemplaturi propiùs ad montem accedunt, facilè unâ aliquâ latente voragine vivi absorbentur: nam & multæ sunt, & cineribus ita tectæ, ut nemo sibi cavere possit. Locum propterea vocant carcerem sordidarum animarum. Accedit huc, quod quum glacies soluta totos octo menses magnis molibus littori undique allidatur, horrendum sonum edat, quem Incolæ dicunt animarum esse ejulatum & quiritationem. Ejusdem naturæ alius mons nomine *Helga*. Hic mons anno 1581, teste Iona, tanto fragore & tonitru ignes & saxa eructavit, ut inde ad octoginta milliaria grandiores machinæ bellicæ explodi putarentur. Apud hunc vorago quædam, ubi spectra se offerunt, congressibus hominum tam manifesta, ut tanquam viventes accipiantur ab ignaris mortis illorum: nec deprehenditur error, priùs quā disparuerint umbræ. Sed hæc aut fabulosa sunt, aut certè Dæmonum ludibria. Ipse Ionas fabulosa putat. Crātzius Islandos specus plerúmque habitare scribit, ad montium latera excavatis mansiunculis. Quod idem quoque

Fontes.

Mare.

Montes.

que Olaus asserit, in primis tempore brumali. Ex ossibus Piscium domos exstruunt, penuriâ lignorum. Contrà Ionas, dicit hîc Templa & domicilia exstare satis multa ex ligno, cespite, & saxis satis magnifica & sumptuosa. Duos habet Insula Episcopatus Cathedrales, *Holum* sub quo sunt Monasteria *Pingora*, *Remested*, *Modur*, *Munkeniere*: *Scalholt* cui Monasteria subsunt *Videy*, *Pyrnebar*, *Kirckebar*, & *Skirda*. Ex Vellei huius tabulæ auctoris tamen scriptis intelligitur novem in ea esse Monasteria: & Templa præterea trecenta viginti novem. Episopi autem ex Academiâ Haffnensi eò mittuntur, quorum alter Boreali Insulæ parti præst, alter Meridionali. Ac uterque Gymnasium publicum ædibus adjunctum habet, in quo viginti quatuor pueros suo sumptu alere & erudire tenetur. Incolæ communi tecto, victu & strato gaudent cum Iumentis. In simplicitate sanctâ vitam agunt, cùm nihil ampliùs quęrant quàm quæ Natura concedit. Nam & Montes habent pro Oppidis, ut diximus, & fontes pro delitiis. Beata gens, cujus paupertati nemo invidet, & indè beatior quòd Christianismũ acceperit. Sed Mercatores Angli & Dani quiescere gentem & suo contentam esse non sinunt. Nam ob piscaturam evehendam, Insulam hanc frequentantes, cum mercibus omnigenis vitia quoque nostra invexerunt. Res majorum memorabiles carminibus celebrant, vel scopulis insculptas vindicant ab oblivione. Piscibus ut plurimùm victitant, quibus quoque exsiccatis & contusis, tanquam in farinam redactis, loco panis in mensâ utuntur: lautiores autem pane bis cocto. Potus olim aqua, ditioribus lac: nunc autem fruges aliunde allatas huic miscere didicerunt; & simplicis undę, postquam exteri cum iis negotiari cœperunt, oderunt haustum. Lubecenses enim, Hamburgenses, & Rostochienses quotannis hanc Insulam navibus suis frequentantes eò deferunt farinam, panem, cerevisiam, mulsum, vinum, pannos Anglicos, lintea, ferrum, chalybem, aurum, argentum, mulierum vittas & ligna in usum ædificiorum & navigiorum: exportant pro his pannum Islandicum (vulgò *wamm*) magnas sulphuris effossi moles, Pisces induratos, butyrum, sebum, vellera, ferarum pelles, Vulpes, Falcones albos, Equos, & alia istiusmodi. Piscium hîc tanta copia, ut eorum strues altissimas sub dio concinnent, atque ita venum exponant, altitudine interdum ipsa ædium tecta superante. Tanta etiam butyri salsi copia, ut cistis odoratis recondant longitudine pedũ quadraginta, altitudine 5, præter usitata dolia.

Opera publica & privata.

Mores.

Victus.

Mercimonia.

Sed lubet Erasmi Michaëlis versus, quos habet lib. 3. rei Nauticæ de Islandiâ adjicere:

Ultima Parrhasias Islandia spectat in Arctos,
Sub Caurum porrecta gradus: non divite tantùm
Læta solo, cùm vel cæcis occlusa cavernis,
Sulphura flava coquit mixtisque extrudit arenis:
Pabula vel latis pecori gratissima pratis
Fundit, & oppletas investit gramine valles:
At vicina etiam solidos cùm littora pisces
Nec numeris, nec mensurâ, certisve ferendos
Nominibus stipat, ratibúsque immittere certat.
Proventu siquidem vario cùm excesserit, uno,
Hoc vincit tamen, & cumulato Pisce redundat,
Aucta opibus fortésque animis complexa colonos,
Cujus & in Notios quæ pars jacet obvia ventos
Æstuat æternis per aperta foramina flammis,
Eructátque globos cinerum, trepidóque boatu,
Hecla tonans interfarsâ pice Sydera lambit.

cum Insulis circumjacentibus.

Regio.

Nomina à quibus & cur indita.

BRITANNIA omnes Insulas, quæ inter Hispanias & Germaniam magno terrarum spacio Galliæ prætenduntur, suo nomine complectitur. Eam nuper Lhuyddus Prydaniam, Th. Eliottus Eques Britannus *Prytaniam* dici voluerunt, sed studio magis contentionis, quàm veritatis incitati, contra Aristotelis, Lucretii, Iulii Cæsaris, & aliorum veterum scriptorum authoritatem ac fidem. Quia autem olim Britanni omnes se glasto inficerent, quod cœruleum efficiebat colorem, ut hoc horribiliore in pugnâ aspectu essent: iidémque quicquid depictum & coloratum *Brith* patriâ & antiquâ linguâ appellarent: rectè quidam statuunt Græcos (qui primùm hoc nomen ita conceperunt) ab Incolis, quos Brith & Briton appellari accepissent, ad *Brith Tanta*, quod regionem significat, addidisse: & ideo Britanniam regionem Britonum, id est, pictorum & coloratorum dici, non aliter atque Mauritania Mauri, Lusitania Lusi, & Aquitania aquarum regio nominatur. Britanniam autem *omnibus cœli ac soli bonis natura donavit, in quâ nec rigor est nimius hyemis* (ut habet Panegyricus Constantino dictus) *nec ardor æstatis: in quâ segetum tanta fœcunditas, ut muneribus utriúsque sufficiat, & Cereris & Liberi: in quâ nemora sine immanibus bestiis, terra sine serpentibus noxiis. Contrà, pecorum mitium innumerabilis multitudo, lacte distenta & onusta velleribus; certè quod propter vitam diligitur, longissimi dies, & nullæ sine aliqua luce noctes, dum illa littorum extrema planities non attollit umbras, noctisque metam cœli, & syderum transit aspectus, vt Sol ipse qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire.* Inter omnes Britanniæ Insulas duæ reliquas magnitudine longè præcellunt: *Albion*, sub quâ Anglia & Scotia cotinentur, & *Hibernia*. Prima magnitudine est *Albion*, quæ nunc sola nomen Britanniæ retinet, quod antea omnibus erat commune. Atque hoc nomen magis è libris eruitur quàm in communi sermone usurpatur, nisi quod Scoti se *Albinach* & suam regionem *Albin* adhuc vocent. De nomine autem *Albion* non multùm laborandum, quod huic Insulæ imposuerunt Græci ad differentiam, cùm circumvicinæ Insulæ omnes Britannicæ vocarentur. A Græcorũ enim vanitate, fabulositate & desultoriâ illâ in fingendis nominibus levitate enatum videtur. Cùm enim illi Italiam ab Hespero Atlantis filio Hesperiam, Galliam à Polyphemi, Gallatiam &c. fabulosè dixerint: hanc Insulam ab Albione Neptuni filio Albionem etiam fabulosè denominasse, vero non absimile videtur: quod Perottus & Lilius Giraldus prodiderunt. Alii ab ἄλφον malunt deducere, quod teste Festo, album Græcis sonat, unde & Alpes appellatæ. Figura ejus triquetra est, Siciliæ maximè similis, nam in tres diversos angulos sese cuneat. Promontorium primum Occidentem versus Angli vocant *The cap of Cornwal*. Secundum Cantium quod Orientem prospicit, Anglis *Northforland*. Tertium Orcas sive Tarvisium quod longè in Septemtrionem extenditur, Scotis *Dungisbehead* dictum. Livius & Fabius Rusticus eam oblongæ scutulæ sive bipenni assimilavêre. Ab Occasu, qua Hibernia sita est, Vergivi° Oceanus itrũpit, à Septẽtrione, vastissimo & apertissimo Hyperboreo Mari pulsatur, ab Ortu qua Germaniæ prætẽditur, Germanico, à Meridie qua Galliæ opponitur, Britannico urgetur.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Albion Insula.

Figura & situs.


ANGLIA SCO: TIA et HIBERNIA
Oceanus
Deu: caledo: nius
OCCIDEN: TALIS OCEANUS
OCEANUS GERMANI: CUS
NORWEGIÆ PARS
Dani æ pars
Hibernicū
Mare
VERGIVIUS OCEANUS
Oceanus Britannicus
INFERIO: RIS PARS
Gallia Pars
Mil. Anglica
M. Germanica

getur. Diodorus libro sexto ambitum ejus scribit esse duorum & quadraginta milliũ stadiorũ. Martianus: *Britannia* inquit, *longa millibus octingentis, lata trecentis, circuitu tricies octies viginti quinque millia tenet*. Nugæ. Doctissimus & accuratissimus scriptor Camdenus hanc rationem inivit, à Tarvisio promontorio ad Belerium, itinere ob sinuosos littorũ tractus curvato, millia passuum sunt DCCCXII: inde ad Cantium CCC XX millia: deniq; à Cantio ad Tarvisiũ DCCIIII millia. Quæ summa est MDCCCXXXVI millium passuum. Hæc Insula olim in duas partes divisa fuit, teste Ptolemæo magnæ constructionis lib. II: ubi Insulam universam in *Britanniam magnam & parvam* dispescit. *Magnam* vocat citeriorem ejus partem ad Meridiem: *Parvam* verò ulteriorem ad Septemtriones. Romani verò ulteriore parte neglectâ, *quia*, ut inquit Appianus, *illis utilis esse non poterat*, citeriorem in provinciam jam redactam primùm duplicem fecerunt, *Inferiorem* & *Superiorem*, ut ex Dione colligitur. Angliæ enim partem citeriorem cum Wallia *Superiorem*, ulteriorem & Septemtrionalem *Inferiorem* vocat. Postea in tres partes descripserunt, ut ex Sexto Rufo liquet, in *Maximam Cæsariensem*, *Britanniam Primam* & *Britanniam Secundam*. Postremò, cùm Imperii Romani formula indies immutaretur, Britanniam quinquepartitam fecêre, *Britanniam* nimirùm *Primam*, *Secundam*, *Maximam Cæsariensem*, *Valentiam*, & *Flaviam Cæsariensem*. Atque hæ quidem fuerunt sub Romanis ipsius Britanniæ divisiones. Nonnulli universam Insulam olim fuisse in tres partes divisam scripsêre, nempe in *Loegriam*, *Cambriam* & *Albaniam*. Sed hanc recentiorem esse divisionem credit Camdenus, ut quæ à tribus populis, Anglis, Cambris & Scotis, qui postremò Insulam inter se diviserunt, videatur enata. Postea in duo Regna, nempe Angliam & Scotiam, divisa est Insula: jam verò fœlicissimo sub Iacobo 6 unita hæc duo sunt Regna, & tota Insula *Magna Britannia* appellata. Vastissimo autem & apertissimo Oceano, ut suprà docuimus, Britannia undiq; circumfunditur, quem B. Basilius *Mare magnum, & navigantibus horrendum* dixit. Latè certè modò campos vicinos inundat, modò refugit & nudat, & ut cum Plinio loquar, in magnitudine hac apertâ, Lunæ vim laxè grassantis efficaciùs sentit, tantáque vi semper immittitur, ut non solùm flumina retrogat, sed aut terrestria deprehendat animalia, aut marina destituat. Tantúmque erat vel hoc mare hyeme navigare, ut Iul. Firmicus in libello de errore prophanarum religionum ad Constantem & Constantium Impp. exclamarit: *Hyeme (quod nec factum est aliquando, nec fiet) tumentes, & sævientes undas calcastis Oceani Britannici, sub remis vestris incogniti jam nobis pænè maris unda contremuit, & insperatam Imperatoris faciem Britannus expavit. Quid amplius vultis? virtutibus vestris victa Elementa cesserunt.*

Mare.

Commoditates.

De commoditatibus quas hoc mare præstat, de tepore quo terras fovet, de vaporibus quibus aërem nutrit, & agros irrorat, de piscibus varii generis, Salmonibus, Passeribus, Paguris, Asellis, Halecibus &c. quorum infinita examina alit, nihil attinet dicere: Margaritæ tamen non sunt silentio prætereundæ, quas rotundâ specie mari Britannico gregatim natare ducem sectantes, more apum Iubas memorat. Meminit & Marcellinus. Harũ spe Cæsarem Britanniam petiisse author est Suetonius. Atq; hæc de Albione, nunc reliquas præcipuas percurramus. Inter omnes longe præcellit Hibernia, de quâ nihil hîc, de eâ in propriis quas occupat tabulis, dicturi. Eam

Orcades.

sequuntur *Orcades*, nunc *Orkney* XXX. plùs minùs, Insulæ, modicis inter se discretæ spatiis, quas ita appellat quædam

dam antiqua membrana, quasi *Argath*, id est, *supra Getas*, ut ibi exponitur: Camdenus malit supra *Cath*, objacet enim *Cath* regioni Scotiæ, quam ob promontorium *Cathnesse* nunc vocant, cujus Incolæ *Carini* pro *Cathini* perperam Ptolemæo nominari videntur. Solini ætate homine vacarunt, & junceis herbis inhorruerunt, nunc vero cultæ sunt, sed sine silvis, hordei satis feraces, tritici & arborum omnino indigæ. Serpens in eis nullus aut venenosum animal. Animalium greges numerosissimos nutriunt: Lepores, Cuniculi, Grues & Cygni hic multi. Copiosa item in his piscatio est, ex qua Incolæ non parum emolumenti capiunt. Iulius Agricola classe primus Britanniam circumvectus Orcadas ad id tempus incognitas, invenit domuitque, tantum abest ut Claudius devicerit, (quod Hieronymi Chronicis asseritur.) Deinde vero cum Romanorum concideret in Britannia Imperium, Pictorum sedes fuerunt. Postea in Norwegorum potestatem & Danorum devenerunt: unde Gothice loquuntur Incolæ: & demum Christiernus Rex Daniæ pacta pecunia, Anno MCCCCIxxIIII omne jus suum in regem Scotiæ transtulit. Harum autem præstantissima *Pomonia* Episcopali cathedra celebris; a Solino *POMONA* diutina ob diei prolixitatem vocata, hodie *Mainland* incolis, quasi continens esset. Stanni & plumbi ferax, ac sede Episcopali in *Kirkwale* opidulo, & duobus castris ornata. *Oetis* etiam inter has a Ptolemæo recensetur, quam *Heth* nunc dici conjectat Camdenus. An vero *Hey*, quæ inter has numeratur Plinii *Dumnam* dicam, inquit idem Camdenus, nondum statui. Certe si non sit, malim *Faire Yle*; i. *Insula pulchra*, cujus opidum quod habet unicum *Dumo* dicitur, *Dumnam* existimare, quam cum Becano *Wardhuys* in Lappelandia censere. Hactenus ille. *Zelandiam* quoque unam earum nominat Ioannes Major, quinquaginta mille passibus in longum exporrectam. Incolæ porro harum Insularum cum abundantia hordei potentissimum conficiant potum, & omnium mortalium sint bibaciſsimi, nullum tamen in eis unquam ebriũ, aut mente alienatum, nullum amentem aut stolidum visum esse testatur Boëtius. His proximæ *Hebrides* Insulæ numero xlIIII, quas Beda *Mævanias*, Ethicus *Betoricas*, Giralbus alibi *Inchades & Leucades*, Scoti *Westerne Iles*, i. Occiduas Insulas: Ptolemæus cum Plinio & Solino *Ebudas vocat*. Harum triginta esse Plinius scripsit, sed quinque recenset Ptolemæus. Prima *Ricina* est, Plinio *Ricnea*, Antonino *Riduna*, nunc *Racline*. Insula hæc exigua est objecta Hiberniæ. Proxima *Epidium* est nunc *Ila* (teste Camdeno) Insula satis ampla, & campestri planicie ferax. Inter hanc & Scotiam *Iona* interjacet, Bedæ *Hy & Hu*, situ plano gaudens, in qua Episcopalis est sedes, in *Sodore* opidulo, unde Insulæ omnes *Sodorenses* etiam dictæ fuerunt, quod in ejus diœcesi censentur; celebris autem est Regum Scotiæ sepultura. Inde *Malcos* est Ptolemæi, nunc *Mula*, cujus Plin. meminit, cum inquit *Reliquarum Mella xxv mill. pass. amplior proditur. Hebuda* Orientalior nunc *Skie*, deinde Scotiæ littori longe obtenditur, & *Hebuda* Occidentalior magis in Occasum divergens, nunc *Lewes*, cui præest *Mac cloyd*, & in antiquo Manniæ libro *Lodhus* dicitur, monticulis prærupta, saxosa & raro cultore, sed omnium amplissima, a qua exiguo Euripo *Eust* disjungitur. Cæteræ præter Hyrtham ignobiles sunt aut saxis asperæ, aut cautibus inviæ, & vix virenti cespite vestitæ. Sequuntur Mona & Vectis de quarum altera, in tertia Tabula Angliæ, de altera in septima agemus.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium majorum.

Hebrides, earum nomina.

Regio. Nomina priſca & recētia, a quibus & cur indita.

HIBERNIA Inſula ſequitur, Orpheo, Ariſtoteli & Claudiano *Ierna*, Iuvenali & Melæ *Juverna*, Diodoro Siculo *Iris*, Euſtathio *Uernia* & *Bernia*, incolis *Erin*, Britannis *Yverdhon*, Anglis *Ireland*. Vnde hæc profluxerint nomina, variæ ut in re obſcura ſubinde enatæ ſunt opiniones. Hiberniam alii ab Hibero Duce Hiſpano, qui primus magna Hominum coacta multitudine, eam occupavit, dictam volunt: ab Ibero fluvio alii, quod illius accolæ primi Inſulam habitaverint; alii ab hiberno tempore, quia ad Occidentem vergit. Eulogii author ab Irnalpho Duce. *Hibernia* & *Juverna*, proculdubio ab Orphei & Ariſtotelis *Ierna* dimanarunt: *Ierna* autem illa, *Iris*, *Iverdhon*, & *Ireland*, ab Incolarum *Erin*. Ab *Erin* ergo gentis vocabulo etymon petendum. Hic Camdenus quid opinione augurari poſsit ſe habere negat: niſi forſan, inquit, ſit ab *Hiere* Hibernica voce illis Occaſum, ſive plagā Occidentalem ſonante, unde *Erin* quaſi Occidentalis Regio deducta videatur.

Situs.

Protenditur hæc Inſula ab Auſtro in Aquilonem, forma lenticulari, ſive ovali, non viginti dierum navigatione, ut Philæmon apud Ptolemæum tradidit, ſed cccc tantum mill. paſſ. Latitudine vix cc implet. Ab Ortu habet Britanniam, a qua Mari Hibernico & unius tantum diei navigatione diſcluditur. Ab Occidente vaſtum Oceanum. A Septemtrione, qua Oceanus Deucaledonius quem Ptolemæus vocat *Hyperboreum*, irrumpit, habet Iſlandiam: ab Auſtro reſpicit Hiſpaniā. Aër hujus Inſulæ eſt ſaluberrimus, Cœlum mite, clemens, blandum; nam neque æſtivo calore Incolę ad umbras & loca opaca impelluntur: neque frigore ad focos; ſemina tamen ob Autumni humiditatem rarius matureſcunt. Hinc Mela ſcribit, Cœlum ad maturanda ſemina iniquum habere. Salubritate tamen & ſerenitate aëris multum Britanniæ præſtat. Terræ motus hic numquam, vix ſemel in anno tonitru audies. Regio gleba præpingui, uberique frugum proventu felix eſt: paſcuis tamen quam frugibus, gramine quam grano fœcundior. Tritici namque grana ſunt hic contracta & minuta, & vix alicujus vanni beneficio purganda. Quod ver gignit, æſtas nutrit, vix in meſſē pluvialis aquoſitas colligi permittit. Æolicis namque flatibus, & pluvialibus inundationibus præ aliis terris hæc exuberat.

Cœli temperies.

Animalium varietas.

Verum (ut inquit Mela) *adeo luxuriosa herbis non lætis modo, ſed etiam dulcibus, ut ſi exigua diei parte pecora ſe impleant, & niſi pabulo prohibeantur, diutius paſta diſſiliant.* Quod etiam Solinus de hac Inſula teſtatur. Hinc pecorum infinita multitudo, primæ & præcipuæ Incolarum opes, Ovium etiam greges plurimi, quas quotannis bis tondent. Equi item optimi (*Hobies* vocantur) quibus non idem qui cæteris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Nullum ibi reptile degit, nullus Serpens, privilegio cum Creta communi: ſæpe etiam illuc de Britannia allati Serpentes, mox ut proximantes terris odorem aëris illius attraxerunt, intereunt. Beda teſtis eſt, vidiſſe ſe, quibuſdam a Serpente percuſsis raſa folia codicum ex Hibernia aſportatorū propinata eſſe, & continuo totam vim graſſantis veneni, tumoremque inflati corporis receſsiſſe. Falcones præterea, Accipitres & Niſos, præ aliis regionibus copioſe producit. Aquilarum quoque non minor hic copia, quam alibi milvorum. Tanta vero multitudine ſe Grues ingerunt, ut uno in grege centum frequenter reperias. In Boreali plaga Cygni etiam abundant. Ciconiæ vero per univerſam Inſulam rariſsimæ ſunt, & illæ nigræ. Perdices, Phaſiani, Picæ & Philomelæ deeſſe dicuntur.

Apum


IRLANDIA
IRLANDIA.
Occidens
Septentrio
Meridies
Oriens
OCEANUS OCCIDENTALIS.
MARE HIBERNICUM.
Dublyn
Drogheda
Wexford
Waterford haven
Galway bay
Lough Eae
Dunluce
Carrickfergus
Dundalk
Strangford
Lough Foyle
Lough Swilly
Donnegal
Sligo
Limerick
Cork
Kinsale
Youghal
Dingle
Valentia
Tarbert
Loughrea
Athlone
Longford
Kilkenny
Ross
Wicklow
Arklow
Carlingford
Belfast
Coleraine
Londonderry
Ballyshannon
Sligo
Clare
Galway
Connaught
Munster
Leinster
Ulster
Meath
Westmeath
Kildare
Wicklow
Wexford
Tipperary
Waterford
Clare
Kerry
Limerick
Cork
Antrim
Down
Armagh
Tyrone
Fermanagh
Donegal
Leitrim
Roscommon
Mayo
Galway
Offaly
Laois
Carlow
Kilkenny
Longford
Westmeath
Meath
Louth
Monaghan
Cavan
Leitrim
Sligo
Mayo
Roscommon
Galway
Clare
Limerick
Tipperary
Kerry
Cork
Waterford
Wexford
Wicklow
Dublin
Kildare
Offaly
Laois
Kilkenny
Carlow

Apum tanta multitudo, ut non ſolum in alveariis, ſed etiam in arborum truncis & terræ cavernis reperiantur. Scribit etiam Giraldus de avibus præ cæteris hoc memorabile, ex lignis quibuſdam in mari temere natantibus, gummi primum effluere: hoc gummi poſtea in cruſtam indureſcere, intus naſci animalcula, quæ primum vitam, poſtea roſtra, pennas, alas concipiant, denique vel in aëre volitent, vel aquis innatent, neque aliter generari hoc animal. Sylveſter Giraldus quem dixi, teſtatur ſe iſtiuſmodi aves permultas vidiſſe ſemiformatas, roſtro ex teſtulis pendentes, quæ ſi perfectæ fuiſſent, reliquarum more volitaſſent. Sunt & aves, eodem teſte, biformis naturæ, quas Aurifriſios vocant, plurimæ, Aquila quidem minores, Accipitre majores, quibus alterum pedem unguibus armatum, apertum & rapacem: alterum vero clauſum & pacificum, ſolique natatui idoneum, naturæ ludentis opera contulit admiranda. Sunt & aliæ quas Martinetas vocant, Merula minores, in modum Coturnicum curtæ, ſed albo ventre nigroque dorſo degenerant. Mirum de his aviculis, quia ſi mortuæ in loco ſicco ſerventur, putreſcere neſciunt: & inter veſtes aliaſve res locatæ, eas indemnes a tinea conſervant. Et quod longe ſtupore dignius eſt: mortuæ quoque in ſicco ſuſpenſæ, rediviva plumarū renovatione ſingulis annis immutantur. Ferarum quoque omnia fere genera continet. Habet enim Cervos, qui præ nimia pinguedine parum ad curſum apti ſunt: & quanto minores ſunt corporum quantitate, tanto præcellentius efferuntur cornuum dignitate. Aprorum magna copia eſt. Sunt & Lepores multi. Sed omnium animalium ferarum & avium corpora, hic quam alibi minora. Eſt & Taxus, & Muſtela. Sed caret Capris, Damis, & Ericiis. Talpę nullæ vel rariſsimæ: ſed Mures infiniti. Lupum item, & Vulpem habet. Sed de his ſatis, ad alia tranſeo. Hiberniæ quomdam multos Regulos habuit, nunc autem ſub Anglorum regimine & per Proregem quem Dominum deputatū vocāt, adminiſtratur. Hibernia vero ſub dominio Regis Anglorū incidit circiter annū 1175, quo Rodericus Connaciæ Rex, ſe Regem univerſæ Hiberniæ nominavit, qui cum totam Inſulam ſubjugare contenderet, bellum continuum cum cæteris Regulis gerebat, ex cujus quidem ſeditione factum eſt, ut alii Reguli ſe ſponte, ac ſine ulla ſanguinis effuſione Anglorum Regi Henrico ſecundo dederint: & inde omnes Hibernię Domini dicti ſunt uſque ad Henricum octavum, qui Rex Hiberniæ ab inſulæ Ordinibus & Proceribus declaratus fuit, quia quibuſdam ſeditioſis Domini nomen erat inviſum. Quatuor in hac civitates præcipuæ, *Dublinia* totius Hiberniæ Metropolis, Sedes Regia & Archiepiſcopalis, Comitatuſque titulo exornata. Secundas partes tenet *Waterfordia*, tertias *Limmiricum*, quartas *Corcagia*. Sunt & alia ibi opida ac municipia ſatis magna, de quibus in particularibus deſcriptionibus fuſius. *Lacus* quoque plurimos hæc terra habet, inter quo lacus eſt in Hultonia ab Erno lacu xv mill. diſtans, de quo ſuo loco fuſius. Super *Armacum* urbem ſtagnum eſt haud amplum, in quod ſi haſtam defixam aliquot menſes relinquas, pars ea quæ luto inhæſit ferrea, quæ aquæ immerſa ſaxea, exſtans lignea futura ſit. Eſt & *Erno* lacus, qui xxx mill. paſſ. in longitudine, xv in latitudine diffunditur, ſilvis opacis coronatus, & adeo piſcoſus, ut piſcatores nimiam frequentius piſcium copiam, retiumque rupturas, potius quam defectus conquerantur. Fluminibus item egregiis ſcinditur & rigatur Inſula: quorum nomina hæc ſunt: *Avenlifius*, Dubel perfluens. *Boandus*, per Mediam, *Banna* per Vltoniam:

Imperium majorum.

Urbes.

Lacus.

Flumina.

per

per Connaciam, *Linnus*; & *Moadus*, per Kenelcunilliam, Slicheiam, & Samairam: *Modarnus* vero & *Fiernus* per Keneleoniam, & alia plurima. Inter omnia vero flumina Hiberniæ non immerito principatum *Synnenus* obtinet, tam quantitatis suæ majestate longisque terrarum excursibus, quam fœcundissima piscositate. Cæterum flumina & Lacus suis sibi innatis fœcunda sunt piscibus. Terra inæqualis est & montosa, mollis & aquosa. In summis Montium verticibus stagna reperies & paludes. Pecore Montes, nemora Feris abundant. De mari quod Hiberniam & Britanniam interluit sic scribit Solinus: *Mare quod inter Hiberniam & Britanniam interluit, undosum & inquietum toto in anno, nonnisi æstivis pauculis diebus est navigabile.* Sed errat. Satis enim tranquillum est, nisi ventorum vi agitetur. Et non solum æstate, sed etiam summa hyeme, vectores ultro citroque navigant. Marinis autem piscibus per omnia latera maritima, satis abundat. Habet Hibernia in universum Comites triginta tres. Archiepiscopos quatuor. *Armachiensem* totius Hiberniæ Primatem: *Dublinensem* Hiberniæ Primatem: *Cassiliensem*, & *Toamensem*. Et hi quatuor viginti novem Suffraganeos habent. Hibernia ex Incolarum moribus in duas partes distribuitur. Qui enim legibus teneri recusant & incultius vivunt *Irishrie*, & vulgo *Wild Irish*, id est, sylvestres Hibernici vocantur. Qui vero Legum potestatem sanctam habent, & judiciis se sistunt, *Anglo-Hibernici* dicuntur, & eorum regio *The English Pale*: Anglice, naturaliter & incorrupte loquuntur; Hibernice tamen norunt, propter quotidiana commercia. Hibernici primarios quosdam Tyrannos habent, quorum imperio plures tenentur: sub Anglico jure & imperio, nisi simulate & quamdiu Angli milites eorum territoria depopulantur, non vivunt. Iudicia tamen propter deprædationes frequentes, & furta nocturna certis temporibus & locis constituunt. Illic reorum qui accusantur, proprium est: Nego. Si convincantur, ad litem æstimandam quosdam arbitros, quos illi *Brehonios* appellant, adhibent. Isti sunt ex una familia proseminati, qui quamvis intelligentiam juris non habeant, vulgo tamen propter arcanam quamdam scientiam ac moribus acceptam, quasi divini habentur. Militia eorum partim equestris, partim pedestris est. Equites habent Equos valde tractabiles, quos sine ullis adminiculis, etiam loricati insiliunt. Hastas bene ponderosas circa medium manibus prænsas supra capita in hostem vibrant. Inter pedites quidam sunt sagati milites valde robusti, quos *Galeglacios* vocant, & tela pedalia securibus similia, eaque gemina, cultris tonsoriis acutiora, longiusculis hastilibus affixa gerunt, & totius Hibernici belli fundamentum ac robur sunt. Secundum locū obtinent Pedites levis armaturæ machærophori, qui *Karni* dicūtur, & neminem occisum putant nisi capite truncatum. Tertio loco sunt cursores, quos Daltinos vocant, qui inermes incedunt & ministros se præbent equitibus. Totus autem tam equitatus quam peditatus, quoties ad manus venitur magna voce *Pharro Pharro* inclamat: & tibia utriculari loco tubæ utitur. Cænitant Hibernici magnifice & opipare. Nam licet delicatis Artolaganis minime abundent, nec etiam ulla urbana in epulis lautitia adhibeatur, mensas tamen habent, Bove, Porco, & aliis cibariis, prout temporum observatio exigit cumulatissime instructas. In epulis accumbunt lectulis positis. Primus in mensa locus tribuitur Matri familias, talari tunica, & sæpe crocota, bene manicata amictæ.

Mare.

Mores.

Victus.

Hibernię II Tab. in qua Vltonia, Cõnacia, Media, & pars Lagenię.

VLTONIA.

HIBERNIA in genere descripta; antequam ad specialiorem singularum partium delineationem me accingam, operæprecium putavi primum, distributionem ejus proponere. Hibernia in quinque partes seu Provincias dividitur. In *Lageniam* quæ ad Orientem est Angliæ proxima: *Connaciam* vel *Connachtiam* quæ ad Occidentem vergit: *Vltoniam* in Septemtrionali parte: & *Momoniam*, in Australi plaga sitã. Quinta pars *Media* appellatur, quæ medio loco sita a cæteris clauditur. In hisce quinque Provinciis alia quædã notabilia territoria ponuntur, ut in *Lagenia* includuntur *Fingalia*, *Offalia*, *Leisia*, *Ossiria* & *Ormundia*. In *Media* reponuntur *Slania*, *Fouria*, & *Delvinia*. In *Comania* comprehenditur *Claria*; In *Vltonia* continetur *Vrilia*, *Antrimenia*, *Lecalia*, ac *Treconclia*: In *Momonia* concluduntur *Trippetatia*, *Keria*, *Cosmaia*, *Desmondia*, *Tomondia*, nonnullaque alia. Est & alia Hiberniæ partitio quam in Tabula generali etiam attigimus: hæc magna cum cura & diligentia est consideranda, si quis hujus terræ statum cognitum, ac perspectum habere aveat. Quare observare diligenter oportebit, Hiberniam in duas partes distributam esse, in Anglicam & Hibernicam. Hãc Germani & genuini Hiberni, illam Anglorum progenies incolit: eaque portio, plebeio sermone, Anglica Provincia nominatur, quod sit Anglorum territoriis, quasi Palis & Septis circumsessa. Etenim posteaquam Angli Dermicium, exactum Regem, Hibernicis hostibus, armis castrisque oppressis, in patriam atq; adeo in Regnum restituerunt: Angli victores sedem stabilem & domicilia certa, in lectis Hiberniæ locis habuerunt: deinde cum inter se & domitos Hibernos, quædam quasi Insulæ divortia fecissent, illam partem, in qua coloniam collocarunt, Anglicam Provinciam appellaverunt. Hac major Lageniæ & Mediæ pars, ac ea Vltoniæ portio, quæ Vrilia dicitur, continetur, sed præcipua Lageniæ particula, quæ Fingalia vocatur, Dublinio, ad Aquilonarem plagam, finitima, primas tenet; Media secundas. Mercator autem partes priore distributione a nobis positas, quatuor tabulis luculenter exhiber, ab Vltonia, Connacia, Media & parte Lageniæ facto initio. Harum omnium partium, quo ordine ab Authore nostro ponuntur, delineationem, quam potero fidelissime, proponam. Offert se primo loco Vltonia. Pars hæc Hiberniæ prima Latine *Vltonia* dicitur, Anglis *Ulster*, Hibernicis *Cui Gully*, id est, Provincia *Gully*, Britannis *Wlw*. Protenditur ad mare Hyperboreum, & hinc *Bunda* a Media, illinc *Erno* Lacu & *Bannio* fluvio a Connacia dirimitur. Regio ampla, alicubi ferax, alicubi macra, viriditate tamen ad aspectum ubique jucunda, & pecoribus refertissima. Ioannes Curtius primus Anglorum hanc regionem aggressus est, & Duno, Armachaque expugnatis, universam aut bello, aut deditione complexus est, primusque Vltoniæ Comes est dictus, sed cum illi res prospere gestæ ita invidiam conflassent, ut ex suis virtutibus, aliorum que vitiis in exilium ageretur: *Hugo Lacy* qui illum bello persequebatur, datus erat a Rege Ioanne successor. Hujus unicam filiam Gualterus de *Burgo* Dominus Connaciæ uxorem duxit, & uxorio jure creat⁹ est Vltonię Comes, permansitque ille honor in Richardo filio, & Gulielmo Muto hujus Ioannis filio ex Elizabetha Clara

Regio.
Nomina.
Situs.
Soli qualitas.
Imperium.


CATHERLAGH COMI:
Fortoneley Dominium
Kilknock
Droslew
Clone
Raynele
Caryinlynlyne
Mynde
Ratow
Kylmiglyn
B.Teg
Reynighery
Raghender
Caros wod
Drumffey
Kylmonde
Killenerk
Carrik brack
Kylkole
Kilbra ker
Fennog
B.Tremyng
Cloghendel
Kylmore
Temple fether
B.Trast
B.Bramle
B Knohan
Kylkonen
Cargenspiden
Mihel
Racorrak
B.Tarsen
B.Clone
B.Corrak
Kimle
Castlyn
TATUS
Wil Roeystown
B.Cow
Knock Olarde
B.Dore
Tonroe
Knok Squyre
Similine
B.Carrik
Tulmoyonnio
Kyldrine
Kyllicoryn
B.Loughane
B.Moone
B.Selerk
Kyllatum
Bonase
Staplers town
B.Henry
B.Lowe
Bure Duff
Kermiston
Coradrane
Parke
B.Bare
B.Rane
Knockenoye
B.Reiglyn
Clongosh
Clonemuske
Vrne
Agha
Seslyn Reyne
Clowater
B. Comyn
Catherlagh
B.Bren
B.Baltar
Caryhouden
Raphad
Rahedin
Kilmaloque
Glorum
Old town
Orcharde
Dum Raghlyn
Kyllarte
Dontoniake
Kilcumyn
Baroah flu
Clogherish
Clogh Grenant
Rahellyn
Tondertea
Kylgrany
B.Helen
Barow als Barogh flu
KYLKENNY
B.Growen
Rauenden
B.Bola
Laghlyn
Courtthonder
Kilkrute
Caronlosse
Corneu
Tempel Nyuenne
Reyba
Cloymoney
Toloeren
Seskyn Rother
Seskyn
Kellynen
Fulse
Court Ennour
Balymuleran
Garo
Old Laghlyn
Garrywret
Rosse
Synkyll
Caros mosery
C Donye
IDOGH COMIT.
COMITAT
UDRONE
Miliaria Anglica com.
1
2
3

10.

Clara (hærede altera Gilberti *Clare* fratris ſui) qui a ſuis interfectus Elizabetham unicam filiolam reliquit, quæ Leonello Clarentiæ Duci enupta. Per hujus vero unicam filiam ad Mortuomarios, & ab illis rurſum per filiam ad Richardum Ducem Eboracenſem Vltoniæ titulus eſt devolutus, cujus filius Edwardus IIII. Rex Angliæ ſacro patrimonio ſive Domanio, ut vocant, regio adjunxit. Quo tempore cum Anglia in partes diſcederet, inteſtino exardeſcente bello, & Angli qui hic meruerunt, Vltonia relicta, domum profecti partes ſequerentur, *O--Neale*, & alii Hibernicæ originis in has regiones involarunt, & ita barbarie efferarunt, ut nihil ſupra. Dividitur in Citeriorem & Vlteriorem. Citerior tres habet Comitatus, *Louth*, *Down* & *Antrimme*: Vlterior ſeptem, *Monahon*, *Tiroen*, *Armack*, *Colrane*, *Donergall*, *Fermanagh*, & *Cavon*. Ptolemæi vero ætate hanc univerſam incoluerunt *Voluntij*, *Darni*, *Robogdy* & *Erdini*. *Voluntij*, unde *Guly*, & *Vlſter* forſitan profluxerunt, tenuerunt tres Comitatus *Down*, *Antrimme*, & *Louth*, qui & *Iriel* dicitur, cujus Comitem primum Ioannem *Brimicham* creavit Rex Edwardus ſecundus, quod juſto prælio Edwardum Bruſium Scotum, qui ſe Hiberniæ Regem declaraverat, ad *Dundalk* opidum maritimum profligavit, & occidit. Regiones etiam adjunctas inſederunt, quarum nomina Latino ſermone eloqui vix datur, *Tiroen* ſcilicet, quam nonnulli *Eugenij terram* latine interpretantur, *Bremy*, *Iueagh*, *Mourne*, & regiones illas quas Anglica *Fitz-Vrſorum* familia occupat, qui nunc degeneres eodem ſenſu *Mac Mahon*, i. *Vrſi filij* appellantur, cum Kilwarny, & Kilulto Silvis denſiſſimis, & Cherſoneſis duabus *Lecale* & *Arde*. Nihil in his memoratu dignum occurrit niſi Hibernicos Regulos commemorare velim. Melioris notæ inter urbes ſolummodo *Armach* ſedes Archiepſcopi & totius Hiberniæ Metropolis, ab Armacha Regina ſic dictam fabulantur Hibernici: ſed Camdeno eadem eſſe videtur, quam *Dearmach* vocat Beda: & *Ruborum Campum*, ex lingua Scotica ſive Hibernica interpretatur. Regio multis & immenſis Lacubus interfuſa, inter quos Lacus *Eaugh* qui ſtatim ab Armach, late diffunditur: & ad Orientem ſolem *Kilulto*, *Kilwarney*, & *Dyſſrin* ſilvæ impeditiores uſque ad ſinum illum pertingunt, qui anguſto meatu admiſſus ita ſe inſinuat, & variis receſsibus terram excavat, ut duas faciat Cherſoneſos, *Lecale* ad Meridiem, & *Arde* ad Aquilonem. *Lecale* totius Hiberniæ longiſsime in Ortum prominet, extremumque ejus Promontorium, quod nunc nautis S. *Iohns Foreland*, Ptolemæo *Iſanium* vocatur, forſitan a Britannico *Iſa*, quod infimum ſonat. In ipſius Iſthmo *Dunum* floruit, cujus meminit etiam ſed non ſuo loco Ptolemæus, nunc *Down* vetuſtæ ſane memoriæ opidum, ſedes Epiſcopalis. *Arde* è regione jacet tenui alveo diviſa, quam Savagi Anglica familia jam degener olim occupavit, & in quam Thomas Smith Eques Auratus, & Reginæ a ſecretis præclaro auſu, ſed infeſto fato Coloniam non ita pridem duxit: filium enim naturalem, quem præfecerat ex inſidiis interceptum canibus objecerunt Hibernici, cujus immanitatis pœnas perditiſsimi illi rebelles poſtea graviſsimas perſolverunt, interfecti, & Lupis in prædam dati. Sunt & alii Lacus, de quibus in generali deſcriptione mentio a nobis facta eſt. Inter fluvios primum *Vinderius* fluvius occurrit, qui nunc *The Bay of Knocfergus*, ab impoſito opido munito & portu tuto, quem Angli *Knocfergus*, Hibernici *Caregfergus* vocant, id eſt *Ferguſij* ſcopulus, quod nomen a Ferguſio ibi ſubmerſo invenit. Deinde *Banna* eximiæ, ut inquit Giraldus, pulchritudinis fluvius, quod nomen teſtatur,

Lacus.

Fluvij.

ex

ex Lacu *Eaugh* se in Oceanum duplici ostio transfundit, Salmonibus totius Europæ longe fœcundissimus, eo quod ut nonnulli existimant, sit omnium fluviorum limpidissimus, cujusmodi aquis Salmones unice delectantur. Est & *Logia* flu. cujus meminit Ptolemæus, qui nunc *Lough Foile* paulo superius spatioso ostio in mare prorumpit: & alii. Terra insuper immanibus Silvis vmbrosa. *Darni* ultra Voluntios consederunt, ubi nunc *Claneboy*, *Rowte*, *Glynnes*, *Krine*, omnemque tractum maritimum usque ad *Loghfoyle* tenuerunt. *Claneboy* lingua Hibernica *Gens flava*, O-Nealorum fuit possessio, & nequissimi illius rebellis Ioannis O-Neali facto nota, qui inter pocula hic a Scoto-Hibernis ex Hebridibus fuit interfectus: post cujus obitū hunc agrum Gualtero *D'Evreux* Essexiæ Comiti concessit Regina Elizabetha. *Rowte* sedes erat *Mac-Guillinorum*, non obscuræ in hac ora familiæ. *Glynnes*, id est, *Convallis*, ad Barones Bissetos quondam spectavit, qui cum Patricium Atholiæ Comitem ob privatas simultates sustulissent ex Scotia huc exulatum venerunt, ac suæ gentis familiam illustrem reliquerunt. Supra has *Glynnes*, ex adverso Insulæ quam Ptolemæus *Rigneam*, Angli *Raclynes* vocant, *Krine* sita est *O Cahani* regiuncula quam Banna interluit, & *Logia* nunc *Lough Foile*. Ad quod flumen non obscura supersunt nominis Darniorum vestigia in lacu *Der*. *Robogdii* supra Logiam locati omne Septemtrionale illud Hiberniæ littus tenuerunt, ubi *O Dongherty*, obscurioris notæ Regulus multum valet. Inter hos *Rabogh* viculus Episcopalis antiqui Robogdiorum nominis expressa retinet vestigia; sed quodnam sit *Robogdium* promontorium, nisi sit *Faire Foreland*, plane se nescire inquit Cādenus. Ab hoc scopulosolo tractu extrema reflectūtur littora per *Swilly* Lacus ostium, qui Ptolemæo *Argita* dici videtur. Vlterius magis ad Occasum *Vennicnii* egerunt in *Tirconell*, ubi *Mac Rwyny Fayd*, *Mac Swyny Netoeth*, & *Mac Swyny Bannigh* plurimum posident. *Viduam* flumen quod nunc *Chrodagh*, & *Vennicnium* Promontorium quod nunc *Rames head*, & *Boræum* promontorium, quod nunc *S. Helens head* inter hos statuit Ptolemæus. A Boreo promontorio unde retrahuntur in Meridiem littora, ubi nunc *O Donel*, *O Buil*, & *Mac Guir* magni nominis Reguli habitant, consederunt olim *Erdini*. Hic est *Erno* Lacus de quo in generali descriptione diximus, & alter xv ab hoc milliaribus ad Arctum distans, in quo Insula eminet, & in ea ad monasteriolum specus obversantium nescio quorum spectrorum terrore, & horrendis visis decantatus. Incolis hodie *Ellanu' Frugadory*: id est, Insula Purgatorii, & Patricii Purgatorium nominatur. Patriciū enim Hibernorū Apostolū a Deo ardentissimis precibus impetrasse creduli affirmant, ut pœnæ, & cruciatus qui impios post hanc vitam manent, ob oculos hic proponerentur, ut insita suis Hibernis peccata, & gentilium errores facilius extirparet. Cæterum cum *Reglis* hic locus in Patricii vita nominetur, *Regiam* alteram fuisse quam Ptolemæus memorat, existimat Camdenus, cui suffragatur apud Geographum situs. Præter hoc Patricii, etiam aliud in hac Insula Brendani Purgatorium fuisse perhibent. Hi sunt antiqui Vltoniæ Incolæ, quibus tandem permisti Scoti, hinc Scotorum nomen in Borealem Britanniæ plagam transvexernut. Archiepiscopus unus in Vltonia, qui sedem suam habet Armachiæ. Hos habet Suffraganeos Episcopos, *Maeth* & *Deren*, *Ardach* forte *Apde*: *Kilmore*, *Clogher*: *Doune*, *Conor*: *Kloncknos*, *Raboo*, forte *Rapo*: *Dromoore*. Regio hæc ut sine subactione inhorrescit, ita Incolarum ingenia sine humaniori cultura maxime efferantur.

CONNACIA.

Regio. Nomina.

CONNACIA ſecunda Hiberniæ pars, aliis *Connachtia*, Anglis *Connagh*, & Hibernis *Connaghty* dicitur. Ad Occaſum vergit, Seno flumine, *Banna*, & Oceano incluſa. Hanc antiquitus Ptolemæi ætate *Auteri* & *Nagnatæ* totam inſederunt. Tam arcta verò cognatio inter *Nagnatas* & *Connaghty* intercedere videtur, ut vel *Connaghty* inde enatum, vel hoc nomen *Nagnatæ* à *Connaghty* detortum exiſtimare liceat. Niſi quis à *Nagnata* portu cujus meminit Ptolemæus *Connaghty* factum ſuſpicetur, & inde regioni nomen impoſitum. Portus enim *Cuon* patria lingua dicitur, cui ſi addas *Nagnatæ* à *Connaghty* non multùm abluder.

Soli qualitas.

Cæterum regio ut alicubi læta, & ferax, ita ſubuvidis quibuſdam locis, herbidis tamen, quos à mollitie *Boghes* appellitant, ut reliqua paſsim Inſula, periculoſa, & ſylvis opacioribus & crebrioribus condenſa. Ora autem maritima multis ſinubus, & navigabilibus alveis pervia accolas ad navigationes quodāmodo invitat, & provocat, ſed innatæ deſidiæ dulcedo ita detinet, ut oſtiatim malint victum quærere, quàm honeſtis laboribus paupertatem repellere.

Imperium majorum.

In Hibernicis proditum eſt hiſtoriis *Turloghum O-mor O-conor* huic regioni cum Imperio olim præfuiſſe, totamque inter duos filios, Cahelum, & Brienum diviſiſſe. Advenientibus vero in Hiberniam Anglis Rothericus præfuit, qui Hiberniæ Monarcham ſe dixit, ſed ille mole Anglici belli imminentis territus ſe in Henrici noſtri ſecundi fidem, non tentata Martis alea, contulit. Cum autem ſtatim à fide deficeret, Milo Coganus primus Anglorum Connachtiam, ſed irrito incœpto, aggreſſus eſt. Poſtea Guilielmus filius Aldelmi, cujus poſteri de *Burgo*, & *Bourki* Hibernice vocantur, Gilbertus de *Clare* Comes Gloceſtrenſis, & Guilielmus de *Bermingham* primi Anglorum hanc regionem perdomuerunt, & ad humanitatem imbuerunt. *Bourkus* vero ſive de *Burgo*, & eius poſteri totius Connachtiæ Domini appellati, hanc Provinciā cum Vltoniæ diu ſumma tranquillitate adminiſtrarunt, & opimos reditus collegerunt, donec unica Richardi de *Burgo* filia Connachtiæ, & Vltoniæ ex aſſe hæres elocata fuerat Leonello Clarentiæ Duci Regis Edvvardi tertii filio. Cum autem ille in Anglia ut plurimum hæreret, & qui illi ſucceſſerunt Mortuomarii, patrimonium in Hiberniæ negligentius haberent, *Bourki* affines, quos illi ſuis terris præfecerunt, Dominorum abſentia, & turbulentis in Anglia temporibus freti, contempta legū authoritate, inita cum Hibernicis ſocietate, & contractis nuptiis, univerſam Connachtiam ſibi occuparunt, & paulatim degenerantes, Anglico cultu depoſito, Hibernicos mores induerunt. Hodie in ſex comitatus diſtribuitur: *Clariæ*, *Letrimme*, *Galvveiæ*, *Roſecomin*, *Maio*, *Sligo*.

Opida.

Sunt etiam in hac Baro *de Atterith*, Baro *de Clare*, & alii. Eſt hic *Galveia*, opidum ab exteris negotiatoribus valde frequentatum, & opulentis mercatoribus ſuumque negotium bene gerentibus cumulatum. Ferunt Mercatorem tranſmarinum qui habuit cum his opidanis commercium, olim percunctatum ex Hiberno quodam, in qua Galveiæ parte Hibernia conſiſteret? Opidum pro regione, contraque Inſulam pro municipio accepit. Galveiæ annumerantur *Anneria*, *Claria*, *Sligaia*, *Aretonia*, & *Alonia*, opidum non contemnendum.

Autori


OCEA
NUS
ATLAN
TICUS.
ULTO
NIA
Tre
CO
NA
Anny
TI
A.
Connacia
Eastbre
Westbre
MARE
HIBERNI
CUM
ULTONIA
CONATIA
et MEDIA
Ramshead
Scheape
Sligo
Lough Swy
Daghall als Balle
Gilleiaren
Sinnawart
Sanda
The Mul of Cauntyr
Ardstinsel
Barna downe
Acndone
Don sendal
Glanarme abb
Corane
Coswel
Glenlus ab
Croße ile
Copland iles
Kelaine Harrons
The Bryalle
Kyrt Martyne
North rock
South rock
S Patriks rok
Angwys rock
Arglas
Torboy
Ragghlyn
Colt ayne
Donelonge
Lomo wood
Cargen ouee
Tiron
Scottes
Benbale
Bellenecho leag
Corle
Dunganon
Derry
Clonelon
Rapo
Kylmore
Elleghe
Novn owrowe
Ramolan
Killodone
Kilmakre nan
Baleg han
C Leuer
The Sanctuare
C Eyn
Eyn flu.
Sligath
Purgatorium Sancti Patricij
Reglas templum
Aghenorker
Eghowly
Dergeet flu.
C Thorne
Oboy Isca.
Eyske flu.
B Wyllyca
Dungall
Dungal hauen
Dun allab
Moandus flu.
B Shenen
Aßerew
Enis Pyke
Belicke
Dumbrose
Alla flu.
Wreske
Long Bille
M Bayle
B Fadda
C Morres
Makust olle
Bisshopsh elphen
C Rew
Bella more
Rose Comon
Ardatagh
Kilmore
Kilshe
Long for
M Lerny
Letrum
Drelome
Banghegan
Tologh
Machrehulk
Innekelly
B Ferbart
Cauan
Ferney
Louth
Dundalke
Dundalk hauen
B Thomas
Warен flu.
Ardee
Ardrigh
Drogheda
Point Donenany
Point Clogher
Slane
B Streuens
B Baron
Torne
Setyn
Lambay
Hothe
Hothe head
Belgar
Dublyn
Clonfert
Kyngstown
Derreuilla
Cheshet
Carykert
Killa
Carbry
Loghmore
B Conog
Bra
Bur
ges
Mullaghmast
Naas
Kildare
Ardee
Drogheda
Dundalk
Carlingford
Newry
Downe
Mandevels
Makartan
Molo gaste
Than Ray
C Roche
Fedan
Grene Castel
Carlyngfort hauen
Leiston
Monaghan
Ar magh
Dunaverne
Rahaspek
Tyrone
Connor
Moghlynt
Mullaghmast
Kildare
Naas
Dunallab
Dungall
Dungal hauen
Oboy Isca.
Eyske flu.
Sligath
Slygath
Calebeg hauen
Calebeg
Treconellca
Kilmakre nan
Baleghan
Derry
Clonelon
Rapo
Kylmore
Elleghe
Novn owrowe
Ramolan
Killodone
Scheape
Sligo
Lough Swy
Daghall als Balle
Gilleiaren
Sinnawart
Sanda
The Mul of Cauntyr
Ardstinsel
Barna downe
Acndone
Don sendal
Glanarme abb
Corane
Coswel
Glenlus ab
Croße ile
Copland iles
Kelaine Harrons
The Bryalle
Kyrt Martyne
North rock
South rock
S Patriks rok
Angwys rock
Arglas
Torboy
Ragghlyn
Colt ayne
Donelonge
Lomo wood
Cargen ouee
Tiron
Scottes
Benbale
Bellenecho leag
Corle
Dunganon

Auteri autem quos dixi, Auſtraliorem hujus Connacię partem olim occuparunt, ubi nunc *Twomondia* vel *Claria*, *Clan-Richardi* regio, & Baronia de *Atterith*, quæ Auterorũ nomẽ in ſe planiſsime prodit. *Twomond*, Giraldo *Thuetmonia* (quæ quamvis ultra Senum jaceat, Momoniæ adjudicatur) grandiori Promontorio in mare projicitur, ſede Archiepiſcopali, quam *Toam* dicunt, & ſuis Comitibus celebris, *O Brenis* ſcilicet, qui è veteribus Connaciæ Regulis oriundi, ab Henrico VIII Twomondiæ Comitum titulo ſunt honorati. Hæc regio, vel maxima ejus pars Anglis *Claria* Comitatus appellatur a Thoma Clare juniori filio Gilberti primi, Comitis Gloceſtriæ: cui hanc regionem Rex Edwardus primus conceſsit. *Clan-Richard*, id eſt, *Terra filiorum Richardi* his eſt contermina, nomen Hibernico more a Richardo quodam ſumpſit ex Anglica familia, *De Burgo*, ſive *Burgenſis* dicta, quæ poſtea maximi nominis & potentiæ in hoc tractu fuit, & è qua Richardũ de Burgo Henricus VIII Comitem *Clan-Richard* creavit. *Atteruh* vulgo *Athenry* bellicoſum Baronem ſuum Ioannẽ *De Bermingham* Anglum in ſuam laudem rapit, è qua familia Comites *de Louth* ſunt prognati. Inter hos *Auteros Auſobæ* flu. oſtiũ a Geographo ſtatuitur, nunc *The bay of Galway* dici videtur: *Galway* enim Hibernice *Gallive*; in ejus receſſu cernitur elegans ſane & turritum opidum, quod fluminis beneficio diverſas opes terræ mariſque facili permiſcet commercio. *Ravium* item fluvium in Connacia ſtatuit Geographus, ſed inverſis pro *Banium* literis, quo etiamnum nomine innoteſcit; *Banny* enim accolis nominatur, qui ex Erno lacu emiſſus Connachtiæ & Vltoniæ limes dignoſcitur. Ad Incolas redeo. Connaciæ reliquum ad Boream occuparunt olim *Nagnatæ* uſque ad Bannum fluvium, qui Vltoniam & Connaciam interdividit, ubi *O Conor*, *O Roerc*, & *Mac Diarmod* ſylveſtres Hibernici rerum quodammodo potiuntur. Littus vero ab Auſoba dorſum agit per Inſulas *Arran*, *Iniſceath* Colmãni monaſterio olim notam, & *Inis Bovind*, quam Beda ex Scotico ſermone *Vitulæ albæ Inſulam* interpretatur. Retrahitur inde littus ad *Libnii* fluvii oſtium, quem exulantem ad ſuam *Dubliniam* reducit Camdenus, ſed locus quem deſignat Ptolemæus, nunc *The bay of Slegah* vocatur. *Nagnatam* urbem hic ponit Ptolemæus, ſed quænam illa ſit, eruere non eſt mei ingenii, inquit idem Camdenus. Archiepiſcopus hic unus qui *Twenii* vulgo *Toam* reſidet & Momoniæ adjudicatur, ſub quo hi ſunt Epiſcopi ſuffraganei: *Kilmako*, *Olfine*, *Bishops Helphen*, forte; *Avaghdoune*, *Clonfert*, *Moroo*.

Media.

Regio.
Nomina.
Vnde dicta nomina.
Situs.
Soli fertilitas.
Imperium majorum.

MEDIA tertia Hiberniæ portio, quam patrio vocabulo *Mith* dicunt, Angli *Methe*, Giraldus *Midiam* & *Mediam*, forſitan quod ſit in ipſo Inſulæ medio. Vmbilicum enim Hiberniæ *Killair*, in hac parte caſtrum, quod videtur eſſe Ptolemæi *Laberus*, perhibent, ipſumque nomẽ non aliud innuit: *Lair* enim lingua Hibernica medium ſignificat. Hæc ab Hibernico mari ad Sineum uſque flumen protenſa jacet, quod flumen ipſam a Connacia diſterminat. Aërem habet ſalubrem aſpectuinque delectabilem. Fertilis eſt frumento, paſcuis & armentis, affluens carnibus, butyro, caſeo, lacte, & ſimilibus: ac propter populi multitudinem, caſtrorum & opidorum fortitudinem & pacem inde natam vulgo *Camera Hiberniæ* audit. Scribunt Hibernici regionem hanc ſuos quomdam habuiſſe reges, Slaniumq; Hiberniæ Monarcham poſtea regali

menſæ

mensæ appropriasse. Cum autem Angli pedem in Hibernia fixissent, Hugo Laceius maximam ejus partem subjugauit, illique in feudum concesit Rex Henricus secundus, *Dominumque de Media* dixit, qui ab Hibernico dum *Derwarthæ* castrum conderet ex improviso capite truncatus; ille duos filios suscepit Hugonem Comitem Vltoniæ, & Walterum Dominum de *Trim*, qui Gilbertum superstite patre defunctum genuit. Per Gilberti autem filias Margaretam & Matildem, altera pars per *Jenvillos* ex familia Lotharingica, & *Mortuomarios* in domanium Regium, Petrus enim de *Jenevill* ex illa Matilde natus Ioannam Rogero de *Mortuomari* Comiti *Marchiæ* enuptam genuit: altera per *Verdonos* ad varias in Anglia familias est devoluta. Patrum memoria in duas partes publico ordinum conventu divisa fuit hæc regio, in Mediam scilicet Orientalem, & Occidentalem. Orientalem *Boandus* flu. qui Ptolemæo *Buvinda* primum interfluit, & postea cum *Droghda* elegans & frequens opidum a ponte sic dictum alluerit, hanc partem ab Vltonia secludit. Occidentalis Media præter *Laberum* jam dictum, & *Delvin*, quæ olim Petrum *Meset*, nunc clarissimam Nogentorum ex Anglia familiam Baronis honore exornat, nihil memorandum habet. Gilbertus enim *Nogent* (ut habet Richardus Stanihurstius, qui de rebus Hibernicis diserte scripsit) vir census equestris ob operam bello Hibernico egregie navatā Delviniæ & Fouriæ coloniis ab Hugone Laceio Mediæ expugnatore donatus erat, è cujus stirpe Delviniæ Barones enati sunt. Hibernicas gentes *O Malaghlen*, *Mac Coghlan*, *O Madden*, *Magoghigan*, quorum vel nomina barbarum quidam strepunt, libenter aliis relinquimus. In Media autem opida numerantur *Pontana*, quæ vulgariter *Droghedaa* nominatur, opidum lautissimum, portum habens navium stationi perappositum. Sunt tamen qui medi- *Opidorū nomina.*
am hujus opidi partem, nimirum trans flumen, in Vltonia ponant. Insunt item in Media, *Molingaria*, *Fouria*, *Delvinia*, *Trimmia*, *Kellesia*, *Navania*, *Aboia*, *Dulekia* & *Scrinia*. Sunt & in hac provincia prope Foneram tres *Lacus.*
Lacus ab invicem non remoti, quorum quilibet Piscium suum genus continet: ad quem nunquam alii Pisces accedunt, licet tamen fluminis interlabētis beneficio vias commeabiles habeant: quinimo si Piscis uni⁹ ad Lacum alterius deferatur; aut moritur aut ad priorem redit. Fluvii hic sunt *Boandus* de quo supra, qui a velocitate no- *Flumina.*
minatus videtur: *Boan* enim tam Hibernico quam Britannico idiomate velocem denotat. *Trim* opidum est melioris notæ, & antiqua quasi Baronia Laceiorum. Est & *Sineus* flu. quem inter Mediam & Connaciam interlabi diximus, hic Ptolemæo *Senus*, Orosio *Sena*, accolis vero *Shannin* dicitur, id est, *Flumen antiquum*. E Thérne montibus in Vltonia effunditur, *Macolicum*, nunc, (ut Mercator noster observavit) *Malc* cujus meminit Ptolemæus, invisit, statimque ab altero spatioso lacu excipitur (*Lough Regith* appellant) cujus nomen, & situs *Rigiam* urbem quam Ptolemæus eo loci statuit, non procul abfuisse quodammodo subinnuit. Vbi vero Lacum hunc prætervectus angustiori alveo intra ripas se colligit *Athlon* opidum insidet, sub quo flumen ponte è vivo saxo pulcherrimo magno seditiosorum terrori Dominus Henricus Sidnæus laudatissimus Hiberniæ Prorex non ita pridem conjunxit. Inde vero Senus maximarum navium capax diducto alveo Limiricum urbem, Hibernicis *Loumneagh*, Anglis *Limerike* amplectitur. Hinc per sexaginta plus minus milliaria Senus rectus, grandisque in Occasum properat, demumque in Oceanum Occidentalem vasto ostio ad *Knoc Patric*, id est, *Patricii collis*, evolvitur.

Hiber. IIII Tab. Orientalem Vltoniæ partem continens, & sequentia territoria,

Clandeboy, Tirone, Arde, Lecale, Evaugh, Arthule, Newry, Mourne, Fuse, Uriel, & alia plura.

LAGENIA.

Regio. Nomina.

MEDIAM in nostri authoris partitione sequitur *Lagenia* quarta Hiberniæ pars, Incolis *Leighnig*, Britannis *Lein*, Anglis *Leynster*, Scriptoribus Latinis *Lagenia*, in antiquis Sanctorum vitis *Lagen*. Tota maritima ad ortum Hiberniæ jacet, a Momonia *Neoro* fluvio, quem multis tamen in locis trāscendit: a Connacia aliquamdiu *Sineo*, a Media suis limitibus terminata. Ptolemæi ætate sedes erat *Brigantibus, Coriondis, Menapiis, Caucis & Blanis*, & ab his *Blanis* fortasse deducta & contracta illa recentiora nomina *Lein, Leinigh*, & *Leinster*. Fertilis & frugifera est terra, mitissimo Cœlo, nec inclementibus Incolarum ingeniis. Distinguitur nunc in Comitatum *Wexford, Caterlogh, Kilkenny, Dublinensem, Kildariensem, Comitatum Regis, Comitatum Reginæ, Longfford*, quibus *Fernes & Wicklo* nunc annumerantur. Hosce Comitatus jam ex ordine lustrabimus cum Camdeno, secundum populos quos hanc Hiberniæ partē habitasse scribit Cosmographus. *Brigantes* sederunt inter Suiri ostium, confluentesque *Neori & Barrowi*, qui *Birgus* Ptolemæo dicitur, sub urbe *Waterfordia*. Quædam exemplaria habent hos Birgantes dictos fuisse, quod si verum est, a *Birgo* flumine quod circumcolunt, nominatos fuisse ipsum nomen fere persuadeat. Inter *Neorum & Birgum* habitarunt *Coriondi*, ubi nunc *Carloo*, sive *Caterlogh* Comitatus, & agri Kilkennienſis pars non minima, atque etiam ulterius ubi *Ossiria* Superior & *Ormondia* quæ Hibernicis *Urrown*, Anglis *Ormond*, & vulgo corruptissime *Wormewood*. Sub ostio Suiri *Menapii* tenuerunt promontorium ad Lybonotum, ubi nunc Comitatus Weshfordiæ, Hibernice *County Reogh*. Hoc ipsum promontorium *Hieron*, i. *Sacrum* vocat Ptolemæus, & eadem significatione ab Incolis etiam vocatum fuisse non dubitarim. Hujus enim extremum opidum ad quod Angli primam exscensionem in hanc Insulam fecerunt, *Banna*, quod sacrum sonat, lingua patria vocarunt. Ab hoc sacro promontorio littus in Ortum obversum ad Septemtrionem longo tractu procurrit, cui vadosa objacent in mari loca navigātibus insidiosa, quæ nautæ *The grownds* vocant. *Cauci*, qui item gens erat maritima Germaniæ proxime Menapios habitarunt, non eo intervallo quo in Germania disiti. Horum fuit maritima illa regio, quam *O More*, & *O Brin* Hibernicæ familiæ incolunt, una cum Comitatu Kildarienſi. Kildarienſis Comitatus ager est lætissimus, de cujus pascuis Giraldus illos Virgilii versus usurpat:

Soli fertilitas.

Et quantum longis carpunt armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponit.

Vltra Caucos egerunt *Eblani*, ubi nunc ager Dublinensis, & *Meth*, altera è quinque Hiberniæ portionibus. Comitatus vero Dublinensis ad mare est gleba fertili, pascuis lætis, silvis autem ita nuda, ut cespite bituminoso,

vel


VLTONIA ORIENTAL.
47
VLTONIA ORIENTAL.
Miliaria Ibernica.
5. 10. 15. 20.
MARE HIBERNICUM
The Grange
Conkien
Loug
Eag
TIR
Der
tre
ONE
EAST BRE
ANNY
Leca
Leale
Coswel
Croße ile
Coplaud iles
Skyrmartyn
Talhots cott
Smites ca
New cas
The Monyl
Kylcleffe
Fornans toun
Arglas
The Great ward
St Iohns point
Leiston
Kelkole
Grene
Carlingford hauen
Dundalk hauen
Garland
Point Clogher
Jerfokyn
Bewlynton
Old toun
Bullian
Sores
Balatra
Bidelplace
Bantromr
Moneton
Pers
Tornag Cas
Aboy
Kelles
B. Dryrrhe
B. Payne
Slane
Kenÿ
Droghe
Ardragh
Almashe
Rußey
Ruhart
Stablano
Ber-meth
Dodal
Carling ford
Dundalk
Dunmayne
Ferney
Mokno
Louth
Banhg
Clonard
Monagham
Molo
gashe
Mologno
Kylmore
Brykkyn
Armach
Benburk
Kinard
Clogher
Dunganon
Corle
Bilneman
Tiron
Benbale
Donan ca
Bell
Lemowod
L. Antre
Maserne
Scottes
Edendonchaw
Karregfergus
Belfast
Corane
Older flet
Port Muk
Sallard
Glenlus
Donnonelle
Bangorab
Newton ab
Black ab
Conner
Moghlyne
Mandeuels ca
Wintes ca
Inche abb
Dundrome
Kylbraine
Narrow water
Donog more
Loselionen
Mynre
Newry
M. Tellen
Roche
Ray
Dunmayne
Ryagh
Thoma
Mille
Ardragh
Almashe
Rußey
Ruhart
Stablano
Ber-meth
Hasbor
Ferney
Mokno
Cauon
New ca
Bang
Regan
L. Sylon
B. Truste
B. Heine
B. Harbert
Skorlok
B. Darner
B. Iafferai
C. Deluyn
B. Mase
Earket
Frekre
Skÿe ca
Machre hulk
B. Terbart
Skyrmartyn
Talhots cott
Smites ca
New cas
The Monyl
Kylcleffe
Fornans toun
Arglas
The Great ward
St Iohns point
Leiston
Kelkole
Grene
Carlingford hauen
Corbely
Dundalk hauen
Garland
Point Clogher
Jerfokyn
Bewlynton
Old toun
Bullian
Sores
Balatra
Bidelplace
Bantromr
Drad
Moneton
Pers
Tornag Cas
Aboy
Kelles
B. Dryrrhe
B. Payne
Slane
Kenÿ
Droghe
Ardragh
Almashe
Rußey
Ruhart
Stablano
Ber-meth
Dodal
Carling ford
Dundalk
Dunmayne
Ferney
Mokno
Louth
Banhg
Clonard
Monagham
Molo
gashe
Mologno
Kylmore
Brykkyn
Armach
Benburk
Kinard
Clogher
Dunganon
Corle
Bilneman
Tiron
Benbale
Donan ca
Bell
Lemowod
L. Antre
Maserne
Scottes
Edendonchaw
Karregfergus
Belfast
Corane
Older flet
Port Muk
Sallard
Glenlus
Coswel
Donnonelle
Bangorab
Newton ab
Black ab
Conner
Moghlyne
Mandeuels ca
Wintes ca
Inche abb
Dundrome
Kylbraine
Narrow water
Donog more
Loselionen
Mynre
Newry
M. Tellen
Roche
Ray
Dunmayne
Ryagh
Thoma
Mille
Ardragh
Almashe
Rußey
Ruhart
Stablano
Ber-meth
Hasbor
Ferney
Mokno
Cauon
Bang
Regan
L. Sylon
Earket
Frekre
Skÿe ca
Machre hulk
B. Terbart
12
13 SEPT.
14
15
ME.
OCCIDENS
OR.
50
55

12.

vel foſsili ex Anglia carbone plerumque utatur. Incolis autem & opidis refertiſsimus. Vbi *Lifnius* flu. in mare ſe condit *Houth* mari fere circumfunditur, a qua S. Laurentinorum familia Barones de *Houth* nominantur. Interius Dublinenſibus adjacet ad Aquilonem *Fingall*, cultiſsima regiuncula, & quaſi hujus regni horreum: Tantam frumenti vim quotannis ſuppeditat. Certatque hic quodammodo tellus cum agricolarum laboribus, quæ alibi per hãc Inſulam neglecta & inculta de ignava Incolarum deſidia graviſsime conqueri videtur. His expoſitis ad urbes & opida tranſitum faciamus. Hic primum occurrit *Kilkenny* Neoro appoſita, id eſt, *Cella*, ſive *Fanum Canici*, qui antiquitus ob vitæ ſolitariæ ſanctitatem hoc tractu maxime inclaruit. Municipium eſt nitidum, elegans, copioſum & inter mediterranea hujus Inſulæ facile primum. Inferius ad eundem Neorum ſedet opidulum munitum Anglice *Thomas towne*, Hibernice *Bala mac Andan*, id eſt, opidum filii Anthonii, utrumque nomen ab exſtructore Thoma Fitz-Anthonio Anglo inditum eſt, cujus hæredes etiamnum hujus Domini agnoſcuntur. Eſt etiam hoc tractu antiqua illa urbs *Rheba*, a Ptolemæo memorata, quæ nomine etiamnum ſarto tecto *Rheban* dicitur: ſed pro urbe ſunt pauculæ caſulæ cum propugnaculo; Nobilem tamen virum N. de S. Michaele Baroneti titulo exornat, qui vulgo *The Baronet of Rheban* appellatur. Eſt & *Lechlinia*, Hibernice *Leighlyn*, Regium opidum a Bellinghamo illo nobiliſsimo Prorege, patrum memoria caſtro munitum. Floruit & *Roſſe* urbs ampla mercimoniis & habitatoribus frequens, ab Iſabella Comitis Richardi *Strongbow* filia, mœnibus magno ambitu armata, quæ ſolummodo nunc oſtendit. Diſcordia enim inter cives & religioſos flagrante, jam pridem fere in nihilum recidit. Hic etiam *Menapiam* urbem ſtatuit Ptolemæus, ad oſtium Modonæ flu. Verumenimvero cum unum ſolummodo flumen hoc loco ſe effundat, quod nunc *Slane* dicitur, & ad ejus oſtium ubi ſtagnat urbs ſit Germanico nomine *Weysford*, totius Comitatus caput: & *Slane Modonam*, quæ *Flemingos* olim Barones habuit, & *Weysford Menapiã* fuiſſe, confidẽtius inquit Cam. conjectarim, eoq; magis quod hoc nomen ſit recentius & ab illis Germanis impoſitum, qui *Oustmanni* Hibernis appellantur. Cæterum non primæ magnitudinis urbs eſt, ſed cum primis memoranda, quod primum totius Hiberniæ in Anglorum fidem, Stephanide Duce fortiſsimo oppugnante ſe contulerit, Anglorumq; facta fuerit colonia, unde totus hic ager Anglis eſt refertiſsimus, qui Anglorum antiquo veſtitu, & idiomate etiamnum utuntur, ita tamen ut Anglohibernice plane loquantur. Eſt præterea in Comitatu Kildarienſi *Kildaria* primum & præcipuum opidum, cui honori erat in prima Eccleſiæ Hiberniæ infantia, Brigida virgo ſanctitate, & virginitate venerabilis. In agro Dublinenſi eſt non ſolum Lageniæ, ſed totius Hiberniæ primaria civitas, quam Ptolemæus *Eblanam* dixit, Angli *Develin*, Latini *Dublinium*, & *Dubliniam*, Cambrobirtanni *Dinas Dulin*, & Hibernici *Balacleigh*, id eſt *opidum ſuper crates*, ſubjectis enim in paluſtri loco cratibus, conditam affirmant, uti Hiſpalis Hiſpaniæ, quam ſic nominatam tradit Iſidorus, quod in paluſtri ſolo ſuffixis pro fundo palis locaretur. Regia hæc Hiberniæ urbs eſt, Emporium nobiliſsimum, & primæ juſtitiæ forum, mœnibus validum, ædificiis ſplendidum, civibus frequens, caſtello ab Henrico *Loundre* Archiepiſcopo firmatum, & quindecim templis exornatum, è quibus ſunt. S. Patricii

Vrbium nomina.

tricii ædes à Roberto *Cumin* exſtructa, ſeu potius reſtaurata, quæ ſedes Archiepiſcopalis; & Chriſti, in qua Richardus *Strongbow* Penbrochiæ Comes, expugnator ille Hiberniæ ſplendido ſepulchro conditur. Immunitatibus etiam gaudet multis. Olim pro ſummo magiſtratu Præpoſitum habuit, ſed anno reparatæ ſalutis 1409 ut Major, & duo Ballivi quotannis eligerentur, conceſsit Henricus quartus: Ballivos autem poſtea in Vicecomites Edwardus VI commutavit. Elizabetha vero Regina ad ingenia mollioribus literis excolenda fauſtis auſpiciis Academiæ poſuit fundamenta. Nec quicquam hic deeſt, quod in florentiſsima urbe deſideres, niſi quod portui plurimum officit arenoſus cumulus reciproco maris meatu, in *Aven-liſnii* oſtium aggeſtus, ſic enim præfluentem fluvium vocant, id eſt, *amnis Liſnius*. De vetuſtate vero Dubliniæ quod dicam, nihil certi occurrit; vetuſtiſsimam tamen eſſe Ptolemæi authoritas perſuadet, & eo ſane tempore, quo Ptolemæus floruit, ab Avellano conditam cives produnt. Saxo Grammaticus Danicis bellis miſere convulſam fuiſſe tradit: poſtea in Eadgari Anglorum Regis poteſtatem devenit, quod Diploma darum confirmat. Deinde occuparunt Norwegi, unde, in vita *Gryffithi ap Cynan* Principis Walliæ legitur, Haraldum Norwegum, cum maximam Hiberniæ patrem ſubjugaſſet, Dubliniam condidiſſe. Demum vero in primo Anglorum adventu eorum virtuti conceſsit, & ab illis fortiter defenſa eſt, cum Auſculphus Dublinenſium Princeps, & poſtea Gottredus Rex Inſularum eam acriter undique adorirentur. Iam inde vero deducta in hanc ex Anglis, præcipue ex Briſtolienſibus Colonia, multis trepidis rebus, & anguſtiis, præclara ſuæ fidei in Anglorum reges documenta dedit. Sed de his ſatis, ad Montes & flumina tranſeo. Infra Ormondiam *Bliew Blemy*, (Bladinæ mõtes vocat Giraldus,) ſe leviter convexis jugis attollunt, è quorum viſceribus quaſi maternis *Suirus*, *Neorus*, & *Birgus* eduntur, & diviſis alveis decurrentes, priuſquam Oceanum adeunt, concordibus ſe conſociant aquis; unde *Tres Sorores* ab antiquis dictę. *Neorus* multa propugnacula & quædam ſtringit opida. *Birgus* nunc *Barrow*, è Bladina etiam Monte profluens, ſolitarius multis anfractibus delatus, *Rhebam* prætermeat, aliaque opida. Poſt *Neorus* & *Birgus* aquas commiſcent, & pauca milliaria uno alueo emenſi *Suiro* ſorori maximæ, & nomen & aquas offerunt ſuas, qui ſtatim in Oceanum ſcopuloſo oſtio immergitur, ubi a ſiniſtra anguſta cervice excurrit promontoriolum, quod editam turriculam navigantibus prætendit, a Roſſenſibus cum ſtoruerunt, poſitam, quo tutius oſtia ſubirent. In hac parte *Modonam* flu. ſtatuit Ptolemæus, de quo ſupra: & *Ovocam* in regione maritima, ad quod *Arcklo* caſtrum ſedet, qui fluvius, ut inquit Giraldus, *non minus influentibus, ſinumque replentibus quam elapſis omnino marinis aquis, innatæ dulcedinis ſaporem retinens illibatum uſque in ipſum mare impermixtas ſalſedine undas conſervat*. Eſt & *Liffeus* amnis qui Dubliniam præterlabitur, hic raro rapide fertur niſi poſt ingentem pluuiæ vim: cæteroquin admodum ſedatus fluit. Archiepiſcopus unus in Lagenia, qui ſedem ſuam habet Dubliniæ, & Glandelachy, Glandeloyloug, & Primas Hiberniæ nominatur, ſequentes ſub ſe habens Suffraganeos Epiſcopos. *Elphine, Bishops Helphen ſ, Kildare i, Fernes Oſſorie, Leighlyn*, aliis *Laghlyn*.

Montes & flumina.

Continens Udroniæ Baroniam, partem Comitatus Reginæ, ac Dominii Fortonelii. In Udronis medio jacet civitas Laghlyn aliis Leighlyn, in qua est Episcopalis sedes.

MOMONIA.

Regio. Nomina. Situs.

LAGENIÆ sucedit in nostra Methodo *Momonia*, Hibernice *Mown*, Anglice *Mounster* quinta & postrema Hiberniæ pars. Ea Vergivio mari ad Austrum exposita jacet, a Connacia Sineo, a Lagenia Neoro fluvio alicubi discreta: bifariam quondam divisa in Momoniam Occidentalem & Australem. Occidentalem antiquitus habitarunt *Gangani, Luceni, Velabri & Uterini*, Australem, *Udiæ sive Vodiæ*. Nunc autem in septem Comitatus distribuitur, *Kerryensem*, scilicet, *Limiricensem, Corcagiensem, Triparariensem*, *Sanctæ Crucis*, & *Waterfordiensem*, quorum etiam in numerum *Desmonia* jam accensetur. Hosce Comitatus secundum populos quibus a Cosinographo tribuuntur breviter cum Camdeno percurremus. *Gangani* primo loco supra positi ex nominis affinitate iidem cum Concanis Hispaniæ fuisse videntur, quos origine Scythas, sanguinemque equinum potasse (quod non insolens jampridem silvestribus Hibernicis) testatur Silius:

Et qui Massagetem monstrans feritate parentem,
Cornipedis fusa satiaris Concane vena.

Et præter eum Horatius: *Et lætum equino sanguine Concanum.*

Kerry (ut nunc vocatur) ad Sinei ostium eorum sedes erat. Regio aviis, & silvestribus montibus ædita, quibus crebræ intersunt valles cavæ nemoribus etiam condensæ. Comitatus Palatini dignitatem, & jura Desmoniæ Comites in hoc habuere, sed hominum iniquitate, qui libertate uti & noluerunt, & nescierunt, in malorum sentinam, & seditiosorum perfugium jampridem conversa erat. Hujus regionis mediâ fluviolus nunc anonymus *Trailes* opidulum quodammodo desolatum (ubi Desmoniæ Comites ædes habuerunt) præterfluens intersecat, quem *Dur* esse Ptolemæi, situs quodammodo innuit. Non procul hinc *Smerwic* statio (sic contracte pro *S. Mari-wic*) cernitur, ad quam ante annos aliquot cum Giraldus Desmoniæ Comes vir profunda in Principem & patriam perfidia, scelerate assiduis agrorum vastationibus Momoniam attereret, appulsa est tumultuaria Italorum & Hispanorum manus a Gregorio PP. & Hispano in ejus auxilium submissa, qui loco hic stativis munito, quem *Fort del Ore* vocarunt, minis cœlum terrebant. Sed illustrissimi & bellicosi Baronis Domini Arthurii Grei Proregis adventus, & primus impetus rem decrevit. Protinus enim se dediderunt, & maximam partem è medio sublati, quod rebus hujus Regni sic ferentibus, & seditiosis undique imminentibns, consultissimum & tutissimum videbatur. Ipseque Desmonius tandem trepida fuga in vicinas silvas conjectus, jamdudum in tuguriolo ab uno & altero milite irruente primum sauciatus, postea agnitus, capiteque truncatus, perfidiæ & vastatæ patriæ meritas pœnas dependit. Ganganis subjecta est longe lateque ad Austrum *Desmonia*, Hibernus *Dassown*, Anglis *Desmond*, quondam a tribus infesta populis, *Lucenis* scilicet; *Velabris*, & *Ibernis*, qui

Uterini


HIBERNIÆ v. TABVLA.
septentrio
Occidens
Oriens
Meridies
OCEANUS
OCEANUS
ATLANTICUS
MOMONIA
LAGENIA
Great iland
Gregoris sounde
Yeer iland
small iland
Donne Likey
Killane
Cain Leane
Hogges
Borroghi
Dyngle
Kylshaga
Kylharnon
Kylkorbre
Polrsdragh
Ardhoy
Lemgore
Renlogh
Wennes
Caryknoss
Doun Logh
Cape Cleare
Miliaria Irlandica
5 10 15 20 25
Hiberniæ v. Tabula.
North grounds
Middel grounds
South grounds
Deepes
Thoorde
Wexford haven
Grenord
Karne
Keragh
Saltes
Old Court
Glaskatyk
Kylhobvok
Ferrns
Inners garat
Tollogh Morys
Newton
Donogmore
Kilcormyn
Wicloe
Arcklow
Terroghyll
Kilkolen
Kyldare
Athy
Kenneo
Stonegrage
Blacshal
Shorne
Dyna
Clonskyn
Kyngstown
Tolghtylton
Crone
Portnyche
Bannogh
Queneftoun
Kyllina
Castelton
Arga
Donemar
Kilkenny
Colon
Thomastoun
Clony
Federth
Clonemell
Kylnarot
Cibbragny
Caregh more
Waterfort
Cas
Slew
Kylinthomas
Dongarvan
Lyfmore
Youghall haven
Youghall
Cork
Coyragdel
Loughall
Clone
Tolleg
Caryklin
Bell
Kynsale
Kynsale haven
Old head of Kynsale
Kylmyimo
Roffe
Elye
Laterins
Croke
Boyle
Keale
Caryknoss
Donn boy
Clancauras
Kolangryne
Flenikyr
Bawy
Ardnilly
Carikdr
Caryneghi
Donelye
Kylheryton
Mologheder
Houtum
Broadwater
Youghall haven
Capell
Cotton
Dungarvan haven
Dungarvan
Helvoet sluys
Youghall haven
Youghall

Uterini in nonnullis exemplaribus concipiuntur. *Luceni* a Lucensiis Hispanię qui oppositam oram tenuerunt, & nomen & originem traxisse videātur. *Velabri* ab *Aber*, id est *æstuariis*, sic sunt nominati, quod ad æstuaria sederunt, unde etiam Artabris, & Cantabris facta appellatio. Hos statuit Orosius ad *Notium Promontorium*, hodie *Biar head* nautis, quod Hispaniam spatioso intervallo procul spectat. Sub Notio hoc promontorio, *Iernus* fluvius ab Oceano ebibitur, ad quem *Dunck-eran* sedes Episcopalis cernitur. *Dunck-eran* hæc quæ Hiberno-Scotis *oppidum Eran* denotat, non solum se esse *Ivernim* urbem, quam Ptolemæus vocat, sed flumen etiam esse *Iernum* illum expresse loquitur : cujus appellatio ut totius Insulæ ab *Hier* Hibernicorum facta videtur, quod Occasum significat. Est enim ultimus hujus regionis ad Occidentem fluvius, ut ipsa Hibernia ultima totius Europæ Insula. *Iberni* qui etiam *Uterni* id est Camdeno Interprete, superiores Hiberni hunc fluvium ad alterum promontorii latus accoluerunt, ubi *Berehaven*, & *Baltimore*, copiosa Halecum piscatura portus notissimi. Iuxta quos habitat *Mac Carti More*, ex Hibernica origine Regulus, qui anno 1566, possessiones & latifundia sua Elizabethæ Reginæ Angliæ in manus tradidit, & ab ea recepit, ut Anglico more, clientelari jure, fiduciæ nomine teneret. Eodemque tempore Comes de *Glencar*, & Baro Valentiæ creatus est, vir in hoc tractu magni nominis, & potentiæ, Giraldidis olim infensissimus, qui majores suos, ut ille contendit, Desmoniæ Reges his avitis sedibus exuerunt. Giraldidæ enim isti, sive *Fitz-Giraldes*, ex Kildarienſi familia oriundi, devictis Hibernicis, amplissima hic sibi latifundia acquisiverunt, & ex illis Mauritius *Fitz-Thomas* primus Desmoniæ Comes anno salutis 1355 ab Edwardo tertio creatus, hæreditatem adeo stabilem, & firmam reliquit, ut ad decimum ab eo Comitē perditissimum hunc rebellem, quem dixi, ille honor quasi perpetua quadam serie descenderit. Post Ibernos *Udiæ* qui & Vodiæ habitarunt, cujus nominis vestigium expressiori indicio se patefacit in agro Kilkennienſi, pars enim ejus maxima *Idou*, & *Idouth* nominatur. Incoluerunt hi Comitatum Corcagiensem, Tripararienſem, Limiricensem, Kilkennienſem, & Waterfordensem. In Tripararienſi Comitatu, nihil memoratu dignum se offert, nisi quod sit ibi Palatinatus, & *Holy crosse* in eo opidulum magnis gaudeat immunitatibus, quæ in honorem, ut persuaserunt monachi, fragmenti Crucis Dominicæ concessæ fuerunt. *Suirus* flumen nobile accolis *Showr* ex hoc Tripararienſi agro in Kilkennienſem defertur, qui è Bladina monte profusus per *Ossiriam* inferiorem, quæ Butleris Comitis, & *Thurles* quæ illis Vicecomitis titulum præbet, primum Cassiliam urbem adit Archiepiscopali dignitate ab Eugenio PP. exornatam, cui novem subsunt Suffraganei Episcopi. Indeque juxta Waterfordiam aliis duobus fluviis adauctus in Oceanum exoneratur. Hactenus hanc partem Hiberniæ cum Camdeno percurri, restat nunc, de urbibus & opidis hujus partis pauca explicare. Inter has primum sese offert *Waterfordia*, quæ secundas inter Hiberniæ urbes jure sibi vendicat, imprimis honesta & officiis fidelis civitas, fide & obsequio in Imperium Anglicum semper singulari. Ex quo enim Richardus Comes Penbrochiæ expugnavit, Anglis Hiberniam subigentibus tutam fide sua, & quiete, securamque a tergo pacem semper præstitit. Vnde Reges Angliæ plurimas, & maximas immunitates concesserunt, quas HENRICVS septimus auxit atque confirmavit, eo quod contra mentitum & iniquum illum Principem

Urbes & Opida.

Per-

Perkinum Warbec qui plenis impudentiæ velis ad ſummum Regiæ dignitatis gradum enitebatur, cives ſe fortiter & prudenter geſsiſſent. Hæc a Norwegis Piratis conſtructa, quamvis cœlo ſit craſsiuſculo, ſolo minus læto & anguſtioribus coarctata vicis, ea tamen portus eſt oportunitas, ut opulentia & frequentia ſecundas in Hiberniaferat. Hæc prudentibus & bene moratis civibus referta. Habet tutum & tranquillum portum, atque exterarum navium ſæpenumero plenum. Frequentes etiam Waterfordiæ cives ſunt, qui mercaturas faciunt: in quo ſane negotio, uſque eo prudenter rem familiarem adminiſtrant, adeo caute rationes ſubducunt, ut brevi negotiatione, magnas ſibi opes ſoleant comparare. Nullus ibi vivit menſarius, qui fraudulento collybo aut intolerabili fœneratione (omnium rerumpublicarum buſto) in civium bonis ac direptionibus verſatur. Cives ſunt faciles, benigni, frugi, perhoſpitales, privatis & publicis rationibus utiliſsmi. Appellavit hanc urbem antiquitas *Menapiam*, ſicut & Dublinium *Eblanam*. *Amellana* rectius nuncuparetur, ab Amellano, qui eam urbem condidit, quemadmodum & Sitaracus Waterfordiam, & Ivorus Limmiricum fundaſſe fertur. Eſt & in hac regione *Limmiricum* (de qua urbe modo dictum eſt) in tertiis conſiſtens: veruntamen loci ſitu, fluminis dignitate, huic urbi palma eſt danda. Alluitur Sannonio fluvio, omnium Hibernorum fluminum abſque controverſia principe. Ab alto Lx mill. intervallo diſtat: tamen onerarias naves ad civitatis muros, nauarchi appellunt: nec eſt quod ſcopuloſas cautes, in toto illo curſu offendere, multum pertimeſcas. Incredibile, quantam piſcium ubertatem, & copiam ibi reperias. Hujus urbis amœnitate captus Ioannes, Angliæ Rex, egregium caſtellum, & pontem illic extruendum curavit. Eſt etiam *Corcagia* in Corcagienſi Comitatu, *Korke* Anglis, & *Korcah* Indigenis, aſtrictiore mœnium ambitu concluſa, & una quaſi directa platea protenſa, emporiolum tamen frequēs, & celebre: portu excellenti & tuto ornatum; ſed ita ſeditioſis vicinis circumſeſſum, ut perpetuas excubias agitent, quaſi perpetua obſidione eſſent incincti, & in agrum filias elocare non audeant, unde contractis inter ſe nuptiis cives omnes aliquo affinitatis gradu ſe invicem contingunt. Cives hic etiam copiis ſatis locupletes, operam mercaturæ navant, res ſuas domi foriſque frugaliter obeunt. Briocum virum ſanctiſsimum, a quo *Sanbriochiana* in Britannia Armorica diœceſis vulgo S. *Brieu* nomen aſſumpſit, hinc oriundum ſcribit Cœnalis. Sed in hoc a veritate abiit, quod *Cortondos* Hiberniæ in hac urbe ſtatuerit. Non enim hujus urbis meminit Ptolemæus. Flumen tamen quod præfluit idem videatur, quod *Δαυρονα* Ptolemæo dicitur. *Savranus* enim, & *Saverenus* Giraldo, una tantum immutata literula, nominatur. Quæ intercedit inter hæc nomina affinitas, hoc mihi dictavit, & majori ſane cum probabilitate, inquit eruditiſſimus Camdenus, quam ſi *Δαυρονα* nomen proximo flumini adaptarem, qui Corcagienſem Comitatum, & Triparatienſem interfluens per *Liſmor* Oceanum petit, & Hiſtoricis *Aven Mor*, id eſt flumen magnum, appellatur. *Ardmor* viculus eſt ad oſtium, cui ad alteram ripam *Yoghalia*, ſtatio ſatis tuta opponitur. In hujus vicinia magnos habet proventus Vicecomes Barrenſis, a Roberto Barrio Anglo prognatus, qui in expugnanda Hibernia operam navavit egregiam. Sunt præter jam dictas civitates hæ in hac regione *Kinſalia*, *Caſſilia*, *Yoghelia*, *Leſmoria*, *Clonmella*, *Kilmalochia*. Hæc pro Methodi ratione de quinque Hiberniæ partibus ſint ſatis, ad alia quæ adhuc reſtant tranſeamus.

Regio. Nomina.

BRITANNIÆ Insulæ Borealior pars *Scotia* dicitur, olim *Albania*. Atque etiamnum ab Incolis qui avitam servant linguam *Albain*, & ab Hibernicis *Allabany*, quasi altera Hibernia (quæ a Bardis *Banno* dicta est) vocatur. Hiberniam enim *Scotiam majorem*, & Scotorum in Britannia regnum *Scotiam minorem* historici appellant: Ptolemæus Britanniam *Parvam*, Rufus *Secundam*, Tacitus a silua *Caledoniam* vocat. Videntur autem Scoti sic dicti a vicinis quasi *Scythæ*. Quemadmodum enim Germani inferiores *Scythas* & *Scotos* uno nomine *Scutten* id est sagittarios appellant, sic etiam Britannos utrosque *Y-scot* dixisse è Britannicis scriptoribus observatum est. Id sane constat eos a Scythis oriundos ex Hispania in Hiberniam, & inde in hanc partem Albionis, quam nunc tenent, perveniisse, & cum Pictis in unam gentem coaluisse. Hæc de nomine, sequitur situs. Termini ejus Australes Angliam versus, sunt Tueda & Solvieus fluvii: ad Septemtrionem est Oceanus Deucaledonius, ad Occasum Hibernicus, ad Ortum Germanicus,

Situs.

Cœli temperies. Soli fertilitas.

ab aliis partibus undique eam ambiunt Oceanus & mare Germanicum. Longa est LXVII millaria Germanica, hoc est Anglica 257, lata LII Germanica, sive 190 Anglica. Regio temperatior quam Gallia, remissioribus frigoribus, caloribusque sicuti & Anglia: cui tamen in fertilitate æquari non potest. Terra magna ex parte sulphurea est & viscosa, atque ob id pabulum est ignis, præsertim cum ibi defectus sit lignorum. Tantum tamen hic crescit frumenti quantum Incolæ absumunt. Profert etiam terra varia Metalla. Habet Aurum, Argentum, Argentum vivum, Ferrum, Plumbum & Cuprum magna copia. Habet in *Drisdalia* Aurifodinam, in qua etiam *Lazurum* invenitur. Habet & gemmas, præsertim Gagatem qui in aquis ardet & oleo extinguitur. Pascua item

Imperium Majorum.

optima quæ omnis generis nutriunt Armenta: unde Carnis, Lactis, Butyri, Casei, Lanæ abundat copia. Cæterum Scoti cum ad Pictos in Britanniam accessissent, quamvis Anglos præliis, & prædationibus continenter lacesserent, non tamen res Scotica statim adolevit, sed in eo quo appulerunt angulo, diu delituerunt, nec, ut Beda innuit, per annos plus centum viginti septem, contra Nardanhumbrorum regulos signa efferre ausi: donec uno eodemque tempore Pictos fere ad internecionē deleviissent, & Northumbriæ regnum intestinis malis, Danorumque incursionibus confectum, corruisset. Tunc enim omnis Septemtrionalis Britanniæ plaga in Scotorum nomen concessit, una cum citeriori illa regione citra Cluidam, & Edenburgh frith. Scoti in bello

Minorum virtus Urbes.

fortes, ac strenui milites, inediæ, vigiliæ, algoris patientissimi. Primaria Scotiæ urbs est *Edinburgum*, vulgo *Edenborrow*, Ptol. *Castrum Alatum*. Sedes hæc Regia, & Metropolis non tantum Laudoniæ, sed etiam totius Scotiæ, situ editiore inter montes, eo ipso Pragæ Bohemorum haud absimilis: longitudine ab Oriente in Occidentem mille pass. porrecta, latitudine dimidio minore. Tota urbs ex monte dependet. Hic ad occasum altissimus, versus Septentrionem præcipitio munit urbem, cætera ad Orientem & Meridiem sunt muro circundata: distat a sinu maris & ostiis *Forthæ* passibus mille. Ad Orientalem urbis partem est Regis Palatium, quod Cathedram Arthuri vocant. Ad Occidentalem, Rupes est prærupta, & in rupe Arx maxima, quæ Scotis vulgo

sinus maris

Ca-


SCOTIA.
DEUCALEDONIUS OCEANUS
SCOTIA
MARE GERMANICUM
Occidens
Oriens
Meridies
ORCADES insulæ
Rosia
Sandes
Stronza
Soutrowasa in.
Rona
Strathnauarnia
Fresyk ca.
L. Caldel
Catnes
Dunbeith ca.
Baridail ca.
Clyne
Skyr Aßyn
Tarbart
Cromarty
Nes flu.
Spyne ca.
Fynlator ca.
Boen ca.
Bams
Abardora
Philorth ca.
Inuerugy ca.
Slanes ca.
Fouern ca.
Aberdone
Elgyn
Keyth
Fyuy palat
Geychtca
Inuernes
Morauia
Strath Done ca.
Fordon
Adze ca.
Couy
Baruy
Montroß
Red ca.
Badgenoth
Glammes
Blair ca.
Dunkel
Huntly ca.
L. Tay
S. Andreas
Wemis ca.
Kinkardin
Kynros
Fisa
Dunblain
Sterling
Dunbritoun
Glasquonia
Laudonia
Edynburgh
Mar cia
Fast ca.
Barwick
Lanrik
Selkirk
Chilling ha
Dunstabrug ca.
Alnewick
Wetherrington
Drymlar ca.
Hereitage
Bickertow
Haltwesel
Hexham
New ca.
Carlyst
Dunfres
Anan
Solway
Wythorne
Kirckenbrik
Wygton
Connok ca.
Gudsen ca.
Ochiltre ca.
Reinfhraw
Douglas dail
Yrwe
Crume ca.
Vla insula
Dunweg ca.
Sandell
Arrois ca.
Mula
Dunbegan ca.
Tratinnes ca.
Dunska ca.
Kyntayl
Strom ca.
Rosia
Skyr
Leuisa
Eustra
HEBRIDES insulæ
Stornway ca.
Ardrie
Sun
New castel
Colraine ca.
Knokvergus
Newtoun
Coswel
HIBERNIÆ PARS
HIBERNICUM
ANGLIAE PARS
Miliaria Scotica comm.
25
50
14 SEPT
15 EN.

14.

Caſtellum puellarum dicitur: quod vere eſt *Alatum* illud *Caſtrum* Ptolemæi. Sunt & aliæ hujus regni urbes & opida inſignia quæ ſuis locis in particulari deſcriptione adponemus. In vallibus plurimi ſunt Lacus, Paludes, Fonteſque & Fluvii piſcoſiſsimi, quorū pars maxima è Monte Grampio oritur, de quibus in deſcriptione proxima mentionem faciemus. Mare ipſum, Oſtreis, Halece, Corallis, Mytilis, Conchiſque diverſi generis pleniſſimum. Multos etiā Scotia paſsim Portus habet & aditus marinis aquis pervios; inter quos *Letha* Portus commodiſsimus. Regio ipſa aſpera & montoſa admodum eſt, & in ipſis montibus, habet æquatam agri planitiem pecori pabulum ubertim ſuppeditantē. Inter Montes maximus *Grampius*, qui mediam Scotiam interſecat. Hic vulgo *Graſebaim* ſeu *Gratzhaine*, id eſt mons incurvus dicitur: is enim a Germanici maris littore ad oſtia *Deæ* fluvii per mediam hāc regionem in Hibernicum mare tendens ad Lacum *Lomundum* ſiſtitur, qui etiam Pictorū olim, Scotorumque regni limes erat. Ad Aberdoniam Montes ſunt ſilvoſi. Hic creditur fuiſſe *Silva Caledonia*, Lucio Floro *Saltus Caledonius* in immenſum ſpatium diffuſa, proceriſque arboribus invia, & Grampio monte diviſa. Scotos autem non poſtremos inter Europæos fuiſſe qui Chriſtianam Religionem amplexi ſint, eamq; præ reliquis ſervaverint & coluerint, non ſolum ſcripta & monumenta: verumetiam templa, cœnobia, monaſteria, xenodochia, & alia religioni devota loca teſtātur. Eſt & Edinburgi Palatiū regiū de quo ſupra, valde ſuperbū & magnificum, & in medio urbis Capitolium. Habentque Duces, Comites, Barones & Proceres Regni in ipſa urbe ſua Palatia, quando ad Comitia vocantur. Vrbs ipſa non eſt conſtructa ex coctis, ſed naturalibus & quadris lapidibus, ut etiam ſingulæ ædes magnis Palatiis poſsint comparari. Sed de his ſatis, ad reliquas partes tranſeamus. Populus Scoticus in tres ordines diſpeſcitur, in *Eccleſiaſticum*, *Nobilitatem*, & *Plebem*. *Eccleſiaſticus* ordo duos habet Archiepiſcopos: S. *Andreæ* totius Scotiæ Primatem, & *Glaſgoenſem*. Archiepiſcopo S. Andreæ octo ſubſunt Epiſcopatus, *Dunkeldenſis*, *Aberdonienſis*, *Moravienſis*, *Dumblanenſis*, *Brechinenſis*, *Roſſenſis*, *Cathanenſis*, & *Orchadenſis*. *Glaſgoenſi* tres, *Candidæ caſæ*, *Liſmorienſis* ſive *Argadienſis*, *Sodorenſis* ſeu Inſularum, videlicet *Suræ*, *Mulæ*, *Ylæ*, &c. *Nobilitatis* ratio hæc eſt: ut primum locum obtineant Rex filiique Regis, partu legitimo editi, quorum ſi plures ſunt, natu maximus *Princeps* Scotiæ, reliqui abſolute *Principes* dicuntur. Rex autem cum publice inauguratur, populo univerſo ſancte promittit ſe Leges & majorum Ritus veteraque Inſtituta ſervaturum, eoque jure quod a Majoribus accepit uſurum. Secundum locum obtinent *Duces*: Tertium *Comites*: Quartum illi *Nobiles* qui apud alias nationes extra Inſulam non vigent & a Scotis *My Lords* appellantur. Quod nomen tantam dignitatem in ſe continet, ut etiam illud Epiſcopis, Comitibus & ſummis Magiſtratibus honoris ergò tribuant. Hoſce Magnates poſſes dicere. Quintum locum *Equites Aurati* aut *Barones* ſibi vendicant, qui *Lords* dici ſolent. In Sextum & ultimum locum rejiciuntur illi, qui nullo certo honoris titulo inſigniti, ſed nobili familia prognati vulgo *Gentlemen* appellantur, ut ſunt fratres & filii Comitum, Dominorum, Equitum auratorum natu minores: qui in nullam hæreditatis partē ſuccedunt; ſiquidem ea tota in filiū natu maximum conſervandarum familiarum cauſa jure Scotico devolvitur. Plebs autem omnes qui divitiis affluunt, quique hoſpitalitatis & clientelarum nomine bene audiunt, hoc fere titulo (*Gentlemen*) ſemper decorat.

Lacus & Flumina. *Mare.* *Portus.* *Montes.* *Silvæ.* *Opera publica.* *Ratio gubernādi*

Ab

Ab his autem Nobilibus infimi gradus, totum fere belli pondus pendet. *Plebei* verò cives partim sunt primarii opibus insignes qui magistratu in suis urbibus funguntur: partim *mercatores*: partim *opifices*, qui omnes eò quod a vectigalibus aliisque oneribus sint immunes, facile apud eos diteſcunt. Ne quid autem gravius in aliquam civitatem in publicis comitiis statuatur, permittitur a Rege tribus aut quatuor ab unaquaque civitate evocatis civibus, ut cum reliquis duobus ordinibus suam sententiam de rebus propositis libere interponant. Ecclesiastici olim decretorum & conciliorum authoritate continebantur, nunc autem ut cæteri Legibus, quas Reges descripserunt, aut Regum voce confirmatas, tres ordines fixerunt, reguntur. Liber, qui Leges Municipales Latine scriptas continet, titulum (*Regiam Majestatem*) habet, quod ab illis vocibus libri exordium ducatur: Reliquis legum libris Scotica lingua Comitiorum (quæ Parlamenta dicuntur) *Acta* inscribuntur. Magistratus sunt in Scotia, ut apud alias Nationes, complures & diversi. Inter hos proximè & secundum Regem, Regni Procurator (quem Gubernatorem appellant) facile princeps est. Huic provincia Regni gubernandi incumbit, si Respublica Rege forte orbetur, aut si Rex per ætatem Regni negotia non possit obire. Est & ibi Senatus perpetuus Edenburgi ex *Clero* & *Nobilitate* ita constitutus, ut Laicorum semper numerum æquet pars altera Ecclesiasticorum. Quibus adjicitur ex Ecclesiasticorum numero *Præses*, qui in dicenda ferendaque sententia principem locum obtinet, nisi judicio Regni Cancellarius interſit; ei enim in omni Reipublicæ negotio Scoti primas deferunt: Qui capitis judicio, magnum Iusticiarium: qui rei nauticę Admiralium: qui castris figendis, Mareſcallum: qui delictis inter aulæ septa vindicandis præficitur, Conneſtabilem appellant. Sunt quoque in singulis provinciis, quas Vicecomitatus appellant, qui præsunt singuli, quos Vicecomites antiquo vocabulo vocant. Horum authoritas in his rebus, quæ ad civiles causas & capitis summam pertinent, decidendis non aliunde pendet, quam a jure quodam hæreditario, quo etiam illos sibi Vicecomitatus vendicant. Vt ii Vicecomites non a Rege creati, sed a parentibus nati jure quodam dici possint. Habent quoque civitates atque opida suos Præfectos, Ballivos ac id genus alios Magistratus, qui cives in officio contineant & ipsarum civitatum privilegia tueantur. Ita fit ut Scotorum Respublica ordinum apta dispositione, Legum sancta majestate, & Magistratuum firma authoritate, floreat & summam laudem mereri videatur. Nomina autem Ducatuum, Comitatuum & Vicecomitatuum Scotiæ hæc sunt: Ducatus *Rotsay*, *Albanie*. Comitatus, *Carnes*, *Sutherlant*, *Rosse*, *Moravie*, *Buchquhan*, *Garriach*, *Garmoran*, *Mar*, *Mernis*, *Angus*, *Gowry*, *Fiffe*, *Marche*, *Athole*, *Stratherne*, *Menteith*, *Levenox*, *Wagton*, *Douglasse*, *Carrike*, *Crawford*, *Annandale*, *Ourmonth*, & *Huntley*. Vicecomitatus, *Berwyk* alias *North Berwyk*, *Roxburg*, *Selkirk*, *Twedale*, *Dunfrise*, *Niddisdale*, *Wigton*, *Are*, *Lanarke*, *Dunbretten*, *Sterveling*, *Louthean*, *Laudonia*, *Clakmanan*, *Kinros*, *Fiffe*, *Perth*, *Angus*, *Mernis*, *Aberdone*, *Bamph*, *Fores*, & *Invernes*. Vniversitates, S. *Andreæ*, & *Aberdonia*, quarum hæc ab Alexandro Rege & sorore Isabella multis ornata est privilegiis circa annum M.CC.xi. Illa sub Iacobo Rege inaugurata, Anno MCCCCxi. Quibus additur *Glasguensis*. Ingenia Scotorum vivida sunt, excitata, ignea: sapiētiæ capessendæ maximè idonea.

GENERATIM quæ de Scotia dicenda habui, absolvi: postulat Methodus, ut speciatim & per partes eam perambulem. Dividitur autem Scotia (monte Grampio mediam secante) in Australē sive superiorem, & in Borealem sive inferiorem. Dirimitur vero ab Anglia primum *Tueda* fluvio, *Zeviota* Monte altissimo, & qua Mons deficit, vallo non adeo pridem facto, ac deinde *Esca* & *Solvæo* fluminibus.

Marcia. Citra hos limites a Mari Scotico ad Hibernicum regiones hoc ordine jacent. Prima est *Marcia* vel *Merchia*, sic dicta quod limitanea, hæc sinistrum Tuedæ latus attingit: ad Orientem Forthæ æstuario, ad Meridiem Anglia clauditur.

Situs.

Vrbium nomina. In Marcia *Bervicum* opidum quod Angli tenent. Est & hic *Hume* castrum, antiqua possessio Dominorum de *Hume* qui a Comitum Merchiæ familia oriundi, in amplam & insignem familiam sunt propagati. Cui vicinum subsidet *Kelso* monasterio quondam celebris, & antiqua habitatione Hepburnorum qui Bothwelliæ Comites, & hæreditario jure Admirallii Scotiæ diu fuerunt, qui honores per sororem Iacobi Comitis Ioanni filio naturali Regis Iacobi v enuptam, ad Franciscum ejus filium nunc Bothuelliæ Comitem descenderunt. Inde *Coldingham* cernitur, Bedæ *Urbs Coldana* & *Coludi urbs* Ptolemæo fortasse *Colania*. Ad

Teviotia. Occidentem Marciæ ad utrumque Tuedæ latus est *Teviotia*, a *Tevioto* amne nomen adepta. *Teviota* monte dirimitur ab Anglia. Post hunc regiones non magnæ *Lidalia*, *Evia*, & *Escia* a tribus fluminibus cognati nominis *Lidalo*, *Evo* & *Esca* nominatæ. Vltima *Annandia*, & ipsa ab *Annando* amne prope mediam dividente appellata, secundum Solvæum in Mare Hibernicum decurrit. Iam ut rursus ad Fortham redeamus, is ab Ortu Lothianam claudit: *Cocburni* Saltus, & *Lamyrii* montes eam a Marcia separant. Contingit deinde paullum ad

Nithia. Occasum inflexa Lauderiam & Tuediam: alteram a *Laudera* opido; alteram ab amne *Tueda* mediam secante.

Lothiana. *Tuediam* ad Meridiem, & Occidentem contingunt *Lidalia*, *Nithia*, *Glottiana*. *Nithiæ Nithus* amnis nomen

Situs. dedit per eam in mare Hibernicum labens. *Lothiana* a Lotho Pictorum rege nominata. Ab Oriente æstivo

Soli fertilitas. finitur *Fortha* sive mari Scotico. Vallem Glottianam spectat ab Occidente hiberno. Hæc regio humanitatis

Flumina. cultu, & rerum necessariarum ad usum vitæ copia cæteras longe præcellit. Quinque amnibus irrigatur, *Tina*,

Vrbium nomina. utroque *Esca*, (qui antequam in mare cadant in unum alveum coëunt) *Letha* & *Almone*. Hi partim è Lamyriis, partem Pictlandicis montibus in Fortham defluunt. Opida habet *Dumbarum*, *Hadinam* vulgo *Haduntonam*, *Dalkethum*, *Edinburgum*, *Letham*, *Limnuchum*. Magis ad Occidentem jacet *Glottiana*, utramque *Glottæ*

Glottiana. fluminis ripam complexa, quæ ob longitudinem in duas præfecturas dividitur. In superiore præfectura collis

Flumina. est non admodum editus, a quo in tria diversa maria flumina effunduntur: *Tueda* in mare Scoticum, *Annan-*

Vrbium nomina. *dus* in Hibernicum, in Deucaledonium *Glotta*. In ea urbes insigniores sunt *Lanarcum*, & *Glascua*. Hanc ab Occi-

Gallovidia. dente hiberno *Coila* contingit. Vltra Coilam est *Gallovidia*. Ea separatur a Nithia Cludano amne, tota fere in

Situs. Meridiem vergens, ac ab littore ejus reliquum illud Scotiæ latus tegitur. Vniversa pecoris, quam frumenti

Flumina. fertilior. Amnes habet plures in Hibernicum mare decurrentes *Urum*, *Devam*, *Kennum*, *Cream* & *Lussum*.

Nusquam


SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
Scotiae tabula II.
HEBRIDES Insula
HIBERNIÆ PARS
ANGLIÆ PARS
MARE HIBER
Miliaria Scotica
5 10 15 20 25

Lacus. Nusquam fere in Montes attollitur, sed collibus tantum frequentibus intumescit. In convallibus inter eos aqua restagnans innumeros prope lacus efficit, è quibus primis ante æquinoctium autumnale imbribus rivi augentur, unde multitudo incredibilis Anguillarum descendit, quas accolæ nassis vimineis exceptas sale condiunt, ac non modicum inde quæstum faciunt. In hac provincia lacus est *Myrtoun* dictus, cujus una pars aliarum aquarum more gelu hyeme concrescit; altera nullis frigoribus congelari potest. Extremum lateris est *Novantum* promontorium, sub quo in ostio *Lussi* fluminis Sinus est qui Ptolemæo Rerigonius vocatur. Ei ex adverso influit ex æstuario Glottæ Sinus vulgo *Lacus Rianus*, Ptolemæo *Vidogara*. Quod inter hos sinus terræ procurrit Incolæ *Rinum*, id est Gallovidiæ aciem appellant. Ab eisdem *Novantum mula*, id est, *rostrum* sive *rictus* nominatur. Tota autem regio Gallovidia (nam *Gallovid* priscorum Scotorum lingua *Gallum* significat) nominatur. Infra Vidogaram a tergo Gallovidiæ leviter declinat ad Glottæ æstuarium *Caricta*. Eam duo amnes intersecant, *Stinsiarus* & *Grevanus*: uterque multis amœnis villis cingitur. Inter amnes qua in modicos colles tumet pascuis fœcunda, nec infelix frumēto est. Tota terrestribus maritimisque copiis non modo sibi sufficiens, sed vicinis multa suppeditans. *Dunus* amnis eam a Coila separat, ortus ex ejusdem nominis lacu, qui insulam complectitur modicæ arcis capacem. Sunt in *Caricta* regione ingentis magnitudinis Boves, quorum caro tenera suavisque esu est; pinguedo liquefacta semel nunquam concrescit, sed olei instar semper fluitat. Sequitur *Coila*, quam a Meridie Gallovidia, claudit, ab Ortu æstivo Glottianam attingit: ab Occasu *Irvino* fluvio a Cunigamia distinguitur: mediam *Aera* amnis dividit. Ad eum sita est *Aera* emporium non ignobile. In universum regio est feracior virorum fortium, quam frugum aut pecorum; tota quidem tenui & arenoso solo; quæ res hominum industriam acuit, & parsimonia vires animi & corporis confirmat. In hac Provincia haud plus decem millibus passuum ab Aer oppido, saxum est duodecim vix pedes altum, xxx cubitorum non amplius spissitudine; haud immerito surdū appellatum. Nam si ingentem sonitū vel voce edas, vel scloppo, vel quovis crepitaculo; is qui ex adversa parte erit saxo proximus, nihil audiet, qui remotior melius, qui remotissimus optime. *Cunigamia* post hanc ad Septemtriones procurrit, & Glottam submovet, ac prope ad justi amnis modum coërcet.

Caricta.

Soli fertilitas.

Coila.

Situs.

Renfroana. Nomen huic Regioni Danicum esse constat, quod eorum lingua *Regis domicilium* significat: quæ res indicio est, eam Danos aliquando tenuisse. Proxima ad Orientalem ejus plagam sita est *Renfroana*, ab opidulo in quo conventus ejus celebrari solent, appellata, vulgo *Baronia* dicitur. Mediam eam secant duo amnes quibus utrisque *Carthus* est nomen. Post Baroniam est *Glottia* ad utramque Glottæ ripam protensa, & ipsa in plures jurisdictiones ob magnitudinem divisa. Amnes nobiliores fundit: a læva *Avennum*, & *Duglassum*, qui in Glottam decurrunt: item a dextra alterum *Avennum*, qui Lothianam ab agro Sterlinensi dividit. Hi duo fluvii communem omnium appellationem loco proprii nominis acceperunt: quemadmodum in Vallia diversa dialecto is, quem Avonam vocant. *Sterlinensem agrum* a Meridie separat a Lothiana *Avennus*, ab Ortu æstuarium *Fortha*, donec paulatim seipso minor ad justam fluminis magnitudinem redactus prope Sterlinum pontem

Glottia.

Situs.

Flumina.

Ager Sterlinēsis.

patitur

patitur. Secat regionem fluvius unus, qui memoratu sit dignus, *Carron*: juxta quem aliquot vetusta sunt Monumenta. Ad lævam Carrontis duo terreni sunt tumuli Hominum opera (ut res indicat) ædificati: vulgo *Duni pacis* appellantur. A dextro Carrontis latere ager fere cætera planus in collem paullum prominet, medio fere spatio inter Dunos pacis, & ædiculam: in eo ad ipsum anguli flexum modicæ urbis vestigium adhuc apparet. Sed murorum fundamenta, & vicorum descriptio partim cultu rustico, partim eruendis ad propinquas ditiorum villas construendas lapidibus quadratis confusa est. Hunc locum diserte Beda Anglus *Guidi* vocat; atque in ipso valli Severi angulo collocat. Multi præclari scriptores Romani ejus valli meminerunt: multa vestigia exstant, multi lapides inscripti eruuntur, quibus aut testimoniū salutis per Tribunos & Centuriones acceptæ, aut sepulchrorum inscriptiones continentut. Vltra Sterlinensem agrum est *Levinia*, a Renfroana præfectura *Glotta*, Glascuensi *Kelvino* amne divisa, ab agro Sterlinensi Montibus, a Taichia *Fortha* dirimitur: tandem in montem *Grampium* definit, ad cujus radices per vallem cavam *Lomundus* lacus se explicat 24 millia pass. lōgus, 8 latus, supra 24 insulas complectitur. Præter multitudinē aliorū Piscium habet & sui generis esu non insuaues, *Pollacas* vocant. Tria autem de hoc Lacu memoratu digna referuntur. Pisces pinnis carent, gratissimi alias saporis. Aquæ nullo interdum flante vento ita concitantur, ut vel audacissimos Nautas deterreant, quominus solvant. Denique Insula quædam gregibus armentisque pascendis apta, natat, ferturque quo ventis impellitur. Sed redeo ad Lacum. Tandem erumpens Meridiem versus Levinum amnem, qui regioni nomen dedit, effundit: qui prope Britannodunum arcem, & eodem nomine opidum in Glottam ingreditur. Leviniæ partem extremā Grampii Montis ultimi colles attollunt, sinu maris exiguo, quem *Gerlochum* a brevitate appellant, interciſi. Vltra hunc est Sinus multo amplior, quem *Longum* vocant, a *Longo* qui in eum cadit fluvio. Is limes est inter Leviniam & Covaliam. Ipsa Covalia, Argathelia seu potius Ergahelia, & Cnapdalia multis sinubus angustis ex æstuario Glottæ infusis, in multas partes dirimuntur. Vnus inter cætera insignis lacus *Finis* vocatur a *Fino* fluvio, quem recipit. Is ultra sexaginta millia passuum in longitudinem porrigitur. Est & in Cnapdalia lacus *Avus*, in quo est exigua Insula & arx munita. Ex eo fluvius Avus effunditur: qui unus in illis regionibus in mare Deucaledonium exit. Vltra Cnapdaliam ad Occidentem hibernum excurrit *Cantiera*, hoc est regionis caput, Hiberniæ occurrens, a quo modico freto dirimitur, ipsa longior quam latior, adeo arctis faucibus Cnapdaliæ conjungitur, ut vix mille passus expleat, idque spacium nihil aliud quam arena sit: adeo humilis ut per eam naviculis tractis Nautæ plerumque navigandi compendium quærant. Hanc attingit *Lorna* Argatheliæ adjacens & usque ad *Abriam* pertinens: regio plana nec infœcunda. Qua Grampius mons humilior est, & magis pervius *Braid Albin* regio vocatur, hoc est, quasi altissimam Scotiæ partem dicas, ac ubi maxima pars illa attollitur *Drum Albin*, hoc est, Scotiæ dorsum vocatur: nec omnino sine causa. Ex eo enim dorso flumina in utrumque mare decurrunt, alia in Septemtrionem, alia in Meridiem. Ex Ierno enim lacu Iernam fluvium in Orientem Hibernum fundit: qui in Taum illabitur ad tria millia passuum infra Perthum. Ab hoc flumine cognomen accepit ad utramq; ripam affusa vetere Scotorum lingua *Strathierna* dicta. *Strat* enim regionem ad fluminum decursum jacentem appellare solent.

Leviniæ Situs. Lacus.

Cantiera. Situs. Lorna.

Flumina.

Taichiam excipiunt *Ocelli* montes; ipsi quidem magna ex parte, atque ager ad eorum radices in Iernensi præfectura censentur. Verum reliquum agri ad Fortham usque ambitio in varias præfecturas dissecuit, *Clacmananam*, *Colrossianam* & *Kinrossianam*. Ab his & Ocellis montibus quicquid agri a lateribus *Fortha* & *Taus* claudunt, in Orientem anguste cuneatur ad Mare. Et uno nomine appellatur

Fifa. *Fifa*, omnibus rebus ad usum vitæ necessariis sibi sufficiens: qua lacus *Levinus* eam scindit, latissima: inde utrinque se colligens in angustum usque ad *Caraliam* opidum. Amnem unum qui memoratu sit dignus Levinum fundit. Totum littus frequentibus opidulis præcingitur: è quibus maxime est memorabile propter bonarum artium studia *Fanum Andreæ*, quod prisci Scoti *Fanum Reguli* appellant. Interius in media fere regione est *Cuprum*, quo reliqui Fifani ad jus accipiendum conveniunt. Qua Ierniam contingit, est *Abrenethum* vetus Pictorum regia. Hic in Taum influit *Ierna*. Ipse autem *Taus* è lacu *Tao*, qui est in *Braid Albin* viginti

Flumina. quatuor millia longo erumpit, fluviorum Scotiæ facile maximus. Is se ad Grampium montem inflectens, *Atholiam* attingit regionem fertilem in ipsis Grampii saltibus collocatam. Infra Atholiam ad dexteram Tai ripam sita est *Caledonia* opidum, vetus tantum nomen retinens, vulgo *Duncaldem*, id est tumulus corilis consitus. Corilus enim cum per inculta se latissime funderet, & silvarum opacitate agros tegeret, & opido & genti nomen dabat. *Caledones* enim, aut *Caledoni* gens olim inter Britannorum clarissimas alteram partem regni Pictorum faciebant: quos Ammianus Marcellinus in *Caledones* & *Vecturiones* dividit, quorum nunc vix nominis vestigium aliquod supereft. Infra Caledoniam ad duodecim millia passuum in eadem dex-

Gourea. tra ripa est *Perthum*. Ad sinistram ripam sub Atholia ad Orientem spectans est *Gourea* frumentariis cãpis no-

Soli fertilitas. bilis. Et sub hac iterum inter Taum, & Escam porrecta *Angusia*, sive vt prisci Scoti loquuntur *Aeneia*.

Angusia. Sunt qui *Horestiam*, aut juxta dialectum Anglorum *Forestiam* dictam putant. In ea sunt ubes *Cuprum*, &

Boëthius. H. *Vrbium nomina.* quod Boëthius patriæ suæ gratulans ambitiose *Dei donum* vocat. Vetus enim nomen *Taodunum* fuisse reor, a *Duno* id est *colle* ad Taum sito, sub cujus radicibus opidum est exstructum. Extra Taum ad XIIII millia

Abrenethea. passuum recto littore occurit *Abrenethea*, alio nomine *Obrinca*. Deinde *Rubrum* promontorium satis longe

Situs. conspicuum. *Esca* fluvius cognomento Australis mediam secat: alter *Esca* Septentrionalis eam a Mernia dividit. Ea ex magna parte solo est campestri, & plano, donec ultra Fordunum & Dunotrum Comitis Martialis arcem occurrat Grampius paullatim se demittens, & in Mare subsidens. Vltra eam ad Septentriones est *Deva*, vulgo *Dea* fluminis ostium: & plus minus mille passus ulterius *Dona*. Ad alterum *Abredonia* est Salmonum

Vrbium nomina. piscatu nobilis, ad alterum Episcopi sedes, & scholæ publicæ omnium ingenuarum artium studiis florentes. Hanc citeriorem invenio vetustis monumentis *Abredeam* appellatam. Nunc utrumque opidum *Abredonia*

Marria. Veteris & Novæ cognominibus distinctum vocatur. Ab hac tam angusta fronte inter hæc flumina incipit

Situs. *Marria*, ac sese paullatim dilatans ad lx in longitudinem millia se protendit Badenacham usque. Ea regio perpetuo dorso continetur, & in utrumque Mare diversa magnaque flumina evergit. Badenachæ confinis est

Abria,


SCOTIÆ
tabula. III.
Miliaria Scotica com.
5 10 15 20 25
OCEANUS
ORCADES
Insulæ
DEUCALEDONIUS
MARE
GERMANICUM
HEBRIDES
INSULÆ
Ebudæ Ptolemæo:
Mevaniæ Bede.
Ross
Cogy outh
Loquha
Mar
Buchan
Murray fyrth
Orkney
Sandes I.
Quis Kolle
Kobursa
Dunesbe
Freſyk ca.
Ackyrgill ca.
Catnes
Keis
Old weick
Dunbeith ca.
Braura
Clyne
Dunrobin ca.
Dornoch
Harbart
Nyg
Cromarty
Tofway
Fynlator ca.
Philorthus
Aberdora
Innerugy ca.
Keyth
Rothemay ca.
Banff
Peterhead
Kintor
Drum
Aberdone ca.
Glenauer
Muirals haus
Cowy
Dumnotyr
Barthy
Montroſs
Brechin
Arbuthnet
North Esk
Scharsch
South Esk
Baigenoth
Anan
Carny
Strathden
Deeflu.
Strathbogie
Kildrumy
Inuerury
Geycht ca.
Fendrath ca.
Tullidrim
Brumark
Achindee ca.
Moyr
Kenu
Ranyue
Tulya
Glenelg
Lochnes moyn
Kyntail
Le. Lag
Vrquhart
Lochy
Lochabria
Lochaber
Lochiel
Lochaber
Lochaber
Lochaber

Abria, ad Mare Deucaledonium modice prona, regio (ut inter Scotos) inprimis copiosa maritimis & terrestribus commodis. Est enim & frumentis & pascuis imprimis fœlix, & præterea nemorum umbris, & rivulorum fontiumque amœnitate jucunda. Piscium vero proventu adeo fertilis, ut nulli prope Scotiæ regioni cedat. Nam præter fluviatilium copiam quam tot rivi sufficiunt, Mare longo canali per planum solum infusum penetrat: ibique terræ paulo altiore margine coërcitum se latius diffundit, ac speciem stagni, aut verius lacus præbet: unde *Abriam*, id est, stationem patrio sermone appellant. Idem quoque nomen regioni circum circa vicinæ dant. Ad plagam Septemtrionalem proxima Marriæ est *Buchania*. Dona fluvio ab ea divisa. Ea omnium Scotiæ regionum longissime se in Mare Germanicum exporrigit. Pascuis Oviumque proventu admodum fœlix, cæterisque commodis ad vitam necessariis sibi sufficiens. Fluvii ejus cum Salmonibus abundent, *Ratram* amnem tamen id genus Piscis non ingreditur. Est in ejus littore spelunca, cujus natura prætereunda non videtur. Aqua è naturali fornice guttatim destillans statim in lapidum pyramidas vertitur, ac nisi opera Hominum antrum subinde purgaretur, spatium usque ad fornicem brevi compleretur. Vltra Buchaniam, ad Septemtriones duæ sunt regiunculæ, *Boina & Ainia*, quæ usque ad Spæam fluvium pertinent, qui separat eas a Moravia. Oritur autem Spæa a dorso Badenachæ, cujus meminimus: & longe ab ejus fonte lacus est, unde erumpit Lutea, ac se in Occiduum Mare devolvit. Ad ostium ejus ferunt opidum nobile fuisse, a fluvio Emmerluteam nuncupatum. Certe sive terræ vicinæ spectes ingenium, sive navigationis & subvectionis maritimæ commoditatem locus est admodum emporio aptus. Prisci quoque Reges has oportunitates secuti aliquot sæculis ibi habitaverunt in Evonia arce, quam nunc multis falso persuasum est esse *Stephanodunum*. Ejus enim arcis rudera, & vestigium adhuc in Lorna monstratur. Vltra Spæam usque ad Nessum sequitur Moravia, olim (ut creditur) *Varar* dicta. Inter eos amnes Oceanus Germanicus, velut retro in Occidentem terram agens, sinu vasto ejus laxitatem castigat. Tota quanta est hæc regio frugibus & pascuis fœcunda, amœnitate vero, & fructiferarum arborum proventu totius regni facile prima. Duo memoratu digna habet opida, *Elginam* ad Loxiam amnem, qui nomen antiquum adhuc retinet, & *Nessum* ad cognominem fluvium. Nessus a Lacu Nesso longo viginti quatuor millia fluit. Aqua fere semper tepida, nec unquam ita frigida ut congelet. Quin & asperrima hieme fragmina glaciei in eum invecta, tepore aquarum brevi solvuntur. Vltra Nessum Lacum Occidentem versus octo millia continentis terræ protenduntur. Tantillum sane est, quod obstat, quominus maria coëant, & quod reliquum est Scotiæ, Insulam reddant. Nam quod spacii ab iis faucibus ad Mare Deucaledonium interjicitur, fere sinubus maris in terram irrumpentis est interciſum. Quod ultra Nessum, & fauces illas angustas est interjectum, in quatuor provincias solet dividi, *Naverniam*, seu ut vulgo *Strathnaverniam*, a fluvio Naverno dictam. Vltra ostium *Nessi*, qua mari Germanico immergitur est *Rossia*, in mare promontoriis altioribus excurrens: quod & nomen ipsum indicat. *Ros* enim Scotis promontorium significat. Ea tota longior est quam latior. Nam a mari Germanico ad Deucaledonium porrigitur; qua in Montes attollitur aspera, & inculta: qua se in campos explicat, frugum fertilitate nulli prope Scotiæ agro inferior. Valles habet amœnas piscosis amnibus irriguas:

Buchania. *Situs.* *Soli fertilitas.* *Flumina.* *Boina & Ainia.* *Moravia.* *Soli fertilitas.* *Opida.* *Rossia.* *Situs.*

Lacus

Lacus piſcoſos complures, ſed maximum omnium *Lubrum*. A Mari Deucaledonio littus paullatim ſe caſtigat, & in Orientem æſtivum reflectit. Ab altero littore mare Germanicum inter rupium excelſarum ſcopulos iter ſibi pandens interius in Sinum ſe ſpatioſum explicat adverſus omnes tempeſtates Portum ſalutiferū, ac certum perfugium. Proxima Roſsiæ extremæ Septemtrionem verſus eſt *Navernia*, a *Naverno* amne appellata: quam vulgo proprietatē ſermonis patrii ſecuti *Strathnaverniam* appellant. Eam a Meridie Roſsia claudit, ab Occaſu & Septemtrione mare Deucaledonium eam alluit, ab Oriente Cathaneſiam contingit. *Sutherlandia* his omnibus ita interjectaeſt, ut omnibus ſit finitima, atque ab aliqua regione cœli eas contingat. Nā ab Occidente Strathnaviernam, a Meridie & Oriente Roſsiam, a Septemtrione Cathaneſiam habet objectā. Cultores magis ex natura regionis paſcuo quam arvo dediti. Nihil in ea quod ſciam ſingulare, niſi quod Mōtes candidi Marmoris habet, rarum in regionibus frigidis miraculum, & prope in nullos uſus comparatum, quod nondum ejus affectatrix luxuria eo immigrarit. *Cathaneſia* ultima ad Septemtrionem Scotiæ regio eſt: qua in plaga ei Navernia occurrit: hæque duæ regiones Scotiæ latitudinem in frontem anguſtam contrahunt. In ea fronte tria attolluntur promontoria. Altiſsimum in Navernia, quod Ptolemæo eſt *Orcas*, ſive *Tarvedrum* & *Tarviſium*: reliqua duo nequaquam æque ſublimia in Cathaneſia ſunt, *Vervedrum*, nunc *Hoia*, & *Betubium*, falſo Hectori Boëthio *Dume* appellatum, nunc *Dunis Bei* vulgo dicitur, alii *Duncans Bei* vocant. Ex hoc nomine aliquot literis exemptis vox *Dunis Bei* facta videtur. In hoc tractu Ptolemæus collocat *Cornavios*, cujus nominis adhuc veſtigia quædam reſtant. Arcem enim Comitum Cathaneſiæ vulgo *Gernico* vocant. Nam qui Ptolemæo, & exteris *Cornavii* ſunt, Britannis *Kernici* fuiſſe videntur. Nam cum non in hoc tractu modo, ſed in diverſiſsima Inſulæ parte, nempe in Cornovallia *Cornavios* ponat eoſdem, qui vetuſtum ſermonem Britannicum retinent adhuc *Kernicos* vocant. Reſtat nunc ut de Inſulis aliquid dicamus. Recentiores Inſularum omnium, quæ Scotiam velut coronant, tres fecerunt vel claſſes vel ordines, *Occidentales*, *Orcadas*, & *Zelandicas*. Occidentales appellantur quæ ab Hibernia pene ad Orcades in Mari Deucaledonio lateri Occidentali prætenduntur. Has alii *Hebrides*, alii *Æbudas*, alii *Mevanias*, alii *Beteoricas* appellarunt. *Orcades* in mari partim Deucaledonio, partim Germanico, ad Septemtrionalem Scotiæ partem ſparſæ ſunt. Harum de nomine inter Scriptores veteres & recētiores ſatis convenit. Sed qui eas primi tenuerint, nō ſatis conſtat. Omnes Germanicæ originis eos fuiſſe tradunt: At è qua natione Germanorum advenerint, id non proditur. Si è ſermone conjecturam faciemus, & olim & nunc quoque vetere Gothica lingua utuntur. Sunt qui Pictos eos fuiſſe arbitrantur, hoc maxime argumento, quod fretum eos a Cathaneſia dividens, Picticum cognominatur: Pictoſque ipſos generis Saxonici fuiſſe exiſtimant, Claudiani carmine maxime freti:

Maduerunt Saxone fuſo
Orcades, incaluit Pictorum ſanguine Thule: *Scotorum tumulos flevit glacialis Ierne,*

Sed quum de his ſupra in Britannicarum Inſularum deſcriptione egerimus: hæc paucula ſufficient, ut Scotiæ finem imponamus.

Navernia. *Situs.* *Sutherlandia.* *Situs.* *Montes.* *Cathaneſia.* *Scotiæ Inſulæ.*

Regio.
Nomen, a quibus inditum.

ALBIONIS Insulæ pars Meridionalior ac maxima *Anglia* Latinis dicitur: ab *Angria* regione Westphaliæ, vulgo *Engern*, ut nonnulli volunt. Alii ab angulo nomen inditum arbitrantur, quod Orbis sit angulus: alii ab *Angloen* opido Pomeraniæ. Goropius Anglos ab *Angle* 1. hamo piscatorio deducit, quod ut inquit ille, omnia sibi adhamarent, & fuerint, ut Angli loquuntur, *Good Anglers*, 1. boni hamatores. Quæ sane conjectura risum potius quam fidem meretur. Sunt qui ab Anglia Cimbricæ Chersonesi regiuncula, quæ *Engelond* 1. Anglorum Terra, ab Egberto Occiduorum Saxonum Rege indigitata fuit, appellatam autumant: vel quasi *Engistland* 1. Engisti terra: qui se ducem his Saxonibus præbuit. Sed qui Engelberti, Engelhardi, & ejusmodi Germanicorum nominum etymologiam videt, facile etiam Anglorum notationem viderit. Hi sunt Germaniæ populi qui Britanniam occuparunt, quos unam gentem fuisse, communique nomine nunc Anglos nunc Saxones vocatos docet Camdenus. Hæc ab Indigenis non uno nomine appellatur, idque etiam diversimode: in duas enim regiones eam dividunt. Pars ejus quæ Orientem & Mare Germanicum spectat ab Indigenis Anglis Saxonum populis, qui eam occuparunt sua lingua *Angliam vel England* nuncupant. Occidentalior vero pars, quæ ab hac, Sabrina & Dea fluminibus discernitur, & Britannica avitaque lingua utitur, *Wallia* vel *Walles*, a prædictis Anglis nominatur. Termini ejus Septemtrionales Scotiam versus, sunt Tueda & Solveius fluvii: ad Meridiem est Gallia, & proprie dictus Oceanus Britannicus, ad Occasum Hibernia & Oceanus Hibernicus, ad Ortum Germanicus. Longa est 302 milliaria Anglica. Lata 300, a Belerio nempe ad Cantiū Promontorium. Aër hic quocunque anni tempore temperatus ac clemens: Cœlum crassum, in quo facile nubes, imbres, ventique coguntur, atque eo minus frigoris æstusque, propter ipsius Cœli densitatem. Habet solum fœcundum frugiferumque, & ab omni frugum genere ita beatum, ut Cereris sedem fuisse dixerit Orpheus. Cui adstipulatur Mamertinus aut Belga orator qui Panegyricum Constantino dixit: ubi inter alia dicit, in hac segetum tantam esse fœcunditatem, ut muneribus utriusque sufficiat, & Cereris & Liberi. Neque solum agros luxurioso ac opimo frumento, ac leguminibus supra modum scatentes habet: sed etiam cujusque generis materiam producit, præter abietem, &, ut Cæsar ait, fagum; nunc tamen est passim fagus quoque. Lauri non æque fœcunda est Thessalia. Rosmarinus vero tam copiosus, ut eo etiam ad sepes utantur. Fert item Aurum, Argentum, Cuprum, Ferrum, sed ejus exigua copia: Plumbum nigrum, & Plumbum album id est stannum in suo genere optimum in magna abundantia hic effoditur, & ad exteras gentes effertur. Colles hic plurimi, per quos Ovium greges errāt, non tantum carnium deliciis, sed etiam vellerum tenuitate nobiles; frequentiam Ovium juvat Cœli quædā benignitas; Terræque bonitas singularis; nam & in collibus vix arbores apparent, totaque regio a Lupis est suo privilegio immunis. Omni etiam Pecudum Animaliumque genere abundat, præterquam Asinis, Mulis, Camelis & Elephantis.

Situs.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Molossi


ANGLIA
GERMANICUS OCEANUS
REGNI HIBERNIÆ PARS
Hibernicum
Pars Scotiæ
MARE VERGIVIUM
Belgij pars
Galliæ confinia
Milliaria Anglica
Read castel
Bangor abb.
Arglas
Dundalk
Dublyn
Caryck
Waterfort
Ramsey I
Gresholme
Pennart ca.
S. Donets
Landaf
Hartland poit
Stratton
Padstow
7. Stones
Sorlings
Lezard point
Falmouth ha.
Salcombe
Portland
Wight
Lyme
Dorcester
Wells
Bristol
Bradfort
Bedford
Cambridge
Oxford
London
Hardford
Chelmesfort
Waltham
Sandwich
Dover
Canterbury
Rochester
Eltham
Hyde
Lyd
Hastinge
Pemsey
Sierickzee
Middelburg
Brugge
Ghendt
Duynkercke
Grevelinge
Cales
Monstreul
Yarmouth
Norwich
Downeham
Walderswyk
Ely
Stowe
Ipswik
Haveril
Barkway
Colcester
Startfort
Maldon
Hitchi
Buckingam
Amersham
Winsor
Reding
Kingeselere
Hatoncourt
Fernham
Winchester
Petersfele
Petworth
Horsham
Lewes
Southampton
Arundel
Chechester
N. Shoreham
Pembroke
Carmarthin
Langadok
Morlaspechap
Cowbridge
Monmouth
Abergeveny
Hereforde
Hay
Radnor
Cardigan
Bealt
Treggron
Machenleth
Lanydlos
Montgomery
Bramerose
Lichfeld
Sturbridge
Bowdeley
Warwik
Worcester
Coventre
Haverburg
Northampton
Stow
Chirenchester
Glocester
Barkley
Faringdon
Marlingesbury
Glaßenbury
Langport
Wilton
Salesbury
Sturmister
Ilmister
Excester
Bow
Chinlig
Bedford
Wiveles com.
Lyston
Morton
Tavestok
Plymouth
Bodmā
Pensance
Hay
Hereforde
Dongelle
Draton
Shrawesbury
Lichfeld
Darby
Notingam
Grantham
Grimsthorp
Quapla
Peterburg
Lyncolne
Bullingbr.
Tatershal
Slefort
Mansfelt
Leike
Conton
Chester
Newcastle
Ottoxaster
Leicester
Uppinga
Sheafeld
Barnesley
Donecaster
Knathe
Snath
Rothedal
Mancester
Wigen
Hale
Blackborne
Halifax
Wakefield
Cawood
Houden
Hul
Kilham
York
Ryplay
Kirkham
Lancaster
Setle
Lunesdale
Kendal
Hartley
Whitby
Scarbrough
Kilton ca
Wilton
Darling
Whitton
Bowes
Durasme
Hexham
Newcastel
Carlisle
Anan Dala
Wethering ton
Warkewort
Dustabroug
Bamburgh
Barwyck
Pebbis
Drymlar
Yrwen
Salfid ab.
Glenlus
Garleis
Kirkenbrik
Egremont
Wilkenton
Ravenglas
Daker
Wulfly
Millum
S. Michael Sedes Episcopi Man.
The Calfe of Man
Anglesey
Holyhead
Newburg
Carnarvan
Bangor
Dolachelan
Pullhely
Denbigh
Wrexham
Lanegwast
Bala
Bardsey
Ramsey I
Gresholme
Hereford
Cardigan
Bealt
Treggron
Machenleth
Lanydlos
Montgomery
Bramerose
Lichfeld
Sturbridge
Bowdeley
Warwik
Worcester
Coventre
Haverburg
Northampton
Stow
Chirenchester
Glocester
Barkley
Faringdon
Marlingesbury
Glaßenbury
Langport
Wilton
Salesbury
Sturmister
Ilmister
Excester
Bow
Chinlig
Bedford
Wiveles com.
Lyston
Morton
Tavestok
Plymouth
Bodmā
Pensance
Hartland poit
Stratton
Padstow
Lezard point
Falmouth ha.
Meridies
Yarmouth
Burham
Lyn
Hickling
Norwich
Downeham
Walderswyk
Thetford
Wicha
Ely
Stowe
Ipswik
Huntington
Cambridge
Haveril
Barkway
Colcester
Hardford
Chelmesfort
Waltham
Sierickzee
Middelburg
Brugge
Ghendt
Duynkercke
Grevelinge
Cales
Monstreul
Sandwich
Dover
Canterbury
Rochester
Eltham
Madeston
Hyde
Lyd
Hastinge
Pemsey
Arundel
Chechester
N. Shoreham
Southampton
Petersfele
Petworth
Horsham
Lewes
Winchester
Fernham
Kingeselere
Hatoncourt
Winsor
Reding
Bristol
Bradfort
Wells
Portland
Salcombe
Lyme
Dorcester
Wight
Sorlings
7. Stones
ỹ landes end
ỹ Gulfe
Pensance
Bodmā
Tavestok
Plymouth
Bow
Chinlig
Bedford
Wiveles com.
Lyston
Morton
Padstow
Stratton
Hartland poit
Lezard point
Falmouth ha.
Salcombe
Meridies

17.

Mollossi nullibi gentium pręstantiores, ferocioresque. Nusquam gentium major Cornicum multitudo. Magna etiam Milviorum qui pullis insidiantur copia. Romani Britanniæ potiori parti quingentos pęne annos imperarunt, a C. Cæsare scilicet ad tempora usque Theodosii junioris: cujus ætate Romanorum legiones & præsidia ad Galliam defendendam accersita, Britanniam Insulam reliquerunt; quo factum est, ut Picti Scotique partem Australem invaserint; quorum impetum quum diutius sustinere Britanni non possent, vocarunt è Germania Saxones, viros bello adsuetos, quorum opera initio adversus Scotos & Pictos usi sunt. Postea vero Saxones sive Cœli illecebris capti, sive Pictorum amicitia & familiaritate ducti, sive perfidia propria impulsi, fœdus adversus Britannos cum Pictis iniverunt, domitisque & profligatis hospitibus, ipsi illorum loca invasere. Vnde & pars illa Britanniæ Anglia, ut supra vidimus, dicta est. Continet Anglia urbes plurimas, inter quas maxime excellunt, *Londinum*, *Eboracum*, *Cantuaria*, *Bristolia*, *Glocestria sive Glovernia*, *Salopia*, *Vigornia*, *Bathonia*, *Cantabrigia*, *Oxonia*, *Nordvicus*, *Zandvicus* cum multis aliis quas in descriptionibus particularibus delineabimus. Flumina illustriora *Tamesis*, *Humbrus*, *Trenta*, *Ousa*, & *Sabrina*, de quibus suis locis. Oceanus autem qui Insulam alluit, omnis generis Piscium copia redundat; inter quos Lucius est, quem *Pike* vernacula lingua appellant, qui apud illos magno in precio habetur; eoque eum interdum ex palustri aqua in vivaria transferunt; ubi nidore illo opido purgatus, anguillis minutisque pisciculis pastus mirandum in modum pinguescit. Ostrea nec alibi delicatiora, nec plura. Portus vero Angliæ præcipui sunt hi: *Davernus*, vulgo *Dovre*, qui est Comitatus Cantii extremus, ac colle munitur, arcemque habet tutissimam, omni armotum genere optime instructam: *Mountsbay* satis latus in Cornwallia, ubi tutissima est navium statio. Item *Volemouth* siue *Falemouth*, *Torbay*, *Southantonensis*, & alii. Angliæ *Rex* supremā potestatem & merum Imperium habet, nec in Imperii clientela est, nec investiturā ab alio quovis accipit, nec præter Deum, superiorem agnoscit. Ejus subditi vel sunt Laici vel Ecclesiastici: Item sunt vel Nobiles vel Plebei. Nobiles sunt vel majores: ut Duces Marchiones, Comites & Barones, qui vel hæreditario jure his titulis gaudent, vel iisdem virtutis ergo a Rege exornantur. Ducis autem nomen soli Regis filio natu maximo hoc tempore convenit: quamvis olim plures hoc titulo insigniti fuerint. Nobiles minores sunt Equites Aurati, Armigeri, & qui vulgo Generosi & *Gentlemen* dicuntur: Generosi, vel promiscue nobiles sunt, qui natalibus clari, aut quos virtus aut fortuna a fæce hominum extulit. *Cives sive Burgesses* qui in sua quilibet urbe publicis funguntur muneribus & in Parlamentariis Angliæ Comitiis locum habent: *Ingenui* sive *Yeomen* sunt, quos Legales homines lex vocat, & ex agris, quos optimo jure tenent, quadraginta ad minimum solidos quotannis colligunt: *Opifices* autem sunt qui mercede operam locant. Dividitur autem tota Anglia in Comitatus XXXIX. Comitatus vero in Centurias (quæ in nonnullis regni partibus *Wapentaches* a tractu armorum nominantur) & in decurias dividuntur. In his Comitatibus, difficilioribus temporibus, *Præfectus Regius*, quem *Lieutenant* vocant, ne quid detrimenti Respublica capiat, constituitur. Singulis vero annis nobilis aliquis ex Incolis præficitur, quem *Vicecomitem* quasi vicarium Comitis & Anglice *Shiriffe*, id est Comitatus Præpositum vocant: quietiam Comitatus vel

Imperium majorum.

Vrbium nomina.

Flumina.

Mare.

Portus.

Ratio gubernādi.

Provinciæ

Provinciæ Quæstor recte dici potest. Ejus enim est publicas pecunias provinciæ suæ conquirere, mulctas irrogatas vel pignoribus ablatis, colligere, & ærario inferre. Iudicibus præsto adesse, & eorum mandata exequi: duodecim viros cogere, qui in causis de facto cognoscunt, & ad judices referunt, (Iudices enim apud Anglos juris solum & non facti sunt judices) condemnatos ad supplicium ducere & in minoribus litibus cognoscere. In majoribus autem jus dicunt Iustitiarii, quos *Itinerantes* & *Iustitiarios ad Assisas* vocant, qui quotannis hos Comitatus bis obeunt, ut de causis cognoscant, & de incarceratis sententiam ferant. Quod ad Ecclesiasticam jurisdictionem attinet, duas nunc habet Anglia provincias. Archiepiscopos item duos: *Cantuariensem* totius Angliæ Primatem & *Eboracensem*. Quibus subsunt XXv. Episcopi: Cantuariensi XXii. Eboracensi tres reliqui. Angliæ tribunalia sive juris fora, quas etiam curias dicimus, in triplici sunt differentia. Alia enim sunt Ecclesiastica, alia temporalia, & unum mixtum, quod Parlamentum vocant, & ex tribus Angliæ Ordinibus constat & totius Angliæ corpus repræsentat. Hoc a Principe pro arbitrio indicitur summamque & sanctam authoritatem habet in legibus ferendis, confirmandis, antiquandis, interpretandis, & in omnibus quæ ad Reipublicæ salutem spectant. Fora temporalia sunt duplicia, juris scilicet aut æqui. Iuris sunt, *Bancus Regius*, *Curia cameræ Stellatæ*, *Bancus communis*, *Scaccarium*, *Curia Wardorum & Liberationum*, *Admiralii*, *Assisæ*, alia quæ obscura sunt, omittimus. *Bancus regius* ita dictus quod Rex ipse in eo præsidere soleat, Coronæ placita tractat. *Camera stellata*, sive potius Curia consilii regii in qua tractantur criminalia, perjuria, impostura, dolus malus, &c. *Bancus Communis*, quia communia placita inter subditos ex jure Anglico, quod commune vocant, in hoc disceptantur, nomen habet. *Scaccarium* a tabula quandrangula, ad quam assidebant, nomen traxit, in eo omnes causæ audiuntur quæ ad Fiscum pertinent. *Curia Wardorum*, a pupillis, quorum causas tractat, nomen habet. *Admiralii Curia* res maritimas tractat. *Assisæ*, quas dicimus, in quolibet Comitatu bis anno habentur, in quibus duo Assisarum Iustitiarii ad hoc deputati cum Eirenarchis, sive pacis Iustitiariis comitati & de civilibus, & criminalibus cognoscunt. Fora æquitatis sunt *Cancellaria*, *Curia Requestarum*, Concilia in Limitibus Walliæ, ex parte Boreali. *Cancellaria a Cancellario*, qui ibi præsidet, nomen traxit. In hac ex æquo & bono judicatur, & summum jus quod summa crux videri solet, temperatur. *Requestarum Curia* pauperum & regiorum famulorum causas audit. Ecclesiastica fora præcipua sunt, *Synodus*, quæ *Convocatio Cleri* dicitur, semperque simul cum Parlamento habetur: & *Synodi Provinciales* in utraque provincia. *Academiæ* in hoc regno duæ sunt nobiles, *Cantabrigiensis* & *Oxoniensis*, quibus additur tertia *Londinensis*. Ingenia producit Anglia non infelicia neque sterilia, viroque doctos & omnium facultatum & scientiarum peritissimos plurimos habet. Gens procera statura, venusta & candida facie est, cæsiis ut plurimum oculis, & ut sono linguæ Italis persimiles, ita corporum habitu ac moribus ab illis pene nihil discrepant. Victus maxima ex parte in carne consistit. Cerevisiam ex hordeo conficiunt, potum sapidum, gratum, jucundum. Hic in exteras etiam regiones asportatur. Vestimento non multum absimili Gallico utuntur. Atque hæc quidem de Anglia in genere dicta sufficient; reliqua in particularibus deinceps tabulis exponemus.

Leges & institutæ.

Scholæ.

Mores.

Victus.

Vestitus.

continens *Northumbriam, Cumberlandiam Comitatus, & Dunelmenſem Epiſcopatum.*

GENERATIM quæ dicenda habuimus de Anglia abſolvimus: poſtulat Methodus, ut ſpeciatim & per partes eam percurramus. Britanniæ ab ſe debellatæ citeriorem partem in Provinciam redactam, Romani varie diviſerunt, ut ſupra diximus. Saxones vero pro Pentarchia Romanorum fecerunt Heptarchiam, in ea ſunt *Cantium*, *Suſſexia*, *Eaſtanglia*, *Weſtſexia*, *Northumbria*, *Eaſtſexia*, & *Mercia*. Hodie in Comitatus (quos vel *Conventus* vel *Pagos* proprie & Latine voces) Angli peculiari vocabulo *Shyres* appellant, diſtribuitur. Ac primum anno a Chriſto nato 1016 Ethelredo regnante tantum XXXII numerabantur: deinde ſub Guilielmo primo XXXVI. Poſtea tres in numerum additæ XXXIX Comitatuum numerum compleverunt, qui hodie in Anglia obtinet. Quibus accedunt XIII plures in Wallia, quorum ſex fuerunt tempore Edwardi Primi, reliquos Parlamentaria authoritate conſtituit Henricus Octavus. Hoſce autē Comitatus ſeu Partes Angliæ cum nonnullis Inſulis Mercator noſter 6 tabulis luculenter expreſſas exhibet. Harum omnium tabularum, quo ordine ab authore noſtro proponuntur, delineationem, quam poterimus fideliſsime proponemus.

Northumbria. Situs. Offert ſe primo loco *Northumbria*, vulgo *Northumberlant*, Trianguli ſed non æquilateri figura quodammodo incluſa jacens. Meridionale ejus latus *Derwentus* in Tinam influens, & ipſe Tina claudit, qua Dunelmenſes ſpectat. Orientale latus Mari Germanico pulſatur. Occidentale vero quod ab Occaſu brumali in Ortum æſtivum, primum concatenatis montibus, inde *Tweda* flu. protrahitur, Scotiæ obvertitur, regionumque limes eſt. Terra ipſa magna ex parte aſpera eſt, ac cultu dura. Ad mare & *Tinam* adhibita mediocri cultura ſatis eſt colono grata, alibi vero multo ingratior, & quaſi horridior. Plurimiſque in locis lapides illi *Luthanthraces*, quos *Sea-coales* Angli vocant, magna copia effodiuntur. Hæc autem Provincia ab Oſca Hengiſti fratre, & filio eius Iebuſa in Saxonum poteſtatem redacta, primum ſuos duces clientelare jure Cantii regibus obſtrictos habuit. Inde cum regnum Berniciorum conſtitutum eſſet, quod ad *Teſi* ad Scoticum fretum pertigit, pars ejus optima fuit, paruitque Nordanhumbrorum regibus, qui cum ſuam periodum confeciſſent, quicquid ultra Tuedam erat, in Scoticum nomen ceſsit; hunc autem agrum Egbertus Orientalium Saxonum Rex ſuo imperio per deditionem adjecit. Alfredus poſtea Danis permiſit, quos Athelſtanus pauculos poſt annos exturbavit; Eilricum tamen Danum populus poſtea in regem extulit, quem Ealdredus Rex ſtatim expulit: Deinceps vero regium nomen in hac provincia deſiit, Comiteſque qui præfuerunt dicti ſunt. Incolæ bellicoſiſsimi ſunt & velites optimi. Cumque omnino Marti ſe quaſi conſecrarint, non eſt inter eos quiſpiam melioris notæ, qui ſuam turriculam, aut munimentum non habeat, & quamplurimos olim Baronum titulo honorarunt Reges etſi tenuioris fortunæ, ut militarem virtutem vel honore inter eos conſervarent. Eſt in Northumbria urbs *Newcaſtle*, portu nobilis, quem Tina efficit ſua profunditate naves valde magnas admittens, & ita defendens, ut nec tempeſtatibus facile jactari, nec vadis affligtari poſsint.

Soli qualitas.

Imperium Majorum.

Morū virtus.

Urbes.

Quodnam


Northumbr.
Cumberlādia
Dunelm. Episcop.
Miliaria Anglica
SCOTIÆ
PARS
MARE HIBERNICVM
MARE GERMANICVM
Septentrio
Meridies
Occidens
Orientis
Barwick
Holy iland
Farne Island
Bamburg ca.
Tuggell
Dunstaburgh
Alnewick
Aylemouth
Warkeworth ca
Coket Island
Edlingham ca
Harbottle ca
Cornwal
Northam
Howyn ca
Ewoldon
Vrsildon
Kelse abb.
Driebugh
Melros abb
Selkirk
Tweede R.
Peblis
Lander
Lander flu.
Drymlar
Tinguar ca
Atrik flu.
Bran flam
Jedburgh abb
Hawick
Wheslekirk
Fedgerth
Packinhaug
Cotnishey
Windgnyle
Hepethgyrth
Branton
Flderton
Wadingoros
Yatlow
Capup
Newtonkirk
Carham
Warke ca
Ford ca
Hortonca
Gosfwick
Etalf ca
Fennan
Rosse
Chillingham
Lucker
Rause ca hil
Lynbridge
Durtrebanne
Rattenraw
Raylees hill
Grene
Wallington
Wetherington
Whitton ca
Morpeth
Bottle ca
Slekbornes
Blakes Newke
Hartley
Tynmouth ca
Harton
Wetslades
Ogle ca
Wauson
New ca
Aydon ca
Bingley ca
Hexham
Dilsson
Stealey
Prudoe Bne
Ravens
Warth ca
Hilton ca
Jerro
Edmondbyer
Knevvdon
Rowley
Hetton
Lumley
Lumley
Seham
Morpho ws
Ware fl.
Durefme
Eden ca
Bolliop
Whitton ca
Mayland
Fisborne
Martlepoole
Elmedon
Auk lande
Preston
Shillington
Stokton
Haughton
Darlington
Sherborne
Langley
Ryabye ca
Tvs
Ebo
racenci
mitatus
pa.
S. CO
RS
Varum
Wicly ff
Bernard ca
Cragg
The Spittle
Burgh ca
Arnquill hows
Holwik
Stirkwith
Temple sowerbye
Kirkland
Kirk Oswald
Melmerbye
Kellogg law hil
Yate
Satley ca
Frosterley
Crailleyhall
Brudspet ca
Eden
Apple bye
Bramp ton
Corby ca
Gwilderdale
Corok ca
Terneho ws
Bellister ca
Alenton
Sipton
Elsyll
Ar manth wa te ca
Caulth wa te
Saberham
Graistok ca
Sowerby
Penre lathe
Braughham
Barton
Paker ca
Keswick
Lorton
Lowes wa ter
Arladon
Cokermouth
Blenke ca
Darwen fl.
Wirkinton
Egremont
Haile
Enerdale
Boro dale ch.
Wasdale chap
Mylrid dale
Greſmere
Paderdale chap
Markedale
Langdale par
Skedale
Conyston
Rauenglas
Sowther feld
Halton ca
Aton
Wi gton
Dauston
Roſſe ca
Warnell
Trebye
Wulfly ca
Orton
Lynstok
Row clyff ca
Drumm gh ca
Carlawrok cas
New abbay
Dundranan abb
Kirkenbrick
Annan
Tinthe R.
Red kirk
Greeny kirk
Drumsbrie
Kinmont
Ewys
Hardaw
Whithaughtwn
Eleighzescha
The Heremitag e
Kirkop
Holburn
Leap lisshe
Powtrene
Hollihead
Dalden
Rameſaw
Northe
Chirlewall
Haltwesel ca
willymoteswirk
Haghton
Simon horn
Inglay
Sondaytur
Askerton ca
Nawortth ca
Blenkensop ca
Chirlton
Roſeburn
Carrhouse
Thipchaſe ca
Wynbor ca
Wholpinton
leighton
Greſsthorn
Brakenhill
The
Glesbas
Bo
Ba
Ar
Ch
Ri
Ha
Ca
Ha
Ma
Ma
Ma

Quodnam olim fuerit in comperto non eſt. Cum Normannicum Imperium inciperet, a Monachis *Monkeeeſter* vocabatur, ſtatimque a Novo Caſtro, quod Robertus Gulielmi Normanni filius extruxit, hoc novum nomen *Newcaſtle* induit, magnaque paullatim incrementa cum maritimis Germanis contrahendo, & foſsiles carbones quibus regio abundat, in alias Angliæ partes ſubvehendo, cepit. Eſt & ultimum Angliæ, & munitiſsimum totius Britanniæ opidum *Berwick*: quod nomen a Berengario Duce, quem ſomniarunt, deducunt aliqui.

Flumina. Lelandus ab *Aber*, quod oſtium Britannis ſonat, ut *Aberwic* vicum ad oſtium ſignificaret. Vndecumque vero nomen habet, ſitu longius in mare porrigitur, ita ut mari & *Tueda* fere circumvalletur: & alia. Fluvii hic ſunt *Tina Auſtralis & Borealis* (qui ſic dictus quod in arctum coëuntibus ripis conſtringitur, hoc enim *Tin* Britannica lingua ſignificare affirmant nonnulli.) *Auſtralis* ex Cumbria æditus, prope *Alſtonmore*, ubi antiqua eſt fodina æraria: cum aliquamdiu ſe in Septemtriones provolverit, in Ortum converſus, recta cum muro Pictico procurrit. *Tina Borealis* è limitaneis montibus, ſociatus *Redo* fluvio infeſto qui ad *Redſquier* præruptum montem effuſus, *Rhedeſdale*, i. *vallem Redi*, laudatiſsimorum velitum altricem rigat. Infra *Collerford*, uterque Tina confluit, qui jam auctus, ſubindeque auctior, uno alveo urget ad Oceanum iter. *Tueda* Angliam a Scotia longo ſpatio diſcludit, Limeſque Orientalis dicitur. Hic fluvius copioſa ſcaturigine è Scotiæ montibus erumpens inter limitaneos equites, diu tortuoſus errat. Vbi vero proxime *Carram* vicum acceſſerit, multis aquis convaleſcens regnorum collimitia diſcriminare incipit, ac tandem *Tillo* recepto in Mare Germanicum ſeſe exonerat. Sunt & alii, ut *Coqueda*, *Alaunus*, *Blithus*, & *Wanſpeth*, quos omitto, ad ſecundam partem tranſitum faciens.

Cumbria. Ea eſt *Cumbria* vulgo *Cumberland*: hæc Weſtmorlandiæ ad Occaſum præjacet, ultima in hac parte Angliæ provincia, utpote quæ ipſam Scotiam ab Arcto attingit, ab Auſtro & Occidente Hibernico Oceano pulſata, ab Ortu vero ſuper Weſtmorlandiam Northumbriæ contigua. Nomen ab Incolis traxit, qui veri & germani Britanni fuerunt, & ſe ſua lingua *Kumbri*, & *Kambri* indigitarunt.

Situs.

Soli qualitas. Terra autem quamvis ob Septemtrionalem ſitum frigidior, & ob montes aſperior videatur, ſua tamen varietate perluſtrantibus arridet. Poſt verrucoſas enim rupes, & confertos montes, quibus lacus interjacent, ſuccedũt pabuloſi colles gregibus referti, quibus rurſus ſubſternuntur porrectæ planities frugibus ſatis fœcundæ.

Urbes. Eſt in hac Provincia optima & oportuna poſitione urbs vetuſtiſsima *Carlile*, a Septemtrione profundo Itunæ alveo, ab Ortu Peterillo, ab Occaſu Cauda munita, & præter hæc naturæ defendentis munimenta, firmis mœnibus è ſaxo quadrato, caſtello & Citadella quam vocant, armata. Romani & Britanni hanc *Lugu-vallum*, & *Luguballium*, ſive *Luguballiam*, Saxones teſte Beda, *Evell*, Ptolemæus (ut nonnullis placet) *Leucopibiam*, Angli *Carlile*, & Latini *Carleolum* recentiori vocabulo dixerunt. Romanis temporibus hanc floruiſſe varia antiquitatis indicia ſubinde eruta, & celebris ejus tunc temporis memoria ſatis affirmate loquuntur. Sunt & alia opida *Keſwike*, *Wirkinton*, *Bulneſſe*, *Perith*, ut vicos & arces ſilentio præteream. Atq; hic ager 58 Parochiales Eccleſias numerat. Habet præterea Lacus omni volatilium

Lacus. genere abundantes.

Flumina. Fluvios item inter quos *Irton* amniculus in quo Conchæ cum rorem, quem veluti maritum appetũt, oſcitatione quadã hauſerint, fiunt gravidæ, margaritaſque pariunt, quas accolæ cum reſederit aqua venantur.

nantur. Est & *Derventio*, *Cokarus*, *Olenus* sive *Elenus*, *Eiden*~ atque alii, piscibus abundantes. Ad hæc Oceanus, qui ad littus alliditur, Piscium optimorum examina alit, & negligentiam accolis quasi exprobrat, quod minus graviter piscaturam exerceant. Montes hic conferti Metallis gravidi, inter quos montes *Dertwentfels* vocati, in quibus ad *Newlands* æris venæ opulentæ non sine auro & argento nostro tempore sunt repertæ. Hic etiam invenitur terra illa metallica, sive saxum induratum & micans, Anglis *Blacke leade* dictum, quo ad ducendas lineas, & monochromata pictores utuntur. Superiorem hujus regionis partem intersecat, qui nullo modo tacendus est, *Murus* ille celeberrimus, Romanæ provinciæ limes sive clusura, CXXII millium passuum longitudine, Severi opus: qui ut ait Orosius, *partem Insulæ a cæteris indomitis gentibus vallo distinguendam curavit*. Eum Beda 8 pedes latum, & duodecim altum fuisse scribit, recta ab Ortu in Occasum linea: cujus nō solum vestigia sed etiam fragmenta in lōga spatia porrecta & tantū pinnis nudata extant, hodieque conspiciuntur, ut testatur Cādenus. Supereſt in hac tabula Episcopatus Dunelmensis, vulo *the Bishoprick of Durham*, sive *Duresme*, qui Eboracensibus ad Septemtrionem confinis in trianguli speciem efformatur, cujus apex ad Occasum coëuntibus ibi Septemtrionali limite & *Tesis* fontibus figuratur. Latus quod Meridiem spectat, continuo Tesis decursu terminatur: alterum, quod Boream, primum brevi ab apice linea ad Derwentum flumen, inde Derwento ipso, & Tina flu. cum Derwentum admiserit, describitur. Basim vero trianguli, quæ Ortum respicit, ora maritima affingit, quam magno fremitu Oceanus Germanicus gravissime pulsat. Qua in apicem coarctatur, campi sūt nudi, silvæ raræ, colles glabri, sed non sine ferri venis, convalles autem satis graminosæ: Angliæ enim Apenninus hunc angulum intersecat. Ad Orientalem autem partem, sive trianguli basim, uti etiam ad latera, culturæ terra est perquam grata, redditusque cum agricolarum labore contendunt, pratis, pascuis, arvis distincta, & carbone fossili quo pro ignis alimento passim in Anglia utuntur, copiosa. Primaria hujꝰ regionis urbs Saxonibus *Dunholm*, Latinis *Dunelmum* dicta, vulgus *Durham* corruptissime vocat. Situ quidem æditiori & sane munitissimo, spatio tamē nonmagno, ovali quodammodo forma, flumine ab omni parte nisi a Septemtrione circumfunditur & mœnibus armatur. Ad Austrālem partem fere qua flumen se reducit, Cathedralis Ecclesia surgit, pyramidibus & alta turre conspicua, in medio eminenti tumulo imponitur castrum quodammodo intermedium inter duos pontes è saxo, quibus Vedra fluvius hinc ad Ortum, illinc ad Occasum conjungitur; a castro ad Septēriones patet forum & S. Nicolai cernitur templum. Sunt hic præterea opida, *Standrope*, *Derlington*~, *Hartlepole*, *Bincheſter* & *Cheſter upon*~ *the ſtreete*, cum multis vicis atque arcibus. Numerantur in hoc agro & Northumbria, Ecclesiæ parochiales 118 præter sacella plurima. Flumina hic sunt primum *Tees* Latinis *Teisis* & *Teisa*, Polydoro *Athesis*, Ptolemæo *Tuesis* appellari videtur Camdeno, apud quem librariorum incuria exulare existimat. Hic Fluvius è saxeto illo *Stanemore* erumpens, raptisque secum multis undique torrentibus, per rupes fluens è quibus ad Eglesston marmora cæduntur, ac deinde multa loca alluens, tādem āplo ostio in Oceanū se ejicit, unde trianguli basis adoram maritimam inchoatur. Item *Vedra*, *Gaunlesse*, *Derwentum*. Atque hæc de hisce tribus partibus dicta sufficient, ad reliquas pergimus.

Montes.

Murus Picticus.

Episcopatus Dunelmensis.

Situs.

Soli qualitas.

Vrbes sive opida.

Flumina.

SEQVENTES CONTINENS COMITATVS, WESTMORLANDIAM, Lancastriam, Cestriam, Caernarvam, Denbigh, Flint, Merionidh, Montgomery & Salopiam, cum Insulis Mannia, & Anglesey.

Westmorlandia. *Situs.* AD tertiam Tabulam venio, in qua primum sese offert *Westmorlandia* ab Occasu & Arcto Cumberlādia, ab Ortu Eboracensi & Dunelmensi agro terminata: sic dicta quod magna ex parte inculta sit. Pars Australior, angustiori spatio inter Lonum flumen & Winandermere conclusa satis ferax in vallibus, licet suas asperas glabrasque cautes ostendat, & *Baronia de Kendal* dicitur. Deinceps supra Loni fontes latius se explicat regio, multisque gyris & flexibus Montes excurrunt, quibus interjacent alicubi convalles prærupta altitudine, crebris locis spelunearum in modum subruptis. Opidum hic primarium *Aballaba* nunc *Apelby*. Est etiam frequentissimum opidum *Kandale*, Lanificii gloria & industria celeberrimum. Atque in hoc Comitatu 26 paroeciæ numerosæ habentur. Fluvii sunt *Lonus*, *Ituna*, & *Eimotus*. *Lancastria* vulgo *Lankashire*, & *the County Palatine of Lancaster*, quod sit Comitatus Palatini titulo insignis. Sub Montibus, qui per Angliam mediam procurrunt, jacet ad Occasum: inter Eboracenses ab Ortu, & Hibernicum Oceanum ab Occasu ita includitur, ut ab Austro qua Cestrenses respicit, (a quibus Mersetio flumine dirimitur) sit latior, sensimque in Borcam procedens, qua Westmorlandiæ confinis, coarctetur. Ibique maris Sinu abrumpitur, suique partem non exiguam ultra sinum habet, quæ Cumberlandiæ adjacet. Vbi in campos æquatur, hordei & tritici satis est fertilis, ad Montium radices avenæ fertilior, ubique solo tolerabili, nisi uliginosis quibusdam, & minus salubribus locis, qui tamen hæc sua incommoda commodis resarciunt uberioribus. Abrasa enim superficie cespites ad ignis fomitem, & nonnunquā arbores, quæ diu defossæ jacuerunt, præbent. Inferius vero margam ad stercorandos agros affatim alicubi suppeditant. Boves proceris cornibus & composito corpore excellunt. Ad urbes transeo, inter quas primo loco occurrit pervetus illud opidum *Manchester*, *Mancunium* & *Manucium* variante lectione Antonino, Hoc circumvicinis opidis præcellit suo ornatu, frequentia, lanificio, foro, templo & Collegio. Est & *Ormeskirke* mercatorium opidum, sepultura Stanleiorum Derbiensium Comitum insigne: Et *Lancaster* præcipuum regionis opidū, ut alia taceam. Atque hic paroecię 36: sed valde populosæ recensentur. Plurimi sunt Lacus & paludes inter quas *Merton* palus, & Lacus totius Angliæ maximus, nunc *Winandermere* Pisce sibi peculiari accolis *Chare* dicto, fœcundus. Fluvii *Mersetus*, *Irwellus*, *Dugleſſe*, *Ribellus*, *Wyre*, *Loccus*, & *Lonus*. Montes hic plurimi, iique æditissimi, inter quos ille qui *Ingleborrowhill*, *Penigent*, *Pendle hill*. *Cestria* sequitur vulgo *Chesshire*, & *The Countie Palatine* of *Chester*, quod ejus comites jura Palatina habuerint. Ab Austro agro Salopiensi, ab Ortu Staffordiensi & Derbiensi, a Septemtrione Lancastrensi, ab Occasu Denbingensi & Flintēsi circumscribitur, ad Circium vero Chersoneso longius in altum abit, quæ inter duos sinus cōclusa utrinque insinuantem Oceanum admittit, in quos etiam sinus omnia hujus agri flumina cōveniunt. Regio farris & tritici jejuna & inops, pecoris & piscium ferax. Vrbs hic clara quam Ptol. *Deunam*, Angli *Chester* & *Westchester*.

Soli qualitas. *Imperium majorum.* *Lancastria.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.* *Lacus.* *Flumina.* *Montes.* *Cestria.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Urbes.*

Vrbs


ANGLIÆ TABVLA.
WEST-
MORLAND,
CASTRIA,
CESTRIA
etc
MARE
HIBERNIAE PARS.
HIBERNIA
MANI.
Mania insula
The caſe of Man
Angleſey insula
Cumberlandia
Weſtmorlandia
Lancaſter
EBORACUM
Derbia
Staffordia
Shropſhire
Montgomeri
Flint
Denbigh
Caernarvan
Meriomidh
Merioneth
Cardigan
Pembroke
Carmarthen
Glamorgan
Monmouth
Hereford
Worceſter
Warwick
Leiceſter
Northampton
Oxford
Buckingham
Bedford
Cambridge
Huntingdon
Rutland
Lincoln
Nottingham
Derby
Chester
Lancaſter
Yorke
Durham
Weſtmerland
Cumberland
Northumberland
Bishopric
Newcaſtle
Scotland
Ireland
Wales
Irish Sea
North Sea
Liverpool
Manchester
Preſton
Wigan
Bolton
Warrington
Chester
Shrewsbury
Ludlow
Worceſter
Hereford
Gloucester
Oxford
Coventry
Lichfield
Derby
Nottingham
Leiceſter
Northampton
Buckingham
Bedford
Cambridge
Huntingdon
Lincoln
Rutland
Yorke
Durham
Newcaſtle
Carlile
Penrith
Kendal
Lancaſter
Preſton
Wigan
Liverpool

Vrbs hæc quadrata forma, mœnibus quæ duo plus mill. paſſ. ambitu colligunt, includitur: ad Lybonotum, caſtrum eminet prope flumen a Comitibus conſtructum, ubi fora Palatinatus bis quotannis habentur. Ædificia ſunt nitida, & projectis Mænianis porticus utrinque per primarias plateas ducunt. Sunt præterea opida, *Finborrow* & *Condate*, nunc *Congleton*. Habetque parœcias plus minus 68 hic Comitatus. Fluvii hanc regionem interluunt, *Deva*, Anglice *Dee*, Salmonibus admodum ferax, è duobus in Wallia fontibus enaſcitur, unde denominatum credunt. Præterea *Wever*, *Merſey* & *Danus*. *Caernarvonshire*, Hiſtoricis Latinis *Snaudonia*, & *Arvonia*. Latus Septemtrionale & Occiduum Mari objacet, Auſtrale claudit Merionithia, & Orientale Denbighenſis ager Conovio flu. interlabente. Qua Mare proſpicit gleba eſt ſatis fertili, & opidulis redimita. In hac præter alia opida eſt *Bangor* ſedes Epiſcopalis. Interiora hujus Comitatus montoſa, aſpera, clivoſa. *Denbigenſis* ager, Anglis *Denbigshire* interius a mari recedit, & in Ortum uſque ad Devam flumen procurrit. A Borea aliquandiu mare, inde Flintenſis regiuncula, ab Occaſu Merionithia & Montgomeria, ab Ortu Ceſtria & Salopia circumcingunt. Pars Occidua ſterilis, media qua in vallem ſuccumbit, fœcundiſsima, Orientalis ſtatim a valle naturam ſibi iniquiorem, ad Devam vero multo æquiorem ſentit. In hoc autem agro eſt vallis *Cluida*, amœnitate, fertilitate, & ſalubritate vere fœlix, in qua *Ruthun* maximum eſt vallis emporium. Deinde territorium, Britannice *Mailor Gymraig*, Anglis *Bromfield* lætum admodum & plumbi ferax. Primarium hujus tractus opidum *Denbigia*, vulgo *Denbigh*, & *Cluida* fluvius. Flintenſis Provinciola, Anglis *Flintſhire*, Denbighienſi agro ad Septemtrionem longior quam latior præjacet, Hibernico mari, ſeu potius Deva æſtuario ab Arcto pulſata, ab Ortu Ceſtrenſi Comitatu, ab aliis plagis Denbighienſi finita. Hæc non quidem montana, ſed collium prominentia aliquantulum ſurgens, quæ leniter in fertiliſsimos agros reſupinatur, qui præſertim qua Mare proſpiciunt, primo quoque anno nunnullis in locis hordeum, aliis triticum, in univerſum ſecale viceſimo & ſupra fœnore, & poſtea avenam in quatuor aut quinque annos profundunt. Eſt hic opidum S. *Aſaph* Anglis, ubi Epiſcopalis eſt ſedes, cui parœciæ ſubſunt multæ: & *Ruthlan* caſtello egregio nitens. Hic etiam *Alen* fluvius, prope quem fons eſt qui maris æmulus ſtatis temporibus ſuas & revomit & reſorbet aquas, *Merionethſhire*, Latine *Mervinia* a Montgomerico pago ad ſinum uſque Lunatum & Oceanum pertingit, quo ab Occaſu ita pulſatur, ut nonnullam ejus partem abripuiſſe credatur. Ad Meridiem Devo flumine a Ceretica dirimitur, ad Septemtriones Caernarvoniam, & Denbigbiam attingit. Ipſa vero inter Montium conglomerationes omnium totius Walliæ terrarum hiſpida magis & horribilis. Opida hic rara, Harlech autem caſtrum eſt munitiſsimum, atque hujus regionis primarium: ſuntque æſtuaria duo celeberrima *Traith maur*, & *Traith Bocham*, id eſt æſtuarium majus, & minus. Montes habet altiſsimos, arctos tamen & in modum arcis acutiſsimos, nec raros quidem, ſed creberrimos, & tanta æqualitate conſertos, ut in ſummis eorum verticibus paſtores confabulantes, vel convitiantes, ſi concurrere forte ſtatuerint a mane ad veſperam vix convenirent. *Montgomeryſhire* ad Meridiem Ceretica & Radnoria, ad Ortum Salopia, ad Boream Denbighia, & ad Occaſum Merionithia circumſcripta, licet Montibus plurimū emineat, cōvallibus tamē grata fœcūditate, cū arvis, tum paſcuis utiq; fœlix eſt,

Flumina.

Carnarvonſhire.
Situs.
Soli fertilitas.
Opida.
Montes.
Denbighia.
Situs.
Soli qualitas.
Opida.

Flintſhire.
Situs.
Soli qualitas.

Merionithia.

Situs.
Soli qualitas.
Opida.

Montes.

Montgomeria.
Situs.

est, laudatissimorumque equorum fœcunda olim genitrix. Primarium hujus regionis opidum *Montgomery*, surgenti saxo, cui amœna planicies subjacet a Balduino limitis Wallici præfecto constructum. Est & *Lan-vethlin*, opidum mercatorium. Hic est *Sabrina* secundum a Tamesi Britanniæ flumen, *Severne* Angli indigitant. Hic statim a fonte ita crebris incurvus flexibus agitur, ut sæpe reverti credatur, procurrit tamen, seu potius lentus pervagatur huncagrum, Salopiensem, Vigorniensem, & Gloceſtrensem, vitalemque humorem glebæ ubique suppeditans in Sabrinianū fretum se tandem placide exonerat. Hic etiam *Plinlimon* Mons in eximiam exurgens altitudinem, qui *Sabrinam* flumen, de quo modo diximus, effundit. *Salopia* sive *Comitatus Salopiensis*, Anglis *Shroppshire*, ad Ortum Staffordienses, ad Occasum Montgomerienses, ad Meridiem Vigornienses, & ad Septemtrionem Ceſtrenses attingit. Ampla regio, fertilis & amœna, Opidis & castris undique stipata est frequētissimis, utpote quæ limitanea fuerit. Inter quæ hujus agri urbs longe clarissima ex antiqui Vriconii occasu exorta, quam Angli *Shrewsbury* dicunt, Latini *Salopiam*. Sunt & *Bishops Castle*, *Ludlow*, & alia. Numerātur hic parœciæ plus minus 170. Fluvii *Temdus*, *Colunus* & *Terna*. Restant nunc in Tabula nostra Insulæ duæ *Mannia* & *Anglesey*. *Mannia*, Cæsari *Mona*, *Monœda* Ptolemæo quasi *Mon-eitha*, id est, *Mona* remotior, ad alterius Monæ differentiam, dicitur. *Monabia* Plinio, *Menavia* Orosio & Bedæ, apud quos tamen *Mevania* perperam legitur, *Eubonia* Gildæ, *Menaw* Britannis, Incolis *Maning*, Anglis *The yle of Man*. Iacet autem medio libramine inter Boreales Hiberniæ & Britānię partes, a Septētrione in Meridiē xxx. plus minus Italica mil. porrecta, latitudinem vero qua maxime pater vix ultra xv mill. qua minime viii extendit. Linum & Cannabim abunde profert, pascua & arva habet satis læta, hordei, tritici, sed præcipue avenæ ferax est, unde avenaceo pane maxime vescūtur Incolæ; pecorū ubique multitudo, & numerosi Oviū greges, sed cum Oves, tum pecora minora sunt quam in Anglia. Cum autem silvis sit indiga, bituminoso cespite ad ignem utuntur, quem dum effodiunt, sæpenumero in fuffossas arbores incidunt. Britannos hanc Insulam uti Britanniam tenuisse in confesso est, sed cum a Septemtrione gentes tanquam infusi nymbi, has australes plagas inundarint, in Scotorum potestatem devenit. Inter Opida hujus Insulæ præcipuum censetur *Russin* ad australe latus situm, quod a castro ubi præsidium habetur, vulgo *Castletown* appellatur: sed frequentissimum est *Duglas*, quod Portus sit optimus, aditusque facillimus, ad quem Galli, & alii exteri cum sale suo marino commeant, coria, lanam rudem, & carnem bubulam salitam ab Insulanis emercantes. In occiduo autem insulæ latere sunt *Bala-Curi* ubi Episcopus plerumque agit qui Eboracensi Archiepiscopo subest, & *The Pyle* munimentum exigua in Insula positum, ubi etiam non pauci sunt milites præsidiarii. Ipsi vero australi promontorio modica etiam Insula, (*The calfe of Man* dicta) prætenditur, marinis avibus quas *Puffins*, & anatibus illis è ligno putrefacto enatis, quas Angli *Bernacles*, Scoti *Clakes*, & *Soland Geese* vocant, referta. In medio Mannia Montibus densius attollitur, è quibus æditissimus *Sceafell*, unde sudo cœlo Scotia, Anglia & Hibernia prospici possit. Controversias Iudices, *Deemsters* vocant, sine scriptis & impensis dirimunt. Incolæ omnes a furandi & mendicandi ostiatim consuetudine sunt alieniſsmi, ac mire religiosi. Supereſt *Anglesey* Insu. de qua in 7 Angliæ Tabula agemus.

Soli fertilitas. *Opida.* *Plinlimon mōs.* *Salopia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.* *Flumina.* *Mannia.* *Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Imperium majorum.* *Opida.* *Montes.* *Ratio gubernādi.* *Vulgi Mores.*

Regio, Nomina. Situs.

CAMBRIA, quæ & *Wallia*, sive *Wales*, avita Britannorum Sedes, a *Cambro* tertio Bruti Filio denominata nonnullis videtur, quod falsum putat Camdenus. Hæc ab Anglia Saxonica sive Lhoëgria, Sabrina & Dia Fluviis distinguitur. Cętera ejus Regionis Mari Hibernico pulsantur. Hujus nomen universam quondam Transsabrinam Regionem complectebatur, nunc vero minus late patet. Terra omnis montosa, aspera, clivosa, nisi qua Mari vicina est; hic enim solum fœcundius.

Soli qualitas.

Wallum autem tres olim populi insederunt: *Silures*, *Dimetæ*, & *Ordovices*. Hi non solum duodecim, quos vocant *Walliæ* Comitatus, sed duos etiam illos Transsabrinos *Herefordshire*, & *Monmouthshire*, qui Angliæ Comitatibus adnumerantur, tenuerunt. *Silures* eas regiones ex Ptolemæi descriptione incoluerunt, quæ Wallis sua lingua uno nomine *Deheubarth*, i. pars Australis, & novis hodie nominibus, *Herefordshire*, *Radnorshire*, *Brecknockshire*, *Monmouthshire*, & *Glamorganshire*, appellantur, in quibus & nominis Silurum nonnullæ supersunt reliquiæ. Reliquam hujus regionis partem quæ longius in Occasum projecta, Anglis *West Wales* dicitur, agrumque Maridunensem, sive *Caermardenshire*, Penbrochiensem, & Cereticam, sive *Cardiganshire* complectitur, Plinius *Siluras* etiam tenuisse existimavit; sed Ptolemæus qui exploratius Britanniam novit, alium hic populum constituit, quos *Dimetas* & *Demetas* dixit, *Demetiæque* nomine pro hoc tractu usi sunt, cum Gildas, tum Nennius. *Ordovices* qui & *Ordevices*, reliquos duos Principatus (quos illi *Guineth* & *Powis*, Angli *North-Wales* & *Powisland* dicunt) olim insederunt; & ad eos spectarunt regiones illæ, quæ nunc Anglice novis nominibus *Montgomeryshire*, *Merionethshire*, *Caernarvonshire*, *Denbighshire* & *Flintshire* appellantur. Nunc *Walliæ* partes eo ordine quo supra a nobis positæ sunt, percurramus: ea tantum quæ nobis in Tabularum Mercatoris explicationibus indicta sunt referentes.

Herefordia. Imperium majorum.

Occurrit primo loco *Herefordiensis Comitatus*. Huic elanguente jam Anglorum Imperio præfuit Comitis Officialis titulo *Radulphus* Gualteri Medantini Filius, quem Normanni hoc honore exuerunt, cui sufficerunt *Gulielmum* Filium *Osberni*, Normanniæ Ducibus arctissima propinquitate conjunctum. Huic successit *Roherius* ejus Filius *de Britolio* dictus, qui sine prole mascula proscriptus obiit. Stephanusque Rex *Roberto le Bossu* Comiti Leicestriæ reddidit Herefordiam, verum frustra: Mathildis enim Augusta, sive Imperatrix Milonem Gualteri Constabularii Gloccstriæ Filium, eo honore auxit, Angliæque Constabularium fecit, cui IV Filii *Rogerus* scilicet, *Gualterus*, *Henricus*, & *Mahel*, nulla suscepta prole invicem successerunt. De reliquis Camdenum vide.

Radnoria. Imperium majorum.

Radnoria sequitur. Hanc *Mortuomarii* sive de *Mortuo-mari* qui Anglis *Mortimers* dicti, primi Normannorum Regionem fuso Edrico Silvatico Saxone, sibi devicerunt. Cumque longo jam tempore inter omnes in hac regione eminuisset, tandem Rex Edwardus III anno salutis MCCCXXIIX *Rogerũ* de *Mortuomari* Dominum de *Wigmor* hujus limitis Wallici, vel (ut vulgo loquuntur) Marchiæ Comité creavit, qui statim morte mulctatus est. De his & reliquis plura habes apud Camd.

Brechinia.

Tertium locum obtinet *Brechinia*. Hujus Agrum


CAMBRIA olim WALLIA
SEPTENTRIO
ORIENS
OCCIDENS
MERIDIES
HIBERNIA
MARE
HIBERNICUM
CAMBRIA sive WALLIA
Milliaria Anglica
8 12 18 24
Anglesey I.
North Grounds
Middel Grounds
South Grounds
The Ramme
PARS
Dublyn haven
Dalkey
Old Conte
Ye head of Bray
New Castel
C. Wicklow
C. Onnoredas
C. Arcklow
Denogmore
Glasskarycke
Caryck
Thoorde
Wexford haven
Caryk new
Fissard
Rok Wisin
Saltees
Ye Bards
Grenond
Penbryn
Twi stuy
Mount Cary
Llanbeder
Cardigan
Prevethel
Fissard
Trevenith
Pen
Newport
Cledyn
The Bishop and his Clarke
Ranger ins.
S. Davides
Roche ca.
Male ca.
Walsoth
Brok
Kay
Ford
Pieton
Caren
Gross holme ins.
Stokeholme insula
Milford haut
Lymgercan
Pembrok
S. Goven
Colder ios.
Rosselre
Penmark
Porthmon
Wormes-head
Oyster mouth
Llanelly
Llanguic
Crebbir
Barmouth
Langyllinyn
Aberdonic
Abercythwerth
Llanrusted
Llanaveg
Aberarthe
Llanyuay
Llanherdi
Pyrh cap.
Llandilo vaure
Llangadok
Penkethire
Cap. Caltrim
Carmarthin
Honeveren
Drustanc
Carrig
Llangu. ge
Kidwelly
Llanchire
Nicathe
Leghor
Swinsey
Aberrawon
Margage castl
Glamor ga
New cast.
Bridgend
Ogmore castl
Cowbridge
Llangan
S. Georg
Porkery
Cardif
Wrinis
Bristol
Crickelade
Lechlade
Faringdon
Cirencester
Barkley
Glocestria
Gloucester
Newenham
N. Leche
Winchcombe
Stow
Tewkesbury
Evesholme
Campden
Shipton
Ebmly
Veton
Nowent
Rosse
Deane
Newnham
S. Brec
vels
Ragla
Monmouth
Abergeny
Whitca
Cap. North
Uske
Struele
Carlion
Chepstow
Newport
Caerleon
Dur slag
Wikewar
Hampton
Mitchin
Aust
Wrinis
Pirton
Bromsgrove
Droitwich
Worcester
Warwick
Wigorn ia
Lemster
Pembridge
Hartlebury
Ludlow
Bewdeley
Burford
Bromicham
Ely
Coleshull
Redermister
Countrie
Hooley
Sturbridge
Albaston
Dudley
Stourton
Corsham
Higley
Branton
Prestaine
Knighton
Radnor
Rathor
Kinton
Dyssart
Beult
Huntington
Webley
Chfford ca.
Kay
Sua
Del
Bramyeard
Lidbury
Here ford
Here ford sia
Ballingham
Cast. Dinto.
Brecknoke
Boughrud
Freca
Cannok
Breck noke
Llanvihangel
Llanvrthil
Llanvyre is not
Llanvyre in Brunn
Abertraw
Newbo
Aberfraw
Llanvaes
Llanvaes
Aberconway
Abergeley
Bangor
Caernarvan
Cap. Kerig
Dolbadern
Caer Jericuhod
Clevograur
Llangylthairne
Newyn
Pullheli
Carnaruan
Clemmay
Pullheli
Rus
Bodverin ch.
Brachymult point
Barssey
Merionidh
Harlegh
Llanthewy
Bala
Dolgella
Llanvilling
Garthyilo
Mainloyde
Tulyllyn
Penalt
Llanvylling
Llanvillin
Llanvillin
Llanvillin

Imperium majorum. grum regnante Gulielmo Rufo, *Bernardus* de *Novo-mercatu*, ſive *Newmarck* Normannus, vir animi conſiliique plenus, conſcripta non parva Anglorum, & Normannorum manu, primus aggreſſus difficili bello a Cambris extorſit, Neſtamque Gruffini Principis filiam uxorem duxit. Quæ cum filium Mahelem patrimonio ſpoliaſſet, *Sibylla* ejus ſoror illud adiit, virumque ſuum *Milonem* Herefordiæ Comitem hoc honore auxit, a quo ſucceſsive ad *Breoſos*, *Bohumos*, *Staffordos*, illiſque proſcriptis, ad Regem redditus in hoc agro longe ampliſsimi devenerũt.

Comitatus Monumethẽſis. Brechiniæ, & Herefordiæ ad Meridianam plagam ſubjacet Comitatus *Monumethenſis*. Hic Saxonica Heptarchia Wallis montanis paruit, qui tamen ut in Legibus antiquis videre eſt, ſub Occiduorum Saxonum imperio erant.

Imperium majorum. Normannorum vero primis temporibus limitanei Duces graviſsime afflixerunt, præcipue Hamelinus Balun, Hugo Laſcy, Gualterus & Gilbertus Clarenſes Striguliæ Comites dicti, & Brienus Wallingfordẽſis, quibus cum donaſſent Reges, quicquid hoc tractu, devictis Wallis, occupare potuiſſent, hi ſuperiorem Agri parté, illi inferiorem, quam *Netherwent* dixerunt, in ſuam paullatim poteſtatem redegerunt. Vltima Silurum Regio eſt *Glamorgania*, cujus ab ipſa Provinciæ expugnatione Domini fuerunt a Fitzhaimone recta linea deſcendẽtes Gloceſtriæ Comites, *Clari* & *Spenceri*, inde *Bellocampi*, & *Nevillus* unus & alter, & per Nevilli Filiam è Spenceris oriundam *Richardus* III Angliæ Rex, quo interfecto, *Henricus* VII hujus agri hęreditatem crevit, *Gaſparique* Bedfordiæ Duci patruo ſuo conceſsit, quo ſine prole defuncto, ad ſe univerſum jus Rex revocavit, & Filio *Henrico* VIII reliquit, cujus Filius Edwardus VI maximam ejus partem *Gulielmo Herberto*, quem Penbrochiæ Comitem, & Baronem de *Caerdiff* crearat, venundedit.

Glamorgania.

Imperium majorum.

Ager Maridunenſis. Ad *Dimetas* tranſeo. Hic primo loco occurrit *Ager Maridunenſis*. In eo *Fons eſt* (ut ſcribit Giraldus) *qui naturali die, bis undis deficiens, & toties exuberans marinas imitatur inſtabilitates*.

Penbrochia. *Penbrochia* Proxima eſt. Hujus I Comitum *Gilbertum Strongbow* fuiſſe lego, cui Stephanus Rex Penbrochiæ Comitis titulum primus contulit.

Imperium majorum. Ille *Richardo Strongbow* filio, Hiberniæ domitori reliquit. Hujus unica Filia *Iſabella Gulielmum* Dominum de *Hempſted*, Angliæ Mareſcallum, maritum eodem adauxit, virum belli paciſque artibus florentiſsimum. Filiique ejus V. ſucceſsive Penbrochiæ Comites fuerunt: *Gulielmus Junior* dictus, *Richardus*, *Gilbertus*, *Gualterus* & *Anſelmus*. Quibus omnibus ſine prole intra breve tempus ſublatis, Comitatus hujus gladio Henricus III *Gulielmum de Valentia* è Luſigniana in Pictonibus familia cinxit. Huic ſucceſsit *filius Audomarus*.

Ceretica. De reliquis Comitibus lege Camdenum. Tertia *Dimetarum* Regio eſt *Ceretica*.

Imperium majorum. Ejus orã Normanni vix ſuo in Britannia imperio confirmato, ſtatim tentarunt, & feliciter quidẽ res ſucceſsit. Maritima enim paullatim, Wallis extorſerunt, ſed maximam ejus partem conceſſerunt *Cadugano* filio Blethini, Britanno prudentiſsimo, cujus gratia plurimum in univerſa Wallia poterat, & quo amiciſsimo utebantur Angli. Sed cũ ejus Filius *Oënus* Anglos aſsiduis excurſionibus infeſtaret, infelix pater patrimonio mulctatus, in Hiberniã ſe ſubducere coactus eſt. *Cereticam* vero Rex Henricus, I. Comiti Clarenſi *Gilberto* donavit. Sed *Cadugan-nus* cum Oëno filio in gratiã poſtea ab Anglis receptus, quæ ſui erant patrimonii etiam recepit. *Rogerus de Claro* poſtea Cereticam Henrici II munificentia accepit. Sequuntur jam Ordovicum Comitatus percurrendi; inter

quos

quos *Montgomeria* primum locum occupat. Hanc *Powisiæ Principes* a tertio filio Rotherici magni prognati cum aliiis (licet Rogerus & Hugo Montgomerienses partè nonnullam abrasissent) perpetua serie ad Edwardi 11 tempora tenuerunt. Tunc enim *Oënus* è Britannico sanguine ultimus Powisiæ Dominus *Hawisiam* unicam filiã reliquit , quam Ioannes Charletonus equestri dignitate Anglus duxit , & jure uxorio Dominus Powisiæ ab Edwardo factus erat, qui Leonem rubrũ erectum aureo in clypeo gerebat. Hujus hęredes masculi ad quartam usq; progeniẽ hoc honore claruerunt, donec in Edwardo mascula succesio abolita fuisset. *Merionithia* Giraldo *Terra filiorum Canæni* dicitur. Hanc *Hugo* Comes Cestrensis primus Normannorum dispositis præsidiis occupavit , cũ Gruffinum filium Conani captivum teneret, sed postea ille hanc cum reliquo principatu recuperavit, posterisque reliquit, donec fatali periodo confecta, in Leolino desiit. Supra Merionithiam jacet *Caernarvonshire*. Cui statim a Normannorum in Britanniam ingressu *Gruffinus* Conani filius præfuit, qui cum influentes Anglorum in Walliam copias reprimere non potuisset, tempestati subinde cesit; demumque cum sua integritate Regis Henrici 1 gratiam redemisset, facile etiam ab Anglis sua recuperavit, posteritatique reliquit ad *Leolinum* usqùe. Qui cum fratres injuriis, & vicinos Anglos incursionibus irritasset , eo adductus fuit, ut hanc montanam Regionem cum Mona, sive Anglesea Insula , ab Edwardo 1 clientelari jure teneret, eoque nomine mille Marcas quotannis persolveret. Quibus conditionibus cum postea non staret, sed suam perfidique fratris pertinaciam , potius , quam spem sequutus, aleam belli denuo tentaret , interfectus & sibi & Britannorum in Wallia imperio finem attulit. *Denbighia* sequitur. Hanc cum res Wallorum seditionibus, & Anglorũ incursionibus in lapsum prona jam sisti non poterat, *Comites Cestriæ, Warrenniæ, Mortuomarii, Laceius* & *Grey*, primi Normannorũ paullatim occuparunt, & suis possidendam reliquerunt. Sequitur ultima *Walliæ* provinciola Anglis *Flintshire*. Hujus agrum *Cestrenses Comites* levia prælia ex occasione, & oportunitate cum Wallis conferentes , primi Normannorum sibi subjecerunt. Sed cum illi jam desiissent, *Edvvardus* 1. hanc & omnem Walliæ oram maritimam sibi tenuit. Interiora Proceribus suis , ut visum erat , assignavit, consilium Augusti sequutus, qui validiores & exteriores provincias ipse suscepit, cæteras Proconsulibus sortito permisit. *Cambri* , ut testatur Humfredus Lhuydus , Anglos vestitu imitantur, impatientes laborum, generisque nobilitate ferocientes, parce & duriter domi vitam agunt: plerique in Anglia se clientelæ & famulitio Regum & Nobilium dedunt, ad quæ supra quam dici potest sunt apti. Liberorum etiam educationi institutionique operã dant : quo fit ut nullus adeo in universa Cambria sit fortuna tenui, qui non in Schola edoctus sit : peritiores Iuri operam dant , deque eo per totam Angliam respondent. Et quemadmodum olim gens (ut Tacitus refert) injuriarum impatientissima, continuis pugnis & homicidiis inter se digladiabatur; ita nunc ob legum metum, quibus optime obediunt, supra omnes gentes, litibus & controversiis inter se, usque ad omnium bonorum consumptionem, contendunt. Sed de his satis.

Montgomeria.
Imperium majorum.
Merionithia.
Imperium majorum.
Incolarum mores.
Caernarvonshire
Imperium majorum.
Denbighia.
Imperium majorum.
Flintshire.
Imperium majorum.
Cambrorum mores.

IN QVA HI SVNT COMITATVS, CORNVBIA, DEVONIA, SOMERSETVS, Dorceſtria, Wiltonia, Gloceſtria, Monumetha, Glamorgan, Caermarden, Penbrock, Cardigan, Radnor, Brecnoke, Herefordia & Vigornia

Cornubia. CORNVBIA quæ & *Cornwallia* Britannice *Kernaw*, a Meridie Oceano Britannico, a Septemtrione Hi-
Situs. bernico, ab Occaſu Antiveſtæo promontorio & Gallico Oceano clauditur, ab Ortu Tamara flumine a
Soli qualitas. Devonia ſejungitur. Regio gleba ſatis fertili, ac Metallorum divite vena abundans. Frugum quoque
licet non ſine magno agricolæ labore, ferax. Nitet hæc regio & inprimis ora maritima creberrimis o-
Opida. pidis. Ea ſunt *Heilſton* opidum ſignandi ſtanni privilegio celebre. *Peryn* celebris mercatus, *Arwenak*, *Truro*,
Flumina. *Grampound*, *Fowy*, *Leſtuthiell*, *Leskerd*, *Bodman*, *Saltashe*, *S. Ies*, S. *Colombs*, *Padſtow*, *Stow*, *Stratton*, *Tamer-*
Portus. *ton*, *Lanſtuphadon* & *Saltash*. Suntque in hoc Comitatu parœciæ *161*. Fluvii ſunt *Vale*, *Fawey*, *Loo*, *Liverus*,
Haile, *Alan* & *Tamara*. Inter Portus hujus regionis celeberrimus *Volemouth*, *Cenionis* oſtium Ptolemæo, æ-
Devonia. que nobilis, ac ipſum Italiæ Brunduſium, navium capaciſsimus & tutiſsimus. *Devonia* vulgo *Denshire* ſequi-
Situs. tur. Termini ejus ab Occaſu Tamara flumen: ab Auſtro Occanus, ab Ortu Dorceſtria & Somerſetus, a Se-
ptemtrione Sabrinianũ fretum. Hæc ut majori latitudinis incremento utrinque quam Cornwallia excurrit, ita
Vrbes & Opida. utrinque Portubus accincta commodioribus, nec minus ſtanni venis dives, pratis diſtincta lætioribus, ſilvis ve-
ſtita frequentioribus: gleba autem alicubi perinde exili. Vrbs primaria Anglis hodie *Exceſter*, Latinis *Exonia*,
Ptolemæo *Iſca*, Antonino *Iſca Dunmoniorum*. Sunt & opida plurima, ut *Plimmouth* quod ſuperiori ſęculo, ex
Flumina. viculo piſcatorio in opidum amplum, civiumque frequentia urbis æmulum excrevit. Hinc fuit Franciſcus ille
Dracus Eques Auratus in gloria navali noſtræ memoriæ facile Princeps. Item *Lidſton*, *Plimpton*, *Modbery*, *Dert-*
mouth, *Exminſter* & multa alia: Parochiales eccleſias *394* continet. Fluviique ſunt *Lid*, *Teavus*, *Plimus*, *Dert*,
Totnes, *Teignus*, *Iſca*, *Credenus*, *Columbus*, *Otterey*, *Ax*, *Towridge*, *Taw*, *Ockus* & *North Ewe*. *Somerſetenſis*
Somerſetenſis Comitatus ſequitur vulgo *Somorſetshire*. Termini ab Ortu Wiltonia, ab Auſtro Dorceſtria, ab Occaſu Devonia,
Comitatus. a Septemtrione Sabrinianum fretum & Gloceſtria. *Ditis* hæc admodum ſoli, unſquam non ad fruges, aut pa-
Situs. bula eximie fertilis, atque alibi etiam adamantum admodum fœcunda, qui ſplendore Indicos provocant, duri-
Cœli temperies tie cedunt. Vrbs præcipua *Briſtolia*, pulcherrimis ædificiis, gemino flumine & muro, portu, exterorum com-
& Soli fertilitas. merciis, civium frequentia illuſtratur. Opida habet, *Theodorudunum* nunc *Welles*, *Bathonia*, vulgo *Batle*. At-
Vrbes & Opida. que in hoc agro Parochiæ *385* numerantur. Fluvii *Ivell*, *Frome*, *Pedred*, *Thonus*, *Avona*, *Somer*, *Brius*, *Welwe*.
Flumina. *Dorceſtria*, *Dorſetshire*: ab Ortu Southamptonia, ab Occaſu Devonia, ab Auſtro Oceano Britnanico, a Borea
Dorceſtria. Wiltonia & Somerſeto terminatur. Gleba vero eſt fertili, qua Septemtriones ſpectat ſilvæ & Saltus diffundun-
tur, unde crebris & herbidis collibus, qui numeroſos ovium greges paſcũt, gratis paſcuis ad littus uſq; deſcẽdit.

Diurnovaria,


SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
14
15
16
17
18
19
51
52
MARE HIBERNICUM
Cornub. Devonia, Somerset etc.
Miliaria Anglica
10 20
BRITANNICUS OCEANUS
PENBROK
CORNUBIA
DEVONIA
SOMERSET
DORCESTRIA
WILTONIA
GLOCESTER
WIGORNIA
HEREFORDIA
MONUMETA
GLAMORGAN
BRECNOK
RADNOR
Lundye I.
Cardigan
Newport
Pembrok
Haverfordwest
Carmarthen
Swansey
Cardiff
Abergavenny
Hereforde
Worcester
Gloucester
Bristol
Barkley
Malmesbury
Chippenham
Marlborough
Salisbury
Shaftesbury
Sherborne
Dorchester
Wareham
Poole
Bridgewater
Taunton
Exeter
Plymouth
Dartmouth
Launceston
Truro
Penzance
Falmouth
Helston
Padstow
Barnestable
Ilfracombe
Tiverton
Crediton
Honiton
Lyme
Bridport
Weymouth
Portland insula
Sidmouth
Axbridge
Wells
Glastenbury
Sherborne
Shaftesbury
Wilton
Salisbury
Ringwood
Christchurch
Lands fore
Needles
Hurst Caſt.
Corfe Caſtle
Stert point
Dartmouth
The Bery point
Portland point
Dodman point
Predanock point
Lizard point
Sennan
Land's end
Scilly Ilands
Sabrina fl.
Severn
Thames
Oxford
Reading
Bath
Bristol
Gloucester
Worcester
Hereford
Shrewsbury
Ludlow
Leominster
Brecknock
Abergavenny
Monmouth
Chepstow
Newport
Cardiff
Llandaff
Cowbridge
Swansea
Carmarthen
Haverfordwest
Pembroke
Milford haven
Fishguard
Cardigan
Aberystwith
Radnor
Presteigne
Knighton
Builth
Llandovery
Llandilo
Carmarthen
Brecknock
Abergavenny
Monmouth
Chepstow
Newport
Cardiff
Llandaff
Cowbridge
Swansea
Neath
Aberavon
Pembroke
Tenby
Haverfordwest

Opida. *Durnovaria*, quod *Durnium* & *Dunium* Ptolemæo pro exemplarium varietate dici videtur, unnc *Dorchester*, primarium totius conventus censetur opidum, nec magnum tamen nec speciosum, mœnibus jam olim Danorum furore nudatum. Sunt & alia, *Birt-port*, *Lime*, *Weymouth*, *Poole*, *Warham*, *Shiburne*, *Sturminster* & *Winburne*, atque hic Comitatus Parœcias 248 numerat. *Flumina.* Fluvii sunt, *Lim*, *Trentus*, *Carr*, *Iuell*, *VVey*, *Sturus*, *Alenus*, *Uaria* Latinis, *Frau* vel *Frome* Saxonibus. *VViltonia.* *Wiltonia* a primario olim opido *Wilton* denominata, vulgo *Wilshire*, tota est mediterranea. *Situs.* Terminos ab Ortu Oxoniam & Southantoniam, ab Occasu Sommersetum, a Septemtrione Gloecstriã habet: *Soli qualitas.* Regio pascuis & frugibus ubique læta. *Opida.* *Wilton* opidũ olim fuit totius agri caput, cui & appellationem fecit. Sunt & *Malmesbury*, *Crecklade*, *Calne*, *Chippenham*, *Trubridg*, *Sarisbury* & *Marleborow*. *Flumina.* Atque hic Comitatus Parœcias 304 complectitur. Fluvii sunt *Isis*, *Avona*, *Willeybourne*, *Adderbourne*, *Ellan* & *Kennet*. *Gloecstria.* *Gloecstria*, vulgo *Gloecstershire*, ab Occasu Wallıam, a Septentrione Vigorniam, ab Ortu Oxoniam, a Meridie Wiltoniam spectat. Regio amœna & fertilis, ab Ortu æstivo in Occasum brumalem exporrecta. *Vrbes & Opida.* Habet & Ferri fodinas. Primaria hujus Comitatus Vrbs *Gloecster*, quam Antoninus *Clevum* & *Glevum* dixit, vulgus Latinorum *Gloverniam*, alii *Claudiocestriam*. Antiqua sane urbs, ac a Romanis condita, Sabrinæ fluvio exporrecta imminet, qua flumine non alluitur, murus firmissimus opponitur. Sunt etiam alia opida *Tewkesbury*, *Deorhirst*, *Campden*, *Wincelscombe*, & *Circester*, ac Parœciæ 280 hoc Comitatu comprehenduntur. *Flumina.* Fluvii irrigant *Sabrina*, *Aven* & *Isis* vulgo *Ouse*, qui postea recepto *Tamo*, *Tamisis* composito vocabulo dicitur. *Monumethẽsis Comitatus.* *Monumethensis Comitatus*, Anglice *Monmouthshire*, includitur a Septemtrione *Munow flu.* qui Herefordienses, ab Ortu Vaga, qui Gloecstrenses, ab Occasu *Remneio*, qui Glamorgenses sejungit, & ab *Situs.* Austro Sabriniano æstuario, in quod illa flumina una cum Isca mediam regionem intersecante, evolvuntur. *Soli fertilitas.* Rebus ad victum necessariis non solum sibi sufficit, sed etiam vicinis affatim suppeditat. Primarium regionis *Opida.* opidum *Monmouth*, ad Septemtriones qua fluminibus non defenditur, muro & fossa præcinctum erat, in medio proxime forum castellum prætendit. Item *Chepstow*, *Abergevenny*, Antonino *Gobannium*, *Newport*, & urbs *Glamorgania.* *Isca* Antonino, Legio II dicta, nunc *Caerleon*, & *Caer Leon ar Usk* Britannis. *Situs.* *Glamorgania* Anglis *Glamorganshire*, dicitur. Regio tota est maritima, minus latitudine, quam recta regione porrecta, Sabriniano freto a Meridie pulsatur. *Soli qualitas.* Qua terram vero spectat ab Ortu Monumethenses, a Borea Brechnochienses, ab Occasu Maridunenses adjacent. *Vrbes & Opida.* Pars Septemtrionalis montibus est aspera qui in Austrum descendentes paullatim mitescunt, quorum ad radices planities in Meridiem extenditur. In hoc agro est tenuis urbecula *Landaff*, *Fanum ad Taff*, cui Parœciæ subsunt 165: *Caerdiffe*, *Cowbridge*, *Neath*, *Sweinsey* & *Loghor* Antonino *Leucarum*. *Flumina.* Fluvii interluunt *Remnius*, *Taffus*, *Nidus*, & *Loghor*. *Caermardẽshire.* *Ager Maridunensis* Anglis *Caermardenshire* continetur ab Ortu Glamorgania & Brechinia, ab Occasu Penbrochia, a Septentrione Ceretica, intercurrente Tivio flumine, & a Meridie Oceano. *Situs.* Hic frugibus satis fertilis, gregibus abundans, fossiliumque carbonum *Soli qualitas,* alicubi ferax. *Opida.* Vrbs primaria totius conventus *Caermarden*, Ptolemæo *Maridunum*, Antonino *Muridunum* pratis & silvis amœna, antiquitate suspicienda, coctilibus muris, ut inquit Giraldus, partim adhuc extantibus,

egregie

egregie clausa supra nobilem *Tovium* fluvium. Est & opidum *Kidwelly* vetus, quod nunc vetustate quasi de- *Opida.*
fertum fatiscit. Incolæ enim *Vendraeth Vehan* fluviolum transgressi novum *Kidwelly* substruxerunt, Por- *Flumina.*
tus commoditate eo allecti, quæ jam tamen teniis objectis, fere nulla est. Fluvii sunt *Vendraeth Vehan*, *Tovy*, *Penbrochiensis*
Pt. *Tobius*, & *Taf. Penbrochiensis Comitatus* Anglis *Penbrockshire*, undique mari urgetur, nisi ab Ortu, qua ager *Comitatus.*
Maridunensis, & ab Aquilone qua pars Cereticæ obtenditur. Regio ex Hiberniæ confinio aëris salubritate tem- *Situs.*
perata, triticea, vinoque vęnali copiose referta. Principale provinciæ municipium Demetiæque caput, est *Pen-* *Cœli temperies.*
bro, Anglis *Penbroke*, in saxosa quadam & oblonga rupis eminentia situm. Nobilia etiam hujus tractus Opida *Soli fertilitas.*
sunt *Tenby*, *Harfordwest*, & *Menevia* Anglis hodie S. *Davids*. Fluvios hic non nisi duos reperio. Est hic *Opida.*
Portus quem *Milford-Haven* Angli vocant, quo non alter in Europa aut nobilior aut tutior. *Ceretica*, An- *Flumina.*
glis *Cardinganshire*, campestris regio ad Occasum qua mare prospicit, uti ad Meridiem, qua Tivius fluvius *Portus.*
currit, qui olim Castoribus nunc Salmonibus abundat. Est quoque *Ridol*, & *Ystwith* Ptolemæo *Stuccia*. *Rad-* *Ceretica.*
norshire forma triquetra, quanto magis in Occasum protenditur, in angustum magis magisque contracta ad *Opida.*
Occasum Herefordensibus annectitur. Ad Austrum Vaga flumine Brechnochienses discludit, ad Septemtri- *Flumina.*
onem adjacent Montgomerienses. Pars ejus Orientalis & Australis cultior, reliqua Montibus asperior vix ul- *Radnoria.*
lo cultu mitescat, silvis tamen satis vestita, profluentibus irrigua, stagnisque alicubi aspersa. Est hic *Radnor* *Situs.*
præcipuum totius pagi opidum, pro regionis more culmeis tectis satis elegans. *Vaga* fluvius Occiduum agri *Soli qualitas.*
angulum transversum secat, & occurrentibus saxis fractus, subito solo destitutus præcipitatur. *Radnoria* sub- *Opida.*
jungitur ad Austrum *Brechinia*, Anglis *Brechnockshire*, a Brechanio Principe sic dicta, ut existimant Walli. Hæc *Vaga fluvius.*
ab Ortu Herefordia, ab Austro Monumuthia & Glamorgania, ab Occasu Caermardinia terminatur. Regio *Brechinia.*
in montes densius consurgit, convallibus tamen passim fœcundis. Primarium hujus agri opidum *Brecknock* *Situs.*
in ejus fere umbilico positum. Sunt præterea *Buelth* & *Hay*. *Vaga* Borealem agri partem alluit, *Isca* eximius *Soli fertilitas.*
item fluvius mediam percurrit. *Herefordiensis* Comitatus sive *Herefordshire*, forma quasi circulari, ad Ortu *Opida.*
Vigornicnsibus & Gloceſtrensibus, a Meridie Monumethensibus, ab Occasu Radnoria & Brechinia, a Septen- *Flumina.*
trione Salopia definitur. Regio est amœna, pascendisq; pecoribus & alędis frugibus mitissima. *Herefordia* nunc *Herefordia.*
urbs hujus Comitatus prima, pratis gratissimis, & arvis uberrimis intersita, fluminibus fere incincta, ab Septę- *Situs.*
trionem & Occasum Anonymo, ab Austro Vaga, qui è Wallia huc accelerat. Sunt & *Lemster*, *Webleia*, *Ledbu-* *Soli fertilitas.*
ry, *Rosse*. Numerantur hic Paroeciæ 176. Flumina hic sunt eximia, *Vaga*, *Lugus*, *Munow* & *Dorus*. *Vigor-* *Vrbs & Opida.*
niensis Comitatus vulgo *Worcestershire*, ab Ortu Warwicenses, a Meridie Gloceſtrenses, ab Occasu Herefordi- *Flumina.*
enses, ab Aquilone Staffordienses habet. Regio hæc cœlo & solo propitio utitur. Præcipua urbs est *Worcester*, *Vigornia.*
Latinis *Vigornia*. A Romanis videtur condita. Hic ager parœcias 152 numerat. Flumina hic *Sabrina* & *Avona*. *Situs.*

 Cœli & Soli qua-
litas.

Hos continet Comitatus, Eboracum, Lincolniam, Derbiam, Staffordiam, Nottinghamiam, Leceſtriam, Rutlandiam, & Norfolciam.

Ager Eboracenſis.

SVccedit explicanda quinta Tabula Angliæ, in qua primo loco *Ager Eboracenſis* vulgo *Yorkshire*, totius Angliæ Provincia longe maxima, occurrit. Ab Occaſu, Montibus, Lancaſtrenſi agro & Weſtmorlandia, ab Arcto Dunelmenſi Epiſcopatu terminatur: ab Ortu Oceano Germanico, ab Auſtro primum agro Ceſtrenſi & Derbienſi, inde Nottinghamienſi, & poſtea Lincolnienſi. Temperatæ hæc cenſetur

Situs.

Soli qualitas.

ubertatis. Si hic ſaxoſa vel arenoſa ſit ſterilitas, illic lætiſsima arvorum fœcunditas, ſi hic ſilvis ſit nuda, illic denſiſsimis nemoribus obumbrata, ita provide temperante natura, ut ipſa regio etiam ſua varietate gratior &

Vrbes & opida.

lætior videatur. Eſt hic *Eboracum* vulgo *Yorke* urbs totius Angliæ ſecunda, hujus regionis pulcherrima, quæ univerſæ Septemtrionali parti, & præſidio & ornamento eſt ſingulari. Amœna, ampla, munita, ædificiis tam privatis, quam publicis exculta, opibus civibuſque referta, Hanc *Vrus* qui nunc *Ouſe* interſecat, & quaſi in duas urbes dividit, quæ lapideo ponte vaſtiſsimo conjunguntur. Sunt & *Kingſton vpon Hull, Dancaſter, Halyfax, Pontefreit, Shirborna, Wetherby, Kingſton, Patrington*, aliaque opida plurima. Opida enim triginta novem & parœcias 459 in hoc Comitatu numero, quibus ſubſunt plurima ſacella magnis parœciis Incolarum multitudine

Flumina.

comparanda. Potiora flumina ſunt *Danus, Calderus, Arus*, Werfus, *Nidus*, & *Ouſa*, quæ ex limitaneis Montibus exorta, locis potioribus affunduntur. Sunt & alia, *Cokarus, Foſſus, Derventio, Foulneſſe, Hullus,*

Lincolnia.

Teyſe, Dow, Rhie, Recal & *Wiſkus*. *Lincolnia* vulgo *Lincolnshire*, Regio ampliſsima, per ſexaginta fere milliaria in longitudine jacet, latitudinē alicubi ſuper triginta extendit. Ab Ortu Oceano Germanico pulſatur,

Soli qualitas.

a Septentrione ad *Abum* æſtuarium pertinet, ab Occaſu Nottinghamiam ſpectat, & a Meridie Wellando flu.a

Vrbs & Opida.

Northantonia diſcluditur. Regio alendis frugibus, & paſcendis pecoribus mitiſsima, frumentariis campis, alibi, & paſcuis admodum læta. Prima & præcipua hujus Comitatus civitas *Lincolnia*, Anglis *Lincolne*, Ptolemæo & Antonino *Lindum*. Vrbs ipſa ampla & celebris collis dorſo inſidet, ubi Withama in Ortum ſe deflectit. Sunt præterea opida *Stanford, Grantham, Ancaſter, Crowland, Spalding, Boſton* & alia. Suntque in

Flumina.

hoc Comitatu Parochiæ plus minus 630. Crebris hæc regio fluviis rigatur qui ſunt, *Witham* Luciis fœcundus,

Provincia Darbienſis.

Lud, Trenta, Wellandus, Idle, Danus. Sequitur Provincia *Darbienſis* vulgo *Darbishire*, quæ a Meridie agro Leiceſtrenſi, ab Occaſu Staffordienſi, a Septemtrione Eboracenſi, ab Ortu Nottingamenſi clauditur, forma

Situs.

quaſi triangulari, ſed non æquilatera. In duas partes Derventione flumine intercurrente dividitur. Pars Orientalis & Meridionalis culta, fœcunda & vivariis frequens. Occidentalis tota petroſa, Montibus & aſpretis ſterileſcit, plumbi tamen proventu opulenta, & Ovibus paſcendis ſatis commoda. Vniverſi agri caput *Darby*, opi-

Opida.

dum celebre è juridicis conventibus pro univerſo agro, & cerviſia quam coquit optima, Anglis *Ale* dicta.

Sunt


SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
OCEA
NUS
GER
MANICUS
Hartlepoole
Scarbrough
Bridlington
Burnesham
Yarum
Milliaria Anglica
10 20 30
EBORACUM
Lincolnia Derbia, Stafford, etc

Flumina. Sunt etiam alia S. *Diacre, Workesworth* & *Bakewell*. Atque hic Comitatus Parœcias 106 includit. Fluvii *Trenta, Dovus*, & *Derventio*. Pars Occidentalis hujus Provinciæ quæ tota collibus eminet *Peake* dicitur, Plumbi admodum ferax. In his enim Montibus lapides plumbarii feraces, ut vocant Metallici, quotidie magna copia effodiuntur, quos in collibus Favonio obversis, observatis temporibus cum Favonius flare cœperit, magna lignorum vi accensa, excoquunt, & effossis canalibus quibus defluat, in massas conflant. Nec Plumbum solum, sed etiam Stibium (vulgo Antimonium vocant) hic in propriis venis reperitur, quo in tingendis Ciliis Græcæ mulieres olim usæ leguntur. Lapides etiam molares hic excinduntur, cotes etiam ad ferramenta exacuenda & nonnunquam fluor quidam candidus in fodinis reperitur, qui per omnia Chrystallo est simillimus. Sed de his satis, ad Staffordiam transeo, *Staffordshire*, quæ ab Ortiva plaga Warwicensibus & Derbiensibus, a Meridiana Vigornienſibus, ab Occidua Salopiensibus præcincta quasi rhombi forma: ab Austro in Septemtriones procurrit, medio latior, & extremis se angustantibus. Pars Septemtrionalis montana & minus læta, media Trenta flumine perfusa lætior, silvis amicta, arvis & pratis variata: uti & Meridionalis, quæ etiam carbones fossiles habet, & ferri venas. Totius hujus agri caput olim erat & nunc est *Stafford*, cui maximum tamen decus a *Stafford* castro adjuncto, quod Barones de Stafford sibi in sedem construxerunt. Sunt hic etiam *Lichfeldia, Burton, Utceter, Stone, Drayton, Bassett, Tameworth, Vulfrunshampton, Theotenhall*, & *Weadesbirig*. Atque in hoc Comitatu Parœciæ 130 habentur. Flumina hanc regionem irrigant *Dovus, Hansus, Churnet, Tayn, Blith*, & *Trenta*. Hic è duobus fontibus effluens, suo quasi jure tertium sibi locum inter Britanniæ flumina vendicat. Item *Sous, Tama, & Pankus*. Pars Septemtrionalis Montibus non magnis leviter intumescit, qui hinc exorsi, ut Apenninus Italiæ, per Angliam mediam perpetuum dorsum perpetuis jugis elatum ad Scotiam usque, nomine sæpe mutato agunt. In parte hujus agri media *Needwood* silva spatiosa, vivariisque repleta diffunditur, in qua circumvicina Nobilitas hilares venandi labores gnaviter assidueque exercet. Comitatus *Nottinghamiensis*, Anglis *Nottinghamshire*, ab Ortu Lincolnienſi confinis est, a Septemtrione Eboracensi, ab Occasu Derbiensi, a Meridie Leicestrensi terminatur. Partem Meridionalem, & Orientalem *Trenta* flumen nobilissimum, influentesque rivuli fœcundant: Occiduam autem partem saltus de *Shirewood* longe se porrigens, totam occupat. Hanc, quod arenosa sit, *The Sand*: illam quod argillacea, *The Clay*, vocant Incolæ, & in has duas partes, regionem suam distribuerunt. Vrbs præcipua, quæ nomen Comitatu præbuit, *Nottingham*, loci ingenio amœna, hinc enim ad flumina spatiosa procumbunt prata, illinc faciles consurgunt colles: omnibus etiam quæ ad vitam pertinent, copiosa. Hinc *Shirewood* lignum in ignis alimentum, illinc pisces Trenta large suppeditat. Amplitudine denique, structura, uno & altero eleganti templo, foro longe pulcherrimo, & munitissimo castro, est sane speciosa. Opida præterea hic sunt *Suthwell, Newarke, Mansfeld, Blith, Scroby*, & *Workensop*. Atque in hoc agro 168 Parochiales Ecclesiæ visuntur. Flumina *Trenta, Linus, Snite, Idle*. Nottingamiæ a Meridie confinis est Provincia *Leicestrensis*, vulgo *Leicestershire*, ab Ortu Rutlandia & agro Lincolnienſi, a Septemtrione Nottinghamienſi, & Derbienſi, ab Occasu Warwicensi, a Meridie Northantonensi præcingitur.

Staffordia.
Situs.
Soli qualitas.
Opida.
Flumina.
Montes.
Silva.
Nottinghamia.
Situs.
Soli qualitas.
Vrbes & Opida.
Flumina.
Leicestria.
Situs.

cingitur. Tota campestris, frugibus opima, sed silvis maximam partem indiga. Primaria totius agri urbs *Legecestria*, *Leogara*, *Legeocester* & *Leicester* apud authores dicta. Hæc majorem vetustatem quam dignitatem præ se fert. Est & *Loughborrow*, *Lutterworth*, *Hinckly* & *Bosworth*. Atque intra hunc agrum Parochiales Ecclesiæ 200 numerantur. Mediam hunc *Soarus* flumen Trentam petens alluit, Orientalem vero partem *Wrekus* fluviolus qui *Soaro* demum commiscetur, placide pererrat. *Rutlandia* vulgo *Rutlandshire*, Leicestrensi agro quasi includitur, nisi a Meridie qua Wellando fluvio incumbit, & ab Ortu qua Lincolnienses attingit: Spatio est multo minori, utpote totius Angliæ provinciola minima. Forma enim fere circulari circumscripta, tantum circuitu colligit, quantum expeditus Eques uno die conficere possit. Non minori hæc regio soli uberta-te & amœnitate, licet spatio sit minori. Est in hoc agro *Uppingham*, non ob aliud memorandum, quam quod totius agri primarium habeatur opidum, & Scholame legantem ostendat, quam uti etiam Okehamiæ, ad puerorum ingenia bonis litteris excolenda, laudabili instituto R. Ihonson Verbi Divini Minister, non ita pridem posuit. Est & *Okeham* cujus modo mentionem feci. Ecclesiis autem Parochialibus 47 ornatur hæc Provinciola. *Wash*, sive *Gwash* fluviolus, qui hunc agrum ab Occasu in Ortum quasi medium intermeat, in duas dispescit partes. Restat in Pinace *Norfolcia* breviter explicanda. Ea vulgo *Northfolke*, id est, si Latine interpreteris, Borealis Populus. Termini ejus a Meridie Suffolcia, ab Euro & Septemtrione Oceanus Germanicus, a Zephyro Ouse flumen. Regio est ampla fere omnis campestris nisi qua faciles assurgunt colles, admodum opulenta, ovium gregibus refertissima, cuniculisque inprimis ferax: aquis irrigua, silvis non omnimò indiga: solum pro locorum diversitate varium, alicubi pingue, luxurians & succulentum, alibi tenue, leve & sabulosum, alibi argillosum & cretaceum. Inter urbes hujus Provinciæ primum occurrit vetusta illa quam memorat Antoninus urbs *Sitomagus*, nunc *Thetford*. Raris hæc nunc est habitatoribus, licet satis ampla, olim vero frequens & celebrata. Est etiam in hac Provincia *Norwicus* urbs celeberrima, Anglis *Norwich*: & *Yarmouth* portus opidumque elegantissimum, loci ingenio, & solerti opera permunitum. Quamvis enim aquis pene circumvalletur; ab Occasu flumine, quod versatili ponte insternitur, ab aliis partibus Oceano, nisi ad Septemtriones qua continens est; mœnibus tamen satis firmis quæ cum flumine formam quadrilateram oblongiorem efficiunt, pulcherrime includitur. Item *Ashellwell-Thorp*, *Dis*, *Shelton*, *Skulton*, *Attleburgh*, *Wauburne*, *Lynne*, *Swaffham*, *North Elmeham*, *Dereham*, *Windham*, *Icborow* & alia. Opida enim mercatoria 27 villas & pagos sexcentos viginti quinque hæc regio exhibet, & Parochiales Ecclesias plus minus 660. Fluvii eam irrigant *Ouse*, *Thet*, *Waveney*, *Garienis* Anglis *Gerne*, *Yere* & *Wentsus*. Et ut de Mari aliquid etiam addam, è regione *Yarmouth*, Halecum captura totius Orbis est uberrima & quæstuosissima. Incredibile enim videatur, quantæ & quam frequentes Nundinæ hic ad festum Michaelis habeantur, & quanta vis Halecum, aliorumque piscium distrahatur. Porro soli hujus provinciæ bonitatem de qua supra loquuti sumus, vel ex eo colligas, unde Varro colligere jubet, quod Incolæ optime niteant, ut taceam ingenia versutissima, & in Iure Anglico municipali acerrima. Sed de his satis copiose, ad Tabulam sextam transeo.

Soli fertilitas. *Urbes & Opida.* *Flumina.* *Rutlandia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.* *Norfolcia.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Urbes & Opida.* *Flumina.* *Maris commoditas.* *Incolarũ mores.*

In qua hi Comitatus, Warwicum, Northantonia, Huntingdonia, Cantabrigia. Suffolcia, Oxonium, Buckingamia, Bedfordia, Hertfordia, Essexia, Bercheria, Middelsexia, Southantonia, Surria, Cantium & Southsexia, cum Insula Wight.

Warwicum. Situs. IN VI. Angliæ Tabula *Warwicensis* pagus Anglis *Warwickshire*, ab Ortu Leiceſtria & via militari, ab Auſtro Oxonia & Gloceſtria, ab Occaſu Vigornia, & a Septentrione Staffordia finitus, qui in duas diſtinguitur partes, *Feldon* ſcilicet & *Woodland*, i. in regionem campeſtrem & nemoroſam. Præcipuum totius agri

Soli qualitas. Opida. opidum *Warwick*. Sunt præterea *Leamington*, *Uchindon*, *Harbury*, *Mancester*, *Coventry*, *Stratford* & alia; continenturque in hoc Comitatu Parochiales eccleſiæ 158. Flumina; *Avona*, *Leamus*, *Arrow*, *Alenus*. Sequitur ager *Northantonenſis* vulgo *Northamtonſhire*, qui ab Occaſu brumali qua latior eſt, ſenſim ſe

Northantonia. Situs. contrahendo in Ortum æſtivalem protenditur. Ab Ortu Bedfordienſes, & Huntingdonenſes, ab Auſtro Buchinghamienſes & Oxonienſes, ab Occaſu Warwicenſes, & a Septentrione Leiceſtrenſes, Rotelandenſes, &

Soli fertilitas. Vrbs & Opida. Flumina. Lincolnienſes Wellando flumine diſcriminati ſedent. Campeſtris regio eſt, ſoli admodum ditis, ſive arva ſive paſcua reſpicias. Vrbs hujus agri *Northamton*; Opida *Brakeley*, *Torcester*, *Grafton*, *Daventrey*, *Wedon*, *Higham*, *Oundale*, *Peterborow*, *Welledon*. Atque ad hunc agrum Parochiæ 326 pertinent. Flumina *Uſa*, *Avona*, *Wellandus*. Tertium locum tenet *Huntingdonia* vulgo *Huntingdonſhire* eo ſitu locata, ut ab Auſtro

Huntingdonia. Situs. Bedfordienſes, ab Occaſu Northantonenſes, ut etiam a Septentrione, qua Avona flu. dirimitur, & ab Ortu

Soli fertilitas. Cantabrigienſes ſpectet. Regio ſementi ſatis apta, paſcendo pecori, ad Ortum qua paluſtris eſt, uberrima, ubique fere collium apricitate, & nemorum opacitate amœna. Præcipuum totius Comitatus Opidũ *Huntingdonia*, cui & nomen dedit tam ſitus fulgore quam ſui decore. Sunt & *S. Ives*, *S. Needes* & *Cunnington*: Parœciæque

Opida. Flumina. 78 in hac regiuncula numerantur. Flumen *Uſa*, quem ſæpe dixi eam alluit, & *Avona*. Quartum in locum

Cantabrigia. Situs. venit ager *Cantabrigienſis* vulgo *Cambridgeſhire*, qui in Aquilonem productus Norfolciæ & Suffolciæ objacet, a

Soli qualitas. Meridie Orientalibus Saxonibus & Hertfordenſibus, ab Occaſu Huntingdonenſibus, a Septentrione Lincolnienſibus & Ouſa flumine, qui ab Occaſu in Ortum tranſverſum interſecat, in duas partes diſpertitus. Inferior & Auſtralis magis culta, magis conſita, ideoque lætior, non perlibrata planitie, ſed exigue plana, plurima, imo tota (niſi qua Crocum copioſe progignit) frumentariis jacet campis, hordeumque laudatiſſimum affatim effundit. Vlterior & Septentrionalis pars, paſcuis uberrimis perviridis & læta. Vrbs in hoc Comi-

Vrbs & opida. tatu *Cantabrigia* Angliæ Academia, imo Sol & oculus, clariſsimaque bonarum literarum & pietatis officina ad Camum ſedens. Sunt præterea *Roiſton*, *Rech*, *Burwel*, *Elye*. Parochiæque 163 in hoc Comitatu continentur.

Flumina. Fluvii *Camus* & *Sturus*. *Suffolcia* ſequitur ab Occaſu habens Cantabrigienſes, ab Auſtro Stourum fluvium

Suffolcia. Situs. qui ab Eſſexia dividit, ab Ortu Oceanum Germanicum, a Septentrione duos fluviolos *Ouſe minimum*, &

Soli fertilitas. *Waveney* qui ex eodem quaſi fonte in diverſa fluentes, a Norfolcia diſterminant. Regio ſatis ampla, ſolo nitr

Opida. ad Orientem, admodum pingui, utpote ex argilla & marga compoſita, unde lætiſsima ubique arva, & uberrima ſaginando pecoripaſcua, caſeique magno numero conficiuntur. Eſt hic *Sudbury* id eſt *Auſtralis Burgus*. Sunt & hæc opida *Ixning*, *S. Edmunſbry*, *Bretenham*, *Hadley*, *Ipswich*, *Debenhamia*, *Oreford*, & alia plurima


SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
GERMANICUS
OCEANUS
OCEANUS BRITANNICUS
GALLIAE PARS
War: wicum No: rthampton, Huntingdon Cantabr etc.
Isle of Ely
LECESTER
HVNTVNGDONIA
CANTABRIGIA
FOLCIA
SVFFOLCIA
NORTHAMTONIA
BEDFORDIA
BVCKINGHAMIA
HARTFORDIA
MIDDELSEXIA
SOVTHSEXIA
SOVTHAMTONIA
WICHT
Milliaria Anglica
0 5 10 15 20

23.

Flumina. Fluvii autem *Stourus, Bretonus, Gipping, Debenus, Orus, Ouſe, Wavency, Garienis.* Huic ſuccedit **Oxonienſis** a-
Oxonia. ger vulgo *Oxfordſhire*, Gloceſtrenſi, ad Occaſum conjungitur, ab Auſtro Iſide fluvio a Barkſhire excluditur,
Situs. ad Ortum Buckinghamienſi agro definitur, ad Septentriones hinc Northantonienſi, illinc Warwicenſi in-
Soli fertilitas. cluditur. Regio fertilis & opima, plana arvis & pratis ſunt exculta : colles crebris ſilvis obſeſsi, nec frugibus
Animalium varietas. tantum, ſed omni genere animantium, ubique referta. In hoc Comitatu eminet *Oxonia* vulgo *Oxford*, alte-
Vrbes & Opida. ra Angliæ Academia, alter Sol, Oculus & Anima, literarum & ſapientiæ clariſsima officina, unde Religio, hu-
manitas & doctrina in omnes Regni partes uberrime diſtribuuntur. Sunt præterea *Blabac, Burford, Minſter Lovell, Whitney, Woodſtocke, Banbury, Burceſter, Tama, Dorcheſter, Watlington*, ac 280 Parochiæ. Sunt hic
Buckinghamia. fluvii *Iſis, Cherwel, Windruſhus* & *Evenlode*. *Buckinghamia* ſeptimo loco eſt. Hujus ager minori latitudine
Unde dicta. concluſus a Tamiſi ad Septemtriones longitudine ſua procurrit. A Meridie Bercheriam, Tamiſi ſecluſam, ab
Situs. Occaſu agrum Oxonienſem, a Septentrione Northantonenſem, ab Ortu primum Bedfordienſem, inde Hert-
Soli fertilitas. fordenſem, & poſtea Medioſaxones proſpicit. Solo eſt paſsim uberi, ac pabuloſis pratis innumeros Ovium gre-
Opida. ges paſcit. Caput totius Conventus *Bukingam*. Habet & *Marlow, High Wickham, Colbroke, Amersham, Crendon Stony, Stratford, Oulney, Newport Panell.* Atque in hac regione Parœciæ 185 numerantur: Flu-
Flumina. minaque *Tamiſis, Colnus, Uſa.* *Bedfordienſis* ager ſequitur, vulgo *Bedfordſhire*, ab Ortu Cantabrigienſi, ab
Bedfordia. Auſtro Hertfordenſi, ab Occaſu Buchinghamienſi, a Septemtrione Northantonenſi, & Huntingdonenſi con-
Situs. junctus, Vſaque interfluente in duas partes diviſus. Quæ Septentriones ſpectat, fertilior eſt, & nemoroſa : al-
Soli qualitas. tera ad Meridiem quæ multo major, ſolo eſt tenuiori, ſed non omnino ingrato : Hordeum enim plenum, al-
bum & craſſum affatim profundit. In medio ſilvis nonnihil denſa, ſed ad Ortum magis ſiticuloſa, & arbori-
Opida. bus nuda. Primarium opidum *Bedfordia*, unde & Regioni nomen. Habet & alia, *Odill, Bletneſho, Eaton, Dunſtable* : Paroeciaſque 116 hæc Provinciola continet. Atque Vſa fluvio irrigatur. Agro autem Bedfordien-
Hertfordia. ſi a Meridie adjacet *Hertfordia* ſive *Hertfordſhire*, cujus Occidentale latus claudunt Buchinghamienſes, Au-
Situs. ſtrale Medioſaxones, Orientale Saxones Orientales, & partim Cantabrigienſes. Frumentariis agris, paſcuis,
Soli fertilitas. pratis, nemuſculis, fœlix. Caput Comitatus cenſetur *Hertfordia*, quæ agro univerſo nomen ſuum commu-
Opida. nicavit. Sunt præterea *Watlingſtreat, Fanum Albani, Roiſton, Aſhwell, Biſhpos Stortford*, aliaque multa. Paro-
Flumina. chiaſque 120 habet hic Comitatus. Fluvios *Leam, Stort, Mimeram*, & *Benefician*. Ad *Eſſexiam* nunc ve-
Eſſexia. nimus, vulgo *Eſſex*. Hanc ad Septemtriones Stourus flumen a Southfolcia dividit, ad Ortum Oceanus ſe in-
Situs. ſinuat, ad Auſtrum Tamiſis jam grandis a Cantio ſecludit, uti ad Occaſum Ley fluviolus a Medioſaxonibus,
Soli fertilitas. & in eum influens Stourus minor ſive Stort ab Hertfordenſibus. Regio eſt lata, frugifera, Croci fœcunda,
Opida. nemoroſa & inprimis opulenta. Eſt hic *Camalodunum*, nunc *Maldon*. Item *Colcheſter, Leiton, Beamfleot, Leegh, Rochford, Angre, Ralegh, Dunmow, Plaiſſy, Chelmerford, Ithanceſter, Earles Colne, Barklow, Walden.* Et Pa-
Flumina. rochiæ 415. Fluvii *Ley, Tamiſis, Chelmer, Froſhvvell, Colne.* *Bercheria ſequitur* vulgo *Barkſhire*. Hujus Se-
Bercheria. ptemtrionalem partem Iſis qui poſtea Tamiſis, flexuoſo, ſed amœno admodum blandus alveo perfundit, &
Situs. primum

primum ab Oxonienſibus, poſtea a Buchinghamienſibus ſecludit. Auſtralem partem irrigat *Cunetio* flu. donec Tamiſi ſe inferat. Ad Ortum qua latior eſt, & parte media, ſuarum opum ſatis prodiga, & frumenti ferax, præcipue, ubi in vallem ſubſidet. Orientalem autem partem quæ minus fertili gleba, ſaltus & ſilvæ longe lateque occupant. Opida hic *Farendon*, *Abbendonia* vulgo *Abbandune*, *Wantage*, *Wallengford*, *Hungerford*, *Wide-hay*, *Neewbury*, *Reading*, *Biſham*, *Maidenhead*, & *Windſore*. Suntque præterea in hujus Comitatus complexu Parochiæ 140. Flumina eam irrigant *Iſis*, *Tamiſis*, *Oke*, *Cunetio* & *Lambor*. *Midleſexia*, a Buchinghamienſibus *Colno* fluvio ad Occaſum, ab Hertfordenſibus ad Septemtrionem noto limite, ab Eſſexia ad Ortum Lea flu. a Surreia & Cantio ad Auſtrum Tamiſi diſterminatur. Summa cœli temperie & ſoli indulgentia, ædibus & vicis magnificis ubique nitida. Opida hic ſunt *Uxbridge*, *Draiton*, *Stanes*, *Radcliff*, & alia. Verum inter hæc omnia *Londinum* totius Britanniæ Epitome: aliis *Londinium*, *Longidinium*, & *Auguſta*. Sita ad Tamisin fluvium, agro fertili & Cœlo clementi. Diſtat ab Oceano ſexaginta millibus paſſuum. Pontem habet lapideum ultra flumen, paſſ. CCCxxx: utrimque magnificis ſplendidiſque ædificiis exornatum. Arcem præterea munitiſsimam, Angliæ totius armamentarium, in qua etiam officina eſt monetaria. Vicinum Londino eſt Weſtmonaſterium, templo, foro judiciario, & Regia longe celeberrimum. Templum Regum Angliæ inauguratione & ſepultura inſigne eſt. Atque in hoc agro parœciæ 73 plus minus extra urbem numerantur. Flumina *Lea*, *Colnus*, *Tamiſis*. *Southantonia* vulgo *Hantſhire* ab Occaſu Dorſettiam & Wiltoniam, ab Auſtro Oceanum, ab Ortu Suſſexiam & Surreiam, & a Septemtrione Bercheriam attingit. Ea frugum proventu ferax, ſilvarum denſitate amœna, paſcuorum fœcunditate læta. Vrbes habet duas quarum altera *South-hanton*, altera *Wintonia* Anglis *Wintcheſter*. Sunt & opida *Ringvvood*, *Chriſt church*, *Whorwell*, *Andover*, *Rumſey*, *Portſmout*, *Kingſcleare*, *Odiam*, *Silceſter*, & alia; ac Parœcię hic 253 habentur, Fluvii *Avena*, *Sturus*, *Teſt* & *Hamble*. *Surria* Bedæ *Suthriona* vulgo *Suthry*, & *Surry*, ab Occaſu partim Bercheriæ & Southantoniæ, ab Auſtro Suſſexiæ, ab Ortu Cantio contigua, a Septemtrione Tamiſi perfunditur & a Midleſexia dirimitur. Regio eſt non admodum ampla, ſatis tamen opulenta. Opida ſunt *Godelminge*, *Ockley*, *Effingham*, *Kingſtone*, *Merton*, *Croydon*, *Beddington*, *Wimbledon*, *Wandleſworth*, *the Bourrough of Southvvorke*. Atque hic Comitatus Parœcias 140 habet. Flumina autem ſunt, *Wey*, *Molis*, *Vandalis* & quem dixi *Tamiſis*. *Cantium* vulgo *Kent* ſequitur, Regio a ſitu ſic dicta. Grandi etenim angulo Galliam proſpectat, Tamiſis æſtuario, & Oceano omni ex parte circumfuſa, niſi qua ad Occaſum, Surreiam conterminam habet, & Southſexiæ partem ad Meridiem. Inæqualis eſt, ad Occaſum planior, & ſilvis umbroſa, ad Ortum ſurgentibus collibus excelſior. Vbs primaria eſt *Dirovernum*, Ptol. *Darvernum*, Anglis *Canterbury*, Latinis *Cantuaria*. Sunt & opida *Dover*, *Hith*, *Rumney*, *Sandwich*, *Graveſend*. Fluvii *Tamiſis*, *Darentus*, *Medway* & *Stoure*. *Suthſexia* hodie *Suſſex* Oceano Britannico tota ad Meridiem longior quam latior recto littore incumbit. Maritimus tractus colles albicantes ſublime elatos habet, qui cum ex creta pingui conſtent, fruges affatim profundunt. Medius tractus pratis, paſcuis, arvis, lucis diſtinctus admodum eſt ſpectabilis. Citerior ſilvarum opacitate amœniſsimus. Ferri venis paſsim fœcunda eſt. Opida hic *Chicheſter*, *Arundel* & alia. Fluviolos habet plurimos parœciaſq; 312. De *Inſula Wight* deſcriptione proxima.

Flumina. *Opida.* *Middleſexia.* *Situs.* *Cœli temperies* *Opida.* *Soli fœcunditas.* *Flumina.* *Opida.* *Southantonia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.* *Flumina.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Opida.* *Flumina.* *Cantium.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Vrbes & Opida.* *Flumina.* *Suthſexia.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Opida.*

Has quatuor Insulas sub Anglorum Imperio comprehensas habet: Monam, sive Angleſey, Vectam vulgo Wight, Gerſey & Garnſey.

Mona. Nomina. Situs. Soli fertilitas.

Septima & postrema Angliæ Tabula has quatuor Insulas sub Anglorum Imperio comprehensas habet; quarum priores duæ videlicet *Mona* & *Vectis* ad littus Angliæ, posteriores vero duæ *Gerſey* & *Garnſey* juxta Galliæ littus sitæ sunt. Prima est *Mona* Britannis etiam *Mon*, *Tirmon*, & *Ynis Dowyll*, id est, *Insula opaca*, Saxonibus *Moneze*, tenui freto *Menai* a Britanniæ continente divisa. Insula nobilissima, antiqua sedes Druidum, cujus longitudo est plus minus 22 mill. Anglicorum, latitudo 17, ambitus vero 60. Insula hæc, *quamvis*, ut inquit Giraldus, *arida, saxosa, aspectu inamœna, & deformis*, suo tempore videretur; nunc tamen amœna, & culta est, triticique proventu adeo fœcunda, ut *Mater Walliæ* vulgo appelletur.

Imperium majorum.

Lapides etiam habet molares, & alicubi terram aluminosam, è qua alumen, & calchantum conficere non ita pridem cœperunt. Re etiam pecuaria satis est opulenta. Ea autem a Paulino Suetonio, & Iulio Agricola in Romanũ Imperiũ redacta, ut ex Tacito scriptore gravissimo refert Camdenus. Multis post sæculis ab Anglis devicta in eorum nomen concesſit, *Angleſey* quasi Anglorum Insula dicta. Hoc etiam addit Camdenus: Romanorum in Britannia jam divergente Imperio, Scotos ex Hibernia in hanc etiam irrepsisse. Nam præter tumulos fossa circundatos, quos Hibernicorum casulas vocant, etiam locus est *Yn hericy Gwidil* ab Hibernicis denominatus, qui Duce Sirigi, Britannos eo loco fuderunt, ut Triadum libro memoratur. Nec ab Anglis solum, verumetiam a Norwegis graviter divexata fuit. Anno enim M. Æthelredi classis totam Insulam circumvecta hostilem in modum devastavit. Postea Hugones duo Normannici, alter Cestriæ, alter Salopiæ Comes gravissime afflixerunt, castrumque *Aber-Llienioc* ad coercendos Incolas extruxerunt; verum *Magnus* Norwegus eo tempore ad hanc appulsus Hugonem illum Cestrensem sagitta transfixit, & Insulam deprædatus discesſit. Deinceps etiam Angli sepius adorti sunt, donec Edwardus primus in suam potestatem redegerit.

Opida.

Villas numeravit olim 363: hodieque incolis frequens est. Verum primarium opidum censetur *Bellus Mariscus*, vulgo *Beaumariſh* quod in Orientali parte Edwardus primus in loco palustri construxit, & ob situm bello hoc nomine insignivit, cum prius locus *Bonover* diceretur, castroque munivit. Ab hoc secundum habetur *Newburge*, id est, *Novus Burgus*, Britannice *Roſſur*, quod ingestis arenis diu conflictatum. Est hic quoque *Aberfraw*, Regia olim Wallorum urbs. Item sacrum promonotorium quod Angli *Holy head*, Incolæ *Caer Guby* a Kibio viro sancto Hilarii Pictavensis discipulo vocant. Incolæ ditissimi ac validissimi sunt, & Britannica utuntur lingua Anglicæ penitus imperiti, licet Angliæ regibus per annos 300 cum reliqua Cambria paruerint.

Vecta. Nomina.

Sequitur *Vecta* sive *Vectis* Britannis *Guith*, vulgo the *Yſle of Wight*, & *Whight*. Tam modico autem interfluente Euripo *Solent* olim dicto, a Continente Britanniæ avulsa est, ut cohæsisse videatur, unde Britannicum illud nomen *Guith*, quod divortium denotat (ut Nennius habet) factum videtur: quemadmodum etiam Sicilia, ab Italia abrupta & secta, Latino vocabulo a secando, ut eruditissimo Iul. Scal. placet, nomẽ invenit.

Ex


Septentrio.
ANGLESEY, INS.
MARE HIBERNICUM
MARE BRITANICUM
WIGHT ol. Vectis
INS. GARNESEY
MARE BRITANNICUM
INS. IARSEY
Meridies

24.

Ex hac ſitus vicinitate, & nominis affinitate *Vectam* hanc *Ictam* eſſe opinari licet, quæ maris fluxu Inſula videbatur, at cum refluxiſſet, exiccato interjecto littore, Britanni priſci curribus eo ſtannum devehere ſolebant, quod in Galliam exportaretur. *Mictim* tamen eſſe Plinii, quæ arctaitem cognatione *Vectam* attingit, non judicarim, cum in ea candidum plumbum proveniret, & in hac nulla ſit, quod ſciam, Metalli vena, inquit Camdenus. *Situs.* Hæc inter Ortum & Occaſum lenticulari ſive ovali figura viginti mill. paſſ. longitudine exporrigitur, latitudine vero in media qua maxime patet XII mill. paſſ. expanditur, altero latere ad Boream, altero ad Auſtrum converſo. *Soli fertilitas.* Terra eſt uberi gleba & colono admodum grata, adeo etiam ut fruges exportet; *Animalium varietas.* Cuniculorum, Leporum, Perdicum & Phaſianorum paſsim ferax: ſaltum etiam & vivaria duo habet, Damis ad venationis voluptatem refertum. Per medium longo tractu procurrunt colles qui Ovibus pabula affatim profundunt. Quarum lanæ poſt vellus Lemſterianum & Cotteſwoldianum optimæ habentur, & inprimis pannariis expetuntur, unde maximum ſurgit Incolis lucrum & commodum. Pars Septemtrionalis pratis, paſcuis & ſilvis viret; Auſtralis frumentariis quaſi tota jacet campis, ubique foſsis & ſepibus intercluſa. *Mare.* In extrema utrinque parte Mare a Boreali plaga ita ſe inſinuat & penetrat, ut duas fere efficiat Inſulas, & Inſulæ ſane Incolis vocantur, ſcilicet quæ ad Occaſum proſpicit *Freſhwater Yle*, quæ ad Ortum *Binbrydg Yle*. *Imperium majorum.* In Romanorum poteſtatem primus hanc Inſulam redegit Veſpaſianus dum privatus ſub Claudio meruit, quemadmodum de eo ſcribit Suetonius in Veſpaſiano. Saxonum vero primus Cerdicius juris ſui fecit, conceſsitque Stuffæ & Whitgaro, qui Britannicos Incolas ad internecionē ſuſtulerunt; inde Wolpherus Merciorum Rex Vectam in ſuam poteſtatem redegit, & Edelwalcho Auſtralium Saxonum Regi tribuit. Poſtea Cædwalla Occidentalium Saxonum Rex Edelwalcho illo occiſo, & Arvando Inſulæ Regulo ſublato, ſuo imperio adjunxit. Sed de his plura vide apud Camdenum. *Incolarum virtus* Incolæ natura bellicoſiſsimi & promptæ audaciæ, militeſque ſtrenuiſsimi. Be læ ætate mille ducentarum familiarum Inſula cenſebatur, nunc triginta ſex opida, vicos & caſtella numerat. *Opida.* Inter Opida celebriora ſunt *Newport* primarium Inſulæ emporium, olim *Medena* & *Novus Burgus de Meden*, unde tota regio in *Eaſtmeden* & *Weſtmeden* dividitur, ut hinc vel Ortum vel Occaſum reſpicit. *Brading* alterum opidum mercatorium, *Newton* & *Yarmouth* quæ ſuos habent *Majores*, & *Burgenſes* ad Comitia Parlamentaria mittunt. *Yarmouth* hæc & *Sharpnore* caſtella habent, quæ cum *Worſleys* propugnaculo littus ad Occaſum æſtivum defendunt. Quibus ex oppoſito vix duorum milliarium interſtitio objacet *Hurſt* lingulæ impoſitum Hantonenſis Comitatus muminentum. *Quarre* ubi virginibus velatis monaſteriolum anno 1132 poſitum; *Gods Hill* ubi ad ingenia excolenda Scholam inſtituit I. Worſley. *Weſtcowe* & *Eaſtcowe* jam ruinoſum, quæ in faucibus Neoportus Henricus VIII conſtruxit. Et ad Ortum æſtivum *Sandham* caſtrum tormentis majoribus, ut cætera inſtructa. Nec naturæ defendentis munimenta deſunt, rupibus enim abruptis continua ſerie præcingitur, ſubſuntque occulta ſaxa. *Gerzey.* Atque hæ duæ Inſulæ littori Angliæ adjacent. *Nomina.* Magis ad Occaſum nonnullæ Inſulæ Gallicæ prætentæ, Anglici tamen juris in alto apparent; inter quas *Gerzey* & *Garnzey* primumque Normanniæ, ſive Lexobiorum littori quos Britanni noſtri *Lettaw*, quaſi littorales vocant, *Cæſarea* ab Antonino memorata adjacet, quam

Galli

Galli nunc ita contraxerunt, ut Cæsaris Burgum in Normannia, & Hispani Cæsaraugustam in Hispania, *Gerzey* enim illi indigitant, ut *Cherburch* pro Cæsaris Burgo, *Saragossam* pro Cæsaraugusta dicunt. In hanc olim damnati relegabantur; Prætextatus enim Episcopus Rothomagensis huc relegatus erat, Papiriusque Massonius Insulam littoris Constantini vocat, quod Constantiæ antiquæ urbi objacet, quæ Ammiano *Castra Constantia* dici videantur, & superioribus seculis *Moritonium*. Insula hæc triginta plus minus mill. pass. ambitu colligit, cautibus & brevibus (quæ vadosa sunt loca navigantibus insidiosa) defensa. Terra satis fertilis, variis frugibus & gregibus abundat, Oves habet multas & ex iis plurimas quatuor cornibus conspicuas. Multiplici hortorum viriditate, ac pomariis ridet: unde vinum è pomis hic conficiunt, quod *Siseram* Incolæ vocant & Anglì *Sidre*. Cum autem exiguum ignis alimentum ferat, pro lignis alga marina (*Vraic* vocant) utuntur. Quæ fucus marinus Plinii esse judicatur, adeoque copiose his scopulis provenit, ut silvæ condensæ eminus videantur. Hæc sole siccata pro igne est: cujus etiam cinere agros vervactaque lætificant, uberrimosque faciunt. Villis frequens est, parœciis duodecim exornata, & castro munitissimo *Montorguel* colli impositio tuta, cui pro Anglis præfectus constitutus qui universæ Insulæ præest. Viginti hinc milliaribus ad Occasum æstivum altera abest insula, quæ Antonino *Sarnia*, Anglis hodie *Garnsey* appellata, cytharæ quasi forma ab Ortu in Occasum projecta, Cæsareæ quam dixi, nec magnitudine, nec fœcunditate adæquanda, parœcias enim tantum 10 habet. In hoc tamen præferenda, quod nihil venenosum, ut illa, alat. Naturæ munimentis tutior, ubique prærupta cautium corona quoque redimita, inter quas Smyris lapis durissimus, & asperrimus reperitur (Angli *Emerill* vocant) quo Gemmarii lapides expurgant, scinduntque, & vitriarii vitrum diffindunt. Hæc etiam Insula sicuti prior hortos virides & pomaria variis arboribus consita habet, unde vino è pomis factitio plerumque utuntur. Portus autem commoditate mercatorumque commeatu multo est celebrior quam Gerzey. In extrema enim fere ad Ortum parte, sed Australi latere, lunato sinu Portus admittitur, cui adsidet opidum *S. Petri*, longa platea, & angusta productum, bellico apparatu plenum & mercatoribus cum bellum ingruit, frequentissimum. Portus aditus utrinque castris munitur; ad sinistram vetus est castellum, ad dextram alterum (*Cornett* vocant) è regione eminet in rupe satis ædita, & mari circumflua. Incolæ utriusque Insulæ sunt origine vel Normanni vel Britones, Galliceque loquuntur. Vtrobique *Vraic* illa pro ignis est fomento, vel fossiles ex Anglia carbones; & piscium vtrobique maxima multitudo. Spectarunt olim hæ Insulæ cum aliis circumvicinis ad Normanniam, sed cum Henricus primus Robertum fratrem anno Christi 1108 debellasset, Normanniam & has Insulas Angliæ regno adjunxit, ex quo tempore Angliæ firma fide adhæserunt, licet, Gallus (proscripto Ioanne Anglo, Normanniam occupaverit, & Henricus tertius suo in Normannia jure pacta pecuniæ summa, & Aquitaniæ possessione, cesserit. *Garnseiam* tamen regnante Edwardo Quarto Galli occuparunt, sed opera Richardi *Harleston valecti de Corona* (ut eo tempore vocarunt) illi exturbati & Rex ipsi in dignitatis præmium Insulæ & castri præfecturam detulit. Atque hæc de hisce quatuor Insulis, deque Anglia tam generatim quam speciatim dicta sufficient.

Situs.
Soli fertilitas.
Garnzey.
Situs.
Soli qualitas.
Portus.
Opidũ S. Petri.
Imperium majorum.

Primum & secundum Arctöi Orbis Regnum.

BRITANNIA, qua potuimus fide perlustrata, sequitur in Methodo nostra *Orbis Arctöus*, quem *Scandiam* & *Scandinaviam* veteres, *Officinam Gentium*, & *Vaginam Populorum incompertæ magnitudinis* Plinius vocat, vicinus extremo ad Boream Germaniæ littori, in tria Regna Norwegiæ, Sueciæ & Daniæ multis jam seculis distinctus. Occurrit ergo nobis *Norwegia* primo loco lustranda. *Norwegiæ* etymon minime obscurum est. A *Nord* enim quod Septentrionem, & *Weg* quod viam sonat dicitur, quasi Septentrionis via vel Septentrionalis tractus. Hæc ad Austrum habet Daniam, ad Occasum Oceanum; ad Ortum Suecia, Lappiaque ad Septentrionem terminatur, a quibus excelsis & asperrimis separatur Montibus perpetua nive obductis. Tractus omnis Occidentem versus scopulis acutisque petris avius est, atque etiam versus Meridiem saxosus, ea præcipue parte quæ Cimbrorum Chersoneso objacet, unde 250 milliarium invervallo dissidet. At tractus ille omnis tam ad Occasum quam ad Meridiem Cœlo mitis est; non enim mare congelatur, neque diu nives durant; sed terra ipsa non adeo fertilis est, & ad suppeditandam alimoniam Incolis neutiquam par. At abundat hæc regio pecore & feris, in quibus albi Vrsi sunt inusitatæ magnitudinis: sunt & Castores, & innumeræ aliæ. Fuit Norwegia Regnum aliquandiu admodum florens, Imperiumque tenuit per Daniam lateque per Insulas maris, donec domesticum Imperium per hæreditariam successionem administratum fuit. Postea sub interregno consensu Procerum institutum est, ut Reges per electionem susciperentur. A Suibdagero autem secundo ad Christiernum ultimum, Reges interveniunt 45. Est vero nunc sub potestate Danorum. Quinque in ea in universum hoc tempore sunt Arces Regię, totidemque Præfecturæ præcipuæ: quarum prima & extrema versus Meridiem est *Bahusia*. Ei subjecta Opida, *Marstand* in peninsula scopulosa situm, & Halecum piscatura nobile; & eo obscuriora *Koengeef*, *Congel* forte prope *Bahus* & *Oddewold*, nisi sit *Odwad*. Secunda Arx est *Aggerhusia*, in cujus provincia celsissimi mali navium, & asseres querni & abiegni, lignaque ædificiis idonea ingenti copia in Hispanias & alias regiones quotannis evehuntur. Opida huic subjiciuntur *Asloia* Episcopi sedes: inprimis colitur ab exteris: ob Curiam ad quam ex universa Norwegia causæ deferuntur. Item *Tonsberg* seu *Koningsberg*, *Fridrichstad*, *Saltzburg* & *Schinz* vel *Schon*, ubi Fodinæ Cupri & Ferri sunt, item *Hammaria* major & minor, regiones olim Episcopales, nunc Asloiensis inspectioni commissæ, & sinu Mosiano interlabente divisæ. Tertia Arx est *Bergerhusia*, sub ea sunt *Bergi* vel *Berga* & *Staffanger* civitates. Est autem *Berga* totius Norwegiæ Emporium celeberrimum & horreum, Præfecti Regii ac Episcopi sedes. Ibi Piscis ille nobilis & delicatus venditur, qui secundum littus Norwegiæ captus, piscis Bergensis dicitur, propterea quod inde in multas regiones a Mercatoribus distrahatur. Sunt ibi Vandalicarum & maritimarum civitatum famuli, qui cum ibi mercandi causa totum annum perdurent, partem unam urbis occuparunt, quam Incolæ pontem, exteri vero tabularium suum vocant. Portus hic etiam est optimus atque tutissimus.

Norwegia.
Unde dicta.
Situs.
Cœli & Soli qualitas.
Animalium varietas
Imperium majorum.
Urbes & opida.

Staffanger

NORWEGIA & SVECIA.



Staffanger civitas etsi eundem cum Berga Præfectum habeat, suum tamen peculiarem habet Episcopum ibidem agentem. Quarta Arx est *Nidrosia* a Nidero fluvio & Rosa, quod templi nomen est sic dicta, vulgo *Trundtheim*, olim *Trondon*, Metropolis totius Norwegiæ, nunc in vici formam redacta. Sedes olim Archiepiscopi & Regni, amplissime patentem Diœcesim habet, in qua plurimus piscis Bergam postea ad Emporium devectus, & pelles preciosæ colliguntur. Extat hodieque Templum Cathedrale, argumentum pristinæ fertilitatis, cui magnitudine & cæsorum lapidum artificio vix aliud in Orbe Christiano simile est. Crepido circum altare correpta incendio est, anno MDXXX: cujus incendii damnum æstimatum est septem millibus aureorum. Quinta & ultima versus Arctum Norwegiæ & Orbis Christiani Arx est *Wardhusia* parvæ insulæ Wardæ, ipsa quoque parva & obsoleta hoc tempore insistens. Quæ nulla singulari munitione ac nec turri quidem vel castello insignis, Opidulum tamen adjunctum habet, quod piscatorum casæ stipant. In hac arce seu potius casa, Præfectus Regius æstate habitat & amplissimum illius littoris Norici tractum in Zona frigida usque ad Russiæ fines gubernat. Porro Occidentale Norwegiæ littus (quod imperscrutabilis profunditatis passim perhibetur) verno tempore Balænis admodum infestum est: adversus harum impetum habent nautæ Castoreum aqua dilutum, præsens remedium; nam simulatque illud in mare effusum est, confestim immane illud Nerei pecus dissipatum sese in profundum abdit. Copiosa hic in mari vicino captura Piscium, & inprimis Aselli piscis quem frigore induratum & in fustes extensum mittuntin reliquæ Europæ Regna: cum pilcem *Stock-visch* vocant. Laudatissima istorum captura est mense Ianuario: tunc enim ob frigora facilius exsiccantur, & mare ipsum copiosiores opimioresque illos præbet. Petuntur inde præterea pelles pretiosæ, sevum, butyrum, coria, adeps balenarum, pix liquida, trabes quernæ, robora, mali, asseres magno vendentium quæstu. Incolæ probi sunt, simplices, exterorum amantes, hospitales; prædones, fures, piratas non habent.

Mare.

Commoditas.

Mercimonia.

Mores.

Regio.
Situs.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium majorum.

Suecia Regnum vetus est, meminit ejus Plinius: habet ad Occasum Norwegiam: ad Boream Lappiam & Bothniam: ad Ortum Finlandiam, Bothnico sinu discretam, & Livoniam mari disjunctam, ad Austrũ, Gothiam. Regio est omnium Aquilonarium fertilissima: agrum habet uberem, Maria, Lacus, Flumina, Piscium variorum proventu fœcunda. Metalla etiam Plumbi, Ferri, Æris & Argenti, quod circa Slaburgum eruitur purum. Silvas feris refertas, & mellificio nobiles. Creditur duplo superare Norwegiam amplitudine, fertilitate, agrique bonitate. Quibusdam tamen locis aspera est, & salebrosa. Hæc per indigenas & domesticos Reges fortiter & feliciter defensa & amplificata cum aliquot sęculis esset, tandem ad Daniæ Reges devenit: sub quibus, annis amplius centum, jam aliquantisper obtemperans, jam eosdem prætextu non servatarum Legum in coronatione juratarum excutiens, mirum in modum fluctuavit. Hodie autem ad suos indigenas iterum descivit, & ex illis sibi Regem constituit. Provinciæ hujus Regni variæ. Aliæ *Gothicæ*, ut *Ostgothia*, cujus *Lincopia* Metropolis: *Westgothia* lacu Vetere ab Orientali sejuncta, cujus *Scara* Episcopi sedes. *Australis Gothia* seu *Smalandia*, *Tuiscia*, *Verendia*, cujus *Vexio* præcipuum Opidum est. *Meringia* & Insula *Oelandia*, arce *Borgholm* munita: aliæ *Noricæ* seu *Suecicæ* sunt ut *Oplandia*, cujus *Upsalia* ad Salam sita, in centro Sueciæ

Urbes.

sedes

ſedes Archiepiſcopi & Scholæ publicæ. Multa hic videre eſt Regum Sueciæ ſepulchra, magnifice ſplẽdideque exſtructa. Et *Stokholmia* Emporium nobile & ſedes regia, munita tum natura tum arte: Sita eſt in paludibus inſtar Venetiarum, nomenque ex eo habet quod palis fundata ſit. Aditus ad eam ex mari Eoo per anguſtas fauces Meleri profundiſsimo alveo patet: eaque capacitate mare admittit, ut naves onerariæ paſsis velis in portum facile invehantur. Verum turris *Waxholmia* & è regione *Digna*, ita ingreſſum arctant, ut invitis Regiis Præfectis, ibidem excubantibus nullæ ingredi aut egredi naves poſsint. Meridianæ Meleri ripæ Sudermanniæ Opida *Tolgo*, *Strengenes* Epiſcopi ſedes & arx *Griphiſholmia* adjacent. *Nericiæ Orebo* arx præcipua eſt. Occaſum verſus *Weſtmannia* regio & urbes *Aroſia* (ad quam Argenti Metalla ſunt præſtantiſsima: adeo ut artifices ex quindecim Argenti libris vnam Auri extrahere dicantur) & *Arboga* lacui incumbunt. Inde verſus Occaſum æſtivum *Dalia* Occidua, *Eoa* & *Solies Dalia*, a lacu *Solion* ſic denominata, jacent, quæ tres Provinciæ una cum majore parte montanarum Provinciarum, ſub Epiſcopi Saroſienſis inſpectione continentur. Ibi venæ metallicæ, quæ Ortum verſus ad Mare Balthicum, & ſinus Helſingiæ & Gioſlenſes ſeſe extendunt, Occaſum verſus per Wermelandiam ad Oceanum Occidentalem fere nuſquam interruptæ, quin ibi Metalli aliquid, Argenti, Cupri, Plumbi, Ferri, Chalybis ſive Sulphuris effodiatur, porrectæ ſunt. Oplandiæ verſus Boream finitima *Geſtricia*, inde *Helſingia*, poſt *Midelpadia*, ulterius *Angermannia* Borea & Notia. Inde *Nort-Botnia* in *Weſt-Botniam* & *Oſt-Botniam* diviſa, longo terrarum tractu diffuſæ Provinciæ. Tandem Boream verſus *Scricfinnia*, *Lapponia*, *Biarmia*. Has proprias Regni Suecorum provincias antiquas, pleraſque Sinus *Botnicus* ex Balthico in Boream recta Toroniam, & ultra circulum Arcticum porrectus a Finlandia ampliſsima Peninſula dirimit: cujus apicem *Alandiæ* Inſulæ verſus Meridiem & *Abo* Epiſcopi ſedes; at verſus Boream *Wiburgum* tenent. Dividitur *Finlandia* in Notiam & Boream, quibus *Natagundia* ſuperior & inferior, *Savoloſia*, *Tavaſtia*, Finnonicæ regiones late patentes adjunctæ ſunt. Inde trans Finnicum ſinum *Corelia* cujus *Hexholm*, *Kexholm* forte, Metropolis eſt, & Meridiem verſus *Wotichonia*, in qua *Lovati* fluminis Novogardiam allabentis, quem *Ny* accolæ vocant, oſtium: ſupra Coporam *Ingria*, cujus *Jamagrod* & *Solonſeia*, cujus *Ivanogrod* è regione Nervæ, arces ſunt præcipuæ. His contiguæ verſus Meridiem ſunt *Livonica Eſthonum* provinciæ, a *Nerva* ad Revaliam & Prenoviam uſque pertinentes. *Allantacia*, cujus *Nerva*: *Wiria*, cujus *Weſemberga*: *Wichia*, cujus *Habſal* Epiſcopi ſedes & Inſula *Dagen*. Quæ regiones trans Finnicum ſinum pleræque omnes, Ioannis tertii Regis virtute ac fœlicitate regno Suecorum noſtra memoria anno M.DL XXXI, primum accreverunt, cum Revalia ſponte Erico XIIII Suecorum Regi ſe ſubjeciſſet, anno M.D.L XI. Aquis gaudet Suecia, piſcoſis rivulis plurimis regionem perlabentibus. Inter fluvios autem *Luſen Dalecarlia*. Terra ipſa aſpera, Montibus Silviſque frequentiſsima. Subditi ſunt partim Eccleſiaſtici, partim Laici, eiq; aut nobiles aut Plebei. Inter nobiles ſummus eſt Eques Auratus, a Rege virtutis ergo ſolemniter creatus, Præfecturæ per Indigenas adminiſtrantur. Incolæ porro ſi cum Germanis conferantur, civilitatis minus, induſtriæ certe ingeniique fortaſſe plus habent. Vtpote quovis eorum ruſtico, omnia pene opificia, artesque mechanicas callente.

Flumina.

Mõtes & Silvæ.

Senatores.

Mores.

DANIAE REGNI

Politicus ſtatus.

DANIA Regnum amplum & valde populoſum, vulgo *Dancmarchia* quaſi tractus, ſive regio Danorum appellatur. Quæ autem horum Danorum fuerit origo, ne Danis quidem ipſis ſatis conſtat: niſi quod quidam a Dano ipſorum Rege primo: & aliqui a Dahis Aſiæ populo eam repetant. Dudo autem de S. Quintino ſcriptor antiquus, Guilielmo Camdeno referente, eos è Scandia in Cimbrorum veteres ſedes deveniſſe aſſerit; Videntur autem ab aquis dicti: quia AHA apud illos fluvium ſignificat & ipſi ſe Dancman, quaſi viros aquaticos & fluviales vocant. Eſt ſane tota Dania peninſularis, ut deſcriptio oſtendit.

Diſtincta autẽ eſt in univerſum Dania, in Præfecturas centum octoginta quatuor, quæ HAERET vocantur, & a totidem Præfectis legum Danicarum peritis adminiſtrantur. Habet Regem magis ex Procerum electione, quam ex nativitatis ſucceſsione: Ejus eligendi vetus mos erat, ut cum ſuffragia ferrent, in aperto campo lapidibus inſiſterent, eo facto nempe, ſubjectorum lapidum firmitate conſtantiam electionis deſignantes. Jam vero coronantur Reges Hafniæ in Eccleſia D. Mariæ ante altare, & in Eccleſiam prædictam a ſenatoribus Regni ducuntur, inſignia Regia illis præferuntur, ut ſunt enſis, globus, corona. Neque hæc ſunt propriis familiis attributa, ut in reliquis fere regnis, ſed ut quiſque virtute, ac dignitate præcellit, ei muneri adhibetur. Poſtea cogitur Rex jurare articulos præſcriptos, qui in uſu ante aliquot tempora fuerunt, ſe ſtricte ſervaturum, & Religionem Chriſtianam, jura ac conſuetudines Regni defenſurum. Deinceps ungitur ab Epiſcopo Roeſ-

Roeſchildenſi & ab omnibus Senatoribus, primo illi corona imponitur, qui Majeſtati ſuæ tunc juramentum præſtant, ſi ante coronationem non fuerit factum. Rex poſtea ex nobilitate & proceribus milites aut equites auratos leni percuſsione enſis deſignat, qui antea in bello aut pace egregiam operam præſtiterunt. Et ſic majores Danorum optimum Politiæ ſtatum & Monarchiam conſtituerunt, nec ulla unquam natio illos plane ſubegit, vel patrios ritus & privilegia ſuſtulit. At contra populi Septentrionales, ut Dani, Sueci, ac Norwagienſes totam pæne Europam devaſtarunt, in nonnulliſque locis Regna conſtituerunt. Nota eſt enim omnibus Hiſtoriographis Cimbrorum in Italiam expeditio, Gothorum Hiſpaniæ ſubactio, Longebardorum regni in Italia conſtitutio, Normannorum in Gallia habitatio, Regni Neapolitani & Siciliæ erectio, Gotfridi contra Carolum magnum in Friſiam eruptio, Anglorum per aliquot annos ſubjectio. Canutus etiam Magnus quinque imperia tenuit, Rex enim Daniæ, Sueciæ, Norwegiæ, Angliæ, ac Normanniæ fuit, nec non Henrici 3 Imperatoris ſocer, unde hi verſus exſtant.

Deſine mirari quos garrula laudibus effert
Græcia, quos jactat Roma ſuperba, Duces.
Danica non ulli veterum virtute ſecundum
Edidit, hyberno terra propinqua freto.
Facta mihi Magni pepererunt inclyta nomen:
Quinque ſub Imperio Regna fuere meo.
Me ſibi delegit ſocerum, qui tertius orbis
Arbiter, Henricus nomine ſceptra tulit.
Juſtitia præclarus eram, Regeſque potentes
Subjectos docui legibus eſſe ſuis.

Ex

Ex quibus constat, ut etiam ex sequentibus bellis, quæ variæ Reges ex Oldenburgensi familia, summa cum fœlicitate gesserunt, gentem esse bellicosissimam, populosissimam & terra marique in profligandis hostibus fœlicissimam. Liberam habuerunt semper Proceres ac Senatores Regni potestatem eligendi Reges, ut adhuc habent, sed plerumque Filium primogenitum Regis designarunt, nisi causis sufficientibus impedirentur, nihilominus tamen a familię linea Regum non deflexerunt. Regnum dividi nisi coacti aliquo intestino bello non permiserunt. Iuniores filios aut fratres in alias Provincias ablegarunt, cum participes Regni fieri non possent. Inde tot expeditiones susceptę, cum etiam Nobiles ac Plebei omnes in patria honestum locum habere non possent, vel ut loca aptiora & oportuniora adipiscerentur. Septentrionales enim populi sunt multarum prolium, propter sanguinis abundantiam ac caliditatę, pugnaces acrixosi, plurimum comedunt & bibunt (Aër enim frigidus, appetitum excitat) optime concoquunt, propterea etiam diu vivũt, formosi, longę staturę, sagaces ac fidei tenaces. Hos vivaces esse argumento est, quod Reges ipsorum valde diu Regnis præfuerint, multi 30 annos, nonnulli ultra 40 aliqui adhuc diutius.

Politia.

Quinque sunt Status sive Ordines totius Reipublicæ, Danicæ.

PRIMVS, est Regiæ Familiæ.

SECVNDVS, Nobilitatis, sed sciendum inter Nobiles hos nullos esse Comites aut Barones: sed omnes

mnes longa ſerie majorum nobilitatem demonſtrare poſſe. Clypeos geſtant ſimplices, quos mutare aut augere, dedecori eſſe antiquitati illorum putant.

Vivunt adhuc nonnullæ Familiæ, quæ adfuerunt tractationi inter Carolum Magnum & Hemmingum Danorum Regem ſuper Eidoram fluvium factæ, ut VREN & alii. Hi poſsident ſua bona cum minori ac majori ſive capitis juriſdictione, liberam etiam habent venandi aucupandique poteſtatem in ſuis bonis, quemadmodum Comites in Germania. Bona illorum non ſunt feudalia in toto Regno, ſed hæreditaria ſive allodialia.

Omnia Caſtra, prædia ac bona, tam mobilia, quam immobilia, a parentibus relicta æque dividuntur inter fratres: ad ea ſorores etiam admittuntur ex ſingulari privilegio, ita tamen ut Frater duas partes, Soror vero tantum accipiat unam, filiiſque Arces ac Caſtra cedant. Sic multa prædia ad Primogenitum venire non poſſunt: ſed dividuntur.

Et nonnulli ex bona tamen familia prognati & virtute præditi, poſſunt per matrimonium, Regibus adjuvantibus, ad amplas poſſeſsiones promoveri.

Ex hoc ordine eliguntur Senatores Regni, quorum numerus 28 raro excedit. Senatoribus omnibus decreta honeſta alimenta a Rege & Regno, ſinguli enim Arces habent, tantiſper donec Senatoriam obtinent dignitatem, de quibus nihil Regi contribuunt, ſed tantum coguntur aliquot Equites alere pacis & belli tempore, & quandocunque a Rege vocantur propiis ſumptibus Regi in Regno præſto eſſe. Si Legati extra Regnum abſegantur, honeſte illis providetur ex fiſco, ut tanquam Regii Legati Principum more, in itinere vivere poſſint. Reliqui Nobiles etiam habent ſuſtentationem honeſtam a Rege, ſive in aula Regia vivant, ſive ab ea diſcedant. Nam habet Rex prædia, quæ Danico idiomate VERLEHNINGE ſive beneficia vocantur, his providet bene de ſe Regnoque meritis ad vitam, aut aliquot annos. De his coguntur alere aliquot Equites, & fiſco certam pecuniæ ſummam ſingulis annis dependere, eo tamen modo, ut pro labore & propriis ſervitiis etiam aliquam partem lucri accipiant.

Eſt etiam ſalutaris conſtitutio in Regno Daniæ, qua Rex bona immobilia prohibetur emere a Nobilibus, ob eam cauſam, ne aliqua diſſenſio inter Regem & Proceres Regni oriatur. Rex enim alioqui poſſet quædam loca capere, quæ Nobiles vendere nollent: proinde per hanc conſtitutionem huic rei a Proceribus Regni optime proviſum eſt, licet tamen Regi permutare bona cum Nobilibus, contra Nobiles nulla bona poſſunt emere a Regiis ruſticis. Nam aliqui ruſtici habent bona hæreditaria & fere libera, ut antea dictum eſt.

O Sequuntur

Sequuntur nomina familiarum præcipuarum nobilium, quæ in regno Danico inveniuntur.

D. de Kaas, D. Guldensteen, de Munck, de Rosenkrantz, de Grubbe, de Walkendorp, de Brahe, de Schram, de Pasberg, de Hardenberg, de Vlstandt, de Bing, de Below, de Wipfert, de Goce, de Schefeldt, de Ranzow, de Schelen, de Frese, de Iul, de Bilde, de Dresselberch, de Green, de Brockenhusen, de Holke, de Trolle, de Knutzen, de Biorn.
De Schestede, de Iensen, de Stuege, de Mattiessen, de Lunge, de Banner, de Luck, de Rastorp, de Krusen, de Fasi, de Lindeman, de Suuon, de Stantbeke, de Quitrow, de Lange, de Gelschut, de Glambeke, de Krabbe, de Marizer, de Kragge, de Achsel, de Beck, de Ruthede, de Negel, de Wirfelt, de Split, de Ofren, de Appelgard, de Iuenã, de Podessen, de Reuter, de Podebussen qui fuerunt quondam Barones ex Ducatu Pomeraniæ quorum familia adhuc ibi invenitur. De Vren qui vixerunt Caroli Magni tempore, de Blick, de Galle, de Wogersen, de Basi, de Solle, de Daac, de Bax, de Baselich, de Wensterman, de Hoken, de Lindow, de Bille, de Ruten, de Hundertmarck, de Heiderstorper, de Wolde, de Papenheimb, de Spar, de Falster, de Narbu, de Worm, de Bilde, de Bockholt, de Budde, de Suuaben, de Santbarch, de Gram, de Lutken, de Vhrup, de Spegel, de Bammelber3, de Rosenspart, de Duve, de Hube, de Schauugard, de Must, de Gris, de Falcke, de Brune, de Laxman, de Duram, de Baggen, de Norman, de Gos, de Matre, de Rosengard, de Totten, de Ronnouu, de Krumpen.

Ex hac nobilitate eligitur *Præfectus, sive Magister aulæ.* Hoc officium fere est tale, cujusmodi Major domus in Gallia, is enim plerumque residet Hafniæ, tanquam Vicarius regius & dirigit res a Rege ad se destinatas.

Deinde *Marischalcus* tempore belli & pacis ea quæ ad expeditiones pertinent procurat. *Admiralius* naves ædificat, veteres restaurat, & singulis annis ea ordinat, quæ ad tutandum Oceanum & res nauticas pertinent. Habet & is sub se constitutum adhuc alium Admiralium, & in singulis navibus præfectum ex equestri genere prognatum.

Cacellarius regni; ad hunc ex omnibus Provinciis ac Insulis appellatur, a quo ad Regem & Senatum Regni appellatio vicissim devolvitur.

Singulæ

Singulæ provinciæ divisæ sunt in HAERRET ut vocant, Sive in diœceses, sub quibus multæ sunt parochiæ, ibi primum de jure disputant, si rixæ fuerint invicem ortæ. Hinc licet appellare ad Iudicem terræ istius. Deinde ad Cancellarium, postremo ad Regem ac Senatores, ibi finalis sententia promulgatur. Habent jus scriptum, compilatum a Woldemaro primo, Episcopis ac Senatoribus, Legi naturæ valde congruum, & non multum a Romanis Legibus discrepans, sed quo vigore hujus multo citius lites finem assequi possint, lataque sententia paratam habeat executionem: Primi Iudices si iniquam tulerint sententiam in dimidiam partem bonorum condemnantur, quorum Rex capit dimidiam, & læsus sententia injusta, alteram partem. Senatoribus adhibuit Woldemarus primus (ni fallor) Episcopos, quos rursum Christianus 3 propter certas causas ac rebellionem amovit.

Cancellarius Regis, qui plerumque in aula Regem sequitur, habet sibi adjunctos 7 vel 8 Nobiles Secretarios & Scribas, & omnia negotia tractantur a Rege ipso. Si autem aliquid magni accidit, ut de pace aut bello, item de fœderibus ineundis, de finibus defendendis sit deliberandum, Concilium Senatorum a Rege indicitur. Nec licet Regi ullum tributum imponere Regno ac nobilium rusticis, absque consensu Senatorum & Procerum.

Erarii item Præfectus, qui omnes totius Regni reditus, tam castrorum, quam prædiorum, nec non telonia tam in mari, quam terra colligit, rationes audit, examinat, inquirit, quitantias pecuniam offerentibus reddit, Hic habet adjunctos duos ex nobilitate, & Scribas multos ex Plebe, pro quo labore habet annuatim stipendiū.

TERTIVS, est status Ecclesiasticus, in quo fuerunt Episcopi septem, ut Archiepiscopus *Lundensis*, Episcopus *Roeschildensis*, *Otthoniensis*, *Ripensis*, *Wiburgensis*, *Arhusensis* & *Slesvicensis*, ad quem cæteri etiam Canonici referuntur. Hi habent decimas in regno: quæ tamen in provinciis diversis, diverso modo dividuntur; dimidiam partem decimarum percipiunt Episcopi, dimidiam Rex, aliquam Canonici, pastores, pars etiam ad ædificandas ecclesias contribuitur: & quantum ad Pontificium jus attinet, semper in hoc Regno quemadmodum etiam in Gallia, nominationes & ordinationes prælaturarum Episcopatuumque, a Regibus ad hoc usque tempus collatæ fuerunt, ut etiam ex responso Woldemari primi Regis Daniæ, ut arbitror, quod hic annectere libuit, constat. Cum Pontifex Romanus a Rege hæc & similia postularet, fertur rescripsisse Rex: Regnum habemus a subditis, vitam a parentibus elig, Rionem a Romana Ecclesia, quam si repetis, remitto per præsentes.

Et quemadmodum Caroli Quinti prudens decretum laudatur, quod in posterum Ecclesiasticæ personæ nullam rem immobilem coëmere possent, absque Principum consensu. Sic Christianus Tertius æque prudenter constituit, ne Ecclesiastici aliquid vendant, absque Regis expresso mandato. Alioqui Religiosi sunt optime provisi in toto Regno a Christiano 3 piæ memoriæ, & Scholæ particulares multis in locis erectæ, veluti etiam in Islandia duæ, ubi etiam habent propriam Typographiam. Vna tantum est in toto Regno Academia Hafniæ, quæ fundata est a Christierno primo, permissu Sixti Pontificis, anno Christi 1478. Quam Fridericus secundus, quanquam bello Suecico septennali erat implicitus, tamen locupletavit, & ejus proventus sexaginta millibus thalerorum auxit.

QVARTVS, Status est *Civium* & *Mercatorum* in Vrbibus ac Opidulis habitantium. Hi habent propria privilegia, quibus fruuntur, & his attributi sunt agri proprii ac silvæ limitibus circumductæ. Hi etiam mercaturam exercent in agro & Mari in omnibus partibus Europæ. Ex his, quemadmodum etiam ex rusticorum liberis, eliguntur Episcopi, Canonici, Pastores & Senatores urbium, Scribæ in Castris & Arcibus, magistri ac gubernatores navium, aliqui etiam horum præficiuntur Teloniis. Iudicia omnia minora, ex his constituuntur præside interdum uno ex Nobilitate.

QVINTVS, Status est *Rusticorum*, horum duo sunt genera, primum vocant *Freibunden*, id est Liberi Colloni. Hi possident agros hæreditarios, paullulum tamen inde singulis pendunt annis. Hi etiam mercaturam & piscaturam exercent. Servitiis præstandis non opprimuntur, nec tributa pendunt, nisi consentientibus Regni Senatoribus. Alterum genus est eorum qui non possident bona hæreditaria, sed a Rege, Nobilibus aut Ecclesiasticis personis ea conducunt, & servitia multa inde Dominis præstare coguntur, prout cum Domino agri convenerunt.

Hæc fere sunt, quæ de Politia Danica exponenda mihi fuerunt, ex quibus patet Monarchiam Danicam, plerumque fuisse optime constitutam, Nobilitatemque liberam electionem *Regis* semper habuisse, attamen ex familia Regia, ut antea jam dictum est, unde hoc commodi consecutum est, ne Dani intestina habuerint bella ac dissensiones, nisi quæ ortæ fuerunt inter Regiam familiam, quas tamen cito composuerunt, interventu aliquot Nobilium, præsertim cum Regum filii nullam capiant Regni partem.

Deinde cum omnes sint tantum Nobiles in Regno, & Baronum & Comitum Ducumque nomina & titulos ignorent, nullus tantis affluit opibus, ut iis fisus se familiæ Regum opponere audeat, eo quod inter filios & filias semper dividitur paterna hæreditas.

In Dania summa dignitas est Equitum quos ab ornamentis, quæ illis tribuuntur Auratos vocant: sed illa nemini nisi tempore pacis & belli bene de Republica merito confertur.

Ita

Ita habent Reges Daniæ optime florentem rempublicam: quæ facile ab externis hostibus defendi potest, cum subditi unanimes cum Rege ut naturali suo domino terra marique hostibus resistere queant. Huic Regno florentissimo hoc nostro tẽpore præest CHRISTIANVS quartus, quem ut cum omnibus Senatoribus & nobilitate totius regni incolumem Deus Optimus Maximus conservet, eique tranquillam & pacificam concedat gubernationem, ex animo precor.

DANIAE REGNVM

Arctoi Orbis tertium.

Regio.
Situs.

Dania duobus tantum locis continenti juncta est; eam a plaga Mundi Occidua, Oceanus Germanicus, ab Ortu Solis Mare Balthicum lambit & littora pulsat, ad Septentrionem Norwegia & Suecia, ad Meridiem Holsatia, Megalopolis & Pomerania obtenduntur. Ea in creberrimas Insulas disjunctissimas distribuitur.

Cœli temperies.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.

Cœli temperies, una cum salubritate aëris Danos blande, ut Ioh. Coldingensis verbis utar, refocillat. Terræ ubertas nutrit: Volucrum suavissimus concentus recreat; Silvarum Nemorumque varia materia oblectat: In quibus Porci innumerabiles oberrando, nunc glandibus quercinis, nunc fructibus faginis ad voluptatem saginantur. Multiformes simul atque Animalium species & florida prata delectant. Maris affluētia & penu confertissimū, Danos cum magna Europę parte alit, & quo ad vitæ usum carere nequeunt.

Imperium majorum.

Natura Danis minime invidit. De Imperio autem Majorum scribit Munsterus: *Danum* quendam multis ante Christum seculis in sua Dania regnum primum tenuisse, à quo, Regum Danicorum stemmata ceu quodam derivato principio, splendido successionis ordine profluxerunt. De hujus autem successoribus ac reliquis Daniæ Regibus Munsterum vide fusissime differentem. Nunc Danorum omnis regio Maris faucibus interecepta constat multis partibus, quarum præcipuæ sunt *Jutia*, *Fionia*, *Zelandia* & *Scania*, præter Insulas singulis partibus adjacentes.

Jutia, quam nonnulli *Gothiam* appellari volunt, quōdam Cimbrorum sedes, apud Historicos & Geographos *Cimbrica Chersonesus* dicitur, & in *Jutiam Meridionalem* & *Septentrionalem* dividitur. Hujus Septentrionalis Iutiæ descriptionem vide secunda Tabula Daniæ. *Meridionalis Jutia* olim dicta *Nordalbingia* inclytum Ducatum Slesvicensem complectitur, cui Holsatiæ Ducatus nunc quoque subjungi potest; horum ampliorem declarationem suo loco, videlicet tertia Tabula Daniæ invenies.

Fionia.

Fioniæ particularior quoque descriptio sequitur, quarta Tabula Daniæ comprehensa.

Zelandia.
Nomina.
Unde dicta Zelandia.

Zelandia quæ & *Sialandia* inter reliquas Daniæ Insulas est maxima, *Codanonia* Melæ, ut censent Olivarius & Ortelius. Hanc alii *Zelandiam* quasi maris terrā, quod undique mari incincta sit: alii vero quasi seminis terram, eo quod sua sponte absque annua stercoratione segetum omnis generis ferax sit, dictam volunt.

Situs.

Longitudinem habet hæc Insula itineris bidui, atque latitudinem fere æqualem.

Urbes.

Quindecim Civitatum, duodecim Arcium Regiarum capax est. Inter Civitates autem *Hafnia* sive *Copenhagen* est præcipua totius Daniæ Metropolis, magnitudine, opulentia & maxima Portus commoditate insignis, quem & incredibilis profunditas & objectus Insulæ quā *Amagger* vocant nautis tutissimū facit. Ex qua passim Ecclesiis ceu perpetua seges Doctorū, atque eruditissimorum Pastorum tam in regno Daniæ quam Norwegiæ subministratur atque sufficitur. Supra

Hafniam


DANIÆ REGNŪ.
MARE GERMANICVS
OCCIDENS
ORIENS
SEPTENTRIO
MERIDIES
MARE BALTICUM Vulgo de Belt
Westergotie pars
Anholt
Lesso Insula
Die Ertholme
Bornholm
Mekelnburg.
Pomerania
Holsten
Stormar
Ditmarsen
Nordiutland
Suderiutland
Funen
Sealand
Falster
Laland
Langeland
Fora
De Strum
Sild
Mantu
Rim
Tani
Hanwith
Nyrewerk
Otterendorp
Stade
Reinbeck
Lubeck
Rostock
Wismar
Stralsund
Wolgast
Camin
Wollin
Vsedom
Rugen
Bergen
Ruder
Falsterbo
Copenhagen
Helsingborg
Landscron
Elsenborg
Malmoye
Trelleborg
Lundan
Engelholm
Halmstat
Falckenburch
Warberch
Nestwede
Wallo
Kege
Ystad
Smalaland
Vlmenes
Echsio
Elfsborg
Raie
Schagen
Herthals
Rorbury
Huggerby
Wrelum
Scaby
Hanlaret
Colderop
Agard
Alsmas
Wasfussel
Wen
Iuisel
Hals
Lunfort
Lyssted
Nia
Tymoring
Orsoru
Lucsle
de Holker
Nib
Alhorch
Dockedacke
Hobro
Mariacker
Wiborch
Hald
Randers
Grina
Ebeltoft
Besling
Sko
Holstebro
Arhusen
Kielm
Walderoe
Samsoe
Dodeberch
Tandorp
Ward
Rinkopings
Stensshalborg
Pallgard
Vlby
Hor
sens
Nyeberch
Wed
Snebro
Kenneberch
Kolding
Foldingbro
Bowens
Middelfar
Odensee
Nyborch
Swynborch
Fobordrch
Absens
Dorwing
Ripen
Hadafleu
Ostby
Trojeborch
Appenrade
Grotzen
Tunderen
Clipleg
Segard
Aenisborch
Kappeln
Slaswick
Husens
Ekelsoert
Flensborch
Wantzen
Alholm
Finnern
Stalnuy
Wag
oldenborch
land
Plogen
Oytin
Segeberg
Oldesloe
Lubeck
Bart
Stralsund
Rostock
Wismar
Mekelnburg.
Pomerania
Wollin
Camin
Vsedom
Wolgast
Rugen
Bergen
Ruder
Mansesland
Dennemarck
Stubbekiøbing
Liesbyerner
Falsterby
Lawland
Marbo
Nogrip
Rodeby
Rotterby
Verendia
Elcholm
Almys
Lukr
Laholm
Engelholm
Halmstat
Falckenburch
Smalaland
Vlmenes
Warsberry
Elfsborg
Raie
Echsio
Westergotie pars
Schagen
Herthals
Rorbury
Huggerby
Scaby
Wrelum
Hanlaret
Colderop
Agard
Alsmas
Wasfussel
Wen
Iuisel
Hals
Lunfort
Ram
Lesso Insula
Anholt
Halmstat
Falckenburch
Smalaland
Vlmenes
Warsberry
Elfsborg
Raie
Echsio
Westergotie pars
DANIÆ REGNŪ.
Miharia Germanica Com:

Hafniam eſt *Helſingora* & prope eam Arx Regia *Croneburgum* de qua infra, cui ab altera parte ultra Mare ſimilis Arx *Helſinborch* cum Opido ejuſdem nominis reſpondet. Ibi *Zelandia* & *Scania* prominentibus utrimque promontoriis ita prope coëunt ut vix parvi milliaris inter ſe relinquant Maris ſpacium quod *De Sund* vocatur. Ad hunc locum omnes naves Orientem verſus curſum inſtituentes, velut ad centrum coïre & Regi vectigal pendere coguntur: cumque in utroque littore arx poſita ſit, Rex quando id neceſsitas poſtulat, ſuis in medio collocatis navibus, ita has fauces occludere poteſt, ut quantumvis etiam numeroſam claſſem ab ingreſſu, vel egreſſu prohibere queat. Huc ſæpe uno die 200 ſæpe etiam 300 naves ex variis Europæ partibus convenire contingit. Eſt & hic *Roeſchildia* ſedes olim Epiſcopi; ibi multorum Regum & Ducum inſignia monumenta conſpiciuntur: nunc autem ad tenuitatem perducta, quod cives urbium confiſi munitionibus ſoleant inſoleſcere. Sub Zelandia autem ſequentes ſunt Inſulæ, *Amigria*, *Huena* ſive *Ween*, *Moeneſland* in qua civitas *Stegoa* & plures aliæ.

Scandia. Habet *Zelandia* unum Epiſcopatum cujus Præſul *Roeſchildiæ* ſedem antiquitus, uti diximus, habuit.

Nomina. *Scania* inter Regni Daniæ Provincias magnitudine & opibus admodum inſignis eſt regio, atque cum Suecia cõtinens. Hanc alii *Scandinaviam* pro *Scondaniam*, id eſt, *amœnam Daniam*, alii *Scaniam* atque alii *Scaniagiam* dixere, vulgo *Sconen*. Plinius eam tum *Scandiam*, tum *Scandinaviam* vocat, ſed in eo fallitur, quod *Inſulam* eſſe putat *incompertæ magnitudinis*. Sed Ortelius hanc Plinii Scandiam & Scandinaviam non Scaniam, ſed eam Peninſulam eſſe, quæ hodie tria ampliſsima Regna Norwegiam, Sueciam & Gothiam aliaſque regiones comprehendit, autumat, ut ſupra quoque diximus.

Situs. Vndique cingitur hæc Scania Mari, præterquam Terræ brachium quod porrigitur in Boream, ac inde recurvatur in Orientem ubi Sueciæ jungitur: ſed intercedunt profundi ſaltus aſperrimæque rupes, per quas è Scania in Gothiam Sueciæ partem iter agitur tam difficile, ut fere levius ſit marino diſcrimine vitare terreſtrem laborem.

Cœli temperies & Soliqualitas. Regio Cœli beneficio, Telluris obſequio, Portuum & Emporiorum commoditate, maritimis opibus, Lacuum & Fluminum piſcatione, venatione nobilium Ferarum, Auri, Argenti, Æris & Plumbi inexhauſtis venis, Opidorum frequentia, civilibus inſtitutis nulli cedit beatæ regioni: unde & *Schondiæ* illi nomen manſit, teſte Munſtero.

Urbes. Hæc quondam in duos ducatus, *Hallandiam* & *Blekingiam* diviſa, nunc Præfecturas viginti tres & civitates quindecim complectitur. Ejus Metropolis eſt *Londa* ſive *Londia* ubi Regni Archiepiſcopus ſedem ſuam fixit. Eſt etiam hic *Malmogia*, quæ & *Ellebogen* dicitur, inſigne Emporium & præcipua totius regionis civitas propter nundinas & frequentes negotiationes, quas ibi provinciales exercent. In Hallandia eſt arx *Warburgum* altiſsimis Montium jugi ſuperſtructa. Eam a Suecis anno MDLXV captam & impoſito præſidio munitam cum Danus Ranzovius juſſu & auſpicio Regis Friderici ſecundi arcta obſidione premeret, ut tandem ſe dedere ſit coacta, globo ex tormento æneo per caput trajecto peremptus eſt an. MDLXIX vir virtutibus & laude bellica valde illuſtris. Adjacent huic Regioni Inſulæ *Landoe*, *Hannoe*, *Bornholm* Inſula famoſa in quatuor præfecturas diviſa, & tres Civitates ac unam Arcem continens. *Gotlandia* in qua antiquum Emporium *Wisby* aliquando va-

deflorens, nunc autem ad alias Civitates mercatura translata, viris, opibusque attenuatum jacet. Præter Frumentum, Caseum, Butyrum, variasque Pelles, etiam Abietes proceriſsimas, quarum frequentes ibi Silvæ sunt, malis navium fabricandis, & præterea Lapides ad structuram utiles, nec non Calcem copioſe emittit. Flumina Daniæ sunt *Egidora*, vulgo *Eyder*, *Chalusus* Ptol. Hic Frisios a Ditmarsis dirimit ac se in Oceanum Britannicum exonerat: & *Stora* piscosus & navigabilis fluvius, qui in intima Holsatia ortus, aliquot Opida, & nobilem illam Ranzovianam domum Bredenbergam alluit, postea que se in Albim effundit, & alia. *Mare Balthicum* quod ad Ortum terminum Daniæ supra constituimus, nunc accolæ *Belts*, Germani *Oſtzee* indigitant, a Baltheo, id est, militari cingulo nomen hausit, quod cinguli instar utramque Chersonesum ambiat ac complectatur. *Pigrum* a Tacito nominari videtur, ab effectu ut putat Ortelius, quod non ut cætera maria moveatur, nam æstus ejus vix deprehenditur, ut testantur illi qui illud sæpius navigaverunt: continuoque fluxu ex Oriente versus Occidentem descendit. *Helsingora* ad Fretum Sundæ, arcem habet Regiam *Croneburgum*, præsidium extremæ Insulæ Zelandicæ oræ. Hanc arcem Fredericus II Daniæ Rex maximis & innumerabilibus demersis saxis, interque compacta & filtucata robora conclusis, ac loco fundamenti stabilitis firmatisque, ex ipso maris fundo immani sumptu eduxit, tanta operis firmitate ut immanes pelagi fluctus magnis provolutos procellis, atque ad vallum murosque horrendo boatu illisos, citra ullius periculi metum despiciat. Est in urbe Lundia Horologium in quo ars mira elucet, *Laurentianum* dictum: situm id in inferiori Templi parte; hic tabula parieti affixa visitur circulis aliquot variorum colorum distincta. In hac per certos ejus rei indices, & annus, & mēsis, ac septimana, dies quoque singuli, ac horæ, in quibus agunt homines liquidissime monstrantur, eo etiam indicato si festum celebretur seu fixum seu mobile. Item quis luminarium Solis ac Lunæ motus, quæque horum in Zodiaco loca diebus singulis, & inter se habitudines. Atque hæc quidem foris: intus autem, machinis quibusdam ad id fabrefactis res agitur. Quibus illud additum est, velut *Parergon*, sed & id arte factum, ut quoties publice signum datur horæ elapsæ, supra tabulam ipsam duo concurrant simulachra (Equites dixeris Cataphractos) quæ tot sese ictibus petunt, quot signa dat campana major in turri suspensa quæ horam indicat. Quod vero magis mirandum, in hujus tabulæ medio velut in throno collocatum est Simulachrum Virginis Mariæ sinu tenentis infantem. Ad latera huic ostia duo, ante pedes velut Theatrum semicirculi forma, arcu hujus spectatoribus obverso. Intus machina cum simulachris trium Magorum, quorum singulis singuli famuli additi. Machina mota ad ejus cui hoc negotium datum est, arbitrium, prodeunt simulachra. Ante alios veluti Caduceator minitabundus, gladio vibrato pulsat ostium sinistrum, eo aperto proceditur. Buccinis simul duabus sonantibus quas inflare videntur buccinatorum simulachra. Qui primus est Magorum, magnifico prodit per theatrum incessu. Ad virginis simulachrum ubi ventum est, reverenter ad hanc versus inclinat sese Magus, velut adorabundus. Faciunt idem reliqui magi. Famuli horum immoti procedunt, nulla edita reverentiæ significatione. Horum postremus ostium dextrum claudit, ita quidem ut & clarior quidam sonus, eo occluso, ad aures spectantium perveniat. Sed de his satis.

Mercimonia.
Flumina.
Mare.
Opera publica.

DANIAE SECVNDA TABVLA

Quæ Iutiæ Septentrionalis partem complectitur.

Regio. Nomina. Situs.

OCeidua pars Daniæ & præcipua eſt *Iutia* vulgo *Iutlandt*, quam Ptolemæus *Cimbricam Cherſoneſum*, Plinius *Cartrin* vocat. Hæc in Septentrionem in modum Peninſulæ à Saxonibus inter duo Maria, Britannicum & Germanicum procurrens, ut in Auſtrum Italia, porrigitur. Ejus terminus Auſtralis eſt fluvius *Eydora*, patetque in longitudinem lxxx prope mill. paſſ. ab Albi flu. Boream verſus. Latitudo ejus ubi maxima xx mill. paſſ. Eam duplicem eſſe diximus *Septentrionalem & Meridionalem*. *Iutia* ſive *Cimbrica Septentrionalis* quæ hac Tabula deſcribitur, Norwegiam verſus ſe extendens, juxta Scagam, ob Syrtes & vadoſum iis in locis Mare nautis celebre Opidum, in cuneum coarctata deſinit. Habet autem hæc Regio circa Aleburgum Emporium maximam latitudinem: ibi enim ſinus *Lymford* illapſus, ac totam *Iutiam* Occidentem verſus penetrans, exiguo relicto ſaptio Wenſuſlam ditionem à reliqua parte divellens, pæne Inſulam reddit, ac vaſto tandem alveo dilatata aliquot inſignes Inſulas ſuo faciens ambitu, multis Sinubus ſeu ramis dimiſſis, varias Provincias ſuo interlapſu diſtinguit ac limitat. Iutia Septentrionalis Frugum, Tritici, Siliginis, Hordei, ac ſimilium ferax. Paſcuorum etiam alicubi ubertas ſumma eſt, atque abundat tot Boum armentis, tam læta Vaccarum parens ac nutrix eſt, ut ad externas provincias armentorum incredibilem pæne copiam emittat, maximeque in Germaniam, quo quotannis prope 150 millia boum educuntur, præter Caſeum, Butyrum, Sebum, & Coria. Equos etiam generoſos & præſtantes producit, quorum etiam vis ingens quoquoverſum exportatur. Paruit olim Iutia Saxonibus, non autem reliquæ Aquilonis regiones. Ex hac Cimbri ante natum Chriſtum annis 150, in maximum terrorem Italiæ velut procella ſe effuderunt. Hi enim adjunctis ſibi Teutonis, Tigurinis & Ambronibus, Romanum Imperium extinguere conſpiraverant. Et nec primum horum impetum Silanus, nec ſecundum Manilius, nec tertium Cæpio ſuſtinere potuerunt. Omnes fugati, exuti caſtris. Actumque erat niſi Marius illi ſæculo contigiſſet, ait Florus. Duravit autem hoc bellum Cimbricum a Syllani conſulatu annos octo, uſque ad conſulatum Marii quintum, a quo tandem ad flumen Atheſin deleti ſunt reliqui exercitus Cimbrorum, Teutonum & Ambronum. Sed quoniam hoc loco in Cimbrorum mentionem incidimus quorum in hiſtoriis nomen celeberrimum, paulo fuſius de his libet diſſerere. Cimbri dicti videntur a Gomero filio Iapeti. Sed quoniam vir eruditiſsimus Iunius doctiſsime de his diſſerit, ejus verba hic non gravabor apponere. Conſtat ex Moyſe Iapeto natam eſſe maſculam prolem, nomine Gomerum, ſive cognata litera Comerum, qua voce apud Hebræos perficiens & circulum ambiens ſignificatur. Ea vero vocis genuina ſignificatio, ſcriptoribus Cimmeriæ linguæ imperitis hactenus ignorata, quod nemo eam caliginem diſcuſſerit, Meridiano Sole clarius eluceſcet me duce, ſi cratem dictionis molliter diſſolvas. Quid enim aliud in iſto idiomate ſonat *Go om her* disjuncta, rurſuſque in compagem clauſa eadem voce, *Gomer* quam in orbem ambio, & curſum perficiendo abſolvo. Hinc dicta eſt & Gomera orbicularis illa diſciplinarum ſeries, quam Encyclopediam Græci ſcriptores, orbem doctrinæ Fabius nominavit, quod nullo fine, ut annulus, circumſcribatur.

Iutia Septentrionalis. Situs.

Imperium majorum. Majorum virtus.

Iure


SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
GERMANICVM PARS
MARIS
BALTHICI
MARIS
WENDSVS SEL siue
Wen sliæ pars
Lym fiord
Lymford
NOR DER
IVT:
LAND
PARS
Harboor
Ty
Tcur
Sal ling
Hals
Aalborch
Aggers
Mariager
Ebeltoft
Randers
Criſtorp
Aarhuſen
Schanderborg
Ringkiöbing
Ribe
Hadersleben
Flensburg
Apenrade
Tundern
Londenis
Starnow
Hastebro
Husby
Nystum
Ramgard
Tondern
Hoyer
Sunderup
Lygumkloster
Ripen
Varde
Skanderborg
Aalborg

Iure igitur felix iſtud nominis auſpicium ſoboli Iapeti obtigit, quæ in orbem circumiit, & uti præ ſe fert appellatio, curriculum datum præſcriptumque ſorte abſolvit; ab ortu ſolis ſubſtratis terris ad uſque ejus poſitum, terras omnes emenſa. Nemo namque hiſtoricæ cognitionis tam eſt rudis & ignarus, quem lateat Gothorum & Vandalorum (qui Cimmeriorum progenies fuere) armis Heſperiam utramque occupatam poſſeſſamque fuiſſe. Quare quum conſentientibus calculis è Gomero propagatos eſſe Cimmerios, omnes fateantur, qui quum principio interiora Aſiæ penetralia tenuiſſent, a Scythis pulſi, & ſemper ad occidua tendentes, in Scandiam, inde in Cimbricam Cherſoneſum trajecerunt; quod convenientius vocabulum gentis Cimbricæ auctori Gomero, & viciſsim genitoris ſui nomen retinenti populo aptari potuerit, quam a circumeundi & circumquaque palandi ſtudio, non perſpicio. Quæ namque gens una majorem terrarum circuitum confecerit, haud facile legendo didiciſſe quenquam arbitror: id quod aperte ac diligenter explanat Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum accuratus ſcriptor, qui Gomeri poſteros ex Armenia profectos ad Tanain uſque amnem excurriſſe, inde per Europam univerſam extremis Gadibus tenus terras omnes multitudine inundaſſe ſcribit. Clariſsime vero propagandi & conficiendi curſus ſui ſtudium ea in gente Plutarchus in vita Marii explicavit, cujus verborum ſententiam ſolum appendam Latinis auribus, ne citandis Græcis lectori faſtidium pariam, chartaſque odioſe prolixus onerem. Cimbros (inquit) prædicant, quoties loco ſe movent mutatis ſedibus, non uno impetu aut aſsidue, ſed quolibet anno ubi tempeſtatis fovet commoditas, prorſum ſemper tendendo, proximas quaſque regiones bello aggredi, quumque varia inter illos populorum ſint nomina, communi appellatione Celtoſcythas agmen ſuum vocare. Alii referunt Cimmeriorum, quos ab antiquo Græci cognoverunt, non magnam fuiſſe univerſitatem, ſed exules potius quoſdam aut ſeditioſos a Scythis exactos, a Mæotide in Aſiam tranſmiſiſſe, ductore Lygdami: longe vero maximam & bellicoſiſsimam gentis portionem in extrema maris Oceani ora conſediſſe, ac regionem opacam, nemoroſam, & propter præcelſas ſpiſſaſque ſilvas ad Hercynium uſque ſaltum pertingentes, ſoli inacceſſam colere. Hactenus fere verba illius utcunque reddidi. Vnde vero Cimbros Germanico etymo Plutarchus, aut Gallico Feſtus Pompeius latrones ac ſubſeſſores dici probare queant, non intelligo, niſi pro latronibus milites conductitios accipiamus, aut niſi videatur Plutarchus id retuliſſe ad peculiarem Genti morem belligerādi, ut quæ clandeſtinis latronum more inſultibus finitimos opprimerer: atq; ita memorat impetuoſo illorū incurſu perculſā Italiā timuiſſe, quū gentē neque de nomine genitaliq; ſede notam, repentinæ nubis inſtar ſuis cervicibus ingruere intellexiſſet. Hactenus Iunius. Iutia hæc in quatuor ſedes Epiſcopales latiſsime patentes diviſa eſt, in *Ripenſem* quæ Ripæ, *Arhuſienſem* quæ Arhuſii, *Vandalicam* quæ *Aalburgi*, *Viburgenſem* quæ *Viburgi* conſiſtit. *Ripenſis* diœceſis, Præfecturas triginta, Civitates ſeptem & Regias Arces decem habet. Koldingæ Regina Dorothea Chriſtiani tertii vidua, ſcholam ſuis ſumptibus inſtruxit. *Arhuſienſis*, Præfecturas 31, Civitates ſeptem & Arces quinque habet. *Arhuſium* ſive *Arhuſia*, Emporium eſt celebre, ob Portum, quem ingens illud Promontorium Helleni efficit, quod ab arce Regia Kalloe, per ditionem Mols, uſque ad altiſsimum Montem, *Ellemansbergh*, ad duo milliaria protenditur, &

Urbes & opida.

tam suo,quam Insularum aliquot objectu , placidum nautis æquor efficit. Sub hac Diœcesi Insulæ sunt *Samsoe*, *Hielm* , *Tuen*, *Hiarnoe Gerno* forte, *Hilgenes* & aliæ plures. *Vandalica* quæ & *Burglavienſis* Diœcesis,Præfecturas tredecim & Civitates sex habet. Partes ejus maxime illustres sunt *Wendsyssel*, *Handhæret* , *Thyland* & *Morsoe*. *Wendsyssel*,sive *Vensilia*,id est,*Vandalorum terra* & *sedes*, Præfecturas sex, Opida tria & Arcem unam habet. Hic est mons *Alberg* in quo gigantum monumenta conspiciuntur. Adjacent Insulæ *Grysholm* , *Hertzholm*, *Tydsholm* & aliæ. In Handhæret est rupes visendæ altitudinis,*Skærringklint* dicta , & in oris ejus Syrtes, quas *Sandores* & *Braccas* vocant. Ei subsunt Insulæ *Oland* & *Oxeholm*. Præfecturas quatuor , Opidum unum nomine *Thystad* , ubi Christianus tertius scholam juventuti primus condidit, & Arcem unam *Orumnam* habet. Sub ea sunt Insulæ *Hansholm*, *Ostholm*, *Jegen*, *Cisland*, *Egholm*, *Bodum*, *Morsea*, Præfecturas tres,unicam Civitatem *Nicopiam* , & Arcem unicam *Lundslod* habet. Insula ei adjacet una , *Ageroa*. *Wiburgensis* diœcesis Præfecturas sedecim, Civitates tres & totidem Arces complectitur. Viburgi generale Concilium Triumvirorum nobilissimorum & sapientissimorum de causis civilibus cognoscendis & dijudicandis , toto fere anni spatio continuatur , nisi ubi inquietæ functionis molestiis defatigati , se in prædiis suis paullulum recreant & vires recolligunt. Huc universæ Cimbricæ Chersonesi casus, querelæ de finibus & hereditatum controversiæ, omnesque capitalium causarum animadversiones,cujusmodi sunt cædes, adulteria, furta & veneficii crimina deferuntur. Ad *Wensliam* Peninsulam,ubi in conum desinens,paullatim se ad Solis ortum æstivum inflectit, est illic Iutiæ angulus , ob pericula nautis adeo formidabilis. Nam ingens dorsum & Syrtis longissime se in Mare protendit,ut,qui tuto & citra periculi metum esse volunt , non propius duobus milliaribus ad littus accedant. Tale est omne Iutiæ littus Occidentale , ut qui in Norwegiam , vel ex Oceano in Orientem navigare intendunt,longo circuitu Iutiam evitare cogantur. Sunt tamen quatuor omnino Montes in hoc littore,ex quibus nautæ habent suas observationes & indicia. Incolæ hujus tractus piscaturam exercent. Cum autem Portum, & fidam navibus stationem non habeant , naves suas ex alto venientes,convocatis in subsidium sociis & vicinis ex Mariin littus pertrahunt,usque eo,quo fluctus Maris transcendere,easque levando tundendoque lædere minime possint. Copiosissima hic in Mari variorum piscium,atque inprimis Alecum captura. His expositis non alienum duxi Coronidis loco adjicere,quod Incolæ harum Regionum Septemtrionalium fuerint & adhuc sint frigidi & sicci,proceræ staturæ,faciei pulchræ,boni coloris,jucundi,læti,suspicioſi, callidi ac in negotiis providi,sani,superbi,amantes suorum,multum comedant ac bibant,bene concoquant, ideoque diu vivant,sanguine abundent,mores severos habeant,& propter cordis calorem, sint pugnaces & rixosi , ament pericula , venationes & peregrinationes , suarum opinionum sint defensores , nihilominus justitiæ memores, in omnibus linguis addiscendis adprime dociles, musarum amantes , & pacta & contractus sancte observent,multos habeant liberos,& quod fœminæ ipsorum difficulter pariant , sintque formosæ & in administratione rei familiaris tenaces & prudentes:ex Catharro autem , morbo regio , angina , pleuritide, fistulis, aqua intercute vel phthisi plerumque moriantur. Achilles Gassarus testatur hic inventa fuisse a Monacho tormenta bellica.

Mare.

Commoditas.

Mores.

Daniæ tertia Tabula, In qua Sleſvicenſis Ducatus pars & Holſatia.

Ducatus Sleſvicenſis.

HÆC de Iutia Septentrionali; ſequitur *Meridionalis*, quæ veteribus, quod a reliqua Germania per Albim fluvium ad Boream divulſa ſit, atque intercluſa, *Nordalbingia* eſt dicta. Ea duos ducatus Sleſvicenſem & Holſatiæ complectitur, de quibus ordine nobis eſt dicendum. Ducatus Sleſvicenſis a Metropoli & pervetuſto Emporio Sleſvico nomen habet. Olim hæc regio *Ducatus Iutiæ*, dicebatur, quę

Unde dicatur.

Imperium majorum.

Waldemarus Abelis Regis Daniæ Pronepos primus in feudum accepit ab Erico Rege circa annum 1280. Exſtincta autem Regum ac Ducum ſtirpe maſcula, & Ducatu Sleſvicenſi cum regno in unum redintegrato ac conſolidato, *Margarita* trium Regnorum Regina ducatum Sleſvicenſem permiſit *Gerardo* Comiti Holſatiæ, hac cōditione, ut a rege Daniæ collatum beneficium recognoſceret. Cæterum civitates Ducatui Sleſvicenſi ſubjectæ quia iiſdem cum Danis gaudent privilegiis, eodem quoque jure cum iis utuntur. Subditi a ſententiis Magiſtratuum cujuſcunque loci ad Principes ac eorum Senatores poſſunt provocare & non ultra, ut privilegiis cautum eſt. Generalis autem gubernatio horum Ducatuum Regi Daniæ ac Adolpho Duci Holſatiæ incumbit, & per vices ab uno ad alium tranſfertur. Proinde cum ad Regem devolvitur, Regiæ ſuæ Majeſtatis nomine per Henricum Rantzovium Vicarium Regis adminiſtratur. Præcipuum hujus Ducatus Opidum *Sleſvicum* vulgo *Schleſwick*. Germanicæ originis nuncupationem habet, ob ſitum, quem ad Sliam, in maris Balthici ſinu obtinet. *Wick* enim & Opidum, & incurvum Maris receſſum, ſive ſinum; & Vicum etiam priſcis Saxonibus ſonat. Quémadmodum Becanus, in ſuis Gotodanicis obſervavit. Crantzius & qui Saxonum conſcripſere hiſtorias, aliam Sleſvico appellationem attribuunt, quam etiamnum apud Danos & Friſios uſus retinere videtur. Hi enim ſua lingua hoc Opidum *Heidebui* vel *Heideba* nuncupant, eo quod a quadam Daniæ Regina, cui Hethæ nomen, dicant primitus eſſe conditum. Eſt autem peroportuno ad negotiationem ſitu, Portum habens ad exercenda commercia, commodiſsimum. Non procul ab hoc Opido *Gotorpia* arx ſita eſt. Telonium hic celebre, ubi compertum, fertilibus annis ex Dania LM Boum, in Germaniam abacta vectigal ſolviſſe. Eſt & in hoc ducatu *Flenſburgum* Opidum cebre; hoc inter Montes excelſos, littori Maris Orientalis adjacet, in quod ejus Portus ſe extendit, tanta commoditate, profunditate & ſecuritate, ut ſinguli fere cives ex domibus ſuis naves mercibus implere, & eaſdem rurſus exonerare poſsint. Sunt & *Huſenum*, *Haderſlebia*. Habet unum hic Ducatus Epiſcopatum Sleſvicenſem: Capitula duo, Monaſteria tria: Caſtra tam Principum, quam Nobilium varia. Ordo autem Senatorum cujus iam aliquoties facta mentio plerumque conſtat numero XXIIII perſonarum equeſtris ordinis, quibus adhibetur generalis Cancellarius, nec non nomine uniuſcujuſque Principis duo Iuris Doctores.

Opida.

Senatores.

Holſatia Ducatus.

Holſatia, a ſilvarum ſaltuumque frequentia, quibus commune cum lignis nomen in lingua indigena eſt (nam & ſilvam & lignū promiſcue *Holt* Cimbri ac Germani inferiores dicunt) nomen obtinere arbitrantur.

Holſatia. Unde dicta.

Eſt


septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
30
31
32
33
54
55
MARE BALTHICUM
OCEANI GERMANICI PARS
HOLSATIA
STORMARIA
DITMARSIA
WAGRIA
SAXONIÆ INFERIORIS PARS
Oost Zee
De Strantsire
Husum
Londenbergstede
Tönning
Stapelholm
Westerheuer
S. Peter
Weselenburen
Busen
Ditmarsia
Meldorp
Albis fluv.
Atel dorp
Dat
Stycck
Niewolde
Olterendorp
Bolla flu.
Mißelwerde
Stotel flu.
Geistendorp
Olde Lunebergen
Hamelswort
Azel
Drochten
Stade
Olnelport
Hörborg
Brêmer Furde
Kehdinger Land
Lange Moer
Tullinstet
Hamborch
Bergerdorp
Reinebec
Albis flu.
Winsen
Werder
Lauenburg
Ritzerow
Nieslo
Hamlerberg
Lubeck
Eckhorst
Struckdorp
Wakendorp
Oldenhorn
Trittow
Quickborn
Heist
Pinnenberg
Wandesborch
Nieuschou
Oldesloe
Reinevelt
Oltzeborch
Winsen
Borstel
Lezin
Bramstede
Hey de van
Segeberg
Segeberg
Gorf
Arnspoke
Visscentorp
Grönneberg
Saxtorp
Latedorp
Brake
Ploe
Stendorp
Nuchel
Oytin
Posu
Slamerstorp
Ovelgunne
Nie stadt
Syrhoyen
Wittenberg
Haserborch
Schonewide
Cisnar
Neverstorp
Oldenborg
Coselow
Grube
Satuvit
Niere
kerck
Lankerk
Borch
Putlose
Garts
Nxendorp
Klatkap
Hogfelt
Gikow
Schreuelhof
Salsow
Hagen
Neverstorp
Hohehaus
Gretzenbro
Niehof
Bulke
Wolberg
Karel
Quernebeck
Schonhe
Dobbertzhorp
Preise
Lutken
Klantze
Borsholm
Nordorp
Curau
Partwol
Lecu
Ven
Bartsou
Labrue
Niemunster
Tastorp
Reder
Matz
Gridien
Ölerstorp
Silsen
Va le
Pautze
Brockstede
Bostede
Reslorp
Brunstede
Oberstorp
Menkelo
Wilste
Stoer flu.
Stoer flu.
Brunshuttel
Eddelaken
Barlt
Arkebeck
Averdorp
Surhayde
Fulst
Northayde
Meldorp
Heyde
Nikerk
Weddingst
Ekelsfort
Ludow
Schirnow
Sestedt
Resbo
Ostenda
Nussk
Niehof
Westense
Gottorp
Eschelmark
Gronholt
Sastorp
Swantsen
Cohouet
Horbe
Hutten
Crop
Hollingstedt
Stauestede
Londen
Ei
Nyenkerke
Wester-wolt
De Stortbeck
Norderet
Sefflusteck
Tren flu.
Delve
Sorg flu.
Eider flu.
Hamelswort
Krempe
Bramstede
Eppendorp
Bridderp
Eockele
Stenborch
Caden
Henstede
Winsen
Basmstede
Tiessen
Wersen
Colmar
Hasseldorp
Heist
Bla
Kenese
Nieusteden
Tremesbuttel
Berch
stede
Wandesborch
Hamborch
Reinebec
Bergerdorp
Albis flu.
Winsen
Werder

Est enim regio silvis saltibusque frequentissima. Nec desunt qui a Cavo lapide etymon vocis advocent, quod Duces Holsatiæ, Comites a Cavo lapide prius dicti sint. Terminos habet ab Ortu Bilenam fluvium; ab Occasu Storam, ab Austro Albim: a Septemtrione vero Eideram. Regio ipsa nemorosa ac saltibus occupata, unde

Situs.

lignorum affatim, ut plus illis lignorum pereat, quàm Frisiis suppetere possit, cum nihilominus focos largissime instruant ipsi.

Soli qualitas.

Verum cum silvarum apud eos finis non sit, Quercus tamen vix gignit robustas, sed Fagis plena omnia, quarum fructu Porci saginantur, majori quàm dici queat numero. Ager plerumque singulis trienniis, mutatis vicibus, piscationem uberem, ac frugum divitem præbet messem. Tribus enim annis colitur, seritur, metiturque arvum, tribus deinde annis stagna admittuntur, ut pisces depascantur gramina ac pinguis quædam adducatur maceries, agrum fertilem reddens. Vineta non fert, nec Oliveta hic locus. Ferarum frequens est venatio. Equorumque magnum hæc regio producit numerum.

Animalium varietas.

Holsatia divisa est in partes quatuor in *Dithmarsiam*, *Holsatiam*, *Stormariam* & *Wagriam*. Hæ fuerunt olim Comitatus & postea a Friderico Imperatore tertio, Christierno primo id petente, erecti sunt in Ducatum, qui jam Sacro Romano Imperio 40 equites ac 80 pedites alere tenetur. Dithmarsia autem primo in libertate constituta fuerat per aliquot centum annos, quæ etsi a Friderico Imperatore, Christierno primo in feudum concessa, tamen eo tempore nondum subacta fuit. Filii quidem ipsius Rex Ioannes & Dux Fridericus anno Domini 1500 expeditionem in illam

Imperium majorum.

susceperunt, sed istorum exercitu fuso libertatem suam Dithmarsi defenderunt, donec tandem a nepotibus Christierni I, Duce Ioanne & Adolpho, ac Friderico II, Rege Daniæ sunt victi ac superati anno Domini 1559. In Holsatia urbes hæ, *Segeberga* in Wagria Holsatiæ regione, quarto a Lubeca miliari. *Itzohoa* situ

Urbes.

locique natura, navigationeque præstans opidum: *Stora* cingitur piscoso & navigabili flumine, quod in intima Holsatia ortum, aliquot Opida & nobilem illam Ranzovianam domum Bredenbergam alluit, postea que se in Albim exonerat. *Chilonium* vulgo *Kile* vetus est Opidum, Portumque habet capacem, in quem ex Germania, Livonia, Dania, & Suecia magno Holsatiorum quæstu merces deferuntur. Sunt in eodem Holsatiæ tractu *Crempa* & *Reinholdsburgum*: illi nomen est a fluvio præterlabente, huic a conditore. Sunt & *Meldorpia*, *Heimincksle* & *Tellincksle* in Dithmarsia, & Stormariæ Metropolis *Hamburgum* Emporium nobile ad Albim, quod post multas calamitates bellicas a Carolo magno restauratum est, & tempore Henrici IV Imperatoris muris cingi, portisque tribus & turribus duodecim ornari cœpit. In hac urbe visit

Lacus.

sepultusque est Albertus Crantzius, Historicus neque indisertus, neque mendax. Paludibus frequens regio, inprimis vero Dithmarsia, quæ paludum beneficio innixa semper obsequium Daniæ Regum respuit, superioribus annis jugum admittere coacta. Fluviorum qui hanc regionem irrigant, nominatissimus est *Egidora*

Flumina.

vel *Eidera*; sunt & alii, quorum plerique rivuli potius quam justi fluvii dicendi. Cæterum mare Balthicum,

Maris commoditates.

qua parte Holsatiam & Slesvicum Ducatus alluit certos habet & jucundos sinus, Isthmos Græci nuncupant, in quos magno accolarum commodo erumpit, & tutos negotiatoribus navibusque marinis fluctibus detegatis præbet recessus. Piscatum etiam uberem & maxime Salmonum alicubi subministrat. Regio plana est,

Montes.

quæ

quæraris extollitur Montibus, & quem inter duos præcipuum exhibet is minime rarus, situ est perjucundo,& belli togæque ornamentis quibus a nobilissimo viro Henrico Rantzovio decoratur, admodum celebris,inter Lubecam & Hamburgum urbes nobiles. Arcem tam antiquitate, quam primo conditore illustrem sibi impositam,& ad radices Opidum adjunctum habet. Silvæ hic frequentes, quibus pene tota implicita ac referta, inprimis Dithmarsia.In his *Borcholt*, *Burgholt*, *Alverdorpenholt*, *Resenwalde* ac complures aliæ.Habuerunt autem Holsati 48 viros totius terræ Præsides,ad hos ex singulis parochiis appellatio devolvebatur.Hi judicium exercebant.Subactis autem illis cum jam divisi sint in duas partes, in singulis præcipui eliguntur ex Incolis ejus terræ viri xii una cum Præfecto, qui plerumque est Doctor sive Licentiatus juris.Hi omnes honesta habent salaria à Principibus,additurque illis scriba,nec non inspector sive Præses ex nobilitate Holsatica. Horum alter ex parte Regia plerumque est Præfectus Steinburgensis, alter vero ex parte Ducis Adolphi, est Præfectus Gottorpiensis. Subditis tamen libera conceditur appellatio ad Principes & Senatores utriusque Ducatus, tam Slesvicensis, quam Holsatensis,sed non ulterius.Habuerunt antea jus scriptum,quod paullulum jam mutatum est, & secundum jus commune reformatum,compilatumque ab Henrico Rantzovio Vicario Regio,Sigefrido Rantzovio, domino quondam in Nienhus,D.Adamo Trazigero & D.Erasmo Kirslemio,secundum quod jus omnes causæ deciduntur & pœnæ delictorum irrogantur.

Silvæ.

Senatores.

Leges & Institutæ.

Holsatia habet quatuor ordines,Nobilium, Ecclesiasticorum, Civium & Rusticorum, quorum duo sunt genera. Aliqui enim possident bona propria,hæreditaria ac libera.Alii vero bona conductitia censui aliisque exactionibus & servitiis obnoxia. Nobiles habent arces ac prædia sua cum pleno dominio majore ac minore,cum venationibus, piscationibus & aucupiis, quæ maxima ex parte sunt allodialia & hæreditaria. Nonnulla sunt feudalia tam masculina, quam fœminina. Familias non habet ultra 24, quarum nomina in Holsatica chorographia recensentur, ex qua excerpi possunt,sed in singulis multi ex eadem stirpe progeniti existunt, ut Rantzoviorum fere hoc tempore sunt centum & quinquaginta castra,ac varias possessiones obtinent. Inveniuntur etiam Alesseldiorum & Powischiorum fere totidem. Habet Holsatia Episcopatum unum,videlicet *Lubecensem*. Hamburgensis enim Episcopatus Bremensi subjectus est. Nobilium lites dijudicantur a Senatu Ducatuum judicio,præsidentibus plerumque Principibus,ut privilegiis ipsorum cautum est. Ab ordine Senatorio interposita idonea cautione appellare licet ad Cameram Imperialem. Cives gaudent propriis privilegiis ac utuntur jure Romano sive etiam Lubecensi. Subditi a sententiis quas Senatus Civitatum tulit,appellare possunt ad quatuor Civitates judicio peculiari exercendo destinatas. Ab his permittitur ipsis appellatio ad Principes & Senatores Holsatiæ, ac ulterius etiam ad judicium camera Imperialis,ita tamen ut cautio idonea præcedat.Rusticorum causæ ventilantur per eorum catisidicos sub dio in patentibus campis. Adsuntque ejusdem loci viri nobiles una cum Præfectis ac duobus assessoribus, veluti testibus. Ibi in medium prodeunt, qui contra alios litem se habere existimant, auditisque & cognitis partis utriusque actionibus defensionibusque,conventus universus rusticorum è consilio exire jubetur. Expensis ibi diligenter controversiis in consessum redeunt vocatisque litigatoribus de jure pronuntiant.

Familiæ nobiliores.

Daniæ IV Tabula, Fioniam cũ circumjacentibus Insulis continens.

Fionia.
Unde dicta.

HÆC pro Methodi ratione de Ducatu Sleſvicenſi & Holſatia ſint ſatis; ſuccedit *Fionia* cum Inſulis circumjacentibus. *Fionia* vulgo *Fuynen*, primum locum inter cæteras in ſinu Codano Inſulas a Zelandia tenet. Nomen habet a pulchritudine. Eſt enim tam formæ quam ſitus amœnitate conſpicua.

Situs.

Tam modico autem interfluente freto, *Middelfar Sunt* dicto, a Continente Daniæ avulſa eſt, ut cohæſiſſe videatur. Hæc ſicut ab Occaſu Iutiam, ita ab Ortu Zelandiam proſpectat, ac medium Daniæ locum obtinere putatur; ab extimæ remotionis limite pari ſpatiorum intercapedine diſparata.

Soli fertilitas.

Habet in longitudine milliaria duodecim & in latitudine quatuor. Terra (ut Mare piſcoſiſſimum taceam) eſt uberi gleba & colono admodum grata. Copioſo enim Frumentorum proventu ita abundat, ut ad remotiſſimas regiones, ea quotannis paſsim emittat, præſertim Siliginem & Hordeum. Ac cum ager iſte multis dotibus, & cerealibus bonis adeo ſit fœcundus, nunquam tamen ſtercoratur. Vnde ante civitates multum fœtoris eſſe ob abjectos pecorum fimos, qui ibi nulli uſui ſunt, ſcribit Munſterus.

Animalium varietas.

Tot etiam Regio hæc Boum armentis abundat, tam fœcunda Vaccarum atque Equorum mater ac nutrix eſt, ut numeroſos Boum & Equorum greges Germanis annuatim ſuppeditet. Nec deſunt, ob multas per totam Inſulam ſilvas, Cervorum, Capreolorum, Leporum atque Vulpium venationes.

Urbes.

In ejus quaſi meditullio Metropolis eſt *Ottonia* vel *Ottonium* vulgo *Ottenſche* Vrbs Epiſcopalis ab Ottone primo, multorum teſtimoniis ædificata, circa ea tempora, quando Heraldum regem ad fidem Chriſtianam ſuſcipiendam impuliſſet. Vrbs hæc Emporium eſt Inſulæ non vulgare, in quo circa feſtum Epiphaniæ Inſulanorum ac præcipue nobilium frequens conventus, ſicut Kilonii in Holſatia, celebrari ſolet. Diſcreta eſt autem Flionia in Præfecturas viginti quatuor, Civitates ſexdecim & Arces Regias ſex. Reliquæ autem Civitates circum Ottoniam veluti centrum æquali prope diſtantia, in Maris littore ita ſunt conditæ, ut Portuum ſituſque oportunitate, negotiationes ſuas, non ſolum in Mari Balthico, verumetiam per Sueciam, Norwegiam, Ruſsiam, Belgium atque Germaniam longe lateque exercere ſoleant. Inter eas ſunt *Niburch*, *Stenburch*, *Faborch*, *Aſſens*, *Bogens*, *Middelfart*, *Kettemynde*. Arces Regiæ præcipuæ *Neuburgum*, *Hagenſchow*, *Hinſgagel*, *Eſcheburg*, & curia *Rugard*. Pagi hîc complures, & Nobilium prædia non pauca.

Maris commoditas.

Eſt enim hæc Inſula ob cœli amœnitatem, & jugera fructuoſa, Nobilibus viris gratiſsima. Mare incredibilem piſcium fœturam & copiam ſubminiſtrat: ac Sinus omnis tanta piſcium frequentia repleri conſuevit, ut interdum impacta navigia vix remigii conamen eripiat; nec jam præda artis inſtrumento, ſed ſimplici manus officio capiatur. Qui littora inhabitant, præter agriculturam, piſcationibus etiam incumbunt, unde non contemnenda rei domeſticæ compendia ſibi comparant. Sunt etiam quædam in hac Inſula loca, bellicis præliis noſtra

Montes.

memoria nobilitata. Eſt enim Mons quidam *Ochenberg* non procul ab arce Hagenſchow, in quo regis Chriſtiani tertii auſpicio Ioannes Rantzovius Eques auratus Dux belli, ingenti prælio devicit Chriſtophorum Comitem Oldenburgenſem, Anno Chriſti MD xxx, die xi Iunii, quo in conflictu duo Comites, alter Hagenſis, alter


DANIÆ VV TABVLA.
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
31
32
33
55
56
IVTIA
PARS
AVSTRALIS
FIONIA
ZELANDIÆ PARS
SCONIA
Seldorp
Wedersbant
Ebelø
Arnis
Grindelae
Coroppa
Coroy
Steko
Heroy
Sauagger
Bowens
Hersloe
Ostorpgard
Orgard
Golbing
Sembry
Sunderslef
Ostorp
Kerrgard
Paulund
Henneberch
Kolding
Gelstrok
Welby
Lundby
Allsø
Bert
Brandstrup
Rugard
Langeslef
Porop
Westorp
Rorslo
Harndorp
Sagarum
Gambery
Brembry
Dalmkloster
Aelis
Viby
Wiby
Tomer
Brohy
Feuslbou
Balsla
Osloe
Kiucks
Tandorp
Barlos
Sehy
Hanssborch
Huslyv
Ganglond
Ostenbery
Bokø
Aver
Haderslenе
Kerndorp
Sunderby
Flem
Wandding
Ostby
Hapdorp
Ayenrade
Norderborch
Emelgard
Lussappel
Iken
Kenting
Torp
Mesk
Torpgard
Gammelgard
SEN
Tanisgart
Monckgard
Jorbeck
Ronshoff
Sunderborg
Arnis
Willy
Eschebi
Romsø
Sabrisbouet
Hueritg
Brohucke
Mesing
Kartremunde
Lundsgard
Rorbeck
Schouwgsto
Schendorp
Bowens houet
Driftorp
Boldorp
Vbesø
Julby
Ny: borg
Weerpgarde
Eulderup
Knutzhouet
Tyrø
Hlips hauen
Degerhouet
Halfschow
Linkwit
Hugerop
Frandorp
Wolderslo
Brangstorp
Erbeck
Cosildgard
Tangart
Fangø
Lunchy
Renn
Runkeby
Lunggard
Glory
Ostendorp
Lange
Helagger
Smerslack
Gudmo
Oms
Aggerø
Broholm
Eskebou
Loroy
Tyrenborch
Kirckby
Scarop
Melsdorp
Sehy
Swinborch
Eckholm
Ho
Sipens
Bostorp
Tranekar
Farnuel
Rudkoping
Schrosof
Toysbyrl
LAN:
Schosbo
GE
Schofgar
LAND
Kruggelos
Magelby
Bcll
DC
Arr
Strynokerck
Tullstg
Birkhof
Breening
Ketterup
Bertby
Syrø
Rafkel
Vlstyrl
Nackeby
Egens
Vlderop
Witkel
Ranft
Touholm
Eliutsholm
Swanigh
Schering
Foborch
Santhelt
Harby
Hvidholm
Flum
Knöl
Lyø
Helitzgard
Arnæ
Loybaugh
Swelting
Jollo
Dryø
Munkø
Kenis
Kop ing
Risø
Tandorp
Ars
Helletns
Jorbeck
Ostorpgard
Glesmas
Ory
Vtha Germanica Comu
1
2

alter Tecklenburgenſis interempti ſunt, quorum cadavera poſtea loco pugnæ effoſſa, Ottonium delata, & in templo Canuti ſunt ſepulta. Circa idem etiam tempus in monte Fauſcheburg, qui 1 milliaris intervallo diſſidet ab Opido Aſcens, aliquot ruſticorum millia cæſa ſunt atque profligata. *Silva.* Multis præterea Silvis ornatur hæc Regio in quibus Feratum magna copia. *Opera publica.* In urbe Ottonio duo ſunt Templa inſignia, unum Canuto, alterum Franciſco conſecratum. In hoc Ioannes Rex anno Chriſti M D XIII, & filius ejus Chriſtiernus, cum in exilio & captivitate annos XXXVII conſumpſiſſent, anno M D LIX. ſepulti ſunt: circa illud forum eſt valde amplum & ſpacioſum, in quo Rex Daniæ cum Ducibus Holſatiæ & Sleſvici antiquum fœdus anno M D LXXX renovavit. Ferunt etiam Ottonii matrem Regis Chriſtiani ſecundi, mirabile & artificioſiſsimum opus, ingenioſa ſculptura in ligno formatum ſuper altare quoddam apud Minoritas collocaſſe, cujus ſimile in Europa non invenitur. Atque hæc de Fionia, nunc ad Inſulas tranſeamus. Sub Fionia continentur Inſulæ nonaginta ad Meridiem ſitæ, pleræque habitabiles, quarum illuſtriores contra Vandalicas civitates objectæ hæ ſunt: *Langelandia*, *Lawlandia*, *Falſtria*, *Aria*, *Alſa*, *Toſinga*, *Aroe*. *Langelandia.* *Langelandia* vulgo *Langeland* milliaria ſeptem Germanica in longitudine habet. *Lawlandia.* In hac Opidum eſt *Rudkepinga* dictum, & *Tranekera* arx regia, ſuntque in ea complures pagi, parochiæ & procerum ædes. *Soli fertilitas.* *Lawlandia*, freto *Groneſund* a Zelandia & exiguo maris trajectu a Falſtria ſeparata. Hæc Frumenti & Avellanarum Nucum eſt adeo ferax, ut naves eis onuſtæ plures in provincias deferantur. *Opida.* Opida habet quinque, quæ ſunt *Niſtadt*, *Naſco*, *Togrop*, *Rotbus* & *Maribus*: præterea Arces *Falſtria.* aliquot Regias, procerum ædes, parœcias & pagos multos. *Falſtria*, longa eſt quatuor milliaria Germanica, *Opida.* ac Civitates habet *Stubecopen* & *Nicopen*, quæ Daniæ Neapolis ob amœnitatem, ac præſtantiam dicitur. Ex hac Inſula juxta Regis prædium, frequens in Germaniam trajectus, qui ſeptem eſt milliarium ad Warnemundam. *Aria.* Plurimum Frumenti annuo proventu vicinis locis ſuppeditat. *Aria* ſeſquimilliari ab Elyſia diſtans, ſilvis conveſtita, ac proinde gratos venatoribus præbet receſſus, tres habet parochias & aliquot Nobilium curias, cum Opido & Arce *Koping*. *Eliſia.* Cum Eliſia, ad Ducatum Sleſvicenſem ſpectat, Ducique Ioanni paret. *Situs.* *Elyſia* ſive *Alſa* vulgo *Alſen* mediocris magnitudinis Inſula, nam quatuor milliaria in longitudinem, duo in latitudinem patens, non magno intervallo a Ducatu Sleſvicenſi ſeparata, marinum receſſum, ac Sinum Flenburgenſem *die Flenſburger Wick*, reſpiciens, a primis Anglorum ſedibus eodem ſinu diſterminatur. Monet nos Rantzovianum Muſæum, Romanos, Inſulares hoſce *Eliſios* nuncupaſſe. Quemadmodum & eos, qui proximam colunt Inſulam, *Arios*. Quam eandem hoc tempore appellationem retinent. Ptolemæus perhibet, *Anglos* antiquiſsimos eſſe terrarum Septentrionis, ad Oceanum Incolas. Quibus Tacitus conjungit *Eliſios*, *Arios* & *Monimos*. Quorum jam quoque nomina, iis locis in uſu ſunt, *Alſen*, *Arr*, *Moen*. Opidum in Alſen, ſive Eliſia eſt *Sunderburgum*, & ejuſdem nominis Caſtrum, cum aliis *Norborch*, *Oſterholm*, *Die Holle*, *Gammelgard*. Parochias habet populoſas decem & tres, unde aliquot armatorum millia ſubito dare poteſt. *Silva.* Saltuoſa eſt, quare Cervorum & varii generis Ferarum venationem præbet. Quemadmodum & marinos dulciumque aquarum Piſces, atque Siliginem. Et quia paſsim compaſcua, rei pecuariæ fovendæ idonea.

Taſſinga

Tassinga sive *Tosinga*, inter multas alias Insulas, prope Opidum Fioniæ *Swineburgum*, præcipua, milliare in longitudine habens, in qua præter aliquot parochias, curia est *Kettorp*, ad Rosenkransios & Rantzovios spectans. *Tosinga.* *Situs.*

Ex hac Insula, ab Opido Ascens, in Iutiam duo sunt milliaria, ex Niburgo in Zelandiam quatuor milliarium per mare Balthicum trajectus, alioqui admodum periculosus, præsertim mari procellis exagitato. Nam cum Orientalis pelagi unda, ex tot fluminibus jugiter illabentibus aucta, inter tam multas Insulas exitum quærens, in modum torrentis, velocissimo cursu protrudatur, facile contingit, ut ventis a diversa parte obluctantibus, fluctus in immensum attollatur: Nautæque undarum ambiguis vorticibus, periculose implicentur, unde multi in hoc trajectu absorpti feruntur. *Aroe*, in aditu Slesvicensis Ducatus sita, ubi in Fioniam per Arsensem sive Ottensem sinum, ad Opidum Ascens, trajicitur. Quatuor est distinctis habitata pagis. Sunt & Insulæ *Romsø*, *Endelo*, *Ebelo*, *Fenno*, *Boko*, *Brandlo*, *Toroe*, *Aggernis*, *Hellenis*, *Tordo*, *Birckholm* etc. Hæc de Fionia Insulisq; circumjacentibus dicta sufficient. *Mare.* *Aroe.* *Situs.* *Huena.*

Quibus hoc loco potius quam nusquam descriptionem Insulæ *Huenæ* in celebri Porthmo Regni Daniæ quem vulgo *Oersund* vocant, sitæ, Coronidis quasi loco libet adjicere: in qua Arx *Vraniburgum* dicta, quamplurimis, varia exactaque ratione, elaboratis Machinis Astronomicis referta. Hujus Insulæ medium ubi Arx ipsa consistit, elevationem Poli quinquaginta quinque, 54 cum dimidio graduum obtinet & ab Occasu removetur partibus 37 fere. Habet autem in circuitu 8160 passus majores, quorum quilibet 5 pedum passuum sit, unde duo quasi milliaria Germanica mediocria in ambitu adæquat. Quæ, cum in celeberrimo totius Regni Freto, per quod quamplurimæ naves ab Orientali in Occidentale mare, & vice versa jucundo prospectu transeunt, constituatur, quædam etiam hujus Regni præcipua Opida in propinquo circuitu prospicit. In Zelādia Hafniam versus Libonotum tribus milliaribus distantem, Helsingoram, ubi naves prætereuntes solvunt vectigalia, & Arcem Croneburgum versus Circium duobus milliaribus. Totidem etiam Helsinburgum in Septentrionem, idque in Scaniæ littore distat, in quo etiam Landiskronia, unico saltem milliari disita. Versus Eurum patet Lunda, quæ licet maritima non sit, tamen hinc spectatur versus Meseurum distantia 4 milliarium. Malmogia vero Vpophænicem respicit, remota milliaribus quinis. Licet vero non admodum magna sit, nulla tamen ejus pars ociosa & sterilis existit, estque ferax Frugum, & Iumentis abundat, alit Damas, Lepores, Cuniculos & Perdices magna copia, ac piscaturæ apprime oportuna est. Silvulam habet ex Corylis, ubi nulla Nucum vermiculis unquam infecta visa est, ut neque Glires hæc terra patitur. Olim quatuor Arcibus insignis erat, quarum nomina adhuc recensentur: *Synderburga*, quæ versus Meridionale littus sita erat, quem admodum *Nordburga* oppositas partes circa Boream obtinebat. *Karhecidia* vero Ortum hyemalem, veluti *Hamera* æstivum respiciebat. Harum quatuor Arcium fundamenta adhuc conspiciuntur, sed rudera nulla sunt residua. Licet vero Insula hæc admodum alte inter marinam salsedinem exsurgat, rivulos tamen & fontes aquæ dulcis non paucos habet. Estque inter alios fons, qui nulla unquam hiberni frigoris vehementia congelatur, quod alias in his Regionibus est rarissimum. *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.*

Regio. Nomina, & unde deducta.

Oruſſiam vltimæ Germaniæ oram a Boruſsis populis nomen obtinere, Eraſmus Stella author eſt. Hi, teſte Ptolemæo, ad Riphæos montes, ubi in Septentrionem fuſius excurrunt, nec longe qua Tanais ex eis erumpit, conſederunt: & ſedium ſuarum pertæſi, valida manu, ſe in hæc loca effudere, & a ſuo nomine Boruſsiam totam regionem dixere, quæ nunc una litera extrita & altera mollius expreſſa, *Pruſſia* dicitur. Boruſsia a Viſtula amne, quem ad Occidentem terminum habet, incipiens, ſinumque Maris Balthici qui Septentrionale ejus latus ambit, percurreus, ad Ortum *Alanos* habet, ad Meridiem *Hamaxobios*. Aëre fruitur amœno, ſed frigidiore. Regio omnis eſt fœcundiſsima, & finitimis Provinciis longe beatior: Ager Frumenti feraciſsimus quod Polonicum & Lithuanicum bonitate excellit. Abundat Melle & Apibus æque ut ceteræ regiones Septentrionales. Eſt in ea quoque Pecorum ingens vis, multa ac copioſa venatio. Ingentes enim vaſtæque Silvæ multa Ferarum genera alunt. Quæ præter Vrſos, Apros, Cervos, quibus abundant; proferunt Vros excellenti vi & velocitate, vulgo *Bubalos* vocant. Gignunt & Bizontes jubatos, è Boum ſilveſtrium genere. Equos etiam ſilveſtres quorum carne Incolæ veſcuntur. Gignunt & Alces quos vulgo *Elandes* vocant: ac Ictides vulgo Martes. Vſque ad tempora Friderici II Imperatoris plerique Boruſsi Idololatræ fuerunt, quo imperante anno MCCXV Crucigeri Ordinis Teutonici eos vicere, Religionemque Chriſtianam docuere. Poſtea Provinciæ & Civitates Boruſsiæ anno MCCCCIX Crucigerorum moti avaritia & ferocia, ad Caſimirum Poloniæ regem defecerunt. Poſt annos triginta octo repetita defectione Marieburgum cum aliis caſtellis & urbibus regi venderunt 476000 florenis. Quum autem Mariani obedientiam Regi recuſarent, tamdiu utrimque vario Marte dimicatum eſt, donec univerſus tractus Alberto Brandeburgico ultimo Crucigerorum Magiſtro ceſsit, qui etiam Cracoviæ a Sigiſmundo Poloniæ Rege Princeps ſecularis & Eques auratus factus eſt. Diviſam autem fuiſſe Boruſsiam tradunt in duodecim Ducatus a Veneduſo principe, quorum nomina hæc: *Sudavia, Sambia, Natangia, Nadravia, Slavonia, Bartonia, Galindia, Warmia, Hogerlandia, Culmigeria, Pomeſania & Michlovia.* *Sudavia* prorſus a Crucigeris ita vaſtata eſt, ut ex nobili Ducatu hodie vix ſeptem pagi, & quidem viles, in Luptavienſi territorio ſuperſint. In *Sambia* ſunt Civitates plures, *Lebenicht*, exſtructa anno MCCLVI: *Kneyback* anno MCCCLXXX: *Regius Mons* MCCLX; *Fiſchuſia* anno MCCLXIX; *Lechſtet* anno MCCLXXXIX; *Mulmelburgia* anno MCCLXXIX. In *Natangia* civitates ſunt *Valdonia, Girania, Centia, Creneburga, Heiligenbeil, Fridlandia, Schippenbeilia, Brandenburga.* In *Nadrovia* vix aliquot caſæ & tuguriola ſuperſunt: cætera vaſtata ſunt. In *Slavonia* ſunt *Ragneta, Tilſa, Renum, Liccovia, Salavia, Labia, Tapia, Vintburgia, Chriſtaederder, Baytia, Ceſtia, Norbeitia, Venſdorf, Angenburgia* & *Dringofordia.* In *Bartonia* ſunt *Nordenburga, Johanſburga, Jurgburga, Inſerburga, Richtentrder, Bartonia* & *Rhenum.* In *Galindia* ſunt *Orteleburgum, Raſtenburgum, Neyburgum, Paſſenhumia, Dreſchlovia, Lucia* & *Lutzenburgia.* In *Warmia* ſunt *Reſſel, Streburg, Biſchofſtem, Wertenburg, Allenſteyn, Melſatia, Helſberga, Wermeditum* & *Guſtadia.* In *Hogelandia* ſunt *Brandenburgum, Tolkiemit, Munhuſia, Scharpovia* & omnium maxima *Elbinga*, in littore maris exſtructa, ſplendidis civium opibus & mercatorum frequentia celebris.

Situs. Cœli qualitas, & Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium Majorum.

1409 Ladislaus Jagello regnabat

Urbiũ nomina.

In


BORVSSIA SIVE PRVSSIA.
PRUSSIA
MARE BALTICUM
Curisch haff
Curisch nerung
Frisch haff
Frisch nerung
Pautzker wick
Pautzke
Cassubiæ
Pars
Klein Werder
Gros Werder
Marienburg
Elbing
Thorn
Graudentz
Culmigeria
Culm
Althaus
Schwetz
Engelsburg
Rosenberg
Riesenburg
Neuenburg
Marienwerder
Stum
Christburg
Preussmarck
Morung
Salfeld
Liebstadt
Mehlsack
Wormdit
Wusen
Holland
Pogesania
Pomerania
Pomerelia
Warmia
Ermland
Sossavia
Lobavia
Soldau
Strasburg
Lautenburg
Brietzen
Gilgenburg
Hohenstein
Ortelsburg
Passenheim
Gurken
Lyck
Johannsburg
Rosenbeck
Rosocken
Wildenburg
Sorchitten
Jamonia
Desertum Mazoviæ
Mazovia
Mazoviæ Pars
Nadravia
Barthenstein
Allenburg
Preuss Eylau
Heiligenbeil
Fischhausen
Königsberg
Neuhaus
Waldau
Cremitten
Labiau
Memel
Garsden
Prekol
Crackerort
Heidenkrug
Schakunicke
Leichern
Ragnit
Samogitiæ Pars
Samaiten
Schalavonia
Grandenwalt
Tapiau
Taplauken
Salaw
Georgenburg
Insterburg
Wirballen
Bilsa fluvius
Nuttingsdorff
Nordenburg
Goldap
Benkeim
Angerburg
Drugfort
Barte
Letzen
Wilimin
Stradawn
Nicolai
Raigrot
Goniondz
Podlachiæ
Pars
Colno
Lomse
Grodno
Brandenburg
Balga
Zinten
Pellen
Braunsberg
Frawenburg
Hoenfurt
Lansperg
Leunenburg
Heilsperg
Rastenburg
Seeburg
Rehden
Seesen
Seesburg
Wartenburg
Schönbrück
Allenstein
Komoten
Pordeen
Peitzschendt
Galindia
Osterod
Hohenstein
Orteilsburg
Roggenhausen
Lesen
Bischofswerder
Neumarck
Gilgenburg
Hohenburg
Soldau
Zum Leuen
Lautenburg
Strasburg
Leippe
Frideck
Papau
Colmense
Cauernick
Jamonia
Serpschitz fluv.
Omulew fluv.
Narew fl.
Korschelitzky
Wilkowiscken
Rhein
Memel fluvius
Minuvel flu.
Labia
Medlanck flu.
Angerapp
Pregel fl.
Inster flu.
Deime
Alle flu.
Passarge
Drewentz fluv.
Ossa
Wipsch
Drusno
Dursch flu.
Nogat fl.
Vistula
Militaria Germanica Co:
Occidens
Septentrio
Meridies
Oriens
41
42
43
44
45
46
55
54
53

In *Culmigeria* sunt, *Turunia* nobile Emporium exstructum ad Vistulam anno MCCXXXV: *Culmina*, *Wentslavia*, *Aldusia*, *Geandentz*, *Gugeleburga*, *Schonsa*, *Stesburga*, *Bartonia*, *Neumarckt*, *Rogosna*, *Papania*, *Friedeck*, *Lipno*, *Lesna*, *Golba*, *Luben*, *Reden*, *Bergelavia*, *Lantergurgia*. In *Pomesania* est *Marieburgum*, Civitas ampla, exstructa anno MCCCII: *Mentticha*, *Stum*, *Christburga*, *Prensmarc*, *Salfeld*, *Merinec*, *Holand*, *Luhstadia*, *Osterrada*, *Rosenburga*, *Marienwerder*, *Garnesia*, *Eulonia Germanica*, *Lebmulia*, *Hohenstein*, *Schonenberga*, *Curlenburga*, *Neunburga*, *Salavia*. In *Milchlovia* omnia destructa & vastata sunt, præter unam *Straburgam*. Regio omnis importationibus exportationibusque variarum mercium apta, propter frequentiam fluminum, sinuum

Flumina. Portuum. Fluvii præcipui sunt, *Vistula*, *Nemeni*, *Cronon*, *Nogat*, *Elbinga*, *Vusera*, *Passaria*, *Alla*, *Pre-*

Maris commoditates. *gol*, *Ossa*, *Vrebnicz*, *Lica* & *Lavia*. In quibus, ut & in Lacubus, dives piscatio. Mareetiam incredibilem Piscium fœturam & copiam subministrat. Porro in littoribus Borussiæ ad Mare Balthicum, Succinum colligitur quod Incolæ vocant *Barnstein* ab urendo, & *Augstein*, quod oculis prosit, Græci Electrum vocarunt, quoniam Sol vocitatus sit Elector, respicientes nimirum ad fabulam Phaëthontis. Servius in octavam Æneida dicit tria esse Electri genera, unum ex arboribus quod Succinum dicitur; aliud quod in terra invenitur: tertium quod fit de tribus partibus Auri & una Argenti. Latini Succino dederunt nomena succo, quod & Solinus indicat. Plinius scribit a Germanis appellari Glessum a vitro, cui non dissimile est, quum utrumque sit pellucidum. Atque inde Glessaria ipsa Regio a Romanis dicta. Ejus genera plura sunt. Candidi odor est præstantissimus; pretium initio vilius; sequuntur fulva & cerea. Fulvis major auctoritas, & quidem transluccntibus modice fulgore; imaginem enim igneam, non ignem inesse placet. Sunt in quibus decocti Mellis lenitas proberur, quæ etiam ex eo mellea vocantur. Vis succini ususque in multis. Attritu calefactum paleas & folia aridas

Silvæ. attrahit, ut Magnes ferrum. Habet & Borussia Silvas incæduas, unde vis ingens lignorum & ad navalem usum & ad domesticum convehitur; teretumque arborum ad malos navium accommoda, quæ inde in remotiores oras deferuntur; habent & Silvæ præter id suas divitias, unde quasi sponte compendium non mediocre

Ratio gubernandi. Incolis provenit: Apum scilicet, de quibus supra diximus, & Ferarum. Dividitur hac nostra ætate in Regiam & Ducalem. Poloniæ Rex, utramque Vistulæ ripam, usque ad illius ostia hoc tempore immediate possidet. Insula quoque Vistula & Nogato concluſa, & omnia ad recentem sinum Opida & Arces *Elbinga*, *Tolkemit*, *Frawenberga* & *Brunsberga*, usque ad Passariæ ostium: & tota *Warmiensis* Diœcesis ditio, ad Meridiem amnis & Opidis agrisque cultissima, vesicæ instar, media in Ducali Borussia pendens, in Regis solius sunt potestate. Etsi autem hæc Borussia Regi immediate subjecta, eodem cum Polonis Regno continetur: tamen peculiare Consilium publicum, leges, judicia, (a quibus tamen ad Regem provocatio est) ærarii & belli gerendi rationem habet. Consiliarii hujus Borussiæ quatuordecim sunt. Duo Episcopi, *Warmiensis* qui sedem suam

Senatores & eorum frequentia. habet in Braunsburg, & *Culmensis*. Tres Palatini, *Culmensis*, *Marieburgensis* & *Pomeranicus*. Tres Castellani, *Culmensis*, *Elbingensis* & *Gedanensis*, *Dantzick* vulgo; totidemque Succamerarii, & tres primariæ Civitates, *Torunia*, *Elbinga*, *Dantiscum*. Hi bis quotannis ad deliberationes & judicia conveniunt, mense Maio

Marieburgi

Marieburgi *Margenburg* : ad Michaëlis , Grudenti. Capitanei, seu Præfecti arcium & redituum regiorum octodecim sunt : *Marieburgicus*, & in Palatinatu, *Stumæ*, *Gnevæ*, *Mevæ*, *Stargardiæ*. In Pomeranico, *Slochoviæ* supra Tucholam juxta Bro flu. *Suetæ*, *Tucholæ*, *Derſaniæ* & *Puſci* in Culmenſi, *Brodnicæ* , *Grudenti*, *Radine*, *Redenſ* forte , niſi ſit *G.Radenſ* , *Colbæ*, *Rogoſnæ*, *Rogenhauſen* , & alii tres. Ducalis autem Boruſsia olim fratrum Crucigerorum Teutonici ordinis propria , ſub Alberto Brandenburgico Ordinis Magiſtro in hæreditarium Ducatum converſa , & ab Imperio Germanico avulſa , in Poloniæ Regis fidem & clientelam anno M D xxv conceſsit. Ejus Princeps primum ac proximum Regi locum , in Conſiliis , Comitiis & aliis Conventibus apud Regem Poloniæ tenet. Si lites inter Regem & Ducem exoriantur , a Conſiliariis Regis juramento novo ad juſte judicandum obligatis, Marieburgi aut Elbingæ dirimuntur. Nobiles autem ſeu alii contra Ducem actionem habentes , coram Ducis Vaſallis a Duce ad judicium deputatis , eam inſtituunt , à quibus provocatio ad Conſiliarios Regis & Ducis Marieburgi conſtitutos libera permittitur. Cæterum unuſquiſque in judicium ubi bona ſita ſunt vel domicilium Reus habet , vocari debet , nec ad extranea judicia trahi, aut a recto detineri poteſt. Iudicium aulicum quinque origenarii Nobiles & tres Iuriſconſulti adminiſtrant. Iudices in Provinciis ita conſtituuntur , ut ex tribus a qualibet Provincia nominatis, Princeps unum eligat: ſecundum jus Culmenſe & conſtitutiones Provinciæ judicet. Si contra privilegia , libertates , jura , aut conſuetudines Princeps faciat , nec ad preces ſubditorum factum ſuum emendet ; Liberum eſt Ordinibus Provinciæ abſque ulla rebellionis aut ſeditionis culpa ad Regiæ Majeſtatis Poloniæ patrocinium confugere , & vi pactorum inter Regem & Ducem initorum, defenſionem ſuorum privilegiorum ab eo poſtulare. Sunt etiam in Ducatu Boruſsiæ duo Epiſcopi , *Sambienſis* qui Regiomonte, vulgo *Konigſperg* , & *Pomeſanienſis* qui in Marienwerder ſedet , quibus juriſdictio Eccleſiaſtica integra & non impedita. De Religione & ritibus veterum Boruſſorum mira narrat Meletius epiſtola 10 ad Georgium Sabinum. Coluerunt Dæmonia pro Diis, atque etiam nunc multis in locis occulte colunt. Immunda quæque animalia , ut Serpentes , Colubros perinde ac Deorum famulos nuntioſque religioſe venerati ſunt , quos intra domos nutriebant , iiſque ut Diis penatibus litabant. Deos in ſilvis ac lucis habitare dixerunt , illis , victimis ibidem ut placarentur , immolandum eſſe: ab his Solem pluviaſque expetendas. Feras omnes, Alcem præcipue , has ſilvas incolentes, ut Deorum ſervos venerandas eſſe ſenſerunt, ideoque ab eis abſtinendum. Solem & Lunam Deos omnium primos crediderunt. Tonitrua ac fulmina ex conſenſu gentium adorabant, tempeſtates avertendas citandaſque precationibus dixerunt. Hirco in ſacrificiis uſi ſunt, ob fœcundam animalis iſtius naturam. Præcellentes arbores, ut Robora, Quercus, Deos inhabitare dixerunt. Quare nec ejuſmodi arbores cædebant , ſed religioſe ut Numinum domos colebant. In eo numero & Sambucum & pleraſque alias habuere. Barbari & literarum rudes olim fuere, adeo ut nec credibile putarent , ſi quis diceret homines inter ſe poſſe aperire quæ ſentiant & velint beneficio literarum. Sed de his ſatis, plura qui volet petat ex Eraſmi Stellæ de Boruſsiæ antiquitatibus libro ſecundo.

Leges & inſtituta.

Montes.

Regio. Unde dicta.

BOruſsiam in mea Methodo ſequitur *Livonia*, ſive *Levonia*, vulgo *Liefland*, de cujus nominis ortu, nihil certi aſſeverare auſim; de eo autem ſic ſcribit Althamerus. Fieri potuit, inquit, ut a Lemoviis progreſsi ſint Livones, ſeu Livonii poſtremi Germanorum ad littus Venedicum, ad Parallelum Scandinaviæ Inſulæ, quæ Gothlandia dicitur, habitantes, quos tamen ab Efluis mallem derivare, vocabulo vulgari nonnihil ſuffragante, Eyflender vocantur. Levonorum etiam mentio eſt apud Ptolemæum lib. II cap. XI. Et paullo poſt ubi de Æſtiis ſermo fit, inquiens corruptam Taciti lectionem reſtituiſſe Beatum Rhenanum, qui repoſuerit Æſtiorum gentes. Apparet enim, inquit, Rhenanus, in Archetypo fuiſſe Æſtuorum pro Æſtiorum; ex quo alius fecerat Eſtuorum, nam u pro ii veteres librarii ponebant. Si vero Archetypus habuit (inquit Althamerus), Efluos, auſim jurare Eyflandios ab illis nuncupatos, vocabulo paullum variato. Hi populi etiam Sudini dicuntur, & eorum regio Sudina, Pruſsiæ cohærens. Lectunnos quoque eodem reponere placet nonnullis, a quibus fieri poteſt, ut nomen derivatum ſit.

Situs. Soli fertilitas.

Livonia autem ad Mare Balthicum ſive Sinum Venedicum porrecta eſt longitudine CXXV mil. Germanicorum, latitudine XL. Eam cingunt Boruſsia, Lithuania & Ruſsia, cætera Livonicus ſinus lambit. Regio omnis plana, ac fertiliſsima eſt. Frumentum tanta copia profert, ut in annonæ caritate vicinis quoque regionibus opem ferat.

Animalium varietas.

Abundat etiam Lino optimo, ac Armenta alit plurima. Vrſos præterea in Silvis habet, Alces, Vulpes, Lynces, Martes, Zebellos, Hermelinos & Caſtores. Lepores pro anni tempeſtate colorem mutant, haud ſecus atque apud Helvetios in Alpibus. Hyemne ſunt albi, æſtate cinericei. Eſtque Ferarum tam frequens ubique venatio, ut ea ne ruſticis quidem, licet crudeliter a Nobilitate habitis, unquam ſit interdicta. Brevi, Livoniæ nihil deeſt eorum quæ ad vitam humanam ſuſtentandam neceſſaria ſunt, excepto Vino, Oleo & quibuſdam aliis quæ mitiori Cœlo ſubjectis terris

Imperium majorum.

conceſſa divinitus, quæ tamen ex aliis regionibus abunde advehuntur. Livonia ante annos CCCC opera Mercatorum Bremenſium, & præcipue militum Teutonici ordinis ad fidem Chriſti adducta, cum multa periculoſa cum externa tum inteſtina bella & bellorum calamitates pertuliſſet, & vicinis ſuis Regibus & Dynaſtis quodammodo prædæ eſſet, tandem anno MDIIX ſub Gothardo Ketlero ordinis Teutonici ultimo Magiſtro in fidem & clientelam a Sigiſmundo Auguſto Rege Poloniæ tanquam membrum Regni & magni Ducatus Lithuaniæ accepta eſt. Cum autem die quinto Martii an. IXII, Magiſter ordinis Gothardus in arce Rigéſi coram Poloniæ Regis Commiſſario Nicolao Radziwilo Palatino Vilnenſi ordinem ſuũ reſignaſſet, & primum Crucem, deinde Sigillum, poſtea literas & diplomata omnia, quæ Ordo a Cæſaribus & Pontificibus acceperat: præterea claves Arcis Rigenſis & portæ Civitatis, officium Commendatoris, jus cudendæ monetæ, vectigal piſciũ & omnia alia ſua, & ordinis ſui Iura Poloniæ regi ceſsiſſet ac tradidiſſet: ſtatim facta reſignatione Gothardus a prædicto Palatino nomine Regiæ Majeſtatis, Dux Curlandiæ & Semigalliæ publice proclamatus eſt, eique è veſtigio Nobilitas Curlandica & Semigallica velut hæriditario Domino juramentũ fidelitatis præſtitit.

Poſtridie


LIVONIA
MARE
Finnicus Sinus
BALTICUM
SVETIAE PARS
FINLANDIÆ PARS
MOSCOVIÆ PARS
PLESCOVIA
PARS
Harlandia
Wirlandia
Estonia
LIEFLAND
Letten LAND
CURLAND
Semigallen
Sinus Livonicus Magnus
Ösel
Dachden
Gotschesande
Gotlandt
Wisby LAND
Stockholm
Abo
Revel
Narua
Weissenburg
Borcholm
Wesenberg
Wesenstein
Wesenberg
Wolmer
Wenden
Schmilten
Marienburg
Kuneburg
Riga
Dalen
Segewalt
Adiel
Schwanenburg
Marienhausen
Laudon
Creutzburg
Kockenhausen
Selborg
Schimbergs hoff
Sudenburg
Neriemburg
Radzki
Memel
Podina
Druia
Polotzka
Ysacza
Dwina
Dwina
Dwina

Postridie etiam Dux Curlandiæ, summus Regiæ Majestatis Locum-tenens & Gubernator Livoniæ in curia Rigensi publice renunciatus, & claves arcis & portæ civitatis recepit. Nobilitati vero & civibus omnia sua jura & privilegia restituta & confirmata sunt, prout in literis apud D. Davidem Chytræum videre licet. Dividitur autem Livonia in tres partes locis & linguis distinctas, videlicet in *Estiam*, *Letteam* & *Curlandiam*. *Estorum* provinciæ sunt *Harria*, cujus Metropolis est *Revalia* Aquilonem versus ad Mare Balthicum sita, nihilo Riga inferior a Voldemaro condita & portu celebris. Cives jus habent Lubecense, monetamque cudunt quadrangularem. *Viria* in qua *Weisenburg*, *Tolsberg*, *Borcholm*, Episcopi Revalienſis sedes; *Allantakia*, ubi *Nerva* ad fluvium ejusdem nominis, habetque ex adverso arcem Moscorum *Ivanow Gorod*. Fluvius hic Livoniam a Moschorum ditione dirimit & *Nyschlot*, *Odenpoa*, in qua *Derpt* sive *Topatum* urbs Episcopalis & mediterranea. *Wernebec*, *Helmede*, & *Ringen*. *Jervia* ubi *Wittenstein*, *Lais*, *Overpolen*, *Vellin*. *Wichia*, ubi *Abseel*, *Leal*, *Lode* & *Parnovia*. Estis adjacent Insulæ *Osilia*, *Dageden*, *Mona*, *Wormse*, *Wrangen*, & *Kien* & aliæ plures, in quibus partim Estica, partim Suevica lingua utuntur. *Lettorum* urbes sunt, *Riga*, *Kokenhusen*, *Wenden*, *Wolmar*, & tota Diœcesis Rigensis. *Riga* Primaria totius Livoniæ civitas est ad Duinam, quæ se in Sinum Venedicum exonerat. Colonia hæc Bremensium est, muro fortissimo, propugnaculis, turribus, & bellicis tormentis contra omnem vim instructa, fossis insuper duplicibus & acutis stipitibus munita. Arcem habet instructissimam, in qua olim Magistri Livoniæ (Ordinis fratrum Teutonicorum) sedem habuerunt: eam ante paucos annos Gothardus Ketlerus de quo supra, Regis Poloniæ feudalis nomine regio administravit; sed in Civitatem ipsam nihil usurpavit juris. Administratorem enim sive Capitaneum aliquem cives libertatis adsertores strenui non patiuntur, tributa solum Regi Poloniæ & obedientiam fideliter præstant, in cæteris jus municipale habentes. Præterea forum hic est omnium fere mercium Septentrionalium, Picis, Lini, Ceræ, Canabis, Lignorum, aliarumque rerum istiusmodi. *Curlandiæ* Opida & Arces sunt, *Goldingen*, *Canda*, *Winda*, quæ Polonis dicitur *Kies*, nobis *Wenden*, celebris jam olim ob aulam Magistri Ordinis Teutonici, in qua etiam Comitia celebrari solita: nunc Polonicis præsidiis obsessa est. *Durbin*, *Srunda*, *Grubin*, *Pilten*, *Amboten* & *Hasenpot*. *Semigalliæ*, *Mitovia*, sedes aulæ Ducum Curlandiæ, *Seleborch*, *Bassenburg*, *Doblin* & *Dalem* urbes sunt. Semigalliam vero & Curlandiam a Lettorum populis & reliqua Livonia, fluvius Duna disterminat.

Urbes.

Lacus.

Flumina.

In Livonia permulti sunt Lacus, insignior est *Beibus*, qui in longitudinem ad 45 milliaria Italica porrigitur, atque vario Piscium genere abundat. Fluvii sunt *Dwina*, *Winda* & *Beca* ac nonnulli alii. *Duna* sive *Duina* Ptolemæi, *Rubo* Peucero, ex Russia longissimo tractu per Lithuaniam & Livoniam manans duobus infra Rigam milliaribus in Sinum Livonicum & Balthicum Mare tandem infunditur. *Winda* in Balthicum itidem Mare exoneratur, non longè à cujus ostio maxima est Maris profunditas, ac locus periculosissimus. *Beca*, incolis *Embeck*, uno fertur alveo in Oceanum; qui cùm de præruptis scopulis præcipiti lapsu ruat, idem vicinioribus accidit, quod usu venire habitantibus ad Nili Cataractas accepimus (inquit Leunclavius) uti nimirum paullatim surdescant. Regio sine montibus, nemorosa, ac Silvis in immensum densa. Atque hîc Hercyniæ

Silvæ.

cyniæ ingentia brachia. Ad ostium Duinæ mari proximum, est *Dunamunta*, Arx inexpugnabilis, duobus à Riga milliaribus, præsidiis Polonicis munita: ad quam omnes naves exteræ tributum pendunt. Est & medio intervallo *Blokaus*, præsidium regium, ad quod naves iterum excutiuntur. Est & *Felsnum* arx munitissima & civitas in Estlandiæ Ducatu; quam stipendiarii milites Germani una cum ultimo Livoniæ magistro Gulielmo Furstenbergo memorabili & detestanda perfidia, Moschorum Duci prodiderunt. *Ternestum* etiam, quod alii *Taurum* vocant, arx quondam munitissima fuit: eam ante a Moschis captam, Lithuani duce Nicolao Radziwilo Palatino Vilnensi cuniculis actis & suppositio pulvere nitrato totam dissiparunt, anno MDlxi, & aliæ. *Opera publica.*

Cæterum in Livonia permulti adhuc gentilium ritu vivunt, vera Dei cognitione destituti, alii Solem adorant, alii Lapidem, sunt etiam qui Serpentes & Dumeta. Mortuum aliquem terræ mandaturi, genialiter circum cadaver epulantur defunctumque invitant ad bibendum, cottabo etiam superinfuso. Postea deponunt in sepulchrum, adduntque ei securim, cibum, potum, & nummos aliquot pro viatico: inclamantque, Abi in alium orbem, Teutonibus imperaturus, quemadmodum tibi tuisque imperarunt. Sub Frederico Imperatore Christianam fidem primum admisere. Labori apud eos operam dare, vitio datur. Mulieres in regione natæ, magnam præ se ferunt pompam, alias aliunde adventantes contemptui habentes. Nolunt mulieres, sed dominæ appellari, ac nullo labore muliebri occupatæ, rhedis hyeme & navibus æstate circumvagantur. Genti potus est Medo, Cerevisia, & Vinum, quo non nisi importato & exotico ditiores utuntur, videlicet Rhenensi. Fœminæ pulchritudinem corporis dehonestant larva vestimentorum. Merces quæ ex Livonia in Germaniam aliasque regiones devehuntur, sunt Cera, Mella, Cineres, Pix arida & liquida, quam *Teer* vocamus, Linum, variæ ferinæ pelles, & Coria. Item illud Frumenti genus, quod Secale Latini, nos *Rogge* appellamus, magna copia quotannis hinc ad nos adfertur. His autem de Livonia expositis, rem me Lectoribus non ingratam facturum puto: si nonnulla de Lycaonibus qui hic frequentes esse feruntur, coronidis vice subjecero. Scriptores qui fide digni videri volunt, inter quos Olaus Magnus, Homines quosdam in hoc tractu quotannis in Lupos converti affirmant. Ejus autem verba non gravabor hic apponere, ut narrationis inauditæ novitate animos legentium nonnihil recreem, levando tædium: ita autem scribit libro xviii cap. xlv. *In Prussia, Livonia, atque Lithuania, quamvis Luporum rapacitatem per totum pene annum Incolæ haud exiguo cum damno experiantur, quia eorum pecora ingenti multitudine passim in Silvis, duumodo exiguo intervallo a grege aberrant, dilaniantur, ac consumuntur: tamen hoc dispendium non adeo magnum ab illis reputatur, quam quod ab Hominibus in Lupos conversis sustinere coguntur. In Festo enim Nativitatis Christi sub noctem, statuto in loco, quem inter se determinatum habent, tanta Luporum ex Hominibus diversis in locis habitantibus conversorum copia congregatur, quæ postea eadem nocte mira ferocia cum in genus humanum, tum in cætera animalia, quæ feram naturam non habet, sævit, ut majus detrimentum ab his, isti us regionis inhabitatores, quam unquam a veris & naturalibus Lupis accipiant. Nam uti compertum habetur, ædificia Hominum in silvis existentium, mira cum atrocitate oppugnant, ipsasque fores effringere conantur, quo tam Homines, quam reliqua Animantia ibidem manentia consumant.* Sed de his satis, ad Russiam pergimus. *Ritus & mores.* *Vestitus.* *Mercimonia.*

Regio. Nomina. Etymon Moschoviæ. Situs.

RVssia, quæ etiam *Roxolania* dicitur, gemina est, *Nigra & Alba*. Illa Poloniæ contermina est, hæc Moscoviæ pars. Porro *Moscovia* a Moscho amne haud dubie sic dicta, qui & Regiæ urbi, quam interfluit, suum quoque nomen indidit. Ejus imperium longe lateque extenditur, ac Mari glaciali a Septentrione terminatur, ab Oriente Tartaros, a Meridie Turcas & Polonos, ab Occidente vero Livones & Sueciæ regem vicinos habet. Quo omni tractu amplæ ditiones continentur; itaque Moschoviæ Dux hoc titulo fere utitur: *Magnus Dominus Basilius, Dei gratia Imperator ac Dominator totius Russiæ, nec non magnus Dux Wolodimiriæ, Moschoviæ, Novogrodiæ magnæ, Pskoviæ, Smolenskiæ, Thweriæ, Jugariæ, Permiæ, Viathkiæ, Bulgariæ, etc. Dominator & magnus Princeps Novogrodiæ inferioris terræ, Czernigoviæ, Rezaniæ, Wolochdiæ, Rsæviæ, Bielloiæ, Rostoviæ, Jaroslaviæ, Polocziæ, Biellozieriæ, Udoriæ, Obdoriæ, Condimiæque, &c.* Immoderata in Moscovia & aspera Aëris temperies, adeo tamen salubris, ut ibi ultra Tanais fontes Septentrionem & Orientem versus nulla unquam pestis sæviat, etsi morbum haud dissimilem habeant quem *Calorem* vocant, qui intestina & caput adeo infestat, ut paucis diebus pereant. Regio in universum neque Vitem neque Oleam, neque paullo suavioris Pomi frugiferam arborem præter Melopepones & Cerasa producit: quum teneriora quæque gelidissimis Boreæ flatibus exurentur: campi tamen Tritici, Siliginis, Milii, Panicique, & omnis generis Leguminum segetes ferunt, sed certa messis in Cera & Melle consistit. Silva hic Hercynia immanibus Feris plena. Ea in parte quę vergit ad Prussiam Vri ingentes & ferocissimi Taurorum specie reperiuntur, quos Bisontes vocant. Itemque Alces cervina effigie, & cum carnea proboscide altisque cruribus, & nullo suffraginum flexu, *Jozzi* a Moschovitis, a Germanis vero *Helenes* appellati. Præterea Vrsi inusitatæ magnitudinis & prægrandes Lupi atro colore formidabiles. Venatio atque etiam Avium captura nusquam gentium felicior. Nam venaticis Canibus & plagis omnis generis Feras capiunt, & Asturibus atque Falconibus, quos mirificos regio Pecerra præbet, non modo Phasianos & Anates, sed Cygnos & Grues consectantur. Cæterum *Russiæ* seu *Moscoviæ* regiones amplissimæ sunt. Ejus omnia, Civitates, Opida, Arces, Pagi, Silvæ, agri, lacus, flumina, unius Principis, quem Incolæ magnum *Czar*, id est Regem seu Imperatorem vocant, imperio & nutui subsunt, & quidquid singula commodi ferunt, in unius Princips fiscum congerunt. Duces ac Comites, qui dominium utile in bonis feudalibus liberum possideant, & ad hæredes eadem transmittant, nulli sunt. Addicit quidem pagos & agros nonnullis, sed rusticorum operis nihilominus utitur, & rursus cum libet adimit; adeo ut absolutum in subditos omnium rerum imperium habeat, & vicissim tanquam Deus a subditis colatur, eique obedientia omnibus in rebus, absque ulla recusatione præstetur. Caput totius Regni & Metropolis est urbs *Moschovia* vulgo *Moskwa*, tũ situ suo oportuna, qui regionis medius esse existimatur; tum insigni fluminum frequentia celebris, & domorum amplitudine numeroque & munitissimæ arcis robore. Oblongo enim ædificiorum tractu secundum Moschi fluminis ripam ad spatium quinque milliarium extenditur. Domus in universum sunt ligneæ, distinctæ in triclinia, coquinas & cubilia, numerus earum fertur esse supra 41500.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium.

Urbes.


RVSSIA SIVE MOSCOVIA.
OCEANUS SEPTEN TRIONALIS
MYRMANSKOI MORE
Nova Zemla
Vardh
Berquara
Wardhon
Meth
Kildine
Tornia
Stug
Stadt
Bergen
Stauanger
NORVEGIA
SVECIA
Boddia
Lappia
Berga
Vma
Trabast
Lorelemborg
Nordemborg
Ouba
Warsina
Suya
Gilberga
Holda
Domus rei
Neslot
Kuttsina
Stokholm
Gotia
Abo
MARE BALTHICUM
Elsenborg
Golland
Reuel
Pleskow
Narua
Oriescha
Nouogardia
Kiana
Vlusena
Ihedra
Yezela
Woloda
Galetz
Castroma
Rosslowa
Suisdal
Pereslaw
Plesa
Cassina
Nisi Nouogrodt
Swiatzko
Chain
Surick
Pulgar
Vich
Rosan
Coluna
Tulla
Tuia
Meshet
Begrima
Nabars
Achas
Baerwbri
Azabar
Weskky
Nouogrot
Codnina
Kiof
Orshow
Hermonactis
Colmania
Przecop
Tauri Chersonesus
Caffa
Sibula
Prosiawra
Grodecka
Sokal
Grodek
Sandomiria
Propoisko
Grodno
Poltrouske
Culm
Dantzigk
Grips wold
Warna
Poßenhen
Kowna
Wilna
Saba
Swoleuick
Borissow
Ordrueza
Slucko
Orsa
Bransko
Wiasma
Moscou
Olsebo
Columna
Worotin
Mscenesk
Dorogobus
Prchowbus
Twers
Rsowa
Jaroslaw
Rostowa
Starsice
Bielha
Polocko
Forwie
Wedra
Mologa
Wologda
Oustiba
Slobodka
Kama flu.
Cadeshema
Jorin
Lazan
Chaschar
Marmorea
Cotel nitz
Orlo
Cotelnitz
Chile noua
Vstiuga
Vstiga flu.
Pasich
Vritz
Weliki Iumen
Jerom
Sagatin
Leyn
Valuhicz
Permia
Vstiska
Strelzi
Brescouko
Bebrongico
Ostiaka
Dwina
Dsina
Veichi
Perme Veliki
Londori
Condora
Nicola
Tubri
Iugra
Kowsoay
Slowoda
Lesna
Nouegaborg
Netaborg
Lenaborg
Iohnsborg
Wiga flu.
Dwina flu.
Carrelsti
Much
Kargapole
Vstiug
Kewholm
Coowobia
Dsina
Pustozora
Pustozero oppidum et cast.
Camenoi poyas
Dabadina flu.
Berezva fl.
Sossa fluvius
Obdora
Obora cast.
Calami
Weliki Pogaßa
Vsbagor
Cameni Strupili ca.
Pogaßa
Lucomoria
Sibior
Sibior
Obi fluvius
Loughoria
Perm
Gruslina
Ieugorski Schamanda
Ruthenia
Russia cum Confinijs
ASIAE PARS
EUROPAE PARS
OCCI.
ORIENS
MERI.
DIES
50
60
70
80
90
100
110
120
Miliaria Germanica communia
15 30 45 60

32.

Hæ fere omnes & ad usum Olerum, & ad voluptatem privatos habent hortos. Singulæ regiones singula habent sacella. Arces præterea duas habet quarum una *Kitaigorod*, alter *Bolsigorod* appellatur, quas hinc Moschus, illinc Neglinna alluunt. Porro in universa hac Rusiæ parte sunt plures alii tractus. *Volodimiria* Ducatus, cujus titulum magnus Dux sibi vendicat, nomen habet ab urbe primaria, sita in ripis Clesmæ amnis, qui in Volgam evolvitur. Provinciæ autem hujus ager adeo fertilis est, ut ex uno Tritici modio sæpe viginti modii proveniant. *Novogrodia* inferior illi pastione, agrorum fœcunditate nihilo cedit. Vrbem habet ligneam, dictam communi cum uniuerso Ducatu nomine *Novogrod*, sitam ad Volgæ & Occæ confluentes. Hæc summam semper obtinuit dignitatem propter incredibilem ædificiorum numerum, latissimique & piscosi lacus oportunitatem, & vetustissimi ac venerabilis apud illam gentem Templi famam, quod ante quingentos pene annos Byzantiorum Cæsarum æmulatione, S. Sophiæ dicatum fuit. Arx hoc loco memorabilis, summis impensis a Basilio Duce ex lapide in scopulo exstructa. Distat omnino urbs a Moschovia c milliaribus Polonicis, ad Rigam vero proximum littoris portum, paullo minus quingentorum milliarium iter est. *Rhezan* Provincia est inter Occam fluvium & Tanaim, Tritici, Mellis, Piscium, Avium fertilissima: urbes habet lignеas, *Rhezan* ad ripam Occæ sitam, & *Corsiram*, & *Collugam* & *Tullam*, juxta quam Tanais fontes conspiciuntur. *Worotinensis* ducatus tribus a Colluga miliaribus Civitatem habet & castrum ejusdem nominis. *Severia*, Ducatus est ingens & rebus omnibus adfluens; vastos habet & desertos campos: Opida complura, inter quæ præcipua hæc sunt *Starodub*, *Novogrod Sievierski* & *Czernigow*. Silvæ Hermellis, Aspreolis & Martibus abundant, Mellis quoque copiam ingentem ex Apibus subministrant. Gens propter assidua cum Tartaris bella armis adsueta est & manu prompta. *Smolenski* Ducatus ad Borysthenem situs urbem habet cognominem, quam parte una Borysthenes alluit, parte altera cingunt altæ fossarum indagines acutis stipitibus armatæ. Sunt & Ducatus Provinciæque *Mosaiskia*, *Bielskia*, *Rschovia*, *Tweria*, *Pskovia*, *Vodzka*, *Corrella*, *Bieleczioro*, *Wolochda*, *Vstiuga*, *Jaroslavia*, *Rostow*, *Dwina*, *Susdali*, *Wiathka*, *Permia*, *Sibior*, *Jugra*, *Petzora*, & *Novogrodia magna*, quam illi vocant *Nowogrod Wielki*, in qua urbs ejusdem nominis amplissima, ipsam Romam magnitudine superans. *Petzora* nomen habet a fluvio quem utrimque montes & inviæ rupes muniunt. Sunt & aliæ regiones Magno Duci vectigales ad Septentrionem longo tractu terrarum porrectæ, ut *Obdora*, in qua est idolum *Zolota Baba*, hoc est aurea anus, *Condora*, *Lucomoria*, & *Lappia*. Sunt in Moschovia multi & magni Lacus; *Ilmen* Ruthenis *Ilmer*, *Ladoga*; Lacus albus Incolis *Bieleziоro*. Flumina etiam ampla & multa sunt: *Borysthenes* vulgo *Nieper* & *Nester*, vel cum adjectione litteræ *Dnieper* & *Dnester* appellatur. *Turnus* is est Ptolemæo qui Herbersteinio est *Rubo*, incolis *Dwina*. *Rha* Ptolemæi nunc *Volga* & *Edel*. *Tanais* Italis *Tana*, accolis *Don*. *Occa* fluvii caput est in Provincia Msczenek. *Montes Riphæos* de quibus Plin. lib. 4 cap. 12. Mela etiam lib 3, Baro ab Herberstein in sua Moschovia scribit, in sola Moscovia videri, qui, quia perpetuis nivibus & glacie rigeant, transiri facile non possint. Hercynia silva magnam Moschoviæ partem occupat, ipsaque passim positis ubique ædificiis incolitur, jamque longo labore hominum rarior facta, non

Lacus. *Flumina.* *Montes.* *Silvæ.*

Zolota Baba

hori eam ſicuti plerique exiſtimant, horridam denſiſsimorum nemorum impenetrabiliumque ſaltuum faciem oſtendit. Habet Moſcovia Templa innumera & ſumptuoſa, ac monaſteria valde multa. Gubernationis negotia & juſtitiæ adminiſtrationem Dux, per duodecim Conſilarios aſsidue in aula præſentes obit. In hos, præfecturæ Arcium & Civitatum in toto Moſchi imperio diſtributæ ſunt: qui literas & libellos ſupplices Principi inſcriptos accipiunt, ejuſdemque nomine reſpondent. Princeps enim ipſe nullas epiſtolas accipit, nec ullis ad ſubditos ſuos, vel alios etiam Principes fere literis manu ſua ſubſcribit. Epiſcopi ex Monachis quorum Monaſteria frequentiſsima in Moſchi imperio, omnia tamen ejuſdem veſtitus & ordinis, (cujus D. Baſilium autorem referunt) velut ſanctioris vitæ hominibus, deliguntur, & ſunt in univerſo Moſchorum imperio undecim, quos *Wladiccas* illi, id eſt, œconomos & diſpenſatores ſua lingua nominant. Sacerdotes vero & Presbyteros, *Poppos* ſeu *Archipoppos*. Horum Metropolita (qui a Conſtantinopolitano Patriarcha olim confirmabatur, nunc a ſolo magno Duce delectus per duos aut tres Epiſcopos conſecratur, ac cum libet Principi removetur) Moſquæ ſedem habet. Huic Metropolitæ ſubjecti ſunt duo Archiepiſcopi, alter Novogardiæ magnæ ad Lowtam flu. alter Roſtovii. Nec Academiæ vel Collegia in toto Moſchi imperio ulla exiſtunt. Religio. Moſcovitis Græca: quam anno Domini CCIↃ lxxxvii admiſerunt. Itaque Sp. Sanctum tertiam ſanctæ Trinitatis perſonam a ſolo Patre procedere arbitrantur. Sacramentum Euchariſtiæ celebrant pane fermentato, calicis uſum univerſo populo concedunt. Nullis ſacerdotum ſuffragiis, nullaque propinquorum aut amicorum pietate juvari mortuorum manes putant, fabuloſumque credunt pugatorii locum. Libros ſacros ſuo idiomate legunt, eorumque uſum populo non denegant. Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum atque Gregorium in linguam Illyricam traductos habent; ex his aut etiam ex Chriſoſtomo, Baſilio, Nazianzeno homilias publice pro concione ſacerdotes legunt; neque enim oratores cucullatos, (verba ſunt Iovii) qui advocato populo concionari & ambitioſe nimis atque ſubtiliter de divinis diſſerere ſoliti ſint, admittere fas putant; quoniam rudes imperitorum animos ſimplici potius doctrina, quam altiſsimis arcanorum interpretationibus diſputationibuſque ad ſanctiorum morum frugem evadere arbitrantur. Matrimonia contrahunt; Bigamiam concedunt, ſed vix legitimum matrimonium eſſe putant. Adulterium non appellant, niſi quis alterius uxorem habuerit. Gens aſtuta & fallax, magis ſervitute quam libertate gaudens. Omnes ſe Principis ſervos fatentur. Moſcovitæ domi opipare potius quam laute vivunt; namque omnium fere cibariorum genere quæ vel a luxurioſiſsimis deſiderari poſſunt menſæ eorum & parvo pretio inſtruuntur. Gallinæ ſiquidem & Anates ſingulis ſæpe argenteolis tenuibus nummis veneunt. Venatione & aucupio uti apud nos nobiliora obſonia parantur. Vino nativo penitus carent: itaque utuntur advectitio, ſed in feſtis conviviis duntaxat. Habent & Cereviſiam, quam æſtate injectis glaciei cruſtis infrigidant. Sunt & qui in delitiis habeant ſuccum ex ſubauſteris cerafis expreſſum, qui perſpicui & purpuriſſantis vini colorem jucundiſsimum & ſaporem non ingratum refert. Nobile Linum, & Cannabim in reſtes, multaque Boum tergora & maſſas ceræ ingentes, Moſcovitæ in omnem Europæ partem mittunt.

Senatores.

Ritus & mores.

Victus.

Mercimonia.

MOschovitarum nomen recens est, quamquam de *Moschis* Sarmatarum affinibus Lucanus Poëta in Pharsal. meminerit, et Plinius *Moschos* ad Phasidis fontes supra Euxinum ad Orientem constituat. Horum Regio hac Tabula describitur, quæ cum Descriptione proxima a nobis delineata sit, ea duntaxat hic referemus quæ ibi non attigimus. Regio hæc campestris magna ex parte, et pabuli quidem ferax, sed æstate pluribus in locis admodum palustris. Melle adeo abundat, ut in vastis Silvis, in specubus & excavatis roboribus aliquando toti Mellis montes reperiantur, & Homines Feraque in illos Mellis Lacus improvidi delapsi, ibi immersi tanquam Mus in pice periclitentur, quod è sequenti narratione è Pauli Iovii Moscovia planius patebit. Is refert, Demetrium Legatum narrare solitum cum multo omnium risu: Agricolam quendam quærendi Mellis caussa in prægrandem cavam arborem superne desiluisse, eumque profundo Mellis gurgite pectore tenus fuisse haustum, ac biduo vitam solo Melle sustinuisse, cum vox opem implorentis in ea silvarū solitudine ad viatorum aures penetrare nequivisset. Ad extremū vero desperata salute mirabili casu ingentis Vrsæ beneficio, inde extractum evasisse, cum forte ejus Beluæ ad edenda Mella more humano se demittentis, aversos renes manibus comprehendisset, & eā subito timore exterritam ad exsiliendum tum tractu ipso, tū multo clamore concitasset. Lini & Cānabis Regio fertilissima est. Nulla Auri Argentive vel ignobilioris Metalli, Ferro excepto apud eos vena, fecturaq; reperitur, nullumque est tota Regione vel Gemmarū vel pretiosi Lapilli vestigium. Omnis generis feris & Avibus abundat. Capitur quoq; Avis subnigra puniceis superciliis, magnitudine Anseris, quæ pulparū sapore Phasianorū superat dignitatē, Moscovitica lingua *Tetrao* nuncupata, quæ Plinio *Erythratao* vocatur, Alpinis populis, & maxime Rhetis cognita. Moscoviæ Dux in omnes pariter jus vitæ, necisque possidet, ac Moscovitæ opiniones sui Principis etiam in Religione habēt pro lege immutabili. Voluntas namq; Principis, voluntas Dei habetur ab omnibus, clavigerq;, cubicularius, atque exsecutor voluntatis Divinę esse existimatur. Atque hac de caussa nemo refragatur ullibi voluntati Principis, etiamsi nocitura non modo sibi, sed toti Regno ac Genti præcipiat, cum ejus nutus dicta atque facta, aliquando nefanda etiam, detestanda & execranda adorent & exosculentur, quod omnes juxta politicos & ecclesiasticos, durissima servitute sibi subditos atque subjectos habeat. Vxorem autē ducturus, coactis è toto suo Regno præstantissimis forma & corpore puellis, quam vult uxorem deligit, & cæteras Principibus & Nobilibus uxores collocat. Moscoviæ Vrbium omnium longe clarissima ea quæ vulgo *Moskwa* vel *Mosco*: Sedes Patriarchæ, ac Magni Ducis Regia. Ad ipsius Vrbis caput Neglinna fluviolus, qui frumentarias agit molas, Moschum amnem ingreditur, Peninsulamque efficit, in cujus extremitate Arx ipsa cum Turribus ac Propugnaculis admirabili pulchritudine Italorum Architectorum ingenio constructa est. In subjectis Vrbi campis Capreolorum & Leporum incredibilis multitudo reperitur, quos nemini plagis & Canibus sectari licet, nisi Princeps id ad voluptatem intimis familiaribus vel peregrinis

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium.

Vrbes.


MOSCOVIA.
Narburg
Ladoga
Oncha
Oncha flu.
Ingardia
Oreſcha
Ladanſki lac.
St Andreas
Wadland
Dorpterwold
Solſtuth
Duttenburg
Pohoſt
Nouogar. dict. Ruſsorum
Bre dimeze
Niſſa flu.
Kiana
Volga flu.
Bieloieſero
Hucusque tanquam ad aſylum tempore belli theſaurum ſuum transfert Moſcouię Dux
MOSCOVIA.
Soleza
Mſieza
Siolona flu.
Mſta flu.
Saietzkow
Kalacha flu.
Grodzeczka Vſhuzna
Grodzecko
Zobor
Knesſenicze
Chelmi a.
Horoſzci
Palmith
Mologa flu.
Schoſſna fluvius
Opacza
Vſsa flu.
Chelm
Orea
Woldwy lac.
Vſsia Zielezna
Włodimirzecz
Porchow
Scolona lac.
Fedra Villa et lac.
Pleſcow
Fiburg
Lauca flu.
Lugmisch flu.
Schlinowa flu.
Khollobe
Choitilowa
Suay fluvii
Opocz ka
Zarocza lac.
Pawn
Eſsew fluvius
Clopiho rot
Mologo
Precziſta
Wologſok
Vſsa flu.
Iareſlaw
Iwanczafl.
Iwanta flu.
Preniſta
Wedrapuſta
Caſsin fluvius
Vollicz
Niwel
Lomenicza fluvi.
St Nicol lac.
Sczibuta lac.
Twirra flu.
Serman flu.
Dwerſchok
Roſſowa
Hiuboki
Lubiecz
Woro vecz flu.
Dawina flu.
Wolgata
Oſsoga
Medina
Caſsin
Occerceiſce
Ecclia Witold
Dudure
Oſchaſkow
Ziel zarowa
Nitzierda
Ziſcza
Roſnow
Twerria
Mitre
Polocenſis
Drygöcze wo
Zuhota flu.
Wolga fluvi.
Starſcez
Pereſlaw
Duca
Koziana
Tuba fluvi.
Vrdoma
S. Precſ ta
Twere
S. Helia cum monas
Gerodu
Schoſsa
Witepſk
Vſsa flu.
Vnowa flu.
Duna fluvius
Bielha
Kia
Rſowa Wlodimirowa
Deſcherno
Klin
Iauſa flu.
Pieſsek
Nyper flu.
St Trinitatis cœn
Dmeypsko
Wolok
Neglina flu.
Schorna
Drohobus
Drohot flu.
Wiaſma
Niger ab Borysthenes fluvius
Smolenck
Boriſtenis fons
Moſcowia
Miliaria Germanica Communia
OCCIDENS
ORIENS
MERI.
55
60
65
56
58
60
65

regrinis Legatis indulserit. Tres ferme Vrbis partes duobus alluuntur fluminibus, reliqua vero latissima fossa, atque ea multa aqua ex ipsis amnibus corrivata, præcingitur. Vrbs etiam ab adverso latere alio flumine, quod *Lausa* dicitur, munita est, id pariter in Moschum paullo infra Vrbem evolvitur. Distat hæc a Cracovia Poloniæ Metropoli Milliaribus 320. Eam vero anno CIↃIↃLXXI Tartari Præcopenses totã funditus exusserunt magna multitudine, in tam populosa Vrbe fumo exstincta, in ipsa Dominicæ Ascensionis die. Domus ejus universum paullo ante illud incendium ad 41500 fuere numeratæ. Sunt porro in Moscovia præter Metropolim de qua jam diximus, Vrbes, duæ quidem Archiepiscopatus, octodecim autem Episcopatus dignitate nobiles. Archiepiscopales sunt *Rostovia* (*Rostow*) & *Novogrodia*. Hæc non multis ante annis totius Moscoviæ Caput fuit. Perpetua quasi hyeme & tenebris longissimarum noctium premitur: nam Polum Arcticum ab Horizonte sexaginta quatuor gradus elevatum videt, sex fere gradibus ipsa Moscha ab Æquatore remotior, qua Cœli ratione solstitii tempore propter exiguas noctes, continuatis fere Solis ardoribus æstuare perhibetur. Episcopales sunt *Corsira*, *Rezania*, *Columna*, *Susdalia*, *Casanum* (*Cazan*) in Volgæ ripa a quo Cazaniorum Horda nomen ducit, distat a Volgæ Ostio Caspioque Mari quingentis millibus passuũ. *Volochda*, *Tweria*, *Smolensko*, *Pleskovia*, *Staritia*, *Slobeda*, *Jaroslavia*, *Wolodimiria*, quæ urbs quoque Regiæ nomen adepta est, eaque ad Ortum Solis ducentis amplius Milliaribus a Moscha distat, eoque sedem Imperii ab strenuis Imperatoribus necessaria ratione translatum ferunt, ut ex propinquo, quum tum bella continenter cum finitimis gererentur, paratiora præsidia adversus Scytharum irruptiones opponerent. *Mosaysko*, *Vrbs S. Nicolai* (*S. Nicolas*) *Sugana*, *Vstiug* & *Gargapolia*. Emporia totius Regni celeberrima sunt, *Astrachan* ad Mare Caspium, quo Merces Persarum & Armeniorum deferuntur: & Vrbs *S. Nicolai* ad quam Angli & Hollandi navibus commeant, ac Pannos aliasque Merces important, quæ hinc Vologdam transferuntur. Est & supra Casanum centesimo & quinquagesimo milliari ad ingressum amnis Suræ *Surcicum* Opidum, a Basilio conditum, ut in ea solitudine Mercatoribus ac Viatoribus, qui de rebus Tartaricis ac ejus inquietæ gentis moribus proximos Finium Præfectos certiores reddunt, certa & tuta mansio cum tabernis Hospitalibus statueretur. Sunt & aliæ Vrbes ac plurima minorum gentium Opida quæ brevitatis studio omittimus. *Flumina.* Lætatur Moscovia Fluminibus plurimis, inter ea agmen ducunt *Borysthenes*, cujus fontes Herodoto ignoti, sunt ad pagum Moscoviæ *Dniepersko* in silva *Wolkonski*, unde per Lithuaniam & Russiam defluens, Smolensko Opidum & Kioviam præterlabitur: postea circa Chmielnicco recipit Fluvium *Bog*, ac tandem in Euxinum Pontum exoneratur: longitudo ejus est plus CCC Milliarium Germanicorum. *Turuntus* qui & *Rubo* ac *Dwina*. Hic haud procul a fontibus Borysthenis ortus, ad Rigã Livoniæ se in Mare Balthicum exonerat. *Rha* qui & *Volga* & *Edel*; ortum habet è Lacu cognomine, qui XXV Milliaribus a Moschovia abest versus Lithuaniam. Hic cornutis errans flexibus, multisque receptis fluminibus, in Mare Caspium Ostiis LXX influit. *Tanais*

vulgo

vulgo *Don*. Hic a Septentrione ruens magno impetu, Nilo opponitur. Ejus fontes Herodotus ponit in paludibus; Mela & Lucanus in Rhiphæis Montibus. Fuere qui per Mare Caſpium eum labi arbitrati ſunt, quos etiam ſequutus eſt in ſua Periegeſi Dionyſius. Sed errant : nullus enim fluvius ex Mari Caſpio in Mæotim Paludem aut in Pontum Euxinum decurrit. Oritur autem Tanais non in Rhiphæis jugis, ſed in ſilvæ cujuſdam ingenti Lacu Iwanowo Iezioro gentili lingua dicto, non longe a Tulla urbe, ex quo etiam Lacu *Scad* amnis in Occidentem fluens naſcitur. *Occa* qui multa præterlapſus Opida, infra Novogrodiam inferiorem Volgam ingreditur. Moſcovitæ Illyrica Lingua, Illyriciſque literis utuntur, ſicuti & Sclavi, Dalmatæ, Bohemi, Poloni & Lithuani. Ea lingua omnium longe latiſsima eſſe perhibetur, nam Conſtantinopoli Ottomanorum in aula familiaris eſt. In hanc linguam ingens multitudo ſacrorum librorum, induſtria maxime D. Hieronymi & Cyrilli tranſlata eſt. Anni apud eos nõ a Natali Chriſti, ſed ab ipſo Mundi initio numerantur, qui non a mẽſe Ianuario, ſed a Septembri incipiunt. Leges toto Regno habent ſimplices, ſumma Principum & juſtiſsimorum Hominum æquitate conditas, & propterea populis valde ſalutares, quoniam eas ullis Cauſidicorum cavillationibus interpretari atque pervertere non licet. De Furibus, Sicariis & Latronibus ſupplicium ſumunt : quum de maleficiis quæſtionem habent, reos multa gelida aqua ſuperne demiſſa perfundunt, quod intolerandum tormenti genus eſſe perhibent. Nonnunquam obduratis & contumacibus, ut confeſsio criminis exprimatur, ligneis cuneolis digitorum ungues convelluntur. Tunicas oblongas Moſcovitæ, ſine plicis, manicis ſtrictioribus, Hungarorum fere more geſtant: Ocreas fere rubeas eaſque breviores, ut quæ genua non attingant, ſoleaſque ferreis claviculis munitas habent: Ventrem nequaquam ſed fœmora cingunt : atque adeo pubetenus, quo magis promineat venter, cingulum demittunt.

Ritus & mores.

Veſtitus.

Regio.
Unde dicta.

Lithuaniam a lituo, id eſt cornu & tuba venatorum, eo quod regio illa frequentes venationes exerceat appellari voluerunt. Quam ſententiam Mathias a Michou rejiciens, aliam de Lithuaniæ Etymo ſententiam ponit, tradens: Quoſdam Italicos ob Romanorum diſſenſiones deſerta Italia Lithuaniam ingreſſos, regionem Italiam, gentem Italos dixiſſe: eam vero per paſtores Litaliam & gentem Litalos, litera præpoſita cœpiſſe nuncupari. Ruthenos autem & Polonos eorum vicinos majore immutatione facta, uſque in hodiernum diem regionem Lithuaniam, gentes vero Lithuanos appellare. Regio ampliſsima eſt,

Situs.

Moſchoviæ proxima, habetque ad Ortum illam partem Ruſsiæ quæ magno Duci Moſcoviæ paret: ab Occaſu Podlaſsiam, Maſoviam, Poloniam, & aliquantum deflectens ad Septentrionem Boruſsiæ fit conterminа; reſpicit vero a Septentrione Livoniam & Samogitiam: a Meridie Podoliam & Volhiniam. Cœlum hic in-

Cœli qualitas.
Soli fertilitas.

clemens, hyems aſperior. Multum Ceræ ac Mellis quod ſilveſtres in ſilvis Apes conficiunt, atque etiam Pi-

Animalium varietas.

cis, Frumentum quoque abunde præbet hæc regio, Seges vero raro ad maturitatem pervenit. Vino non niſi importato utitur & exotico, ejus enim proventu caret, ut & Sale, quod ex Britannia venale accipit. Animalia omnis generis, ſed parva producit: in ſilvis etiam quibus regio operta eſt, Vri, Alces, Biſontes, Equi ſilveſtres, Onagri, Cervi, Damæ, Capreæ, Apri, Vrſi, Martes & reliqua genera Ferarum magno numero ſtabulantur. Et ut Avium & inprimis Ficedularum copiam taceam: eſt in Lithuania & Moſchovia Animal voraciſſimum *Roſſomaka* dictum, magnitudine Canem, facie Felem, corpore & cauda Vulpem referens, colore nigrum. Fuit gens Lithuanorum annis ſuperioribus adeo obſcura & contempta apud Ruthenos, ut Principes

Imperium Majorum.

Kiovienſes ab ea ſola perizomata & ſubera ob egeſtatem & ſoli ſterilitatem in ſignum ſubjectionis exigerent, donec *Vithenes* Dux Lithuanorum ſumptis virium incrementis, negaret tributum, quin & jugo Principibus Ruſsiæ injecto, eos adegerit ad tributa pendenda. Hujus Poſteri hoſtilibus & ſubitis incurſionibus finitimas gentes invadebant & diripiebant: donec Cruciferi Teutonici Ordinis eos debellare & opprimere cœperunt, tam diu donec ad Olgerdum & Keyſtutum duces Lithuaniæ ſucceſsive pervenerunt. Poſt vero *Jagiello* Dux magnus Lithuaniæ factus eſt, qui poſtea & *Vladiſlaus* appellatus. Hic a Cruciferis & Chriſtianorum exercitibus ſæpenumero preſſus, Deo miſerante ad Polonos declinavit, & Chriſtianam religionem amplexus baptiſmatis ſacramento initiatus, ducta in matrimonium Heduigi Regina Poloniæ, Rex Poloniæ factus eſt. Terram vero Lithuaniæ germano ſuo *Skirgelloni* tanquam ſupremo Duci Lithuaniæ regendam commiſit. Lithuaniæ magnus Ducatus nunc in decem Palatinatus ſeu Provincias præcipuas eſt diviſus, quarum Metropolis,

Urbes.

& Caput hoc tempore eſt *Vilna*, Indigenis *Vilenski*, Germanis autem vulgo, *Die Wilde*: quæ ad Viliæ & Vilnæ confluentes anno M c c c v a Gedimino Duce condita, nunc eſt ſedes Palatini inter Lithuanos primi, & Epiſcopi Romanæ obedientiæ Leopolienſi Archiepiſcopo ſubditi, & Metropolitani Ruſsiæ: qui ſeptem ſub ſe Epiſcopos Græci ritus habet, *Polociæ*, *Volodimiriæ*, *Lucæ* in Volhinia *Luczkq*, *Pinſcæ*, ad Pripetium flu-

Kiovia,


LITHVANIA.
LITHUANIA
Maris Baltici Pars
CVR LAND
PARS Semigalen
LIVONIA
Riga
Kockenhaus
Duna flu
Druta
Dubissa
Bayske
Ellercuria
Heligaw
Linkowo
Memel
Samogitia
Memel
Iurburgk
Bigsla
Swiesla fl.
Elissa
MAGNVS
Radoskowicz
Wilna
Kowno
Rank
Wielun flu
PRVSSIA
Lepuni
Philippowo
Olecko
Lyck
Raigrot
Lubinsk
Grodno
Rosanka
DVCATVS
Kaidanow
Nowogrodek
Lusko
Slonim
Wolkowicz
Crono lago
Polowisko
Grodno
MAZOVIAE PARS
Krzemenien
Kamieniecz
Brzesk
Muranow fl.
Cobrin
Pinsko
Szidnitz
Kloske
Grodeck
Krodano
Modzierz
Prypiecz fl.
THSTACKO
VALNIAE
Bobrausko
Roha
Borisow
Odrucz
Orssa
Dnepr
Sklow
Mohilow
Surislocz
Bichow
Ropis
Miscislaw
Tocsop
Nowogrod Siewierski
Szerniho
Proponahora
Desna fl.
Trochi
Kiof
Canioua
Bialacerkow
Czercasi
Sem flu.
Tropsisk
Potiwlo
Belef
Opacou
Seresko
Olesco
Dubrouna
Smolensko
Wiasma
Drohobus
Nieper fl.
MOSCOVIAE PARS
Bielaverdoma
Witepsk
Wiscisczа
Polocko
Duna flu
Eactia windoldi
Osmiga
Medina
Twere
Bielha
Ukia
Nowa wladimirowa
Ceasniki
Lucomlia
VOLHINIA
Cleardorisko
Lucko
Sandomiria
Sokal
Krzemieniecz
Buske
Leopolis
Trebowla
Camieniecz
Culmow
Thomasyrn
Jaslowiecz
Grodek
Bog fl.
Bar
PODOLIA
Rou
Chover
Codimia
Szinouda
Szinouda flu
Suinigrod
Zdwiz fl.
Ariel flu
Consuuoda flu
Miliaria Lithuanica communia
Dnepr fl.
Dnestr fl.
Tyras fl.
Suuran
Bog fl.
OCCIDENS
ORIENS
515

Kioviæ, Præmisliæ & Leopoli. Est autem Vilna copiosa, ampla & celeberrimi nominis, muro cincta & portis, quæ nunquam clauduntur. Templa pleraque sunt lapidea, quædam etiam lignea. Elegans est Bernardinorum Cœnobium, secto ex lapide, venusta structura clarum. Quemadmodum & Ruthenorum aula, in qua ipsi merces suas ex Moschovia allatas distrahunt. Secundus Palatinatus est *Trocensis*, cujus Opida sunt *Grodna* ad Cronium flu. ubi Stephanus Rex Poloniæ obiit. *Lawna* ad Croni & Viliæ confluentes, *Kowno, Lida & Upita.* Tertius Palatinatus est *Minscensis*, ibi *Minsko* civitas & arx *Kridanow, Radoskowice, Borissow, Lohoisko, Swislocz, Bobroisko & Odruczko.* Quartus Palatinatus est *Novogrodensis*, in quo *Novogrodeck* Civitas ampla & lignea, *Slonim, Wolkovisko, Mszibow* & alia Opida complura. Quintus Palatinatus est *Brestiensis* a Brestia Civitate ampla & lignea sic denominatus, & in hoc Civitas *Pinsko.* Sextus Palatinatus est *Volhiniæ*, in qua *Luczko*, Episcopi sedes, *Volodomiria, Krzemenesia.* Septimus Palatinatus est *Kioviæ*, quæ urbs quōdam amplissima & vetustissima, ut ruinæ quæ ad sex milliaria se extendunt, facile indicant, fuit ad Borysthenē sita. Ibi sunt *Czecass, Kaniow & Moser* Opida. Octavus Palatinatus est *Miecislaviensis* ad Sosam & Borysthenē in finibus Moschoviæ, ibi *Miecislavia, Dambrowna, Copysz, Sklow* Comitatus, *Mohilow, Bychow, Reczycza, Strissin* Opida cum arcibus sita sunt. Nonus Palatinatus est *Vitebscienſis* in quo *Vitebsk* Civitas ad Dunam fluvium sita, & *Orsha* ad Borysthenem. Decimus Palatinatus est *Polocensis*, qui a *Poloczko*, ad Polotæ, & Dunæ confluentes inter Vitebscam & Livoniam interjecta nomen sortitur: ibi *Disna, Drissa & Druha* Opida cum arcibus visuntur. Hisce expositis demus Lithuaniæ suos amnes. Lithuaniam a parte Orientali terminant *Oscol, Jugra*, minor *Tanais*, hi & plurimi alii in Tanaim defluunt. Est & in dominio Lithuanorum Borysthenes qui ex terra plana & palustri ortus, per Russiam delatus in Pontum Euxinum tandem exit. Sunt & *Vilia*, & *Niemen*, hic valde flexuose decurrit: navesque deferens & merces: tandē in mare Prutenicum suas aquas exonerat. *Dwina*, & alii, quibus ut & Lacubus & Stagnis irrigua est. Omnes autem isti Fluvii & Lacus maximam Piscium copiam subministrant, suntq; Pisces optimi ac gratissimi saporis. Est præterea Regio silvis operta, quæ admodum magnæ sunt, decem, aliquando quindecim milliarium. Provinciarum autem Lithuaniæ Palatinos & Castellanos Sigismundus Augustus Poloniæ Rex in comitiis Lublinensibus in unum Reipublicæ corpus, cum Polonis univit, & certum singulis Proceribus, Episcopis, Palatinis & Castellanis Lithuanis locum ac ordinem in Senatu regni attribuit, ita ut ex universo Regno Poloniæ omnibusq; Provinciis illi conjunctis, sint in Senatu Episcopi quindecim, Palatini triginta unus, Castellani majores triginta, minores quinquaginta, & qui officiales regni nominantur, Marschalci regni & curiæ Cancellarii ac vice-Cancellarii ac Thesaurarii 2, de quibus in Polonia latius. Solvuntur apud Lithuanos facile matrimonia mutuo consensu, & iterum atque iterum nubunt, & inter se matronæ palam concubinos habent maritorū permissu, quos connubii vocāt adjutores: contra pellicatus viris probro datur. Cum quis forte capite damnatus fuerit, de seipso jubente Domino supplicium sumere, suisque manibus se suspendere cogitur, quod si recusaverit, tantisper minis & verberibus exagitatur, donec mortem sibi inferat. Armenta victum præbent, multo

Flumina.

Silvæ.

Senatores.

Mores.

Victus.

multo lacte utentibus. Panis vulgi nigerrimus est, ex Siligine aut Hordeo una cum furfuribus. Divitum autem albissimus, ex puro Tritico pinsitur. Vini apud eos rarissimus usus, Cereali poculo multi utuntur, plebeium vulgus aqua. Cervisiam coquunt diversimode & ex variis granis, puta, Frumento, Siligine, Hordeo, Avena, Milio, sed insipidam. Medone & Ipisso & tenui & vario modo cocto abundant, & illo reficiuntur & inebriantur. Lithuania difficilis aditu ac quodammodo inaccessa, aquis omnia obtinentibus: hyeme commercia cum Lithuanis habiliora, paludibus & stagnis alta glacie concretis; niveque superinfusa fiunt omnia mercatoribus pervia. *Mercimoniá*

Opes apud eos præcipuæ Animalium pelles, Mustelinæ, Vulpinæ & pretiosiores, ut Ictidibus (quas Martes vocant) & Scythicis Mustelis detractæ, quibus Sebellinis nomen est. Ex his magnum quæstum faciunt, ut ex Cera, Melle, Cinere & Pice. Omnis item roborea illa materia que *Wagenschot* nostratibus dicitur, & ex qua in Germaniæ inferioris & Belgicæ maritimis regionibus universa fere lignea opera architectonica, tam publica quam privata, domorumque magna ex parte supellex & utensilia parantur, *Samogitia.*

his partibus cæditur, illincque ad nos per Balthicum & Germanicum mare advehitur. Sed de Lithuania satis: *Nomina.*

De reliquis nunc paucula subjungamus. Sequitur in titulo nostro *Samogitia* (quod eorum lingua terram inferiorem sonat) Russis *Samot7kasemla*; regio Septentrionalis & satis ampla, Lithuaniæ proxima, silvis & fluminibus circumsepta, quinquaginta milliarium longitudine. A Septentrione Livoniam habet, ab Occasu Mari Balthico sive Germanico, qui sinus Balthicus proprie nuncupatur, nonnihil versus Septentrionem reflectendo, alluitur; vicina est etiam Borussia. Abundat nobilissimo, candidissimo ac purissimo Melle, quod in omni arbore excavata invenitur. Opidum nullum habet, non Arcem: nobiles in tuguriis vivunt, rustici in casis. Gens hujus regionis procera & pulchræ staturæ, agrestis tamen & incultis moribus, parco victu vivens, sitim aqua sedare solita, raro Cervisia aut Medone; Auri, Argēti, Æris, Ferri, Vini ante nostra tempora expers & ignara: apud hos licitum erat uni viro plures habere uxores, & patre mortuo Novercam, Fratreque Fratriam in uxorem accipere. Gens præterea ad divinationes & auguria proclivis. Præcipuum Numen Samogiticum erat ignis, quem sacrosanctum & perpetuum putabant, qui in Montis altissimi jugo assidua ligni appositione a sacrorum sacerdote alebatur. Tertium locum tenet *Russia*, quo nomine hoc loco *Russiam* Meridionalem sive *Nigram* intelligimus, cujus urbs primaria *Leopolis* Emporio & Archiepiscopali sede celebris. Districtus præter Leopolienſem sunt, *Halicenſis*, *Belzenſis* & *Præmiſlienſis*. Restat denique *Volhinia* quæ inter Lithuaniam, Podoliam & Russiam sita, Frugibus abundat propter agri fertilitatem. Incolæ strenui et bellicosi sunt, Ruthenicoque idiomate utuntur. Regio hæc ad Magnum Lithuaniæ Ducatum pertinebat, sed nunc Regno Poloniæ adjuncta est. Districtus habet tres, *Lucenſem*, *Volodimirienſem* & *Cremenecenſem*, suntque tres civitates provinciales *Luczko*, *Wolodimiria*, & *Krzemeniec*, quæ complura Opida & munitiones subjectas habent. Lacus hic et stagna plurima Piscibus referta, ac silvæ Feris. Est et in hac Tabula *Podolia* sita ad Tyram flu. qui *Nyster* dicitur; regio est fertilissima, semel seritur, ter metitur: pratis ita luxuriat, ut sæpe Boum cornua vix è gramine appareant. Vrbes præcipuæ sunt *Camieniec*, *Bar*, *Miedziboſz*, *Brezania* & *Braſlaw*. Sed de hac Tabula quæ dicta sunt hactenus, sufficiant, ad Transylvaniam pergimus.

Mores.
Victus.
Russia.
Urbs Leopolis.
Volhinia.
Situs.
Soli fertilitas.
Urbes.
Lacus.
Silvæ.
Podolia.
Situs.
Soli fertilitas.
Urbes.

Regio.
Nomina.
Situs.
Soli fertilitas.

TRanſſylvania Daciæ veteris pars eſt Mediterranea, quam Ripenſem Romani dixere, nomen nunc habet a ſilvarum montiumque ambitu; ſilva eſt Hercynia; Mons Carpathus. Dicitur & Septemcaſtrenſis vulgo, nomine a voce Germanica *Siebenbürgen* mutuato, ac *Erdeli* Hungaris. Terminant eam ab Occidente Pannonia, a Septentrione Polonia, ab Auſtro Valachia, ab Oriente Moldavia. Eſt autem Tranſsylvania rerum omnium feraciſsima: ac Frumenti per univerſam hanc Regionem magna eſt uberitas. Præter experientiam quotidianam teſtatur id Trajani nūmus in quo Ceres erecta, dextera tenens cornu Amaltheæ, læva tabellam: cum hac epigraphe *Abundantia Daciæ*. Vinum fert præſtantiſsimum ad Albam Iuliam, Devam, Egmedinum, Birthelbinum, Fenuſcium. Fructuum item magna copia eſt, inter quos, ut reliquos omittam, præſtantiſsima Pruna Damaſcena vulgo dicta, mala Cotonea, Ceraſa dulcia, quæ cum Maroſticanis Italicis conferri poſſunt, Melopepones vulgo Melones, præſtantiſsimi. Herbæ etiam nobiliores paſsim creſcunt. Rha Ponticum, Centaurium majus, Gentiana maxima flore flavo & purpureo, Rhodia radix, Abſinthium Ponticum, Libanotis prima Theophraſti, Crocus aliæque ſexcentæ. Metallorum Fodinæ nobiles permultæ. Auri etiam ad Sculattin: quæ Zulakna dicitur Hungaris, & ad *Rumîli Domnurdz*, quod ſonat Rivulum dominorum. His locis exſcinduntur glebæ Auri puriſsimi, cujus effoſsi ſtatim uſus eſſe poſsit ſine ulla accurata ſeparatione. Auri hanc ubertatem teſtantur frequentes Romanorum nūmi aurei qui his locis ſæpe effodiuntur: quorū parte altera viri eſt effigies cum petaſo, & hac inſcriptione C. CATO. parte altera Dacia forma Divæ, libellam dextera tenens cum inſcriptione AV: RPVR. Argenti fodinę ſunt ad *Offerā* & *Radna*. Cuprum iiſdem Montibus effoditur quibus Aurum & Argentum. Chalybs ad *Cyk*; ferrum ad *Thorofco* & *Vaidahuntadæ*: Sulphur & Antimonium in Cupri fodinis. Salis autem foſsilis tanta copia eſt, ut vicinis regionibus abunde ſubminiſtret.

Animalium varietas.

Boum præterea tanta multitudo, ut etiam prægrandes ſinguli ſingulis ſæpe florenis vendantur. Quid dicam de Equis, quos generoſos & præſtantes producit, queis per ſe mollis alterno crurum explicatu glomeratio? Quid Avium varia genera commemorem? Aquilas, Falcones, Phaſianos, Perdices, Pavones ſilveſtres, Gallinagines, Scolopaces Olympio, *Ruſticulas* Plinio, vulgo *Sneppas*, & Gallos? Quid aquatiles? Cygnos, Tardas & Onocrotalos? Et ut ab Avibus ad Feras tranſeam: habet hæc Regio ſaltus prægrandes ac Nemora ingentia, in quibus Vri, Bubali, Alces, Cervi immanis magnitudinis, Lynces, Martes, Mures Pontici, Vrſi, Damæ & Lepores albi.

Imperium Majorum.

Coluere hanc Regionem jam olim variæ gentes *Iazyges*, quorum etiam hodie reliquiæ ſunt in Hungaria: tum *Metanaſtæ* etiam Plinio nominati, & *Getæ*, *Baſtarnæ*, *Sarmatæ*, *Græci*, *Romani*, *Scythæ*, *Saxones*, *Hungari*. Romani eam ſero debellarunt: Nam Trajanus Imperator victo Decebalo Dacorum Rege, primū eam in provinciæ formā redegit, urbemque Zarmizegethuſam vocavit de ſuo nomine *Vlpiam Trajanam*. Eam Galienus ducentos poſt annos amiſit, exque eo tempore humanitate ſermoneque & elegantiis Romanorum depoſitis, cœperunt Incolæ ferociam Barbariemque priſtinam repetere, Valachorum etiam nomine adſumpto.

Poſt


Septen.
TRANS-
SYLVANIA
Miliaria Germanica cõmunia

Post Romanos Scythæ Attila duce hæc loca insederunt, septemque sedes liberas sibi exstruxere. Scythis Saxones successerunt Caroli Magni tempore, qui patria deserta hæc loca insedere, exstructis septem ad Scytharum exemplum urbibus liberis. Postremo etiam *Hungari* alios subsequuti, partim loci vicinitate allecti le Dacis miscuere: partim injuriis provocati, sub Stephano Pannoniæ Rege quem sanctum indigitant, totam istam regionem expugnavere. Ab his structa sunt etiam aliquot Opida. Pars Transsylvaniæ montosa, ferro devicta est a Mathia Huniade qui Corvini cognomentum habuit, posteaque a Stephano Hungariæ Rege. Mathias ille Draculam quendam Transsylvaniæ montosæ Vaivodam hominem inauditæ crudelitatis vivum cepit, & post decennii carcerem pristino loco restituit. Transsylvania nunc in tres dividitur nationes suis inter se moribus & legibus dissidentes & distinctis terrarum locis provinciam incolentes, videlicet in *Saxones*, *Ciculos* & *Hungaros*. *Transsylvani Saxones* sicut cæteræ nationes omnes Germanicæ, habent peculiarem linguæ dialectum. Vrbes & arces incolunt munitissimas, & cæteris nationibus præstant. Sedes eorum sunt septem, nempe, *Zarwariensis*, *Zabesiensis*, *Millenbach*, *Reusmark*, *Segesburgensis*, *Schesburg* forte, *Olzna*, *Schenkerstul* & *Rupensis* sed *Reps* forte, quæ singulæ pagos aliquot subjectos habent. *Ciculi* Moldaviæ finitimi a Scythis oriundi suis legibus & moribus vivunt, suaque officia sorte distribuunt. Hi in septem sunt divisi regiones quas ipsi sedes vocant, quarum nomina sunt: *Sepsi*, *Orbai*, *Kysdi*, *Czyk*, *Gyrgio*, *Marcus Zeek*, *Aranyas Zeek*. *Hungari* & Nobiles Transsylvani passim intermixti Saxonibus cum Ciculis, propemodum tam sermone, quam vestitu & armis conveniunt. Omnes simul Transsylvani ad nonaginta & amplius armatorum millia suppeditant. Sunt autem in Transsylvania septem urbes celebriores locorum intervallis distantes, inter quas *Cibinium* est Metropolis & *Hermanstat* dicitur. Sita in planitie, nullis prope Montibus impeditur, quin se in admirabilem latitudinem aperiat. Non multo minor est Vienna Austriæ, arte & natura multo est munitior: nam propter frequentes piscinas & stagna non patet exercitui ad eam aditus. Parochiam etiam cathedralem habet. *Brassovia* sive *Corona* Germanis *Cronstat*, quæ & *Stephanopolis* intra Montes amœnissimos sita, mœnibus, fossis & propugnaculis satis munita est. Hic Academia & Bibliotheca insignis. *Bistricia*, *Noesenstat* in amplissimæ vallis planitie sita, utrinque vitiferos colles habet. *Segesvaria*, *Schespurg* partim in edito colle, partim infra ad radices habitata. *Megies*, *Mydwisch* in medio illo Transsylvaniæ sita, ferax vini ac rebus aliis omnibus ad quæstum & victum pertinentibus satis referta. *Zabesius* sive *Zaaz* in planitie, valle profundissima, aquis piscium fœcundissimis munita jacet. Hanc primariam Saxonum sedem fuisse dicunt. Et *Colosvaria*, *Clausenburg* itidem in planitie suaviter admodum sita, tam murorum ambitu foris, quam ædificiorum structuris intus splendida. Est & hic *Alba Julia* urbs vetustissima, ac sede Episcopali celebris. Hæc in colle declivi sita, circumfusa undique ad duo fere millia passuum planitie. Ab Ortu fluvium Marusium, & ex altero latere amnem *Ompay* Hungarice vocatum, ex Alpibus descendentem habet. Olim *Tarmis* dicta, ac regis Decebali Regia tempore Trajani fuit. Numerantur etiam in Transsylvania quo ad pensiones taxarum octo parochialia Capitula præcipua, quæ simul Vniversitatem appellant.

Vrbes.

Bistricien

Biſtricienſe Capitulum habet Biſtriciam cum 23 pagis regiis. *Regnenſe* Capitulum *Regen* forte, habet pagos plus quam triginta. *Barcenſe* Capitulum *Barzaʒarg* habet Coronam civitatem cum tredecim pagis regiis. *Kiſdenſe* Capitulum habet Segesburgam, & pagos quadraginta octo. Duarum ſedium Capitulum complectitur civitatem Megienſem cum pagis triginta ſex. *Cibinienſium* Capitula duo, quorum unum habet *Cibinium* & pagos viginti tres, alterum Capitulum Cibinienſe, quod vocant *Surrogativa*, continet pagos circiter 22. *Zabeſienſe* Capitulum habet Zabeſium cum pagis ſeptemdecim. Non deſunt huic Regioni Stagna atque paludes, quæ piſcibus præſtantiſsimis affluunt. Fluvii navigabiles tres ſunt, *Aluta*, *Moroſſus*, *Samus*: quorum duo priores è Montibus Scythicis originem ſuam trahentes, hic in Tibiſcum, ille vero recta in Danubium tendens, delabuntur; tertius *Samus* (*Thimes*, Germanis & Hungaris) ex Alpibus, Calota dictis, oriens, qui itidem in Tibiſcum delabitur. Sunt præterea & alii amnes, ut *Chicel* major & minor, *Sabeſus*, *Chryſus*, *Chryſolores*, *Strygius*, quorum tres ultimi aurea ramenta ferunt, auriq; fragmenta quandoque ſeſquilibralia trahunt. Piſces in iis & ſupra dictis optimi, ac varii reperiuntur; Acipenſer nimirum magnus & parvus, Cyprinus trium generum, Salmo, Lampetra fluviatilis & lacuſtris, Silurus, Mulus barbatus dictus, Murenæ genus rarum, Truta alba & nigra, Gobii ſquammati, ac ſine ſquammis aliis penitus incogniti. De Lupis, Percis, Tincis, Murena vulgo dicta nihil memoro; qui Piſces inauditæ fere magnitudinis inveniuntur. Montes item ſunt Valachiæ Ciſalpinæ & Moldaviæ vicini, qui Agaricum, ac Terebinthum ſtillant. Silvæ frequentes, inter quas Hercynia, in quibus præter Feras ſupra memoratas jubati Boves, & ſilveſtres Equi, quibus juba ad terram uſque demiſſa. Sunt præterea in hac Regione Arces plurimæ eæque munitiſsimæ. Inter quas primum occurrit Rubea turris arx fortiſsima, ſita in alpibus juxta decurrentem amnem, ubi anguſtus inter Montes introitus patet in regionem, eſtque ceu propugnaculum totius terræ, ut ab illa parte nemo ingredi queat, ſi arcis præfectus repagula objiciat. Eſt & alia Arx munita infra Opidum Millenbach juxta Bros Opidum, ubi quoque juxta fluvium inter convalles & nivoſas alpes iter eſt in Tranſſylvaniam ducens, & aliæ. Nunc ſequitur ut de moribus aliquid ſubjungamus, qui varii ſunt, quia a variis gentibus, (ut ſupra vidimus) & olim occupata fuit, atque etiam hodie tenetur. Valachorum gens eſt aſpera, bonarum artium atque diſciplinarum expers, Religionis Græcæ, moribus Paganiſmum redolentibus, quum & divinaculos in pretio habeant, & per Iovem, Venerem (quam ſanctam vocant) jurent, & multis aliis rebus ad Gentilium ritus accedant; quinetiam neque Opida habeant, neque domos lateritias, ſed in ſaltibus degentes arundine duntaxat adverſus injuriam cœli muniantur. Reliqua pars Tranſſylvaniæ, multis partibus eſt, ut ſolo cultior, ita & hominibus moratior. Scytharum in Tranſſylvania lingua exigua dialecto ab Hungarica hodie differt; quondam tamen maximum idiomatis diſcrimen fuit, ut & ſcriptionis, quam illi Hebræorum more a dextera orſi lævam vorſum exarabant. Ciculi, genus hominum ferox & bellicoſum: inter quos nullus neque Nobilis neque ruſticus, omnes eodem jure cenſentur, Helvetiorum inſtar, ut ſupra quoque diximus. Hungarorum magna præ aliis potentia & autoritas eſt. Et hæc hactenus de Tranſſylvania breviter dicta ſufficiant.

Lacus.
Flumina.
Montes.
Silvæ.
Opera publica.
Mores.

Regio. Nomina. Situs.

Tartaria vide folio 626

Cœli temperies.

Soli fertilitas. Animalium varietas.

Imperium Majorum.

NB

Urbes.

CHerſoneſus a Tauris Scythiæ Europeæ populis *Taurica* cognominata Ptolemæo, Scytharum regio eſt. quæ & *Scythica* Straboni dicitur. Hanc *Taurorum Peninſulam* Latine dixit Plinius lib. 2 cap. 96. *Cherroneſum Ponticam* Appianus in Mithridaticis, *Cherſenam* Paulus Diaconus. Hodie *Perocopskæ* & *Geſara* Antonio Pineto, aliis *Præcop* & *Tartaria Minor* dicitur. Ampla eſt Peninſula, inter Pontum Euxinum & Mæotidem paludem uſque ad Boſphorum Cimmerium, qui Europam ab Aſia diſcernit, verſus Ortum porrecta. Longa eſt XXIIII milliaria, Lata XV. Peninſula quæ ab Oriente & Meridie a Perecopia media eſt, hyemem placidiſsimam, & Aërem temperatiſsimum habet. Nam in fine Decembris hyemis initium, in medio vero Februario hyemis aſperitas, quæ magis nivoſa, nec tamen integro triduo illa magis durat, quum frigida & gelu conſtans eſt: nec diutius quam ad initium Martii illa durat. Vniverſa autem ipſa regio frugum feraciſsima eſt, ac paſcendis gregibus atque armentis valde idonea. Sed quamvis ſolum fertile Incolæ habeant, plurimi tamen agros non colunt, nec ſerunt. Equis, Camelis, Bobus, Vaccis, Pecoribus & Ovibus abundant, ac inde victitant. Eſt præterea Avium delicatiſsimarum ibi copia, quas aliquando Chriſtiani vel Turcæ, rarius tamen peregrini Poloni capere ſolent. Venationes Cervorum, Caprarum, Aprorum & Leporum in ditione Tartarica & Turcica mari vicina, ſunt plurimæ. Cherſoneſum autem hanc mediam horridi & ardui Montes velut Apenninus Italiam in Boream & Auſtralem dirimunt. Auſtralem, cujus Metropolis eſt *Capha* Mahometes anno MCCCCLXXV occupavit, & ſibi tributariam fecit. In Boreali vero parte Tartari, Crimæi vulgo appellati, latiſsimos inter Boryſthenem & Tanaim campos, paſcuis ſubinde mutatis pervagantes, ſedem Regiam annos jam fere quadringentos habuerunt opidum Crimæum, unde & Crimæi Tartari appellati fuerunt. Hi poſtea perfoſſo Tauricæ ad Inſulæ formam Iſthmo, circa foſſam eam quam Præcop appellant, Civitatem ejuſdem nominis & Regiam ſedem cum condidiſſent, Præcopenſes Tartari inde dicti ſunt. Horum Rex Turcis fœdere & ſocietate conjunctus cum proprios fratres (inſtigantibus Turcis) a quibus bello petebatur, ſubmoviſſet, & Capham obſidione premeret, a ſuis Conſiliariis ad hoc amplis muneribus corruptis, cum duobus filiolis in fruſta conciſus, Ottomannicæ amicitiæ infœlix exemplum præbuit: Eo enim occiſo Tartari, qui hactenus liberi & indomiti, ex ſociis & fratribus Ottomannorum facti ſunt ſervi, & more aliarum Turcicarum Provinciarum non Regem, ſed Beglerbegum, id eſt Vice-Regem accipere ſunt coacti. Quale autem ſit Turcicum imperium ex Walachiæ, Græciæ & Imperii Turcici deſcriptionibus facile poteſt cognoſci, eo Lectorem brevitatis cauſa remittimus. Præter Cazan autem & Aſtrachan Regna Tartarorum, qui agros colunt domoſque inhabitant & nunc Moſcho ſubjiciuntur, præterque dictos Præcopenſes, ſunt & alii Tartari campeſtres, qui catervatim in campis nullis finibus obſervatis degunt & in hordas veluti in quaſdam Provincias, a quibus & cognominantur, diviſi ſunt, de his ſuo loco Aſiaticis videlicet Tabulis, dicemus. In Auſtrali Metropolis eſt *Capha* olim dicta *Theodoſia*, Emporium celeberrimum, vetus Genuenſium colonia. Sita eſt ad mare. Portum copioſum illa ſempet habuit.

Genuenſium


Taurica Chersonesus.
Smolenck
Borissow
Horodek
Swislocz
Bobrasko
Modsiers
Przypiecz fl.
Narba
Szitomirs
Vißegrod
Codimiad
Chove
Coszidans
Szinowoda
Oslam
Tencay
Dassau
Porto bono
Bialigrod
Kilia
Destor
Syrtia
Proslauisa
Pargala
Militaria
Geranica 15 Communia 18
Serensko
Branisko
Bernesky
Kricow
Kareczeu
Tropsiski
Nowgr
Szerniho
Homei
Lubies
Mere
Toechi
Kiof
Rioua
Czercasi
Crimea
seu Tartaria
Przecopensis
Naubarum
Pasiris
Torracca
Carcia
Hercam
Tamyraca
Bous portus
Pidea
Metgarico
Golfo de Nigropo
Dandaca
Varangitu
Costo
Trinie
Feti
Crestona
Calamina
Mancopia
Ginsonda
Inkerme
Palaelny
Taurica Chersonesus
Kaytha
Mæotis palus
Tarparda
Timoch
Thoman
Matriga
Adehen
Corocodame
Cariida
Simbala
Pontus Euxinus
Mare Maggiore
Mosnesk
Olescho
Belesk
Opaicow
Demetrowicz
Pillesk
Micze
Mszenek
Mszenecka
Odojum
Potiwlo
Seot
Sem fl.
Schanial fl.
Schurna fl.
Moskow
Cortisa
Okka fl.
Reza
Resan
Columma
Cossiera
Czirpach
Coluga
Vorotin
Tulla
Tulla fl.
Donko
Don flu.
Schamena als Scosna flu.
Scosna
Sorgana flu.
Drossok flu.
Donecz id est minor Tanais
Tartaria
Weliky prewos id est magnus traiectus
Don fl.
Achas
Assow olim f. Tanais emporium
Pisan
Azacara
Bacruchi
Azaraba
Cagia
Mauro Zichia
Sufsco Tasos
Olim
Albazichia
Auaso
Cacari
S. Sophia of Oenathia
Pesonda
Li
thua
nia
RVSSIAE
PARS
Pars
POLONIA
MOLDAVIAE PARS
Bessarabia
Bialigrod
Licostomo
TARTARIAE PARS
ASIAE PARS
Occidens
Oriens
Meridies
Septentrio
Sep 62 te 63 ut 64 rio 65
53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73
55 54 53 52 51 50 49 48 47 46

36.

Genuenſium tempore apparet eam divitem & frequentem admodum fuiſſe. Poſtquam vero a Turcis ab annis plus centum Genuenſibus erepta fuerat, Chriſtiani Itali in anguſtum ita redacti ſunt, ut exiguæ & obſcuræ admodum eorum reliquiæ in ea ſuperſint: Civitas priſtinum ſplendorem magna ex parte amiſit. Templa Chriſtianorum Romana proſtrata, ædes dirutæ, muri & turres, in quibus Genuenſium plurima inſignia & inſcriptiones Latinæ viſuntur, collapſa jacent. Turcis, Armenis, Iudæis, Italis, & Græcis Chriſtianis paucisſimis habitatoribus referta, negotiationibus, portuque univerſæ ejus Tauricæ nunc etiam nobilis eſt; Vineas, pomaria & hortos fere infinitos habet. Ac præter hanc ſunt *Perecopia* a veteribus Græcis *Eupatoria*, *Pompeiopolis*, *Sacer Lucus*, *Dromon vel curſus Achillis* ſeu *Græcida*, *Heracleum* vel *Heraclea* appellata: *Coſlovia*, Emporium non ignobile: Eſt & *Ingermenum*, quod Arcem lapideam, templum & ſpecus ſubarce, & ex adverſo arcis miro opere ex petra exciſos habet, nam in Monte maximo & altiſsimo ſitum ac inde a ſpecubus Turcis cognomen retinet. Opidum quondam non ignobile opibus refertum, celebertimumque extitit. *Cherſoneſus* ſeu *Corſunum* urbs Tauricæ antiquiſsima. Hanc *Sari Germenum*, quaſi *flavam arcem* Turcæ vocarunt, nam ſolum quaſi flavum ille tractus habet. Quæ, quod ſuperba, dives, delicata, & clara quondam Græcæ gentis colonia fuerit, univerſæque Peninſulæ urbs antiquiſsima, frequens, magnifica, portuque nobiliſsima exſtiterit, admirandæ illius ruinæ manifeſte teſtantur. *Jamboli* ſeu *Balachaium* Arx & Civitas: *Mancopia* ſeu *Mangutum*, (ut Turcæ vocant) Arx & Opidum: *Cercum* Opidum cum Arce. *Cremum*, ſeu a Tartaris *Crimum* dicitur Civitas & Arx muro antiquiſsimo, maximo ac prælto, magnitudine ac celebritate reliquis civitatibus Tauricæ Cherſoneſi Mediterraneæ, nam eam Ptolemæus ita nominat, admodum diſsimilis eſt Ptolemæo fortaſſe *Taphros*, Plinio vero *Taphræ*. Ac in extrema hujus regionis parte *Tanas* Civitas, ad oſtia Tanais fluvii, Rutheni vocant *Azac*, eſtque nobile Emporium, ad quod Mercatores ex diverſis Orbis partibus commeant, ubi cuique liber patet acceſſus, ac libera emendi & vendendi facultas: & aliæ. Fluvii in hac Regione plurimi, non parvi admodum ex Montibus decurrentes: Inter quos præcipui *Boryſthenes* vulgo *Nieper* altiſsimus & rapidiſsimus fluvius qui a Septentrione labitur in Careinitum ſinum ſeu fluvium atque in Pontum Euxinum penes Oczacoviam influit. *Don*, *Ariel*, *Samara*, cum multis aliis. *Boſphorus Cimmerius* ad quem uſque hanc Cherſoneſum protendi diximus, Fretum eſt quod Europam ab Aſia diſterminat, duorum millium paſſuum latitudine, per quod Palus Mæotica in Pontum defluit. Hic Cimmerius a Cimmeriis qui partem ejus frigidiſsimam incolunt, dicitur: vel ab Opido Cimmerio, ut vult Volaterranus. *Mæotis* Palus eſt prope Phaſidis oſtium: recipiens Tanaim. Hæc *Ponti mater* dicitur Scythis, teſte Dionyſio, ob id maxime quod multa inde in eum effluat aqua, diſtracta potiſsimum ex Cimmerio Boſphoro atque ex multis aliunde locis, quæ adeo ex omni parte paludem replet, ut non poſsit inter ſua labra contineri. Hæc quoque plurima recipit flu. Piſcibus abundat. Pontus *Euxinus* itidem, cujus ſuperior aqua dulcis eſt, inferior ſalſa. Hic cum prius *Axenus*, imo ſecundum Sophoclem *Apoxinus*, vel quod navium eo non fieret appulſus, vel propter barbaros Scythas accolas, qui advenas trucidabant, diceretur, poſtea *Euxinum* figura quam vocant *Euphe-*

miſmum

mismum dixere. Alii hoc ad Herculem, alii ad Ionas retulere. Pontum vero dixere tanquam alterum Oceanum, putabant enim eos qui illum navigassent, eximium quid & memorabile præstitisse, & ob id, inquit Strabo, per excellentiam proprie Pontum appellarunt, quemadmodum Homerum Poetam. Montes horridi atque ardui, inprimis illi qui Chersonesum mediam secant. Sunt & alii maximi & celebres. Maximus vero omnium, altissimus est, & in summitate Lacum sane non exiguum habet. Sed hæc hactenus: deinceps reliqua videamus. Ius vel justitia Mahometica lege apud Tartaros administratur in civitatibus vel Opidis Chani, & reliquorum Sultanorum. Presbyteri Cadii vel Iudices in pagis, Begi vel Præfecti, qui injurias particulares audiunt & decidunt, perpetui habentur. Veruntamen capitis, sanguinis, furti, quas criminales, fundi, quas civiles causas nos dicimus, Chanus ipse cum Consiliariis suis discernit. In quibus exponendis causidico non egent, subtilitatibus juris, calumniis, excusationibus, nec dilationibus utuntur. Extremæ enim conditionis Tartari vel peregrini coram judicibus & Chano ipso, a quo semper audiuntur, & celeriter expediuntur, injurias suas ipsi per se libere admodum exponunt; omnibus enim semper ad illum aditus patet. Filios a primis annis Arabicis literis instituendos, filias vero domi non alunt, verum propinquioribus sanguine curandas tradunt. Filios adultos Chano vel Sultanis in ministerium, filias nubiles insignioribus ac nobilioribus Tartaris vel Turcis dant in matrimonium. In aula Principis insigniores Tartari ac nobiliores non ad fastum vel superbum luxum, verum pro necessitate & honestate satis splendidi & civiles sunt. Cum in publicum exit Chanus, miserrimæ sortis homines non excluduntur, a Chano vero conspecti examinantur, videlicet ut siquid opus habeant, referant. Legibus obedientiam magnam Tartari præstant: Principes suos Deorum loco ipsi adorant & venerantur. Iudices, pro lege Mahometana perpetui & spirituales pro divis, indubitatæque omnis æquitatis & integritatis, fidei & opinionis viri inter illos habentur. A controversiis, criminationibus juridicis, jurgiis minus necessariis & particularibus, invidia, odio, terris excessibus, omni luxu & ambitione, in victu & amictu prorsus alieni sunt. In aula Principis nec inter suos, gladios, arcus, nec alia ulla arma illi gestant, exceptis viatoribus, vel peregrinis iter facientibus in quos admodum humani & hospitales sunt. Nobiliores panem, carnes, cibum, vinum igni eliquatum & Mulsum potū habent, agrestiores panē carent, verum milio concusso, lacte & aqua diluto, quem *Cassa* vulgo nominant, & casco pro cibo pro potu lacte equino utuntur. Camelos, Equos & Boves oneri inutiles, vel jam moribundos jugulant, ac Ovium carnibus non raro vescuntur. Mechanicas artes rarissimi, & in Civitatibus vel Opidis pauci admodum mercaturam exercent, & quicunque artifices vel mercatores ibi reperiuntur, vel Christianorum mancipia, vel Turcæ, Armeni, Iudæi, Cercesii, Petigorenses qui Christiani sunt, Phylistini vel Cyngani obscuræ & extremæ conditionis homines sunt. Sed de Taurica Chersoneso ac regionibus Septentrionalibus quæ dicta sunt hactenus, sufficiant. Ad Hispaniam, cui in nostra distributione princeps locus deinceps tribuitur, quod felix faustumque sit, eam lustraturi, transeamus.

Montes.

Ratio gubernandi.

Senatores.

Scholæ & educandæ juventutis modus.

Mores.

Victus.

Opificia.

Mercimonia.

Regio. Nomina & unde deducta.

HIspania nobilis Europæ Regio, primaque Continentis Terræ Pars, ab Hiſpano Rege, ut notat Iuſtinus, dicta eſt. Alii ſic nominatam volunt ab *Hiſpali* urbe nobiliſsima, quam hodie *Seruilliam* appellant. Abrahamus vero Ortelius, Vir in Palæſtra Geographica valde operoſus, quum Iberiam Aſiæ Regionem olim *Paniam* a Pane, quem Iberis Dionyſius, victoria potitus, præfecerat, inde vero *Spaniam* ab Iunioribus vocatam fuiſſe, legiſſet apud Auctorem de Fluminibus & Montibus, fidem ſequutum Soſthenis lib. III rerum Ibericarum: ſcriptoreſque fere omnes animadverriſſet primos Hiſpaniæ Incolas ex Iberia uſque derivare: adductus eſt, ut ab *Spania* potius illa, quam ab *Hiſpano* vel *Hiſpali* nomen Regioni inditum, crederet. Sane *Spaniam* nominat D. Paulus Epiſtola ad Roma. cap. XV. *Spaniam* etiam vocat alibi D. Hieronymus, ac multi alii. Quam autem *Hiſpaniam* Latini Scriptores, Ptolemæus, Stephanus & alii *Iſpaniam* vocant, rejecta adſpiratione, temporibus antiquiſsimis *Iberiam* & *Heſperiam* nominatam memoriæ produnt Strabo, Plinius, aliique. *Iberiam* quidem ab *Iberia* Aſiæ regione, unde primos Hiſpaniæ Incolas non pauci deducunt. Alii Iberiam ab Ibero Rege trahunt; alii ab Ibero flumine; Avienus ab Ibera Bæticæ Opido. *Heſperiam* vero, ab Heſpero, vt quidam memorant, Atlantis fratre, vel ut Horatius putat, ab Heſperia Heſperi filia, vel potius ab Heſpero ſtella Occidentali: quia in Europæ Continente nihil eſt hac Regione Occidentalius. Quumque & Italiæ nomen idem eſſet, Horatius hanc *Ultimam* canit. *Celtiberiam* quondam fuiſſe nominatam tradit Appianus: quæ tamen pars Hiſpaniæ (quam Celticam olim dixerunt teſte Varrone) potius cenſenda. *Sepharad* Hebræis dici notant Gulielmus Poſtellus & Benedictus Arias Montanus in Abdiam. Atque hæc de nomine: ſequitur Quantitas & Qualitas.

Situs.

Quantitas conſiſtit in Finibus & Circuitu, quæque inde quaſi naſcitur, Forma vel Figura. Quod igitur ad Fines: alluit Hiſpaniæ duo quidem latera Oceanus; Aquilonare Cantabricus; Occidentale, Atlanticus; Tertium, quod ad Meridiem, ubi Fretum Herculeum, Mare pulſat Ibericum, quod & Balearicum; verſus Orientem Pyrenæos habet Montes, perpetuis jugis ab Oceano, ubi Flaviobriga, hodie *Fuentarabia*, tendentes ad Mare Mediterraneum, duobus inſignes Promontoriis, uno, quod *Olarſo* cognominatum, in Oceanum projecto, altero, quondam ab *Veneris Templo*, nunc vero, ab *S. Cruce* denominato, in Mediterraneum. Hiſpaniæ longitudo maxima milliarium Hiſpanicorum c c. Latitudo qua maxima c xl qua minima l x. Ioannes Vaſæus in Hiſpaniæ Chronico memoriæ prodit, Hiſpaniam ad Pyrenæos tam anguſtam eſſe, ut cum per eos iter faceret, in monte D. Hadriani, Ferdinando Colone rerum iſtarum peritiſsimo commonſtrante, niſi fefellerit adſpectus, utrumque viderit Mare: Oceanum ſcilicet, cui peregrinantes erant proximi, atque eminus, quouſque oculorum acies ferre poterat, albicantes Maris Mediterranei fluctus. Circuitum autem D c mill. ſtatuunt, & amplius. Strabo, Ptol. & alii Hiſpaniam comparant Corio Bubulo humi protenſo: cujus partes ad collum pertinentes in adhærentem ipſi Galliam porriguntur. Collum inquam, quantum protenditur Mons Pyrenæus ab Mediterraneo Mari ad Oceanum Britannicum: inde dilatatur ad Brachia, ab Nova Carthagine uſque ad Cantabros:

Cantabros : Crura a Freto Herculeo usque in Gallæciam & Mare Britannicum : ultimum Corii ad modum Caudæ, Promontorium Sacrum, hodie S. *Vincentii*, quod extenditur in Oceanum Atlanticum, longe ultra omnem Hispaniam. Subest Hispania medio Quarti, totique Quinto, parti etiam Sexti Climatis : ubi optima ad res omnes Temperies. Nam neque ut Africa violento Sole torretur; neque, ut Gallia, ventis assiduis fatigatur : sed inter utramque media, hyeme & æstate temperato Sole perfruitur. Hinc magna Cœli salubritas per Hispaniam, teste Iustino, æqualisque Aëris spiritus nulla Paludum gravi nebula inficitur. Huc accedunt marinæ auræ undique assidui flatus, quibus omnem provinciam penetrantibus, eventilato terrestri spiritu, præcipua omnibus sanitas redditur. Non eadem tamen Hispaniæ passim qualitas. Qua enim Arcton spectat, pleriisque scribentibus, frigidor est, nonnulliusque asperitatis : Oceano semper obnoxia, interiorum aquarum indiga, malignæque inde habitationes: quum etiam rupibus, saltibus, locisque silvestribus pleraque obsessa. Qua, Montibus fere perpetuum intercurrentibus, in Austrum declinat, tota felix, tota beata, ut multis magnisque Fluminibus irrigari, sic tempestivis pluviis, quantum sufficit, recreari solita, & hinc omne genus, ea præcipue parte, Frugum, Animaliumque non benigna solum Mater, sed & Nutrix solicita. Admirandam eorum, cum quæ ex terra proveniunt, tum quæ in terræ visceribus generantur & latent, fertilitatem : Animantium item, quæ Terra Marique nascuntur præstantiam, quis digne utque singula flagitant, commemorabit? Incredibilis per omnem Hispaniam Frugum ubertas; & plerique agri tantæ sunt liberalitatis, ut pro accepto uno tritici modio triginta plurimum colonis reddant : sæpe etiam quadraginta. Herbarum cum sativarum, tum voluntariarum, quæ citra sementem erumpunt, quibusque insignes sunt & peculiares vires passim, cumprimis in montosis locis est feraciſsima : ubi sui dissimilis, inquit Pomponius, Linum aut Spartum alit. Fructus etiam arborum numero plures, formaque grandiores habet. Quid Mala referam? Inter ea melioris notæ sunt duo, *Canusium & Regium*. Quid Pyra? In iis supremæ classis quatuor, quæ odore gustuque suavissima : *Apianum*, quod *Muscatum* vocant omnium Pyrorum minimum, *Vinosum*, *Pintum*, Quartumque, quod Hispanis *Sine Regula* nominatur. Quid Olivas? In harum numero primas obtinent Hispalenses, quæ magitudine juglandes excedunt. Quid de reliquis dicam Fructibus? Plene decantata sunt non paucis Mala Hesperia vel Citrea : Cydonia, quæ vulgo *Membrillos*, Granata, suis etiam coriis medicinam facientia. Quid vina commemorabo, optimi saporis odorisque? Passim quidem generosa admodum leguntur, alii tamen & aliis locis præstantiora. Hispania etiam dives quondam universim, ut nunc quoque variis in locis, preciosissimis Auri, Argenti, Æris, Ferri, Plumbi, aliorumque Metallorum Thesauris. Quid jam dicam de Salinis? Sal in Hispania non modo coqui, verumetiam plurimum effodi, hoc est & fieri & gigni, tradit Solinus. Fit in multis Hispaniæ locis ex aquis puteanis, ut apud *Segontiam* & alibi: unde Regibus magnum exigitur Vectigal. Sunt & Montes Hispaniæ, si fides Marineo Siculo, nativi Salis.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Est Hispania præterea pecoris omnis generis dives, gregibus & armentis plena, adeo ut mugitu, balatuque Nemora, Silvæ, Montes, Prata, Campi, Saltus ubique resonent. Equos alit optimos: Cæteris Bætica plures: Asturia fortiores: *Asturcones* inde dictos. Leones autem, Camelos & Elephantes non novit, nisi cicures & aliunde advectos. Ad Venationes extimulant cum alia, tum in Montibus, Vallibus, Silvisque Damæ, Cervi, Apri, Vrsi, Lepores, Cuniculi. Ad Aucupia invitant cum aves aliæ, tum Aquilæ, Ardeæ, Accipitres, Atagines, eo nuper ex Sicilia allati. Item Grues, Anseres, Perdices, Palumbi Torquati dicti, Anates silvestres & Cicures.

Imperium Majorum.

Sed de his satis, ad Imperium Majorum venio, quod caput in Methodo nostra proxime sequitur. Non animus hic mihi recensendis cum ex aliis, tum Iustino, Diodoro, Iosepho, Eusebio, Hieronymo, supposititioque Beroso, & Interprete ejus Annio Viterbiensi, Antiquis Hispaniæ Regibus, rebusque ab iis domi militiæque gestis, Lectorem morari. Morari hoc esset & ineptire cum multis. Tubal non in Hispania neque in Europa, sed in Asia fuit. Huic qui sufficiuntur, Iberus, Iubalda, Brygus, Tagus, Bætus & alii, Regesne censendi? absit: nisi quis fluviis aliisque rebus Inanimatis nasci tunc temporis solitos Reges concedat. Qui fictum illud agmen sequuti, non melioris sunt conditionis. Incerta omnia: ut & vix certiora, quæ successione quidam gesisse scribuntur in Hispania, Regibus quasi exactis, varia fortuna multisque & populis a se seminatis & opidis conditis, Lydi, Thraces, Rhodii, Phryges, Cyprii, Phœnices, Ægyptii, Milesii, Cares, Lesbii & Chaldæi. Exploratiora censeri solent, quæ ab Carthaginensibus, Romanis, multoque post Gothis, Vandalis, Alanis, Suevis, Hunnis, eorumque Regibus patrata memoriæ produnt Scriptores, qui partim rebus gerendis adfuerunt, partim ex fidelissima aliorum cognoverunt relatione. Ea, paucis dicam, sic habent. Quum in Hispania longe lateque dominarentur & pleraque sub ditione sua haberent Pœni, aliique Africæ populi, contra eos primum omnium cum armatis exercitibus ab S.P.Q.R. missi sunt Cn. & P. Cornelii Scipiones, belli Punici II initio: quo septimo ejus belli anno sunt cæsi, Q. Fulvio Flacco & Ap. Claudio Pulcro *Coss.* Submissus anno sequenti Patri Patruoque P. Cornelius Scipio Africanus Major multa prospere gessit, primusque ibidem provinciam fecit, Q. Cæcilio Metello & L. Veturio Philone *Coss.* anno V.C. IↃ XLII. Hic Asdrubale & Magone Carthaginensium Ducibus, acie ad Bætulam urbem (quæ quo loco hodie in Andalusia visuntur *Bæca* & *Ubeda*, fuisse creditur) fugatis, atque inde ex tota Hispania pulsis vindicatisque armis Hispaniis, amicitiam cum Syphace Massylorum (hodie *Biledulgerid*) Rege, icto fœdere, firmavit. Paullo post rebellantes Hispaniæ populos ad deditionem compulit, Fœdereque cum Massanissa Masæsulorum (fuerunt ubi nunc *Regnum Tremissenum*) Rege & Gaditanis facto, Provincia L. Lentulo & L. Manlio Acidino tradita, Romam reversus est. Post Scipionem Hispaniam L. Cornelius Lentulus Proconsul obtinuit; qui rebus bene feliciterque gestis, ovans urbem ingressus est, anno V.C. IↃ LIV. Triennio post C. Cornelio Cethego, Minucio Rufo *Coss.* Hispaniæ primum sunt terminatæ, atque in eas duo novi Prætores missi, C. Sempronius Tuditanus in *Citeriorem*, M. Helvius Blasio in *Ulteriorem*. Vix duobus elapsis annis, quum tantum gliscceret in Hispania bellum, ut jam Consulari & Duce & exercitu opus esset, M. Porcius Cato Consul citeriorem sortitus, bello ab Emporiis (retinetur hodieq; nomen

nomen in *Ampuriis*) cœpto, rebellantem ita pacavit, ut Proconsul ex ea triumpharit, anno 19 LX. Hic est ille Cato, qui miro strategemate multarum Hispaniæ urbium muros uno die diruit, scribente Livio, & aliis. Post Catonis victoriam Hispaniæ varie possessæ sæpeque nunc hic nunc ibi amissæ; ita ut supra XXX Triumphi postea ex his relati memorentur. Stipendium pendere non prius cœperunt, quam Augusto Principe: qui cum Hispaniam omnem, debellatis Cantabris & Asturibus, qui omium diutissime restiterant, multo varioque Marte perdomuisset, universam in tres provincias divisit, *Baticam*, *Lusitanicam*, & *Tarraconensem*. Singulis inde sui sunt attributi Conventus: Bæticæ IV, *Gaditanus*, *Cordubensis*, *Astigitanus* & *Hispalensis*. Lusitania tres habuit, *Emeritensem*, *Pacensem*, & *Scalabitanum*. Tarraconensis denique VII, *Carthaginensem*, *Tarraconensem*, *Cæsar-Augustanum*, *Cluniensem*, *Asturum*, *Lucensem*, & *Bracarensem*. Videndi Plinius lib. III. Strabo lib. III, & alii. Sic rebus subinde paullum mutantibus, provinciæ nobilissimæ Romanis paruerunt usque ad Imperatoris Honorii IIX & Theodosii III Consulatum, qui incidit in annũ CCCCXCIV, quo tempore Vandali, Suevi & Alani, ab Stilicone in Gallias evocati, quum eas, Rheno trajecto, omnes pene occupassent, & in iis jam immanium Barbarorum more debaccharentur: ab Gothis, Adolpho & Vallia Regibus, quos ad liberandas Gallias Honorius Imperator miserat, exacti, transgressi Pyrenæos montes, Hispaniam Romanis ereptam multos annos obtinuerunt. Post aliquot annos Gothi, Galliam incolentes, ab Francis bello petiti in Vandalos vice versa arma movent. Franci Gothos ex Galliis, Gothi Vandalos & Alanos ex Hispaniis ejiciunt: Suevis ad internecionem cæsis. Quo tempore Vandali & Alani a Bonifacio in Africam, cui pro Imperatore præerat, evocati Hispanias Gothis possidendas reliquerunt. Gothi Hispaniam, Romanis præsidiis omnino expulsis, quum sui juris fecissent, eaque sub suis Regibus longo jam tempore fuissent potiti: tandem ingenti bello ab Sarracenis Arabibus profligati, Rege Roderico occiso, Hispaniam fere omnem amiserunt. Bello superstites quum in Asturum, Cantabrorum & Gallæcorum montibus sese muniissent, paullatim amissas Regiones, Vrbes & Castella recuperare cœperunt: & postremo, quum Sarracenorum res in Bætica Hispania se contraxissent, omnemque Hispaniam Gothi recuperassent, iis etiam ab Ferdinando Aragoniæ Rege cognomine Catholico (quod hæreditarium deinceps esse cœpit successoribus) victis atque omni Hispania cum Mele, qui se Granatæ Regem scribebat, exturbatis, universa regio Dominis antiquis est restituta. Quum autem Maurorum temporibus a quinque Regibus Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, Granatæ, & Navarræ, Hispania fuerit possessa, solus hodie Imperium in eam exercet Philippus III, Philippi Magni F. Caroli Imperatoris ter-Maximi N. Divisa olim varie fuit. Romani primo diviserunt in *Citeriorem* & *Ulteriorem*. *Citeriorem* dicebant, quæ Principi Vrbi Imperiique terris proximior erat, inter Iberum sita fluvium & Pyrenæos montes: *Ulteriorem* vocabant, quæ remotior, ultra Iberum, ad Oceanum usque extensa. Sequentibus temporibus Hispaniam in sex fuisse distributam provincias legimus, *Tarraconensem*, *Carthaginensem*, *Lusitaniam*, *Galiciam*, *Baticam*, & trans fretum in regione Africæ, *Tingitanam*. Maurorum tempore regna fuerunt in Hispania plurima, quæ posteriores in quinque divisere, Castellæ, Aragonum,

gonum, Portugalliæ, Granatæ & Navarræ. Partiuntur autem nova distributione totum Imperium in tria regna, Aragoniæ scilicet, Castiliæ & Portugalliæ. Sub Aragonensi regno comprehenditur, præter Aragoniam, *Catalonia*, *Valentia*, *Majorica*, *Minorica*. Sub regno Castiliæ comprehenditur *Biscaia*, *Leon*, *Asturia*, *Gallecia*, *Estremadura*, *Andalusia*, *Granata*, *Murcia*, *Utraque Castilia*, cum accessione Canariarum Insularum. *Vrbium nomina.* Sub regno Portugalliæ comprehenditur, præter Portugalliam, *Algarbia*. Vrbes in toto regno pene sunt innumeræ. Inter eas præcipuæ, *Hispalis*, *Madritum*, *Tarraco*, *Lisbona*, *Granata*, *Pampilona*, *Valentia*, *Barcino* vulgo *Barzelona*, *Legio* VII *Germanica* nunc *Leon*, *S. Lucar*, *Corduba*, *Nebrissa*, *Compostella*, *Toletum*, *Salamantica*, *Complutum*, *Pintia*, *Cæsar-Augusta* nunc *Saragossa*, *Asturica Augusta*, aliæque plurimæ. Sunt hic *Lacus.* Lacus admirabiles. Prope opidum *Beiaram* Lacus est non utilis minus quam admirabilis; qui & Turtures, pisces subnigros & excellentes, gignit, & futuram pluviam turbinemque, teste Marinæo Siculo, magno aëris sonitu prænunciat; adeo ut ejus murmur quasi Tauri mugitus sæpenumero ad duodeviginti millia pass. fuerit auditum. In summo *Montis Stellæ* cacumine Lacus quidam est, scribente Vasæo, in quo fragmenta navium subinde reperiuntur, quum tamen a mari plus XII leucis absit: quin quod exæstuet & tempestates ibi audiantur, adfirmare Incolas, quoties intumescit mare, idem notat. In Cantabriæ Lacum fulmen decidisse, & repertas duodecim Secures, ait in Galbæ vita diligentissimus scriptor Suetonius. *Amœnum Stagnum* *Flumina.* est apud Plinium lib. III natur. histor. cap. III, haud procul Valentia: hodie *Albufera*. Sequuntur Flumina. Hispania multis passim irrigatur Fluviis. Sunt qui centum & quinquaginta numerant, & in iis Portes ultra septingentos, inter quos nobilissimi Segoviæ & Alcantaræ. Alii aliis sunt nobiliores, *Iberus* Ptolemæo, *Ebro* hodie, erumpit apud Cantabros ex Idubeda Monte, duobus Fontibus quorum dexter in saltu Aucensi (*Monte d' Oca*) sinister ad opidum, quod incolis *Fuentibre*. Inde magnis crescens amnibus, primo Calaguritanis exceptus arvis (*Calahorra*) Iuliobrigam & Tubellam petit, Navarræ opida; Iuliamque & Celsam, inde Cæsar-Augustam alluit. Illinc digressus in Austrum, & mox versus Euronotum labitur per Laletaniæ populos, qui nunc Catalani, & Dertusam opulentam urbem præterlabitur. Postremo plurimis fluviis auctus, peracto quadringentorum sexaginta mill. pass. cursu, in Mediterraneum, cognomine ipsi, Pelagus tam violenter duobus Ostiis ingreditur, ut L passus in mare profusus dulcis hauriatur. *Durius* maximus (concurrentibus in eum tot amnibus quos enumerare longum esset) Hispaniæ fluvius ex Idubeda, ubi nomen illi *Sierra de Coçolo* scaturiens, Vectones ab Asturibus, Lusitanos ab Gallæcis Veteribus disterminat, Turrem Sullanam (*Tordesillas*) Salabrim, Mirandam & olia opida contemplatus, decimo quinto fere infra Lamecam milliari, apud opidum Portugalliæ, quod *Portus* dicitur, rapidissimo cursu, Occidentali se miscet Oceano: *Doris*, Ptolemæo; *Durias* Straboni; *Duero* hodie. *Tagus*, Ptolemæo ceterisque, nascitur in altissimis Orospedæ jugis, stadiis quinquaginta ab Opido parvo, cui nomen *Tragacet*, haud procul ab urbe Concia nunc *Cuença*. Per Carpetanos lapsus Toletum, Regalem urbem, petit, ponteque accepto, Talaveram, Augustobrigam, Alcantaram aliasq; urbes non ignobiles alluens, mediam fere secans Portugalliam, ultra Olisipponam in Occiduum se exonerat

nerat Oceanum, ostio bis millium, ut quidam notant, quinquaginta pass. latitudine. Accolis hic fluvius hodieque *Taio*, Lusitanis *Teio*. *Tagus* auriferis arenis copiosus reliquis Hispaniarum fluminibus, uti testantur Solinus in Polyhistore & Isidorus lib. XIII Etymolog. cap. XXI, præferebatur. Auriferum hodieque, ut & alios multos Lusitaniæ fluvios esse adfirmat apud Ortelium, vir fide dignus Emanuel Enricus. Piscium item Ostreorumque feracissimum, Gemmasque generantem memoriæ prodit Pomponius Mela. *Anas*, Latinis Græcisque scriptoribus satis notus, originem habet ex vastis stagnis, in Laminitano agro, ut scribit Plinius lib. III Naturalis Histor. cap. I, hodie *Campo de Montiel*, circa opidum, Hispanis *Cagnamanes* dictum. Oretanos præterlapsus ad Metallinam, ubi castra fuisse Vitelliana docent Antiquæ ejus loci Inscriptiones, terræ se penetralibus condere putatur. (Nam ex vulgi opinione magis quam ex veritate hæc esse testis est apud Ortelium oculatus Georgius ab Austria præpositus Harlebecensis) mox post aliquot leucas, quasi sæpius nasci gaudens, inquit Plinius, ad Villartam eruptione facta, Augustam Emeritam, ubi longissimo ponte lapideo transitur, Pacem Iuliam, & Austrum versus alias urbes prætergressus ad castrum Marinum in Oceanum evolvitur. Hispanis hodie *Rio Guadiana*, recepta ab Arabibus voce: iis enim *Guad* fluvius. *Bætis* Ptolemæo, oritur prope Castaonem ex Orospeda Monte, ut scribunt Strabo & Stephanus, qua parte *Sierra d'Alcaraz* nominatur. Ab Fonte in Occasum vergens Cordubam, aliaque Opida prætergressus, ad Hispalim in Austrum declinans, Ostio satis amplo (unius enim leucæ est) sed quod vadosius haud procul Gadibus in Atlanticum Mare se exonerat. Hic fluvius nobilis Auro veteribus est, & Olivetis. Straboni etiam & Pausaniæ *Tartessus* nominatur. Livius *Circen* ab Incolis nominari notat: quam appellationem aliquamdiu retinuerunt, scribente Mario Nigro, Hispania potiti Afri; quibus tandem *Guadalquivir*, vel ut alii scribunt *Guadalchebir*, tanquam fluvius *Magnus*, fuit dictus. *Minius* Hispaniæ Tarraconensis fluvius, ortum habens sexto supra Aras Sextianas, quibus hodie *Lugo* nomen, milliari ad opidum vulgo *Castel-Verde*, Portum marinum secans, Pontemque Bellarium & Orensem civitatem perlapsus, facto ad Valentiam cum Avia congressu, sex milliaria procurrens in Oceanum se præcipitat. Sunt & alii, *Lethe*, *Turius*, *Limæa*, *Sicores*, *Chalybs*, *Austra*, atque alii minorum gentium fluvii, quos aliis explicandos, ne prolixiores simus, relinquimus. Mare nos vocat & quæ cum eo censeri solita, Sinus & Portus. Oceano undique Hispania & Mari Mediterraneo concluditur, præter eam partem quæ Montibus Pyrenæis & Aquitaniæ conjungitur. Quorum beneficio patentibus gremiis universi Orbis tam novi quam veteris commercio oportuna, tanquam ad juvandos Mortales ipsa avida in Maria procurrit. Quæ & marinorum Piscium genus omne abunde subministrant. Inter quos Cætæ, Balenæ, Congri, Murenæ, Thynni, Savali, Lampetræ, & alii, tum ostrea, Conchyliaque. *Sinus* Hispaniæ celeberrimi sunt tres, omnes ad Mare Mediterraneum, *Sucronensis*, *Illicitanus*, *Virgitanus*. Omnium vastissimus est *Sucronensis*, magno satis ore pelagus, inquit Mela, accipiens, & quo magis penetratur angustior. Mediæ magnitudinis est *Illicitanus* nunc *Puerto d'Alicante*. Minimus est *Virgitanus*, ab opido, ut scribit Mela, *Virgi*, hodie *Vera vel Bera*. Corrupte apud Ptol. *Urce* vel *Virge*: nec emendatius apud Antoninum *Urci*, ut nec apud Plinium *Urgi*. *Maria.* *Commoditates.*

Nominatur

Nominatur & *Gaditanus* Sinus Melæ lib. III ab Gadibus. Hodie *Baia de Cadiz*. Inter Portus, quos Hispania habet, primi est loci qui *Magnus* Veteribus, inter Nerium & Scythicum Promontoria; *Corunna* hodie. Sunt & *Annibalis Portus*, apud Pomponium, *Albor* hodie in Algarbiæ regno: *Amanum*, Plinio nunc *Fuentarabie*, ut Villanovanus, vel *Bermeo*, ut Moralis censet: *Gaditanus*, Melæ & Antonino, circa Gades: *Tarraconenſis*, de quo Silius Italicus lib. XV. *Veneris* denique Melæ nominatus ad radices Montis Pyrenæi. Sed de Sinubus Portubusque eorumque latitudine & profunditate multis feliciſsime ſcribit Lucas Aurigarius in ſuo Nauigationis Speculo, Chartis, quod ad Hiſpaniam, decima novemque ſequentibus.

Montes. Succedunt Montes inter quos *Pyrenæus* principem obtinet locum, Hiſpanos ab Gallis dividens *Pyrenea* Ptol. & reliquis; Stephano *Pyrene*, Tibullo *Pyrene*: Livio & aliis *Saltus Pyrenæus*: Hiſpanis *Los Pirineos* univerſim nam pro ratione locorum varia ſortitur nomina. Dictum volunt plerique ab igne: vel quod crebris fulminum ictibus feriatur; vel quod ejus ſilvæ (ſcribente Diodoro lib. VI) injecto a Paſtoribus igne, quondam univerſæ conflagrarint. Silius Italicus denominationis honorem tribuit Pyrene puellæ, Bebrycis filiæ, in eo monte ab Hercule compreſſæ; ibique quum ab feris laniata eſſet, ſepultæ. Pyrenæus, ut ab Ortu in Occaſum ad Promontorium uſque Celticum prolatatus Hiſpanos dividit in Ciſmontanos & Vltramontanos, aliunde Iberi fontes montem protrudit verſus Meridiem per Hiſpaniæ latitudinem. Nomen illi *Idubeda* apud Strabonem & Ptolemæum; *Saltus Aucenſis*, vulgo *Monte d' Oca* hodie vocatur, ab *Auca* urbe vetere, cujus adhuc *Villam-Francam*, vigeſimo ſupra *Burgos* mil. veſtigia monſtrantur. *Oroſpeda* Idubedæ proles Strab. *Ortoſpeda* Pt. Toti hodie certum non eſt nomen: nam quod Alvaro Gomecio cenſentur *Sierra Vermigia*, Floriano *Sierra Molna*, Cluſio *Sierra Morena*: Partes ejus ſunt. Oroſpedæ adcenſeri ſolet *Calpe*. Sic Ptolemæo aliiſque mons vocatur ad Fretum Herculeum: qui *Gibraltar* vulgo. Oroſpedæ item pars rupes præcelſa, quæ ex Hiſpaleſi ſi urbe Granatam eunti prope Archidonam ſe conſpiciendam offert. Nomen habet famamque meretur memorabili, quod in omne ævum eſt duraturum, Amoris exemplo. Hiſpanis dicitur, *La Penna de los Enamorados*, *Amantium Rupes*. Paullinus *Bimarem* nominat. Reſpicit enim duo Maria, Internum & Externum. Strabo Calpen montem eſſe, ait, circuitu quidem non magnum admodum, altitudine autem ingentem, arrectum, ut remotioribus Inſulæ formam præferat. Vnam Herculis Columnarum ſunt qui fabulantur, teramque ex adverſo Abylam in Africa, Laborum Herculis metas: addunt unum fuiſſe quondam montem, ſed ab Hercule perfoſſum, atque ita mutatam rerum faciem. Ex Alcaraſſum *Mariani* montes ſurgunt. Nominat Plinius, qui ſingulariter *Marianus* Ptol. & *Mons Mariorum* Antonino: hodie *Sierra Morena*. Dices horum montium alluit ad lævam perpetuo fere ad Oceanum uſque nobiliſsimus fluvius Bætis. Barcinonem Mons eſt quem *Mon-Ivi* vocant accolæ: ſunt qui interpretantur *Montem Jovis*; alii vero *Montem Judæorum*, qui quondam illic ſepeliebantur, quorumque plura adhuc ibi ſepulcreta & ſigna. In vertice Turris eſt, unde ſpeculator die quidem Linteo Velo, noctu vero Facibus Navigiorum adventum Barcinonæ civibus oſtendit. Silvis, Nemoribus, Arboribuſque ſingulares ferentibus fructus, ubiq; eſt plena Hiſpania.

Longum

Longum esset omnia commemorare. Nemus est apud Opidum, cui ab *Monte Majore* nomen, in quo Quercus, Castaneas, Ilices, Nuces, Corylos, Cerasos, Prunos, Pyros, Ficus, Labruscas, & omne genus arborum fructiferarum sola natura plantavit, altitudinis ingentis & latitudinis. Haud procul Opido Bejerano Nemus est amœnissimum, ubi Castaneæ Arboris ambitum se mensum scribit Lucius Marineus Siculus pedum circiter quadraginta. Silvas etiam cæduas complures habet. Quare & materia abunde præbetur struendis navibus. Quid jam de Operibus publicis, quid de privatis dicam? Plurima hic magnifica Templa, plurimæ Abbatiæ, Cœnobia, Monasteria, Xenodochia & Nosocomia. Multa Regum conspicua Palatia, multæ Magnatum & Equitum magnificæ & pulcherrimæ Ædes, innumera denique alia & publica & privata Ædificia. *Rex* vero *Hispaniarum* nascitur non eligitur: inauguratur tamen, populoque Sacramentum dicit & ab eo accipit. Liberi Regis *Infantes* Hispaniarum appellantur. Inter eos Primogenitus, qui omnium Procerum, civitatum & populorum jurejurando Rex vivo Patre designatus est, *Hispaniarum Princeps* dicitur. Quamvis autem Regi suprema sit in omnes & omnia potestas liberumque arbitrium: nihil tamen fere decernit, nisi ex XII-VIRORVM (qui totius Regni primores *Senatum Regium* constituunt) consilio. Ibi gravia, quæque magni momenti, plene ventilata terminantur: quæ celanda, in *Secretiore Consessu* discutiuntur, quem faciunt ipse Rex, Dictator Legionensis, Præses, tertiaque Consilii Regii portio. Quę ad Indias earumque gubernationem pertinent, tractantur in Senatu, quem *Indicum* vocant, ab uno Præside, XII vero Consiliariis. Bellica in *Senatu Militari* peraguntur: quem statuunt XII-VIRI Senatus Regii, Dictatores item Legionensis & Castellanus, cum aliis. Præter hos etiam tres in Hispania sunt *Juris Præfecturæ*, quas *Audientias* vel *Cancellarias* appellant, una quidem in Castilia, altera vero in Granata, tertia in Galecia: unicuique Præses est & XII Senatores: ab his, si Litigantes sibi minus satis factum arbitrentur, Controversiæ ad Senatum deferuntur Regium. Est denique *Thesaurarius Castellanus* sub se quatuor habens *Quæstores*; quorum omnium est Pecunias Regni tractare, earumque habere reddereque rationem. Ducum in Hispania, Marchionum, Comitumque ingens numerus. Præter Principem *Asturiarum* & alios, Duces invenio circiter XXIII. Sunt illi *Frienses*, *Medinæ-Rivi-Sicci*, *Alvæ*, *Alcalæ*, *Albuquerquæ*, *Scalonæ*, *Osunæ*, *Avossi*, *Bejari*, *Gandiæ*, *Sessæ*, *Infantasgi*, *Medinæ-Cœli*, *Medinæ-Sidoniæ*, *Maquedæ*, *Najaræ*, *Feriæ*, *Segorbiæ*, *Sonnæ*, *Villæ-Formosæ*, *Verraguæ*, *Pastranæ*, *Francæ-villæ*. Sunt & alii, quorum nomina non occurrunt. Quibus omnibus annuus Census est a XL ad C Ducatorum millia: Ducibus *Infantasgi* & *Medinæ-Sidoniæ* summam superantibus: quorum hic CXXX, ille CXX habet millia. Marchiones hi fere, *Villæ-Novæ*, *Astorgæ*, *Aquilaris*, *Deniæ*, *Mondejaris*, *Navaresi*, *Phegi*, *Saviæ*, *Vellezæ*, *Comares*, *Miamontis*, *Altaminæ*, *Veladræ*, *Viarinæ*, *Carpij*, *Camarassæ*, *Cortesij*, *Montis-Majoris*, *Guardiæ*, *Montis-Claros*, *de las Navas*, *Pozæ*, *Steppæ*, *Tanaræ*, *Villæ-Francæ*, *Dradæ*, *Cavietis*, *Falcis*, *Fomestæ*, *Molinæ*, *Ceralvæ*, *Velesis*, *Vallis*, *Zaaræ*, *Ardalis*, *Tarifæ*, *Alcamisæ*, & alii: potiore parte Reditum percipiente ab X ad LX millia Ducatorum. Comites recensentur plus minus LXXX, quibus annuus Reditus est ab X ad XXV Ducatorum millia: inter quos Principem obtinet locum *Bonavensæ*, *Alvæ*, *Mirandæ* & *Oropesæ*.

Opera publica & privata.

Ratio gubernandi.

Senatores eorumque frequentia.

Longum eſſet Lectorique tædioſum, quærere hic Vicecomitum, Baronumque numerum: longum Vicerегum, Gubernatorum, Provinciis Marique Præfectorum: longum denique Magnorum Magiſtrorum, Equitumque variorum Ordinum, in Caſtella quidem *S. Jacobi*, *Alcantaræ*, *Calatravæ*, & *Rhodienſium Ordinis S. Joannis*: in Aragonia Cataloniaque ordinis *Monteſæ*: in Portugallia Ordinum, *Militum Jeſu Chriſti* (cujus Magiſter ipſe Rex eſt ampliſsimi ſane, ut qui annexas habet Provincias omnes in Africa, Aſia, Americaque inventas) *S. Jacobi*, ejus qui de *Avis* dicitur, itemque *Rhodienſium D. Joannis*. Inter familias vero Hiſpaniæ, ut hoc obiter addam, antiquitate prima eſt *Pacieca*, quum Hirtius in Commentariis nominet *L. Junium Paciecum*, ubi de Corduba ágit: ejuſque etiam mentio fiat apud Ciceronem lib. VI. Epiſt. ad Familiares Epiſtola ad Leptam. Non minus illuſtres ſunt *Meridona*, *Toletana*, *Cerdea*, *Cardonea*, *Larenſis*, *Velaſcara*, *Pimentella*, *Stunica*, *Henritica*, *Oroſia*, *Cordubenſis*, *Limenſis*, *Guſmanea*, *Mondragonea*, alias alii addant: & parcant nobis Senatus illi, ſi ordinem violaverimus. De Adminiſtratione Statuque Politico diximus: ſequitur Eccleſiaſticus. Primatus Hiſpaniæ antiquiſsimis temporibus in Hiſpalenſi fuit Eccleſia, inde vero Toletana, uſque ad excidium illud Hiſpaniæ funeſtiſsimum. Toleto enim in Barbarorum poteſtatem redacto, Bracarenſis Archiepiſcopus ea dignitate eſt functus, docentibus illud Eccleſiæ Bracarenſis Archivis. Recuperato Chriſtianis Toleto, quum Toletanus amiſſam dignitatem repeteret, Bracarenſis autem ſemel acquiſitam retineret, Contentio orta eſt, quemadmodum legere eſt lib. I. Decretal. adeo ut adhuc ſub Iudice lis eſſe ſcribatur. Qui porro a temporibus Romanorum & Gothorum in Hiſpania fuerint Præſules docet in Chronico ſuo I. Vaſæus cap. XX. Poſt ereptas rurſum Barbarorum manibus Hiſpanias, Eiſcopatus cum Antiquis ſuis Civitatibus ſunt reſtituti, tum quidam in nonnullis recens inſtituti. Septem hodie Archiepiſcopos Hiſpaniam habere legimus, iiſque ſubeſſe Epiſcopos circiter XL ſuffraganeos. Primus eſt *Toletanus*, Caſtellæ Cancellarius, cui poſt Reges Regiamque prolem nullus vel dignitate vel fortunæ amplitudine ſecundus. Parent illi Epiſcopi, *Burgenſis* (cui ſedes olim fuerat Auræ, unde *Auritanus*, & corrupte in quibusdam Conciliis aliiſque Actis publicis *Auxitanus* dicebatur, tranſlatusinde *Burgos*, Caſtellæ Veteris Metropolim, ab Alphonſo VI, eo, qui Toletum Chriſtianis reſtituit, auctoritate Vrbani II P.M. anno CIↃ XCVII): *Cuenæ* vel *Cunquenſis*, *Cinqueneæ* vel *Ciguntenſis*; *Oſmæ* vel *Oxomenſis* (perperam in Conciliis *Oxovienſis*): *Cordubenſis*, (Epiſcopatus hic antiquiſsimus & propter Oſium Epiſcopum celebratiſsimus) *Jaenenſiæ*: *Palentinenſis*, vel *Palentinus*; *Segovienſis*. Secundus *Hiſpalenſis*. Sub eo quondam XI, hodie III, ſunt Epiſcopatus: *Malacitanus*, *Gaditanus* & *Canarienſis*. Tertius *Compoſtellanus* eſt. Epiſcopatus hujus ſedes olim fuerat *Iria Flavia*, unde *Irienſis*, Opidum Galęciæ maritimum, *Padron* vulgo. Tranſlatus autem poſtea Compoſtellam, dici deinceps cœpit *Compoſtellanus*, vel *S. Jacobi*. Ejus auſpicia ſequuntur: *Corienſis*, *Placentinus*, *Aſturicenſis*, *Zamorenſis*, *Salmanticenſis*, *Orecenſis* (qui & *Aurienſis* & *Auriſinus*, *Orenſis* item) *Tuienſis* (vel *Tudenſis*, a *Tude* ſive *Tyde*, opido Galęciæ ad Minium amnem ſito *Tuy* vulgo) *Badaiocenſis* (hodie quoque *Pacenſis*) *Mindonienſis* (cujus ſedes olim Ribadeum, vulgo *Mondonnedo*).

Quartus Graianenſis. Ad


Septentrio
Cantabricus Oceanus
Mare
Ibericum Mare
TERRANEUM
Occidens
Oriens
Meridies
Cabo de s. Vincent
Cabo de Gates
Fretum Herculeum
Tangier
Ceuta
Pars Africæ
Balcarides sive Gymnesiæ Ins. duæ
Maiorca
Minorca
Ivica I.
Formentera Insula
Sucronicus Sinus
Carthaginensis Sinus
Virgitanus Sinus
Scala lucarum Hispanicarum
HISPANIA

Ad ejus nutum sunt Præsules *Almeriæ* & *Guadicensis* vel *Guaditanus*, olim etiam *Accitanus*; nam quæ olim *Accitana Colonia*, hodie *Guadix* nuncupatur. Quintus *Valentinus*: cui suffragantur *Carthaginensis*, *Origuelæ*, *Segorbiensis* (vel *Segobricensis* a *Segobrica*, quæ nunc *Segorbia*) & *Balearium Majoris*. Sextus est *Tarraconensis*, obtemperant illi Præsules *Ilerdensis* (vulgo Leridæ) *Dertosanus* vel *Tortosæ*, *Herluæ*, *Barcinonensis*, *Gerundensis*, *Urgellensis* & *Vicquensis*. Septimus denique *Cæsarauguſtanus*: eum in sacris agnoscunt *Pampilonensis*, *Calagurritanus*, *Oscensis* & *Balbastiensis*. Nulli subsunt *Leonensis* & *Ovetensis*. Habet & tres Archiepiscopos Portugallia, *Bracarensem*, *Olisiponensem* & *Funchalensem*: subque iis Episcopos *Eborensem*, *Viseensem*, *Guardensem*, *Conimbricensem*, *Portensem*, *Lamecensem*, *Silvensem*, *Ceptensem*, *Leriensem*. De reliquis Episcopatibus consulendus Vasæus, loco quem indicavi. His omnibus, ut & Abbatibus, Monasteriisque quanti sint annuatim reditus, notant curiose L. Marinæus Siculus, Damianus a Goës, & alii. Ad statum Ecclesiasticum pertinent etiam fidei Inquisitores, in Sarracenos, Maranos & Iudæos primum creati, qui lapsu temporis vires suas & auctoritatem extendere cœperunt in omnes quibus alieniores ab Ecclesia Romana mentes.

Academiæ.

Habeat & locum hic Notatio Academiarum; quæ in Hispania circiter viginti duæ numerantur: interque eas primi loci *Salmanticensis*, *Complutensis*, *Conimbricensis*, *Pinciancnsis*, *Saguntina*, *Oscensis & Ilerdensis*. Hispani felices ingenio, infeliciter discunt; semidocti doctos se censent. Sophistarum Astus plus satis amant. In Academiis Hispanice magis quam Latine loqui gaudent: voces etiam Maurorum non paucas admiscentes. Suos fœtus ingeniique monimenta ad posteritatem raro, rarius ad Exteros, ob linguæ defectum, producunt. Fuerunt tamen, suntque hodie non vulgariter docti, qui præclara eruditione lectissimisque scriptis patriam illustrarunt, variisque operibus apud remotissimos etiam clariorem fecerunt. Si Theologi postulantur: prodibunt Vigilantius, Presbyter Barcinonensis; Aquilius Severus; Prudentius, Episcopus Armentiæ: Osius Cordubensis, Avitus Presbyter, Marcianus, Episcopus item Barcinonensis, Paulus Orosius, Pacianus, ejusque filius Dexter, Audentius, Isidorus, Apocalypseos Interpres, Iustinianus, Valentinæ Ecclesiæ Antistes; Leander Hispalensis Episcopus: Martinus, Præsul Mandovensis: Fulgentius, Episcopus Carthaginensis: Eladius, Archiepiscopus Toletanus: Isidorus, Episcopus Hispalensis: Ioannes, Gerundensis Præsul: Eutropius, Valentinus Antistes: Franciscus Ximenes Cardinalis & Archiepiscopus Toletanus, Academiæ Complutensis pater, qui variis linguis sacra Biblia, Complutensium appellatione notissima curavit imprimenda; & alii. Si Canonici Iuris periti: Bernardus Compostellanus: Raymundus de Pennya Forti: Hugo Barcinonensis. Si Iurisconsulti: Calixtus III Pontifex M. Fortunius Garcia, Gomeffius, Didacus Covarruvias, silentioque minime prætereundus Antonius Augustinus, domo Cæsar-augustanus, XII vir Romæ Stlit. Iudicandis, inde vero ex Allifano & Ilerdensi Episcopo, Tarraconensis Archiepiscopus, vir Romanarum Antiquitatum & melioris literaturæ peritissimus. Si Medici, licet non patrii, sed insititii: aderunt Avicenna, Averrois, Rasis Almançor, Messahallah. Si Historici: Trogus Pompejus, Iustinus, & alii. Si Philosophi, L. Annæus Seneca, ejusque filii, Seneca Novatus & Mela, L. Iunius Moderatus Columella; C. Iulius Hyginus Sotion: Ioannes Vives Valentinus

NB

Bonarum artium studiis celebres viri.

Valentinus. Si Mathematici: Pomponius Mela: Abrahamus Cacutius, Alphonsus Rex Castellæ, Henricus, Infans Portugalliæ, Henricus Marchio Villenensis, Arnoldus Villanovanus, eiusque Discipulus Raimundus Lullius. Si Oratores: præter Senecam, Portius Latro & M. Fabius Quintilianus. Si denique Poetæ in medium producendi: sistent se Sextilius Hena, LL. Annæi Seneca & Lucanus Patrueles, M. Valerius Martialis, Rufus Festus Avienus, Aurelius Prudentius, Damasus Pontifex M. Iuvencus, Arator, Cælius Sedulius. Iuniores, ne tædium pariam, omitto. Hispanis natura calida est & sicca: color subobscurus, cui juvando Fœminæ collyrio plurimum ex Cerussa Minioque utuntur: duriora & bene compacta membra. Magna mortales omnes superstitione superant, ad ceremonias, adulationes, amplos titulos populis aliis duces. Animi concepta dexeritate singulari tacendo, simulando, dissimulandoque celare norunt. Gravitatem servant cum adfectata quadam severitate: quæ facit ut odium sustineant nationum omnium, gravissimum, quemadmodum ipse Mariana prædicat, atque individuum magnorum imperiorum adseclam. Mulieres non admodum fœcundæ paucos pariunt: priscas Romanas æmulantes, Vino plurimum abstinent: raro se conspiciendas præbent. Advenas inhumaniter excipiunt. Apud Exteros alter alterum colit, veneratur, laudat, extollit: Nobilitatem, plebeio etiam, si quo potest modo, concilians. Iustitiæ cultores maximi: Summis, Mediis, Imis æquale Ius administratur. Facit Magistratuum industria, ut pauca, imo nulla ibi sint Latrocinia. Plerorum manus puræ ab cædibus aliisque flagitiis. Nemini impune est, qui vel sacrosanctas Leges, vel quemcumque, etiam minimi loci, violare fuerit ausus. Inquieti magna semper moliuntur. Pulsis intestinis hostibus, profligatisque Saracenis, potissimas Orbis Terrarum partes suis Regibus acquirere student. Vbi duo tresve convenerint, cujuscumque loci & conditionis, de Rep. gravissimisque rebus differunt, ad enervandas Hostium vires vias quærunt, Strategemata excogitant, mille Machinas fabricant, suisque Ducibus, siquid utiliter inventum, aperiunt. In castris famis, sitis, laborum patientissimi. In acie conflictuque major illis ars quam ferocitas. Levi corpore, levibusque armis induti Hostem facile sequuntur, facileque, quum opus, fuga sibi consulunt, nusquam non, nunquam non militaribus operam dantes Meditationibus. In conviviis domi quidem frugales, sobrii, pauciscque contenti, foris ciborum, præsertim delicatiorum, appetentiores. Scitis & commodis utuntur vestibus nec male formatis. Hispania autem larga manu confinalibus suis aliisq; remotioribus populis infinita cum apud se nata, tum etiam aliunde advecta submINistrat, Sericum, Lanas, Pannos omnis generis, Sal, Saccharum, Mel, Mala, Medica, Citrea, Granata, Cydonia, Olivas conditas, Cappares, Vvas, Ficus, Pruna passa, Amygdala, Castaneas, Glycyrrhizam, Anisum, Cuminum, Coriandrum, Oryzam, Crocum, Oleum, Ceram, Alumen, Smegma, Minium, Purpuram, Thynnos, Balenasque salitas, Baccas laurinas, Fructus diversorum generum saccharo adspersos, Alabastrum, Coralluum, Aurum, Argentum, Ferrum, Chalybem, Stannum, Cuprum, Plumbum, Rubiam Tinctorum, Argentum vivum, Gossipium, Gemmas item pretiososque Lapides & Aromata cum ab aliis, tum ab Indis accepta. Pro iis autem omnibus grata quadam commutatione certatim ab Europæis, Africanis, Asiaticis, Americanis accipiunt eas Hispani merces, quas Natura Cœlique & Soli genius ipsis negare solet.

Mores.

Victus.

Mercimonia.

Hactenus in genere Hiſpaniam deſcripſimus : nunc poſtulat Methodus, ut ſpeciatim & per partes eam perambulemus. Varie a variis fuiſſe diviſam in generali deſcriptione diximus. Nos vero Partium Hiſpaniæ, quo ordine methodoque ob Hondio delineantur, deſcriptionem, quam poterimus fidelisſime, proponemus. Eam ſex Tabulis abſolvit, hoc ordine. In prima deſcribitur *Portugallia*, in ſecunda *Biſcaia*, *Guipuſcoa* & *Legio*. In tertia *Caſtella Vetus* & *Nova*. In quarta *Andaluſia*, ubi & *Conventus Hiſpalenſis* & *Gades*. In quinta *Valentia*. In ſexta *Aragonia* & *Catalonia*. *Portugalliam*, quæ primo loco ſe offert, *Luſitaniam* Veteres dixere. *Luſitaniæ* autem Ptol. & aliis, quæ Appiano *Liſitania*, nomen impoſitum tradunt M. Varro & Plin. ab *Luſo* Liberi filio, *Lyſaque* cum eo bacchante : Luſitaniam enim dici, tanquam *Luſi* regionem. Marcianus putat *Luſitaniam* appellari ab fluvio cognomine, qui nunc forte *Tagus*. *Portugalliam* quidam ſic nuncupatam volunt a *Portu Gallorum*. Andreas Reſendius, cujus ſententiam ſequuntur alii docti, *Portugalliæ* appellationem manaſſe notat a *Portu Cale*. Cæterum *Portugallia* hodie, ſi terræ latitudinem ab Meridie Septentrionem verſus ſpectemus, major eſt quam *Vetus Luſitania* : ſin ab Occaſu in Ortum, longitudinem, minor. *Portugallia* vero hoc ævo verſus Boream excurrit ſupra Confluentes Minium Aviamque ad Opidum uſque Ribadaniam, in Aviæ ripa poſitum : qua parte Galęciam ſpectat : ductaque hinc in ortum Linea ad Mirandam uſque ad Durium collocatam : inde vero Meridiem verſus recto fere progreſſu facto ad oſtia Anæ fluvii, quo latere Caſtellæ, Extremaduræ & Andaluziæ eſt confinalis : ad Notum & Occidentem Atlanticum reſpicit Oceanum, adeo ut ambitus ejus cenſeatur eſſe Io c c c x x c milliarium. Optima in hac regione Aëris temperies, ac Cœli ſerenitate atque ubertate præſtat. Abundat Vino, Oleo, Malis aureis, Citreis, Amygdalis, Melle, Cera. Ac fructus quos hæc regio producit bonitate antecellunt fere omnibus qui in locis finitimis naſcuntur. Et quamvis Incolæ non tantum Frumenti ex agris ſuis colligant, ut ipſis ad victum ſufficiat : tamen ex Gallia & Germania quantum opus habent, advehitur. Plurima alit hæc regio Animalia, Equos inprimis magno numero, tantæ velocitatis agilitatiſque, ut vento conceptos fabularetur, imo crederet Antiquitas. *Portugalliæ Regnum* primum circa annum c I ↄ c initium habuit. Ad id enim uſque tempus ſub Hiſpaniæ nomine cenſebatur. Primum Regum Luſitanorum Progenitorem Faſti commemorant *Henricum* Ducem Lotharingiæ, Comitem Limburgium, virum animo magnum manuque promptum : qui Latinis in Hiſpaniam tranſlatis, *Tyreſiam* duxit *Alphonſi* v I Caſtellæ Legioniſque Regis Filiam, accepta in dotem ea Galęciæ Luſitaniæque parte, quæ nunc Portugallia : quam non ita pridem ipſemet ſua virtute ex Saracenorum & Maurorum ſervitute vindicarat. Defuncto circa annum c I ↄ c x I I Patri ſucceſſit *Alphonſus* I, qui Portugalliæ ſe Ducem appellans, Regis titulum ab exercitu accepit anno c I ↄ c x x x I x, victoriam conſecutus in Agro Orichienſi contra Iſmarium, & alios quatuor Saracenorum Maurorumque Reges : quinque Scutorum inſignia facti monimentum poſteris relinquens. Succeſſerunt huic recta fere linea *Sanctius*, *Alphonſus* I I, *Sanctius* I I, *Alphonſus* I I I, *Dionyſius*, qui primus Algarbiorum Regis Titulum uſurpare cœpit, Alphonſus

Regio.
Nomina unde deducta.
Situs.
Cœli temperies & ſoli fertilitas.
Equi vento concepti.
Imperium majorum.


OCCIDENS
ORIENS
MERIDIES
SEPTENTRIO
OCEANVS
OCCIDENTALIS
PORTVGALLIA
OLIM
LUSITANIA.
REGNI CASTELLAE PARS
REGNI LEGIONIS PARS
ANDALVZIAE PARS
REINO DO ALGARBE
CONDADO
ANTRE TEIOE
GVADIANA
ESTREMADURA
MONTEMURO
ANTRE DOURO E MINHO
SERA DE COIRA
SERA DO AMARAON
SERA DE MOMIL
RIBA DE COA
Hispanicæ leucæ 17½ uni gradui Competentia
Miliaria Germanica quorum 15 ũi gradi respondẽt

38

Alphonſus IV, *Petrus*, *Ferdinandus*, *Joannes*, *Eduardus*, *Alphonſus* V *Africanus* cognomine, *Joannes* II, *Emanuel*, *Joannes* III, *Sebaſtianus* in Africa interfectus, *Henricus* primo Cardinalis, & *Antonius*: quo, quod Nothus diceretur, pulſo, ut proximus hæres Regnum occupavit *Philippus* II Hiſpaniarum Rex, Emanuelis per Iſabellam primogenitam Nepos: cujus hodie Filius *Philippus* III feliciter Hiſpaniæ quanta quanta eſt, imperat. Portugalliæ Metropolis eſt *Oliſippo*, ut ea dicitur in antiquis & probatæ fidei M. Varronis, Plinii, Antonini, Melæ exemplaribus. In vulgatis enim nunc *Olyſippo*, nunc *Oliſyppo*, item *Ulyſſippo*, aliiſque modis ſcribitur: hodie *Liſbona*, vel, ut incolæ proferunt, *Liſboa*. Emporium eſt reliquis Orbis terrarum nobiliſsimis concenſendum: Divitiis ſupra modum adfluens: Mercium peregrinarum, quæ ex Aſia, Africa, America adferuntur, Promptuarium celebre. Situs ad Tagi fere Oſtium amœniſsimi commodiſsimique: amplum, quodq; ſua magnitudine Montes quinque totidemque Valles (nam olim multo erat minus, unumque tantum, ut quidam tradunt, Collem occupabat) complectitur. Ex parte, qua mari alluitur, Portis diſtinguitur XXII, qua Continentem reſpicit XVI: Turribus per Murorum gyrum LXXVII munitur. Templa, quæ Græcis Parochiæ XXV, numerantur: præter hæc plurima ſunt quæ Monachis, Anachoretis Veſtalibuſque ſunt attributa. *Oliſipponem*, ut Matrem agnoſcunt Trans-Taganæ: *Ebora* Plin. & aliis, *Ebura* Ptol. quæ vulgo hodie *Evora*. *Begia* vulgo *Beia*, vel *Bexa*: olim *Pax Julia*, Antonino & Ptol. *Setubal*, olim, ut opinatur Cluſius, *Salacia*: quæ tamen Varrerio Moralique putatur *Alcaſar de ſal* in Algarbiæ regione. *Almada*, Ptol. *Cætobrix*: Antonino *Cætobriga*. Cis Tagum haud procul Oliſippone Aquilonem verſus *Caſcalæ* Opidum eſt ſitum. Propius ad urbem accedenti *Bethleem* occurrit, opidulum. Sunt ibidem *Leiria*, *Tomar*, *Guarda*, non ignobilia, neque obſcuri nominis Opida. Haud procul Tomare viſitur *Ceice*, *Celium* Antonini eidem. *Alanqueram* ad flu. Tagum, patriam ſuam Damianus Goëſius, ſic dictam putat tanquam *Alankercke*, *Alanorum Fanum*: ingenioſe, & vere. Hæc olim *Icrabrica* Antonino. Inter Mondam & Durium *Conimbrica* hodie *Coimbra*, olim caput Regni Portugalliæ. *Viſeum* vulgo *Viſeo*, *Viſenſis* civitas in Conciliorum opere; quod opidum hodie *Ponte Vouga*, Plin. putatur *Vacca*. *Lamecæ* vulgo *Lamego* meminit Concilium Toletanum III. Inter Durium denique & Minium *Braga* ſuperbi: ſic hodie dicitur, quæ *Bracar Auguſta* Ptol. *Braccara Auguſta* Anton. *Auguſta Bracarum* Plin. Ab Gallis *Bracetis* conditam fama refert, anno ante Chriſtum natum CCXC. Auguſtæ cognomen addiderunt Romani Victores. Tam olim celebris, ut conventus hic fuerit ex ſeptem Citerioris Hiſpaniæ unus, unde urbes XXIV, auctore Plinio, jus petere conſueverant. Fluvii ſunt *Anas* ſive *Guadiana*, *Tagus*, *Mondegus*, *Durius* & *Minius*: horum duo celeberrimi, *Tagus* & *Durius*. Portugallia ab Occaſu & Meridie Atlanticum reſpicit Oceanum, qui præter Piſces quos abunde ſuppeditat, plurimas eaſque maximas commoditates præbet. Huic copias ſuas omnes, ut debet, ita & acceptas fert, ac grata memorque beneficia immortalia agnoſcit, illum meliore ratione aurifluum, quam Nilum ſuũ Vetuſtas, dignatur, quod hujus ope & merito merces undecunq; terrarũ importatas accipiat, eo pacto nullius indiga, rurſuſq; quibus ipſa copiis abundat, per navigia exportet, lucri cauſa terras nõ acceſſas perẽ.

Flumina. Maris commoditates.

Præter

Præter Portus autem quos supra recensuimus est Portus *Setubal* xx Milliarib. Olisippone Austrum versus distans. Montes hic pauci, iique non magni, ut sunt quos incolæ vocant *Sierra de Monchiquo*: *de Chaldecatao*, *de Sordedas*, olim dicti *Montes Lunæ* &c. Sunt & hi plerique Lucis Nemoribusque consiti. Sunt etiam Silvæ & densa Nemora, in quibus Hispaniæ Principes venari solent. In Opidulo Bethleem, templum est D. Virgini dicatum, sumptuque incredibili exstructum: Emanuelis Lusitaniæ Regis Monimentum, quod dum viveret sibi ipse designavit. Magna tamen Operi accessio facta ab Ioanne III Emanuelis Filio. Suntque in Interamni Portugallia, ut scribit Vasæus, præter Ecclesiam Bracarensem Metropolitanam, & Portugallensem Cathedralem, atque alias quinque Collegiatas, plusquam centum triginta Monasteria, quorum pleraque reditus habent amplissimos; præterea plus minus MCCCCLX Parochiales, ut scribit quidam. Certe in parte quæ Bracarensem agnoscit Ecclesiam octingentæ recensentur. Ex qua re fertilitatem & Religionem antiquam Gentis facile agnoscas. Taceo Xenodochia, Nosocomia, Orphanotrophia, Turres, pulcherrimas ædes, hortos amœnissimos, & ejusmodi. Academias habent in hoc Regno *Ebora* & *Coimbra*. Prior ab Henrico Cardinale Lusitaniæ, ejusdemque Civitatis Præsule, nuper instituta. Altera etiam instituta nuper a Ioanne II Portugalliæ Rege. Sunt Lusitani omniũ Hispanorũ fortissimi, veloces, agiles, mobili corpore levique, ut facile & fugiant hostem & insequantur: prompti, laboris patientissimi. Sunt & eo ingenio, ut magnifice de se & rebus suis sentiant; atque ipsi dictitant se vivere ex opinione, hoc est se sustentari potius eo, quod se esse putant, quam eo quod revera sunt. Rei Navalis sunt peritissimi, ac Navigationibus ad incompertas Regiones toto Orbe notissimi; Mercatorum commerciis ditissimi.

Portus. *Montes.* *Silvæ.* *Opera publica.* *Sacra.* *Academiæ.* *Mores.* *Mercimonia.*

Algarbia.

Sub Portugallia hoc tempore *Algarbia* regnum pertinet. Hæc ab Arabibus nomen accepit, significatque Campum Arvumque felix & uber, in quo omnia ad commutationem necessaria. Linea autem cujus initium ab Ana fluvio inter Amnes qui vulgo *Vataon* & *Carei-vas*; finis autem ad Opidulum *Odeseiza*, id est ab Oriente versus Occidentem protracta, separat *Algarbiæ* regnum ab ipsa Portugallia, omnium Hispaniæ Regnorum minimum & ignobilissimum. Comportantur eo ex variis Hispaniæ partibus secundo Anæ decursu Vina omnis generis, Sicca, Bastarda, Romana, & ejus classis alia; quæ porro navibus imposita in Galliam, Inferiorem Germaniam, alioque avehuntur. Opida habet *Balsam* Ptolemæo; Plinio, Antonino & Pomponio Melæ, quæ hodie *Tavila*, ut Coquus opinatur: *Ossonobam* Plinio & Antonino; quorum ille *Lusturiam* cognominat, *Ossonaba* est Ptolemæo, putaturque quæ nunc *Silvis*. Fuit etiam ibidem ad Sacrum Promontorium Vtbs *Lacobriga* Pomponio, cujus etiamnum ruinæ ruderaque visuntur prope *Lagos* Opidum maritimum, in Vico, qui Lusitanica Lingua *Lagoa* vocatur, uti scribit Vasæus. *Algarbia*, Comitatus initio in dotem ab Alphonso x Legionis Rege, ut prisci referunt Annales, datus fuit Alphonso III Portugalliæ Regi, quum filiam ipsius Beatricem, quam ex Pellice genuerat, uxorem duceret. Natus ex eo conjugio *Dionysius*, qui primus Algarbiorum Regis titulum usurpare cœpit. Sed de Portugallia ac de Algarbia hæc sufficiant, ad reliquas Hispaniæ partes transeo.

Regio. *Unde dicta.* *Situs.* *Opida.* *Imperium majorum.*

Regio.
Unde dicta.

Biſcaia Ioanni Gerundenſi Epiſcopo a Baſtulis Bæticæ antiquis cultoribus nomen trahit. Hi enim cum primum ex Libya in Hiſpaniam Bæticam conceſsiſſent, a Mauris loco pulſi in Galęciæ montes confugerunt, ibique domicilia ſtatuentes nomen gentis retinuerunt, ut *Baſtulia* ab eo tempore dicta ſit, quæ nunc *Biſcaia* nominatur. *Biſcaia* a nonnullis *Viſcaia* appellatur, quæ vox ad Vaſconum nomen proxime accedit. Hiſpaniæ regio eſt ad Oceanum Montibus obſita. Temperatius in ea Clementiuſque Cælum quam in reliqua Hiſpania. Magnis enim Montibus circumdata nec frigore nimio infeſtatur, nec calore nimio torretur. Regio Arboribus, quæ navibus fabricandis idoneæ, referta. Novit hoc præter alias Provincias tota Hiſpania, cui integræ nonnunquam claſſes hinc ſubvehuntur. Caſtanearum, Nucum, Pomorum quæ *Aurea* cognominantur, Reſinæ, Metallorum omnis generis, præcipue Ferri, Nigrique Plumbi, & aliarum rerum feraciſsima. Vino carenti potum ſubminiſtrant Poma ſaporis optimi, preſſa. Animalium hic Terreſtrium, Marinorum, Volatilium: Fructuum, omniumque, quæ vitæ hominum commodius agendæ neceſſaria, ingens copia. Quam *Biſcaiam* hodie dicimus, habitarunt olim *Cantabri*: latius tamen quam ipſa Biſcaia patet, occupatis etiam locis iis, ubi nunc *Guipuſcoa* & *Navarra*. Populi celeberrimi multorumque ſcriptis decantati. Hi vitam nullam ſine armis eſſe exiſtimabant. Omnibus Hiſpaniæ populis ſubactis, & in populi Romani poteſtatem adductis, ſoli cum Aſturibus aliiſque conregionalibus vinci non potuerunt. Debellavit tandem ferociſsimam gentem, bello fere quinquennali fractam & defatigatam, C. Cæſar Octavianus Auguſtus ipſe contra eos reliquoſque Romanis nondum parentes profectus. Subjugavit autem Cantabros Vipſanii Agrippæ, cæterorumque Legatorum quos ſecum duxerat, induſtria & fortitudine. Eſt in Biſcaia, præter alia, opidum nobile *Bilbao*, ſic dictum, ut quidam opinantur, quaſi, commutatione literarum Hiſpanis familiari *Belvao*, id eſt *Bellum vadum*. Condidit Didacus Lopeus de Hazo, Cantabrorum Princeps anno a Chriſto nato CIↃ CCC, aut circiter. Tria cum primis hoc opidum commendant, Situs oportunitas, Annonæ copia, mirabiliſque Negociorum Hominumque varietas & multitudo. Situm eſt in loco plano duobus ab Mari miliaribus. Per hoc Opidum in reliquam Hiſpaniam importatur, quidquid Anglia, Gallia, Belgica mittunt; per idem ipſum exportatur quidquid cum iiſdem aliiſque Regionibus communicandum cenſet Hiſpania. Reperire hic eſt Cives, qui ſoli quotannis ſua pecunia tres quatuorque naves ædificari curant. Ab altera parte opidulum habet in ora maritima *Portugallette*, vulgo nuncupatum, a quo rivus quidam, maris ingens brachium, non ſolum in hanc urbem uſque: ſed in ipſas etiam domos influit. Hoc importari atque exportari parvo negocio, vilique precio, varia Mercium, aliarumque rerum genera indies videre eſt. Sunt etiam in Biſcaia portus nobiliſsimi. Nec eſt cur Piſcium ullum genus requirat, cum & optimos habeat, & quantos fere velit, eoſque recentes. Margaritas item marinæ non negant conchæ, ſed quæ ignobiliores. Gens affabilis, hilaris, elegans. Virginibus Biſcainis mos, quamdiu innuptæ ſunt, nec capillos alere, nec velari,

Situs.
Cæli temperies.
Soli feritilitas.

Animalium varietas.

Imperium majorum.

Opida.

Statim


SEPTENTRIO
MERIDI.
OCCIDENS
ORIENS
CANTABRICUS OCEANUS
Scythicum prom
C. de Pinas
C. de Mastuscaro
Aviles
Candes
Gyon
Villa Viciosa
Oviedo
Castropol
Pennaflor
Pedrosale
Peiolarom
Salvador
Villa viciosa
Pranta
Avilaus
Riba de Sella
Lanes
Vente de Verte
Astures
Cantabri
S. Vincentius
Martin
Andevo
Santillana
Lardo
Salsedon
Castro
Villaro
Porto gale
Bilbao
Durango
Alcola
Berues
Lequeitio
Hodarao
Valencia
Motrico
Eloria
Eibar
Placencia
Maia
Aguioter
Vitoria
Udala
Anuola
La Puebla
Ataraza
La guardia
Haro
Rio
S. Vincente
Briones
Navarrete
Alcanade
Abelada
Enalda
Quel
Laguardia
La Puebla
Najare
Torizillo
Rodecillo
Saltas
Sierra Cogollio
Lara
Vande huetes
Burgos
Rabe
Humidos
Villa nueva de Las carettes
Villa martin
Carrion
Saldanna
Medgar
Idubeda mons
Villa Veia
Villa Franca
Frias
Miranda
Bierbiesca
Melmigo
Fuentibra
Casciaares
Espinosa
Pomar
Val de Viejoe
Fuente de la Ra
Elrio
Rio
S. Gadea
La Puebla
Venta cibay
La Venta
La nestoza
Medina de
Leon
Villarenie
Valverde
S. Miguel de Camino
Puente de la Reina
Laceno
Mansilla
Calcadilla
Astorga
Novia
Monasterio della vega
Villalon
Los molinos
Benavente
Mon al del Reyna
Medina de rio seco
Aldea
Castramonte
Duennes
Paredela
Villalpando
Villalar
Miranda
Comora
Toro
Pedroso
Simancas
Xambrino
Amago
Tor de Sillas
Duriius flu.
Esla Rio
Duero Rio
Carrion flu.
Pisuerga flu.
Relanzon Rio
Arlanza Rio
Salduendo
Cogollos
S. Pedro dor
Cabacubias
Lerma
Forquemada
Leon
Valmoral
BARDULI
BISCAIA ET LEGIO.
Leucæ Hispanicæ
Milliaria Germanica
1 2 3 4 5

39.

Statim ubi nupſerint, caput velant, & vitta tegunt in modum galeæ compoſita ex linteo coloris aurei, quam eum in modum involvunt, ut in fronte, veluti cornu aliquantulum extet, Magna hic Hiſpanis, cum Gallis, Belgis, Anglis, aliiſque populis commercia. Lana præcipue facit, ut omnia Fora Locaque ab Emptore Venditoreque ferveant.

Commercia.

Guipuſcoa.

Guipuſcoa Cantabrorum etiam olim erat regio. Nonnulli *Lipuſcoam* & *Lipuiſcam* vocant: corrupte, ut notat Stephanus Garybayus ejus Incola. Vnde autem hæc appellatione habeat, non facile dixerim, niſi forte ab *Oppiſcua* antiqua civitate nomen trahat. Concluditur ad Ortum amne *Vidoſone* (qui & *Vidorſo*, *Alduida*, *Huria* & *Beoyvia*, medius inter Galliam & Hiſpaniam) Pyrenæiſque montibus; ad Meridiem Navarræ regno, ad Occaſum Biſcaia, de qua modo dixi, ad Septentrionem Mari Cantabrico. Circuitus ejus triginta ſex milliarium. Temperata autem maxime hæc Regio eſt; neque enim ſentit frigoris moleſtias, neque Solis vehementes ardores, Cœlo autem utitur humido & inconſtanti. Cum vero omnis ſit montoſa & aſpera, non eſt uſq; adeo culta, quæ tamen in ea loca coluntur, valde ſunt fertilia. Vineta non habet niſi pauca in parte maritima. Cæterum regio ubique Ferri & Chalybis ferax, adeo ut nuſquam terrarum Ferri major ſit abundantia aut præſtantia: tantumq; ejus materiæ hic effoditur, ut multis regionibus ſufficiat. Vulcani officina, Martiſq; Armamentarium videntur hic ab Natura collocata: tantam ibi videre eſt non ſolum Ferri, & Chalybis, ſed & factorum Armorum copiam; ut non immerito *Murus* ſive *Propugnaculum Regnorum Caſtellæ & Ledonis* in quibuſdam regionis Archivis cognominetur. Scribit Navagierus hoc tractu tantum Ferri Chalybiſque effodi, ut ſingulis annis xxc millium Bucatorum inde quæſtus fiat. Non igitur ſine cauſa Montem ibi ſcribit Plinius lib. xxxiv cap xlv, totum ex Ferro: *Cantabriæ*, inquit, *maritimæ parte, Mons prærupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materia eſt*. Collocantur hic a Ptolemæo, Pomponio, Plinio, aliiſque populi *Oregeviones*, *Autrigones* & *Varduli*. Metropolis eſt *Toloſa* ad Confluentes ſita Araxin & Oriam. Sunt & alia Opida; *Placentia*, ubi fabrorum ferrariorum incredibilis copia: *Motrico*, vel ut alii ſcribendum cenſent, *Monte de Trico*, ab ſcopulo cognomine, qui Opido imminet: *Fuentarabia*, Ptolemæo *Phlaſiobriga: Fanum D. Sebaſtiani*; olim *Hiçuru*, poſtea *Don Baſtia*, & corrupte hodie *Donaſtien*, idem ſonans quod *Divus Sebaſtianus*. Don enim Cantabris nihil aliud, quam quod Latinis *SANCTUS*, Caſtellanis *SANTO*. Loca namque in Cantabrorum agris varia plerumque habent nomina, ob linguarum differentias. Aliter ipſi Cantabri, aliter Hiſpani reliqui, aliter Galli, qui ipſis confinales, vocant. Situm eſt hoc Opidum ad oſtium fluminis, quod *Menaſcus* Pomponio Melæ, Ptolemæo *Menoſca*, hodie *Rio Gurumea*, vel *Uramea*. *Chalybs* fluvius in his regionibus oritur, cujus aqua ad Ferri temperamentum plurimum valet; adeo ut Hiſpani non alia arma, niſi quæ hujus liquore temperata, adprobent. Ab hoc flumine populos Chalybes Iuſtinus lib. xliv ait appellatos. *Fanum D. Sebaſtiani* Portum habet ampliſsimum, non arte humana, ſed ſagacis naturæ providentia factum, in quo naves ab ſævientibus undis ventiſque parum faventibus ſecuram & tutiſsimam inveniunt ſtationem. In-

Regio.
Nomina.
Situs.
Cœli temperies.
Soli qualitas.

Flu. Chalybs.

Portus.

nem. Ingressus patet inter duo castella: quorum quod ad Orientem, in edito Monte exstructum, Occidentalio- *Mores.*
re, quod in Rupe est; eminentius: & alios. Incolæ iisdem cum Biscainis sunt moribus eademque utuntur lingua. Natura sunt ingenioſi, politici, satis exculti, ad alliciendum faciles, & qui difficulter cogi possunt, honoris cupidi, suorum privilegiorum defensores acerrimi, agiles, animosi, ad tractanda omnis generis arma dexterrimi, & ad militiam proclives. Sunt & mulieres admodum robustæ, planeque viragines, corpore bene habito, forma bona: Licet laboribus assuetæ: ac idcirco minus arrogantes. Maris accolæ navigationi piscibusque, cum aliis, tum quos *Baccaleos* appellant, capiundis, magno lucro, dant operam.

Legio.

Sequitur *Legio*, cui nomen ab *Legione* VII *Germanica*, quæ hic olim (Nervæ Imperatoris principatu, ut quidam autumant) stativa habuit. Hanc Hispaniæ partem qui hodie habitant, eos plerique volunt fuisse, qui *Vettones* Plinio, Ptolemæo, Straboni, Appiano. *Vettoniæ* etiam mentio apud Prudentium. Metropolis, urbs illa clarissima Regioni cognominis, quæ *Legio* VII *Germanica* Ptolemæo: *Legio Gemina*, Antonino: *Leon* hodie vulgo: quod nomen, quur ab Leonogildo Gothorum Rege malit, quam ab Legione ipsa Franciscus Tarapha derivare, non video. Moralis tradit etiam *Sublanciam* olim dictam, adscribens ejus nominis vestigia etiamnum exstare in loco, qui sesquimilliari distans Legione, dicitur *Sollanco*. Illud autem memoria dignissimum est, quod ab hac urbe cœperit circa annum IↃ CCXVI recuperatio Hispaniæ quam totam fere Maurorum & Saracenorum gens occuparat. Pelagius enim, ex regio Gothorum sanguine, Fafilæ Cantabriæ Ducis filius, ab Christiano- *Imperium majo-*
rum, qui in Montes Asturiæ confugerant, reliquiis Rex consalutatus, magna strage Maurorum edita, vix Re- *rum.*
gnum orsus, hosti Legionem eripuit: ibique sedem sui Principatus figens, novum Castellum, quasi propugnaculum adversus Barbarorum vim & incursiones, exstruxit: unde *Comites* deinceps *Castellæ* dicti, de quibus postea; rejectis autem Gothorum Regum Insignibus Leonem sumpsit Rubrum in albo Campo ferocientem, quo hodieque Reges Legionenses utuntur. Pelagium in regno sequutus est Fafila filius; hunc autem Improlem Alphonsus Catholicus, Petri Cantabriæ Ducis filius, ex genere Ricaredi Catholici Gothorum Regis oriundus: qui uxorem duxerat Ormisendam Fafilæ sororem unicam & hæredem. In Alphonsi familia posterisque Legionis principatus mansit usque ad Veremundum, Regem Legionis XXIV: quo, anno CIↃ XX sine successore defuncto, Sanctia Soror, Ferdinando Navarreo, Castellæ Regi nupta Legionense regnum ad Castellanum transtulit. Hic tres habens filios, *Sanctium* quidem Testamento Castellæ Regem; *Alphonsum* Legionis & Asturum: *Garciam* denique Galleciæ (quæ ab Conjugis Majoribus acquisita Comitatus ad illud usque tempus fuerat) & Portugalliæ nominavit. *Sanctius*, divisionis paternæ impatiens, fratres, *Alphonsum* quidem regno deturbavit. *Garciam* autem occidit. Quum jam *Sanctius* circiter sex annos regnasset, & ab Vellido per fraudem esset obtruncatus: *Alphonsus*, qui Toleti apud Maurorum regem exsul vixerat, non solum Legionis, quod ex Patris voluntate obtinebat, recuperavit: sed & Castellæ, Galæciæ Portugalliæque regna est consequutus. Huic successit Alphonsus VII, Hispaniæ Imperator nuncupari meritus. Sed de his satis.

Regio. Nomina. Urbs Legio Gemina.

Regio unde dicta. Veteris Situs.

CASTILIA sive *Castella*(cui nomen ab Castello,quod Pelagius Rex,Legione ab Mauris recuperata, ut Propugnaculum,contra hostes exstruxerat) quondam *Bardulia* dicta fuit. Hanc duplicem faciunt Hispaniarum Delineatores, *Veterem* & *Novam*, *Veterem* circumdant ad Boream Asturia & Biscaia: ad Occasum Portugallia: ad Meridiem Castella Nova,Montibus qui fere per longitudinē Hispaniæ incedunt,intercurrentibus,ad Ortum Aragonia & Navarra.Regio fertilis Frugum, Vini, omnis generis Fructuum, Croci,& Animalium.Castellæ autem Regno tale legitur tuisse initium. Pelagius erepta rursum Mauris Legione, Castellum quasi propugnaculum adversus Barbarorum vim exstruxerat,cui qui Præfecti *Comites Castellæ* nuncupati, Regem Legionensem, ut Principem diu agnoverunt usque ad Ordonium II, decimumquartum Asturum,Legionisque Regem: qui quum Comites Proceresque Castellæ per speciem Colloquii ad se evocatos obtruncasset: Castellani pessimo scelere indignati,projecto Regum Legionis jugo,ex suo corpore duos elegerunt Iudices Nunium Rasuram & Lainum Calvum:unum,qui Iuridicundo,alterū qui rebus Bellicis præesset: quorum Liberi horumque Posteri *Comites Castellæ* sunt appellati usque ad Sanctium Majorem Navarræ Regem, qui quum bello fortis Cordubam & Toletum Saracenis eripuisset, Mauros omnes Navarra, Aragonia, Castella, Legione,Portugallia,aliisque Hispaniæ locis exturbasset, totamque Hispaniam Christiano nomini restituisset, ducta Elvira Sancii Castellæ Comitis filia,Garsiæque postremi Comitis Sorore & ex Asse hærede, se dotis nomine non Comitem, sed Regem Castellæ scripsit, Regnumque ad Ferdinandum filium, Legionis etiam Regno per conjugem Sanctiam locupletatum transmisit. Ferdinando succesit filius Sanctius: huic frater Alphonsus: cujus filia Vrraca (nam Stirps mascula obierat) quum,post Raimundum Berengarium Tolosæ Comitem, Alphonso Regi Aragoniæ nupsisset,Aragoniæ, Castellæ & Legionis Regna fuerunt unita. Metropolis Veteris Castellæ *Civitas Burgensis*, vulgo *Burgos*: *Bravum* putatur Ptolemæi. Vrbs antiquissima, multisque rebus insignis,& inter primarias Hispaniæ merito referenda,C L sub se habens minorum gentium Opida: magnis, pulchris commodisque ædificiis passim adornata; Foris venalibus,Plateis,Vicis, Pontibus, Templis, Cœnobiis, Amnibus exculta: ob incredibilē Incolarum cujuscumque ætatis,sexus, conditionis, industriam & diligentiam memoranda. Circumdant suam Metropolim jucundissimo commodissimoque situ: *Palentia*, ad Carrionis marginem sita; *Palantia* Plinio,Melæ, Ptol, & Appiano,*Pallantia* Straboni: *Peralantia* corrupte apud Antoninum. *Vaddoledum*, Sedes olim Regia: locus in amœnissima Pisuergæ ripa,non Hispaniæ solum sed Europæ totius pulcherrimus: cui quæ Vrbs anteponatur,non invenitur: agro beatus fertili: Forum ibi pulcherrimum amplissimumque: cujus ambitus LO CC passuum: quumq; multis aliis de caussis hac Opidum valde sit nobilitatum, multo tamen magnificentius illud reddidit inlustrissimus Philippi Regis Hispaniarum ortus: vulgo *Valladolid*: quod *Vallem Oleti* sunt qui interpretantur. *Pintia* Ptol. *Pincia* Ant. ut censet Clusius. *Simanca* Anto. *Septimanca*. *Camora* Pt. *Sarabris*, ut *Clu.* videtur: quæ vitiose *Sabaria* apud Antoninum. *Sarabrim tamen* esse putant Florianus.

Solifertilitas. Imperium majorum.

Urbes.


CASTILIA
CASTILIA VETUS et Nova
16 SEPTENTRIO
16 MERIDIES
14
18
20
22
12
42
40
38
OCCIDENS
ORIENS
Miliaria Germanica
Leucæ Hispanicæ
Astorga
Moratinos
Villa
Burgos
Carion de los Condes
Lara
Saldueno
Lerma moral
Palencia
Retuerta
Pontilla
Lerma
Los molinos
Villalon
Medina de rio seca
Duenas
Valladolid
Castrillo
Aranda
Torresendino
Nepas
Villalpando
Villalar
Reurdo
Duero Rio
Sagramenina
Fresno
Miranda
Braganca
Camora
Guarate
Majadas
Coca
Penafiel
Frocedillo
Petortillo
Merinhos
Arisnuna
Fuente salibu
Arrediano
Medina del Campo
Avila
Fuerta
Atiença
Huerta
Lechon
Aranda
Aldea nueva
Salamanca
Ventosa
Helite
Corita
Segovia
Rica
Padilla
Siguenca
Viernas
Van nueva
Vzela
Cordutte
Portosa
Sagrado
Calcada
Guinguelo
Pena de francesca
Ciudat Rodrigo
Baraco
Torre de ladrones
Tortosa
Caracosa
Vendel
Touroes
Villa franca
Porto de piro
Madrid
Alcala de henares
Chinchon
Tajuna Rio
Taralba
Alava
Albanbra
Vineros
Vergaria
Bagnos
Colmenar
Torre
Cirupocuelos
Lacierta
Castilla
Laureoyas
Chindres
Laxarilla
Torrios
Toledo
Puente larria
Cuenca
Tajo Rio
Taranco
Villar de horno
Xanil
Coria
Plazencia
Toril
Alcantara
Cebella
Berruon
Armuques
S. de la garca
Sabelices
Cardenero
Segura
Capara
Almaraz
Talavera
Orgas
Tembleique
Hisso
Montalvanejo
Xuriel
Valencia
Las barcas del conceta
Venta de la
Arroyo
Vadera
Las casas del puerto
Oropesa
Tajo Rio
Panojerh
Rosafan
Consuegra
La Mota
Campillo
Alarcon
Tagus fluvius
el yuerto
Caceres
Puebla
Canavata
Malago
Campo de Montiel
Taponer
Lina
As Madias
Venta real
Trugillo
Guadiana Rio
Pueucio
Vanbarachiva
Herrero
Ciudat real
S. Cruz
Rueda
Chinchilla
Calpe
Ougela
Villa Real
Villa manrique
Fumilla
Cabeca
Villarta
Medelino
Almodovar de campo
Elviso
Santana
Cante
Elvas
Merida
Campanario
Ventas nuevas
Villa nueva de Alcaraz
Venta de indio
Horivela
Cafra
Badajos
Ruesta
Athania
Ventala
Lavenuta de los palacios
Niñaterra
Calasparra
Murcia
S. Nicolas
Benalcacar
Villa nueva
Andujar
Baega
Segura Rio
Cartagena
Guadalquivir Rio
Aldea el rio
Corduba
Guadalantin Rio
Anacarron
Ayerbe
Taust
Boria
Ebrus flu.
ARAGONIAE PARS
Olveda
Epila
Caragoca
Alfajarin
Almania
Torrisilla
Pina
Calatajut
Langares
La Puebla
Felix
Moyvela
Lorca
VALENCIAE PARS
Tervel
Chindres
Guadalaviar flu.
Xucar fluvius
Duero flu.
Tormes fluvius
Arlanza Rio
Xarama rio
Tajuna Rio
Henares rio
Guadiana flu.
Anas fluvius
Betis fluvius
Segura fluvius

Florianus del Campo & Gomerius Opidum illud, quod vulgo vocatur *Toro*, Latinis *Taurus*, ad Durium fluvium. Non autem poſtremi hic viſitur loci *Salmantica* Antonino & Ptolemæo, *Salmatis* Polyæno: *Salamanca* vulgo. Haud procul hinc ad fluvium, qui vulgo *Gada*, *Civitas Roderici* Comitis, *Ciudad Rodrigo*, quæ ut putant Vaſæus & Cluſius *Myrobriga* Ptol. Celticorum Opidum in Luſitania. Tendentibus hinc verſus Meridiem occurrit *Coria*, *Caurita* quondam, ut ſcribit Cluſius; *Cauriam* ab Latinis Iunioribus appellari tradit Andr. Schottus. Cauriæ verſus Ortum ad nonam circiter leucam eſt *Placentia*, urbs pulcherrima: cujus Citria, cæterique arborum fructus, nec non panis candidiſsimus maxime ſolent commendari & expeti: *Plazencia* vulgo. Habet Placentia ſub ſua ditione Opida amœniſsima, in quis eſt *Xavahicium* nemoribus ſuperbiens, & *Piſaro* in Convalle jacens, velut altare, ut Marineus notat, in Teſtudine templi. Montes Placentiæ adjacentes, ab ipſa urbe *Vera de Plazencia* cognominantur. Quæ *Avila* hodie, Ptol. *Olbula* nuncupatur, ut vult Cluſius. Haud procul fontibus *Arevæ*, *Segobia* jacet, quæ Plin. & Anton. *Segovia*, ut hodieque, Pt. *Segubia*. Vrbs eſt lanificio & aquæ ductu viſendo Romani operis nobilis: in qua, ut Vaſæus ſcribit, illud memorabile, quod illic nemo conſpiciatur ociosus, nemo mendicus, niſi qui per ætatem aut morbum opus facere non poſsit: quum nulli deſit, unde victum quærat, aut in quo ſe exerceat. Quæ nunc *Aranda* ad Durium flumen, *Rhauda* Vaccæorum urbs eſt Ptol. in Hiſpania Tarraconenſi: *Rauda* Antonino ex emendatione Hieronymi Suritæ; nam antea *Raudaclunia* cum altera manſione miſta legebatur. Quæ incerto ſcriptori *Exoma*, *Vxoma* Plin. eſt, qui addit nomen hoc crebro aliis in locis uſurpari, *Vxama* per S in antiquo marmore legitur: *Oſma* hodie dicitur. Reliquas nominatis a nobis adponendas Curioſioribus relinquimus. Sed hæc de urbibus & opidis ſufficiant: ad Caſtellam Novam tranſeamus.

Regio. Situs. Soli fertilitas. Vrbes.

Caſtella Nova, ad Septentrionem adhærens Veteri, reliquis lateribus clauditur Portugallia, Extremadura, Andaluzia, Granada, & Valentia. Abundat Tritico aliiſque ſegetibus, ad utramque Tagi ripam ſita. Metropolis Caſtellæ Novæ *Toletum*, ut Latini vocant: *Toleton* Ptolemæo: hodie *Toledo*. *Toletanos* nominat Plinius: *Colonia Toletana* eſt in Nummis Auguſti apud H. Goltzium: Serezolam etiam ſcribit appellatam fuiſſe Villanovanus ad Ptolemæum. Centrum eſt & quaſi umbilicus Hiſpaniæ: Situs clivoſi, inæqualis & aſperioris, aſcenſus ambulationiſque difficilis. Majorem partem alluit & contra hoſtes tuetur Tagus: qua Arcticum ſpectat Polum, muris munitum eſt validiſsimis Turribuſque CL. Nobilium ingens in hac urbe numerus: Cives admodum ſunt induſtrii. Cum aliis ampliſsimis ædificiis, tum templo nobilitatur auguſtiſsimo, pulcherrimo, ditiſsimo. Multa Toleti Concilia leguntur celebrata: certe ultra ſeptemdecim numerantur, quot alibi nuſquam. Toletum, ut Matrem Reginamque ſuam veneratur *Madritum*, vulgo *Madrid*, Aeris ſituſque ſaluberrimi. Rebus omnibus abundans gratum nunc eſt Hiſpaniæ Regibus Domicilium. Non procul hinc *Villamanta* eſt: quæ ut volunt B. A. Montanus, Tarapha & Villano. *Mantua* eſt Pt. Carpetanorum in Tarraconenſi Hiſpania opidum. Quæ vulgo, voce Arabica, Hiſpanis hodie *Alcala de Henares*, tam certo creditur *Complutum* Ptol. ut latine etiam non aliter in publicis Actis & Monimentis audiat.

Situm

Situm eſt in loco plano, ad fluvium, quem *Henarem* vocant; rerum omnium quibus uſus humanus indiget, copia, ſuiſque proventibus adeo abundans, ut nullis aliunde bonis opus habeat. *Segoncia* Antonino inter Complutum & Cæſarauguſtam medio fere itinere; *Siguença* nunc appellatur Varrerio & Morali judicibus. *Alcantara* in ripa Tagi ſcribunt Varrerius & alii eſſe quæ *Norba Cæſarea* Ptol. *Norbenſis Colonia* Plin. Opidum eſt inſigni conſpicuum Ponte, venerandæ & antiquitatis & majeſtatis. Quæ *Talavera* nunc, Livio *Æburam* nominari opinantur Beuterus & Moralis. Sunt hic etiam *Cuença*, *Caucenſes* Plin. *Lebazuza*, Antonino *Libiſoſa*; *Caſtona la veja*, *Caſtulo* eidem Antonino. *Tagus* flu. Caſtellam novam irrigat cum aliis amnibus ac rivulis in eum concurrentibus: & in ea ſuos fontes habet *Anas* flu. nunc *Guadiana*. Sed de his ſatis, ad Opera publica venio. Quinta Madrito leuca verſus Occidentem conſpicitur magnificum illud & ſumptuoſum Monaſterium S. Laurentii *in Eſcuriali* vulgo, Ordinis D. Hieronymi: Philippi II Hiſpaniarum Regis opus: quod merito certare poteſt cum Ægyptiorum Pyramidibus, cum veterum Græcorum Romanorumque Templis, Theatris, Amphitheatris, Ludis, Circis: Thermis item, Balneis, Sepulchris; cum aliis denique variorum Regum & Principum Monimentis. Operi tanto vix quid eſt par, vix quid ſecundum. Frontiſpicium ejus, Occaſum ſpectans, tribus ſuperbit portis: quarum quæ Media primariaque in Templum auguſtiſsimum, Cœnobium, Collegiumque ducit, quæ ad dextram, in Officinas Monaſterio conſecratas; quæ ad ſiniſtram in Domos Scholæ deſtinatas, Quatuor angulos totidem exornant mirabiles arte ſua Turres: quas etiam duæ ſuperant ad ipſius Templi pedem hinc inde faſtu quodam conſurgentes. Supra Oſtium Templi magnificæ Stylobatæ Statuas ſuſtinent ex Marmore Tophoque ſex Iiſraelis Regum, pedes altas XVII. Ad Septentrionem Palatium Templo adſitum viſitur, Regi Regioque Comitatui commodiſsime excipiendo paratum. Ad Meridiem variæ ſunt Porticus: Hortus omnis generis inſtructus Herbis, Floribuſque & plurimis ornamentis: Pomarium gratiſsimis conſitum fructibus: item Noſocomium, Pharmacopolium, & alia. Quid ſupereſt? quidquid ibi occurrit, ſtuporem injicit ſpectanti: ideoque de iis, quæ dicenda reſtant, ſilere cum modeſtra præſtat, quam jejune pauca in medium proferre. Eſt etiam Toleti celeberrimum Palatium ab Carolo V reſtauratum, noviſque ſtructuris regio apparatu exornatum: in quo, præter alia multa ſingularia, Machina viſitur hydraulica, intro Italorum ingenio fabricata, quæ ex Tago flumine, opera magnæ verſatilis & excavatæ rotæ, aquas in fiſtulas & Tubos per canales in ſummitatem Arcis & Montis artificioſo impetu cogit & impellit; ubi unum in locum & amplum receptaculum collectæ in varios arcis urbiſque totius uſus dilapſæ diſtribuuntur: quæ rivulos deinde & fontes hortis Magnatum ædibus, Balneis, Fullonibus, Civiumque neceſsitatibus abunde ſuppeditant. Academiæ hic duæ ſunt. *Complutenſis* omnium Diſciplinarum Academia celeberrima, qua nobilitatum eſt Complutum ab Franciſco Ximenio Cardinali, Archiepiſcopo Toletano. Altera *Toletana* Academia florens, literatorum & ſapientiæ clariſsima officina. Diſciplinis omnibus Artibuſque Mechanicis in urbe Toleto magnus honos: Lanificio Sericoque vitam quærunt hominum millia fere decem.

Flumina.

Opera publica.

Schola.

Opificia.

Andaluzia, in qua Conventus Hiſpalenſis, Gades.

Regio. Nomen, & unde deductum.

Andaluzia Hiſpaniæ Bæticæ pars, nomen adepta dictaque quondam *Vandalia* putatur ab *Vandalis* Germaniæ populis, quos olim ad hæc uſque loca deveniſſe, multi memoriæ produnt. Sic igitur, ut nonnullis nomen penitius rimatis placet, *Andaluzia* appellatur quaſi *Wendenhuys*, *Vandalorum Domus*. Marius Aretius *Andaluziam* vocatam auguratur, quaſi *Ante Luſitaniam*, mutatis nonnihil litteris.

Situs.

Ad Ortum habet Granatam, ad Septentrionem Caſtellam Novam, ad Occaſum Pacenſi Silveníque Diœceſibus & Ana Flumine terminatur: ad Meridiem Atlanticum ſpectat Mare. Hujus præcipua pars *Conventus Hiſpalenſis*. Hic ab Ortu Cordubenſe territorium, ab Occaſu Algarbiorum fines habet: quæ Septentrionem ſpectat, eam Luſitaniæ ditionem attingit, quæ Magiſtratus S. Iacobi vocatur. Cætera vero Meridiem verſus Gaditano Conventu, & Oceano clauduntur.

Cœli temperies. Soli fertilitas.

Cœlum hic indulgens & felici quadam hilaritate & temperie ridens. Terraque in univerſo hoc tractu ad miraculum uſque, Frumenti, Vini, Olei & omnis generis Frugum feraciſsima eſt, quibus longinquas & tranſmarimas provincias replet. Secundum Plinium Hiſpania, quacunque ambitur mari Italiæ laudibus proxima: quod de ea Bæticæ parte potiſsimum intelligendum putamus, quæ ad Hiſpalenſem Conventum ſpectat; eſt enim Oceano & Zephyri lenibus flabris expoſita.

Imperium majorum.

Hæc igitur Regio inſigni rerum omnium fertilitate luxuriat, eo nomine vniverſi Orbis provincias longe ſuperans: eamque merito Plinius ante Italiæ laudes poſuiſſet, niſi Homo Italus patriam anteferre voluiſſet. Hic etiam pecorum omnis generis magna copia, ſed præcipue Cuniculorum. *Andaluziam* nomen a Vandalis habere ſupra diximus, quod hi a Gothis pulſi hoc loco ſedes ſuas fixerint: quibus poſtea etiam ejectis, in Africam conceſſerunt. Res ita ſeſe habet: Rodericus viceſimus quintus Gothorum Rex, in quo etiam Regium Gothorum nomen defecit, Comitem quendam Iulianum Præfectum conſtituerat Mauritaniæ Tingitanæ: ejuſque abſentis interea Filiæ ſtuprum intulit. Quo pater audito, Saracenos, ex Africa evocavit, juſtiſsimum dolorem ſuum Regis vindicta ſatiaturus. Hi anno ſalutis DCCXIV Duce Muzamiſſo per anguſtias Freti Herculei ingreſſi, biennii ſpatio totam fere Hiſpaniam occuparunt, præter Aſtures natura loci munitos. Periere tantillo tempore utrimque ſeptingenta hominum millia. Saraceni potiti Imperio, Chriſtianorumque (quantum fieri potuit) Religione extirpata, Regna inter ſe varie partiti ſunt. Primum fecere Cordubæ, quod ipſi vocavere *Abenalibeticum*. Alterum apud Hiſpalim, Tertium apud Carthaginem novam: donec a Ferdinando III his locis pulſi Granatam conceſſerunt anno MCCXVI: & a Ferdinando VI penitus ejecti ſunt anno MCCCC XCIV. Metropolis eſt quæ *Hiſpalis* Plin. *Iſpalis* Ptol. *Hiſpal* Silio, *Spalis* Gratiano, hodie *Sevilla*.

Urbes.

Arias Montanus putat *Hiſpalim* nomen eſſe Pœnicum, ex *Spila* vel *Spala* deflexum, quod planicie ſeu virentem regionem ſignificat. Alii, inter quos F. Tara. ad *Hiſpalim* Herculis Libyci filium, nomen conditionemq; referunt. Ridiculus hic ut in multis Iſidorus, qui, quum ab Iulio Cæſare conditam, exq; ipſius & Romæ Vrbis vocabulo *Iuliam Romulam* notaſſet appellatam, a *Palis ſuffixis* in loco paluſtri ſic dictam memorat.

Vrbs


SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
PORTUGALIÆ PARS
CASTILIÆ PARS
ANDALVZIA
ESTPEMADURA
ANDALVCIA
LVZITANIA
GRANADA
Cãpo de Alcaçor
Merida
Badajos
Olivenca
Ciudad real
Cordoba
Sevilla
Ecija
Granada
Alcala real
Iaen
Bacca
Andujar
Malaga
Gibraltar
Adera
Beya
Gadix
Castel de sierro
Puerto Real
Ronda
Tariffa
Algesira
Cabo Trafalgar
Conil
Castelo
Puerto de suaco
Estepona
Marbella
Gades
Leucæ Hispanice
Milliaria germanica
IBERICUM MARE
MARE MEDITERRANEUM

41.

Vrbs ad Bætim Situ amœnissimo excellens, Ambitu magna, Forma fere totunda, Visu pulcra, Templis celebris, ædium pulcherrimarum frequentia exculta. Tam multa de hac Vrbe præclara commemorari possent, ut matum sit inde & tritum vetustate proverbium, *Quien ha visto Sevilla, no ha visto Maravilla.* Cum aliis felicis ingenii alumiis gaudet, tum Benedicto Aria Montano, nobilissimo & summo Theologo, plurimarum Linguarum cognitione stupendo. Testantur id Opera ab ipso edita, quæ summam ejus admirationem apud omnes excitant. Metropoli visa, reliquarum Vrbium nonnullas indicabo, Ordinis incurioſior, sit tamen, ut quasque Metropoli suæ proximas primo loco. Offert se quinta ab Hispali leuca *Palatium* vel *Palantia*, quod vulgo *Palacios*, sic dictum ab Arce perantiqua, quam lateri habet adhærentem. Via situm, quæ ad S. Lucæ Fanum Fretumque Gaditanum ducit. Huic succedunt *Cabecæ*, opidulum in Montium, qui in Meridiem Malagam versus se extendunt aditu situm: & Cabecis versus Libonotum ad tertiam leucam Opidum, quod vulgo *Lebrixa*, *Nebrissa* Ptol. Plinius *Veneriam* cognominat. Situm fuit olim inter Bætis æstuaria, hodie octo pass. M. ab flumine, oblimato sinisteriore Alveo. Conditor perhibetur Liber Pater. Opidulum est peramœnum & pulcrum cum Arce perveteri, Agro undique beatissimo cinctum. Cive nobilitatum est Ælio Antonio Hispaniæ totius Ornamento. Quæ *Carmona* vulgo, *Carmon* Strabonis est, *Carmo* Antonino, *Charmonia* Ptol. *Marchena* hodie, *Colonia* quondam, inquit Onuphrius ex antiqua basi, *Martia*. Situm est hoc Opidum in Colliculo quodam, ubique planities spectante. Sunt & Andalusiæ Opida *Lora* ad dexteram Bætis ripam: *Axalita* vetustis Lapidibus, teste Clu. *Flavium Axalitanum* Amb. Mor. ex antiqua item Inscriptione, inter Hispalim est & Cordubam. *Moron*, olim Clusio *Arucci*, notantibus Plinio, Antonino & prisco Lapide. *Ossuna*, *Orsona* Appiano, *Orson* Strab. *Urso* Plin. cui & *Genua* (forte *Gemina*) *Urbanorum*, *Ursaon* in antiquis hujus loci Inscriptionibus: *Ursao* Hirtio. *Epora* ad Singulim fluvium hodie *Xenil* vel *Chenil*, Ptolemæo cluit. *Astygis*, *Augusta Firma* cognominatur a Plinio: quod Opidum non adeo magnum hodie tredecim ab Hispali leucis visitur. Inter eandem Hispalim & Cordubam medio fere itinere, ad dexteram Bætis oram *Pena flor*, Ptol. putatur *Illipula magna*, in mediterraneis Turdulorum. *Ilipa* cognomine *Italica* Plin. qui Hispalensi Conventui attribuit. Decimo hinc milliari ad ejusdem Fluvii ripam est *Corduba* Ptol. *Cordova* vulgo: Plinius *Coloniam Patritiam* tradit cognominatam, quod etiam ex antiquis Marmoribus probat Moralis. *Corduba* tanquam *Cor Bætis* dicitur Ioanni Gerundensi. Alumnos habuit rei militaris gloria doctrinæque studiis præcellentes. Beata hodie est *Corduba*, præter alia multa bona, fertilissimis Agris, Hortis amœnissimis, Aquis etiam saluberrimis. Solum Cordubæ vocat aureum Silius Italicus lib. III

Nec decus auriferæ cessavit Corduba terræ

Quinque leucis ab Corduba versus Meridiem *Mons* est *Major*, vulgo *Monte Major*, *Ulia* existimatur Pto. Turdulorum in Hispania Bætica Vrbs: *Ulia Antonini*. Decem ab Corduba milliaribus *Mons Aureus* est, *Montoro* vocatur vulgo: *Epora* creditur Antonini. Male apud Ptolomæum, *Ebura* pro *Epora*, quum illa sit non Bæticæ, sed Lusitaniæ: pejus autem *Repepora* in vulgatis Plinii codicibus, ubi *Fœderatorum* cognominatur.

tur. Hiſpalim recurro, hincque per Palatium, Alcantarillæ Pontem, Opidaque Cabecas & Nebriſſam, *Luciferi petо Fanum*. Sic Latini videntur nominaſſe, quod Strab. lib. III ſic nominat: quodq; appellatum etiam addit, *Lucem Dubiam*: hodie *S. Lucar de Barrameda*. Haud procul hinc quarta fere leuca verſus Vulturnum, Opidum eſt, quod Hiſpanis *Xeres de la Frontera* dicitur, quaſi Hiſpaniæ ex hac ora vel initium vel terminus. Hoc Navagierus in Itin. putat eſſe quod *Aſta* Liv. & aliis: *Haſta* Anto. per adſpirationem. *Aſtam* tamen Mor. ſcribit adhuc nomen retinere, vel locum illum eſſe, circa Guadaleten Amnem, qui vulgo *Maſa de Aſta*. Abrahamus Ortelius haud multum abeſt, quin ſubmerſam putet cum Inſula Tarteſſo in Bætis oſtio. Centum ſtadiis a Bætis oſtio diſtat *Chipiona* Opidum, Strab. lib. III, *Capionis Turris*. Ad oſtium Lethes fluminis, quod hodie *Guadelete*, vel Arabice *Bedalac*, Opidum eſt, cui nomen *Portus S. Mariæ*, vulgo *Elpuerto de S. Maria*. Lethen tranſgreſſis occurrit cum aliis *Medina Sidonia*. Meridionaliora verſus Fretum petentibus offert ſe *Conilium*, non ignobile Hiſpaniæ Opidum, ſex leucis diſtans ab Gadium Vrbe: illuſtriſsimo S. Lucæ, qui & Medinæ Sidoniæ, Duci parens. *Conilium* habetur ab Georgio Auſtriaco apud Or. *Carteia* Pto. *Tariffam*, quam *Carteiam* quidam opinātur, ex Tarteſſo corruptam ſi quis dixerit, non admodum pugnandum videtur. Non procul inde *Vegelsum* eſt, vulgo *Vegel*: Opidum exiguum quidem, ſed ſitu opereque clarum: Colli quem latiſsima undique planities cingit, impoſitum: adeo ut inde circumquaque proſpectus pateat, quouſque oculorum acies extendere ſe poteſt, tam in lætam laxamque planiciem locaque compaſcua, verſus Solis exortum: quam in Africæ Montes & oram circa Meridiem: nec non in vaſtum & tumultuoſum Oceanum verſus Septentrionem & Occidentem. Hic in Caurum iter flectentes obviam habent *Mundam*. Sic nominat Opidum Plinius, quod hodie vulgo *Monda*. Putant tamen alii antiquam Mundam eſſe, quæ hodie *Ronda Veja*: *Mondam* autem, cujus antea memini, duobus inde milliaribus exſtructum fuiſſe ab Arabibus, priſco retento nomine, uti mos illis. Sunt autem in diœceſi Hiſpalenſi innumera Monachorum & Virginum Veſtalium Monaſteria. Longum ſit etiam Xenodochia recenſere, cum in una Hiſpali tantum ultra centū viginti numerentur egregie dotata, ut multa octo millibus aureorum, nonnulla quindecim millibus annuis locupletata ſint. Eſt vero Hiſpalis ædificiis ſacris & templis omnium Hiſpaniæ urbium ornatiſsima; inter quæ templum Mariæ ſacrum, quo nullum habet Chriſtianus Orbis excellentius, ſi operis amplitudinem & majeſtatem ſacra quadam hilaritate & pulchritudine venerabilem & turrim ſurrectæ celſitudinis, è qua ad ſtatas horas ſignum datur, editiſsimo & operoſiſsimo faſtigio admirabilem ſpectes, unde in univerſam urbem & latiſsime circumjacentes campos jucundiſsimus proſpectus eſt. Quid Regiæ Arcis ornamenta vere Regia deſcribam? qua nullam elegantioris ſtructuræ, aut gratioris Hiſpani Reges habuerunt. Quid ſumptuoſa Ducum, Comitum & illuſtrium procerum palatia: quid amœniſsimis fontibus & viretis ornatas civium ædes memorem? Prætereo antiquos aquarum rivos longe per arcus in varias urbis regiones derivatos, & recentiores S. P. Q. H. ingenti ſumptu & induſtria ad Herculanas vulgo dicta; Columnas deductos & publicæ voluptati dicatos; paluſtri & uliginoſa vaſtiſsimæ amplitudinis area, conſitis arboribus, in pulchrum viridarium reformata, & latis ſpatiis in Circi ſpeciem addecurſiones & inambulationes relictis.

Regio.
Unde dicta.
Situs.
Cœli temperies.

Solifertilitas.

Imperium majorum.

Valentia appellationem a ſua Metropoli aſſumpſit, Emporio nobiliſsimo, venerandæque Antiquitatis. Ad Meridiem Murciam reſpicit: ad Occaſum utramque Caſtellam: ad Septentrionem Aragoniam: ad Ortum littora ejus pulſat Mare Internum. Fruitur Aere temperatiore, ac clementiore Cœlo, atque beatiore quam ulla alia Hiſpaniæ pars: imo tanta Cœli temperie ac Zephyri lenitate Regnum Valentiæ gaudere traduntur, ut quocunque tempore, etiam Nativitatis Ieſu Chriſti feſto, & Ianuario florum manipulos Incolæ manibus geſtent, ſicut aliis in locis Aprili & Majo fieri videmus. Magna hujus regionis præſtantia, omniumque rerum, ut Sacchari, Vini, Olei: item Tritici, Orizæ variorumque Fructuum fertilitas, & copia. Habet & Argenti fodinas, in loco quem *Buriel* dicunt, inter Valentiam & Dertoſam. Reperiuntur & Lapides aureis venis lineoliſque interſtincti, in loco, qui *Aioder* nominatur. Ad Promontorium *Finiſtratum* ſunt Ferri Mineræ: circa Segorbiam Lapidicinæ veſtigia, è quibus Romam devecta olim Marmora. In *Piacento* Alabaſtrum effoditur. Paſsim Alumen, Rubia, Calx, Gypſum. Valentiam urbem diu Mauri tenuere longa ducum ſerie: oppugnata ſæpe ab Aragonum regibus, donec Rex Iames poſt longam obſidionem tandem ejus potitus eſt, ducemque *Zaen Maure* cum quinquaginta Maurorum millibus coëgit urbe cedere & *Deniam* confugere, auro, argento, armis aliaque ſupellectile eodem aſportata. Deſertam hoc modo Valentiam Rex Iacobus colonia miſſa colere iterum cœpit. Coloni fuere Cataloni & Aragones, ductoribus *D. Berengario Palatiol* Epiſcopo Barcelonenſi: *D. Vidalo Cavelia* Epiſcopo Hueſcano: *D. Petro Fernandes d' Acagra & D. Simone d' Urrea Equitibus.* Hi totam urbem inter colonos novos diſtribuerunt habita dignitatis cujuſque ratione. Legibus etiam novis Rempublicam ornarunt. Inſcripta eo tempore trecenta octoginta quatuor capita familiarium. Cæterum Regni titulum hæc Regio accepit circa annum ſalutis ſeptingenteſimum & octuageſimum octavum, ut Ortelius ex Petro Metinenſi, & Petro Antonio Beutero ſcribit. Hiſtoria ſic habet: Hiſen Rege Cordubæ mortuo ei filius Alca nomine ſub annum Chriſti DCCLXXXVIII ſucceſsit, cujus patruus Aodala Valentiæ Dominus ex Taviar ad ſe vocavit alium ſuum fratrem, cui nomen Culema exhæredatuſque fuerat. Hi duo fratres magnis copiis adunatis profecti Cordubam, nepotem regno expellere conati ſunt, prælio autem victi, Aodala fuga ſibi conſuluit, Valentiamque reverſus eſt. Maurorum autem præcipui ſeſe inter patruos nepotemque interponentes, eo rem deduxerunt ut inter ipſos convenerit, ut Aodala ſe Valentiæ Regem ſcriberet: Culemæ autem quolibet menſe, ex reditibus Valentiæ, mille Moradini (pecuniæ genus erat) inſtruendæ menſæ & adhuc quinq; Moradinorum millia ad res neceſſarias parandas deciderentur. Quibus pactis cum Aodala aſſenſiſſet, primus ſe Valentiæ Regem compellavit. *Valentiam* habitaſſe quondam præter alios deprehenduntur *Hedetani* Ptolemæo forte non alii ab *Sedentanis*: *Biſcargitani*, ſic ex membranis legitur apud Plinium. Metropolis ipſorum *Biſcargis*, cujus mentio in Numismo Germanici Cæſaris, teſte Hub. Goltzio: videntur pars fuiſſe Heditanorum, quum in iis *Biſcargin* nominet Ptolemæus. *Leonicenſes* Plinio: quorum Metropolis *Leonica* etiam a Ptolemæo in Heditanis collocatur.

Comes Fran


OCCIDENS
39
40
MURCEÆ PARS
CASTELLAE PARS
ARRAGONIÆ PARS
SEPTENTRIO
ORIENS
MEDITERRANEI
MARIS
Illicitanus sinus
Sucronesis sinus
Valencia
Artenisium Sive Hianium Prom. quod et Hemeroscho pium et Ferrarius
REGNI VALENTIÆ TYPUS
Hispanicæ Leucæ
1 2 3 4 5
Murcia
Fauanella
Orihuella
Rodova
Salines
Almoradi
Cliuellent
Elche
Cauallons
Torre del pac
Isla de S. Pola
Puerta d'Alcantara
Bugot
Muchamiel
Altalaya
Vella loysa
Atalaya
Benissa
Vallador
Punta del Emperador
Cantal
C. Primero de Martin
C. de S. Antonio
Corbera fluuius
C. del calle ra
Bol Maior
Arguaden
Benanar
Truuilis fl. Ptal
Styany marda
Millas flu
Punta del margol
Olladi benicasa
Punta del Cofre
Torre de Oropesa
Ceco fluuius
Cabo forbat
Barranco de Matheo
Seruol flu
Benicardo
Polpis
Iana
Gert
Anferre
Vallinoua
Sinteres
Portel
Valde molleo
Valde oßem
Vallat
Vistabella
Argalita
Alcala
Hostalet
Albocacer
Cati
Ares
Venta
Borriol
Pobla
Beni casa
Stany
Sallines
Chinches
Cabo de Castra
Petres
Grao
Tauernes
Paig
Bursaquet
Alfora
Naquera
Betera
Pobla
Villa Nueua
Nauasas
Xelda
Lliria
Benisano
Villa
Villar
Julella
Andella
Domenyo
Xelua
Calles
Sot
Tores
Majuela
Teuia
Senareos
Requeua
Vtrel
Caudete
Talayuelas
Torres
Puebla
S. Crus
Adamus
S. Miguel
Funsanta
Villestar
Camarena
Tervel
Arces
Malauem
Alventoja
Jaquesa
Alcalla
Cedrillaz
Montagudo
Gudar
Allepaz
Villaraia
Cortes
Linares
Tormo
Benimalefa
Fortanet
Tranjon
Mirabel
Alba
Puebla
Montanejos
Alqueria
Arafinol
Figures
Bexit
Cofrentes
Xalasæ
Xarasuel
Xara
Cortes
Ayora
Lamolla
Atanel
Las aguas
Siette aguas
Benicorbi
Beniduc
Quesa
Cotes
Moxent
Vellada
Ayolo
Sallens
Montroja
Montarta
Mirat
Quatretonda
Moncada
Polinya
Val del Alfondes
Sallaa
Silla
Menserra
Albedo
Villa Marcat
Chiva
Pedralva
Buñol
Gestalgar
Fartoua
Alborate
Terrabana
Tous
Holacau
Alcoy
Ibi
Xixona
Gorga
Alcacer
Val de Galmera
Val de guadalest
Calas paras
Col de los ratas
Lo alto de bernia
Rio Alioa
C. de Tlisac
C. blanco
Vallador
Punta del Emperador
Cabo de Aldaire
Illot
Aigues flu
Puerta d'Alcantara
Benimagrel
Torres
Cala del corp
Calaredoua
Elche
Sierra del Cal
Punta reueßa
Bisa
Yella
Almansa
Caudet
Cofrentes
Xara
Cortes
Ayora
Benicorbi
Moxent
Vellada
Ibi
Alcoy
Gorga
Val de Galmera
Vallador
Punta del Emperador
Cantal
C. Primero de Martin
C. de S. Antonio
Corbera fluuius
Bol Maior
Arguaden
Benanar
Truuilis fl. Ptal
Styany marda
Millas flu
Punta del margol
Olladi benicasa
Punta del Cofre
Torre de Oropesa
Ceco fluuius
Cabo forbat
Barranco de Matheo
Seruol flu
Benicardo
Polpis
Iana
Gert
Anferre
Vallinoua
Sinteres
Portel
Valde molleo
Valde oßem
Vallat
Vistabella
Argalita
Alcala
Hostalet
Albocacer
Cati
Ares
Venta
Borriol
Pobla
Beni casa
Stany
Sallines
Chinches
Cabo de Castra
Petres
Grao
Tauernes
Paig
Bursaquet
Alfora
Naquera
Betera
Pobla
Villa Nueua
Nauasas
Xelda
Lliria
Benisano
Villa
Villar
Julella
Andella
Domenyo
Xelua
Calles
Sot
Tores
Majuela
Teuia
Senareos
Requeua
Vtrel
Caudete
Talayuelas
Torres
Puebla
S. Crus
Adamus
S. Miguel
Funsanta
Villestar
Camarena
Tervel
Arces
Malauem
Alventoja
Jaquesa
Alcalla
Cedrillaz
Montagudo
Gudar
Allepaz
Villaraia
Cortes
Linares
Tormo
Benimalefa
Fortanet
Tranjon
Mirabel
Alba
Puebla
Montanejos
Alqueria
Arafinol
Figures
Bexit
Cofrentes
Xalasæ
Xarasuel
Xara
Cortes
Ayora
Lamolla
Atanel
Las aguas
Siette aguas
Benicorbi
Beniduc
Quesa
Cotes
Moxent
Vellada
Ayolo
Sallens
Montroja
Montarta
Mirat
Quatretonda
Moncada
Polinya
Val del Alfondes
Sallaa
Silla
Menserra
Albedo
Villa Marcat
Chiva
Pedralva
Buñol
Gestalgar
Fartoua
Alborate
Terrabana
Tous
Holacau
Alcoy
Ibi
Xixona
Bugot
Muchamiel
Altalaya
Vella loysa
Atalaya
Benissa
Vallador
Punta del Emperador
Cabo de Aldaire
Illot
Aigues flu
Puerta d'Alcantara
Benimagrel
Torres
Cala del corp
Calaredoua
Elche
Cauallons
Torre del pac
Isla de S. Pola
Illicitanus sinus
Sucronesis sinus
Valencia
Hispanicæ Leucæ
1 2 3 4 5

42.

Contestani Ptol. a quibus *Contestania* Hispaniæ Tarraconensis Regio apud Plinium: horum memoria servatur hodieque in Opido *Contayna*, vel ut aliis effertur *Contentana* ad fontem ejus amnis, cujus ostio adpositum videtur Oppidum *Oliva* contra Pytiusas insulas. *Lusones*, quos ad Iberum fluvium ponit Appianus in Ibericis, Numantinis vicinos: ad Tagi fontes pertingere scribit Strabo. *Lobetani*, quorum Metropolis *Lobetum*, Ptolemæo: quam Beuterus scribit antea *Turiam*, postea *Averazin*, tandemque, ut hodieque, *Albarracin* dictam. *Torboletæ* Appiano in Ibericis, Saguntinis vicini, a quibus *Turbula* Ptolemæo, *Torres* hodie fortean. *Celtiberos*, ut eos appellant Plinius lib. III cap. III, Pomponius Mela lib. III cap. I cæterique Latini; qui *Celtiberos* Ptolemæo, quidam Castellæ Veteri adscribunt, plerique Valentiæ. Inter Regni hujus urbes *Valentia*, *Valencia* vulgo, primaria est ac sedes Episcopalis, Regi Romo primordia sua fert accepta, ut scribit Vasæus atque aliis quam ab eo Romam appellatam, Romani multo posterius amplificatam & nobilitatam Valentiam appellaverunt, vocabulo idem significante. At Resendio hæc fabula videtur, qui eam a Lusitanis cæterisque Viriati militibus conditam & nominatam tradit. Sita est in intimo Sinus Sucronensis recessu ad dextram fluvii Turiæ ripam. Hæc Moribus & Institutis clara; Disciplinis liberalibus exculta; Mechanicis artibus nobilis; magnis Ingeniis felix; Pacis Concordiæque Cives inter servandæ studiosissima; multorum Equitum splendore illustris; Mercatorum commerciis dives. Silentio non prætereundum quod de Valentinis notat L. Marineus Siculus; iis in more positum esse singulis annis, festo D. Matthiæ, fusis precibus factisque obtestationibus, ad locum suppliciis destinatum ire, ibique Damnatorum corpora, sive suspensa sint, sive humi jaceant, sufferre, ossaque sparsa colligere; mox autem omnia feretris imposita ad commune Civibus omnibus sepulchretum devecta honorifice, Sacrificiis Orationibusque peractis, terræ mandare. Memoriæ prodit Petrus Medinensis esse in hac urbe supra decem millia puteorum Aquæ Vivæ. Stetit olim ad ripam Turiæ finitrana, haud procul Valentia (Strabo lib. III, Pliniusque III cap. III, mille passibus ab Mari separant) *Saguntum* Hedetanorum urbs Ptolemæo: *Saguntus* Straboni, *Zacynthus* Stephano: *Secundum* & *Secuntum* vitiose apud Antoninum. Hodie putatur a plerisque *Morvedere*, sic dictum, ut quidam censent, ab *Muris Veteribus*. *Zacynthorum Colonian* facit Appianus, quidam *Saguntim* Herculis filium conditorem opinantur: sunt & qui ab *Sagis Iberici* nomen accepisse volunt. Situm describit Silius Italicus lib. I. Sagunti Muris Cæmenta tribuit Livius lib. XXI, quæ calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Constat ex Plinio Saguntinos olim coluisse Dianam, eodem ab Zacynthiis ipsorum Progenitoribus, advectam: annis ducentis ante excidium Troiæ. *Saguntus*, fide & ærumnis inculta, Pomponio Melæ. De expugnatione urbis nobilissimæ cladeque, quæ ob admirabilem eorum constantiam, & egregiam in Romanos fidem incidit in annum ab V.C. IↃXXXV M. Livio Salinatore, L. Æmilio Paulo COSS. consulendi Livius lib. XXI, Polybius lib. III, Orosius lib. 4 cap. 14, Eutropius lib. 3, Florus lib. 2 Histor. Rom. cap. 6, Silius Ital. lib. I, Valerius Maximus lib. 6 cap. 6, Augustinus lib. 3 de Civit. Dei, cap. XX, Auctor de VV. Illustr. cap. 42, Æmilius Probus in Annibale, Cicero in Philippicis, & qui non

Urbes.

Non

Non ignobilis in Valentia loci sunt hodieq; *Segorbia*, *Segobriga* Ptolemæo & Straboni, uti placet Vasæo, Clusio, Taraphæ, Emanueli Enrico, & aliis: *Segobrigam* habent Nummi Augusti. Incolæ Plinio *Segobricenses*; eos in capite Celtiberiæ ponenti. *Segobriga* tamen Morali censetur *Injesta*, vel *Cabeça el Griego*: cujus sententiæ est & Ioannes Mariana. Hieronymus Surita, ubi fuerit *Segorbia*, dicit se ignorare. *Segobricæ* meminit antiquum Marmor, quod Tarracone. *Denia*, *Dianium* (ut volunt Florianus, Moralis, Clusius) apud Ciceronem & Plinium, qui *Stipendariam* cognominat. *Incibilis* Livii: quæ *Indibilis* Frontino, ubi Annonem Carthaginensium Ducem ab Scipione fugatum narrat, *Chelva* censetur Floriano subdubitanti tamen. *Illici* Plinio, *Ilicias* Ptolemæo, *Illice* Pomponio, *Ilce Colonia* nummis, *Illicitani* etiam Ptol. (unde *Illicitanus Sinus*) hodie aliis *Alicanta*, aliis *Elche*, quod propius accedit. *Belgida* Celtiberiæ urbs nomen adhuc retinet. *Leria*, quæ & *Hedeta* Ptol. (unde *Hedimani populi*) *Liria* hodie est Clusio & Morali. *Oliete Orcelis* Ptolemæi Floriano, *Horivela* & *Oriola* Gomecio est & Clusio; *Zamora* Nebrissensi. *Bigerra* Livii & Ptolemæi; hodie *Bejar* Beutero & Vasæo; Clusio *Villena* est. Quæ *Setabis* Strab. vel *Sætabis* antiquis Lapidibus, teste Clusio; hodie Floriano judice, *Xativa* cluit. Fluvios habet hæc Regio multos, inprimis vero *Turiam* quem Pomponius *Duriam*, *Doriam* Ptolemæus nominat. Incolæ Arabicam vocem *Guetalabiar* servarunt, quæ vox aquam puram significat. Magnas hic fluvius commoditates, locis per quæ fluit adfert. Est & *Sucro* fluvius, *Xucar* novo nomine dictus. E montibus hic oritur Orospedanis. Habet Valentia duos Montes, quibus nomen *Mariola* & *Penna golosa* (Rupem cupedinariam Latine diceres) in quos, quum Stirpibus rarioribus Herbisque variis abundent, quotidie magnus Medicorum & Herbariorum numerus ex diversis Hispaniæ partibus confluit. Nunquam non rari quid ibi se offert. Valentia urbs antiquitate venerabilis est, ibique ad nostram ætatem multa perdurant antiqua marmora, Romanis inscriptionibus insculpta, quarum quædam videri apud Beuterum, Ambrosium Moralem, Hotomannum in Cæsaris Ephemerides, & alios, possunt. In urbe Sagunto nunc *Morvedre* Theatrum & scena, aliaque multa Antiquitatis vestigia, ut Sepulchra Sergiorum, L. Galbæ, Sergii Galbæ & aliorum ejus gentis, ex quorum Lapidibus constructum est Cœnobium fratrum Trinitatis. Academiam habet Valentia celebrem. Præter hanc in regno Valentiæ est & Academia *Gandaina*, quam non ita pridem erexit Illustrissimus Gandiæ Dux, ut ibi præcipue Patres Societatis Iesu, ad quam seipsum quoque contulisse fertur, philosopharentur. Valentia quod ad administrationem Reipublicæ attinet, facile omnes antecedit Hispaniæ Civitates. Ager hujus urbis maxima ex parte a Gete è Mauris oriunda, & paternum sive avitum sermonem ac fere vitę morem adhuc retinente, colitur. Illud autem non omittendum quod M. Tullius in Valentiæ laudem protulit oratione in Verrem ultima: *Valentinorum* (inquit) *hominum honestissimorum testimonio*. Multum Bysi hoc in regno paratur. *Valet* & *Valentia commercio* (ut scribit Olivarius Valentinus) *mercatorum maximo. Nam inde exportantur variæ & multæ merces, inprimis holosericæ telæ fere omnium colorum & fila serica ex vermibus, panni optimi in Insulas Baleares, & Siciliam & Sardiniam, & ii panni vocantur contracti; exportantur inde Oriza, Saccharum albedine admirabili, uvæ passæ & Ficus, nec non & fructus Saccharo conditi.*

Flumina.

Montes.

Operapublica.

Schola.

Mores.

Opificia.

Mercimonia.

Regio.
Unde dicta.

Aragonia vel ab *Autrigonibus*, Hiſpaniæ populis teſte Laurentio Valla; vel a *Tarracone* antiqua civitate, ut Antonio Nebriſſenſi & Vaſæo placet, nomen accepit. Alii ab *Aragone* fluvio qui illic ortus Iberum influere perhibetur. Nonnulli ab Herculis *Ara Agonalibuſque* Ludis derivant: quod ſi verum, mirum tam altum obſtinatumque apud Veteres ſcriptores de *Aragonia* eſſe ſilentiũ. Huic Regno adhærent ad Caſtrum Navarra; ad Vulturnum Catalonia; qua Africo expoſita, Caſtiliam ſpectat, qua Aquiloni, Pyrenæos habet montes.

Situs.

Regio ut plurimum aſpera, & ſicca eſt, maxime verſus Pyreneum, unde ad multum itineris ſpatium nullæ habitationes reperiuntur: ſunt tamen hic Valles nonnullæ feraciſsimæ optimi Frumenti, aliorumq; Fructuũ, quæ mirum in modum ab aquis adjuvantur. Hujus Regni primum Regem omnium Scriptorum Calculi *Ramirum* faciunt. Hic factus eſt Rex Aragoniæ anno Chriſti CIↃXVI. Sed de Origine Regni Regumque Aragoniæ, Valentiæ & Cataloniæ, a quibus & quomodo initium habuerint; deque unione eorum, legendi Rodericus Sanctius Hiſtoriæ Hiſpanicæ Parte I. cap. XIII, Lucius Marineus Siculus lib. VIII de Regibus Hiſpan. & alii. Metropolis & Regni caput *Cæſarauguſta* Plinio aliiſque, *Cæſarea Auguſta* Ptol. Nominatur ſæpe in Nummis Veterum. Hodie *Carragoça*, Academia nobilis. Conditorem ejus ferunt Iubam Mauritaniæ Regem, & ab eo *Saldybam* appellatam, quaſi *Jubæ Domum*: poſtea vero, priore repudiato nomine *Cæſaris Auguſti* nomen illi fuiſſe inditum. Sita eſt in ripa fluminis Iberi, loco plano, ex quo Iberus inſigni ponte lapideo longoque (cujus etiam Strabo facit mentionem lib. III) trajicitur. Vrbis autem ſitus Soleæ Calcei formam refert. Portas habet quatuor ad totidem Mundi partes ſpectantes. Validiſsimis muris cincta, crebriſque Turribus probe munita. In hac urbe Reges Aragoniæ ab ejus Archiepiſcopo, qui Primus Regni, Diadema ſoliti accipere Civitates reliquæ: *Oſca* Latinis, Ptol. & Plutarcho in Sertorio; hodie *Hueſca*: Cives ejus *Oſcenſes* Cæſari nominantur: *Oſcenſis Argenti* meminit Livius lib. XXIV: *Eteoſca* mendoſe vocatur Velleio Paterculo, ubi Sertorium interemium ſcribit. *Tyriaſſona* Civitas apud montem Caci, quam a Tyriis & Auſoniis conditam fuiſſe nonnulli opinantur. *Iacca*, jacens in convallibus, Iaccetanorum quondam ſedes, *Calajuta*, in campeſtri loco, ex ruinis nata Bilbilitanis, quæ cum multis aliis Antiquitatum monimentis, medio Milliari Hiſpanico ab hoc opido hodie viſuntur, in Colle, qui vulgo *Bambola* vel *Baubola*. Cingitur Mons ille in orbem fere ab *Salone* flumine, quem ſitum *Bilbili* tribuit Alumnus ejus & Civis (vide lib. I Epigr. LXII.) Valerius Martialis lib. X Epigram. CIII. Sic Paullinus ad Auſonium *Bilbilim* acutis ſcopulis pendentem prodit. *Bilbis* Ptol. corrupte. *Auguſta Bilbilis* cognominatur Martiali, quemadmodum & in multis Veterum Numiſmatum Inſcriptionibus. Sunt & alia Aragoniæ Opida: *Barbaſtrum*, Arcubus ferreis nobile: *Burtina* Ptol. *Bortina* Antonino, ut nonnulli cenſent. *Monſonium* in Regni ſitum umbilico, ad Cingæ ripam, cui Collis imminet, a quo nomen Opido: Conventibus Regnorum Aragoniæ, Valentiæque & Principatus Cataloniæ celebris ſedes: Vulgo *Monçon*, fertilis agri & aprici ſitus.

Soli qualitas.

Imperium majorum.

Urbes.

Fruges


18
19
20
21 SEPTEN:
22
23
24
25
43
42
41
40
OC CI:
ORI ENS
18
19
20
21 MERIDIES
22
23
24
25
Pamplona
Hecho
Mourcal
Stella
Peruente la Royna
Muanda
Arragu Rio
Cosica
Carcar
Tafalla
Lagronno
Villar
Caparosa
Sadaba
Abelada
Callahorra
Alsaro
Marzilla
Eres
Arnedo
Tudela
Orres
Biel
Cervera
Aguilar
Caseante
Tarazona
Varillas
Borja
Alagon
Lucenich
Villa maior
Numantia
Sotia
Otvega
Alba
Ogar
Trasovares
Epila
Cuera
Alcalla
Sarinena
Peralta
Elguenbierso
Mixena
Perdiguera
Alfajarin
Cetta
Burialaroes
Fraga
Lerida
Aytona
Serose
Cornualla
Prads
Pobler
Cervera
Cinta Rio
Ebro Rio
Segre Riv.
Scaladei
Sabora
Garma
Alix
Tivisa
Falset
Tortosa
Ginesta
Balaguer
Mora
Galera
Hostalet
Penisola
Rapita
Alcanar
Salsadella
Cabanes
Oropesa
Peniscola
Castellon
Cauecha
Nules
Villa Real
Burrio
Las Barracas
Vinaroz
Benicarlo
Alsines
Iberus flu.
C. de Alfaques
P. Real
Alcami
Torrosella
Belmont
Sorolleua
Vallivcrna
Morella
Forcall
Cati
Albambra
Fintanet
Villarquemada
Albarazin
Cortalla
Teruel
La Puebla
Ventosa
Xendal
Lagueta
Moya
Xerica
Segorbe
Murviedro
Valencia
Xativa
Alcira
Denia
Alicant
Carthagena
Orihuela
Murcia
Lorca
Guadix
Baza
Granada
Malaga
Gibraltar
Tarifa
Algezira
Ceuta
Tetuan
Tanger
Fez
Salle
Tremecen
Oran
Algier
Bona
Tunis
Biserta
Capo Bon
Cap Blanco
Cap Serra
Bugia
Constantina
Tebessa
Gigeri
Tripoli
Mesurata
Lepti
Capsa
Gabes
Sfax
Mahumetta
Capo Cabes
Capo Mercurio
Capo Tenes
Capo Caxine
Capo Carthagena
Capo Palos
Capo de Gata
Capo de Tarifa
Capo Spartel
Capo Cantin
Capo Aguer
Capo Bojador
Capo Blanco
Capo Verde
Capo Rosso
Capo Bona
Capo Farina
Capo Negro
Capo Serra
Capo Bizerta
Capo Zibeb
Capo Bon
Capo

Fraga, inter Herdam & Cæsaraugustam: *Gallica Flavia* Ptol. *Gallicum* Antonino, ut Varrerius censet: Alii *Gallicum* locant, ubi nunc *Zuera*, in cujus agro vetustorum Pavimentorum vestigia visuntur. *Gurrea* olim *Forum Gallorum*, Antonino inter *Cæsaraugustam* & Pyrenæos. *Ajerbium*, in cujus solo quondam stetisse creditur *Ebellinum*, Antonino cum aliis nominatum. *Urgella*, *Orgellum* Aimonio, *Orgia* forte Ptol. Opidum haud procul Sicoris fonte. Fuerunt & alia Opida, sed quæ diruta, quorumque nulla hodie vestigia. Inter illa non ignobilis *Calagurris Nassica*, alia ab ea quæ in Navarra. Cives ejus *Calagurritani* nominantur ab Cæsare 1 belli civilis Commentario: eosque corporis sui custodes habuisse Augustum notat Suetonius in ejus vita cap. XLIX. Plinius *Nassicos* cognominat. Fluvii hic sunt *Iberus*, *Gallego*, & alii.

Catalonia.

Regio unde dicta.

Catalonia vulgo *Catalunna* sequitur. Nomen illi impositũ putat Volaterranus ab Gothis & Alanis, scribendamq; esse *Gothalaniam*. Beatus Rhenanus lib. 1 Rer. German. *Cattalaniam* arbitratur appellatam ab Cattis & Alanis, qui junctim in eam Hispaniæ portionem proruperunt. Alii ab Castellanis, antiquis Hispaniæ populis, qui hisce locis sua habuerunt domicilia, denominatam judicant. Sunt etiam, qui nuncupatam *Cathaloniam* tradunt ab Othogerio Cathalone: de quo multa præter alios, Marinæus Siculus lib. IX de Reb. Hisp. & L. Valla de Ferdinando Aragon. Rege lib. 1. Hæc Pyrenæis montibus, Mari Mediterraneo, Fluminibusque Ibero & Cinga terminatur. Regio ipsa ut plurimum sterilis est, ac magis Fructuum quam Frugum abundans, & silvestrium quam domesticorum. Metropolin habet hodie *Barcelonam*, urbem pulcherrimam, quæ in Maris Mediterranei littore sita meram redolet antiquitatem, complures servans rei probandæ lapides vetustos. Conditor ejus fertur a plerisque Hispaniarum inlustratoribus Amilcar Barcha cognomine, filius Annibalis Carthaginjensium Ducis: qui victa classe, a militibus in crucem fuit sublatus: pater autem Annibalis, magni istius Imperatoris: *Barcinon* Ptol. *Barcinus* Paullino: *Barcilona* Iornandi. *Faventia* etiam quondam, teste Plinio. Laudat hanc Vrbem multis verbis Marineus Siculus Rer. Hisp. lib, XIII, qui & situm ejus describit lib. XV, Fuit olim multo minor, quam hodie conspicitur, ab littore maris uno fere stadio remota. Habebat portas quatuor, quæ totidem Mundi plagas, spectabant, æquo fere omnes spacio inter se distantes, quæ adhuc in ipso pene umbilico urbis visuntur: cælata gerentes Capita Bubula, altæ pacis, ut nonnulli volunt, & quietæ agriculturæ symbola. Lapsu temporis bis prævalidis murisque superbisque turribus est cincta, inque tantam paullatim magnificentiam excrevit, ut multo merito Caput hodie censeatur Cataloniæ. De Barcinonis Comitibus, seu eorumque origine consulendi Rodericus Toletanus lib. VI de Reb. Hisp. cap. III, & L. Marineus lib. IX. Quuntur hanc *Tarraco*: *Tarracon* Ptol. & Strab. *Tarragona* hodie. Vrbs olim tam celebris, ut potiori Hispaniæ parti nomen dederit. Maritimarum opulentissima Melæ lib. II. *Vigua*, *Vicque* vulgo, vel *Vich*: *Ausa* Ptol. Authetanorum Vrbs. *Girona*, *Geronda* Plin. & Ant. *Tortosa*, quæ *Dertosa* Pt. *Dertosani* Populi apud Plinium.

Situs. Solt qualitas. Urbes.

Lerida, quæ Ptolemæo, Steph. & aliis *Ilerda*, Ilergetum Vrbs. Situs ita delineatur ab Lu. lib. 4. bel. Phar.

Colle tumet modico, lenique excrevit in altum
Pingue Solum tumulo; super hunc fundata vetusta
Surgit Ilerda manu: placidis prælabitur undis
Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes:
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu,
Hibernas passurus aquas.

Emporiæ Silio lib. III. Polybio lib. III, & Ptol. *Emporium* Stephano: *Empurias* vel *Ampurias* vulgo. *Blanda* Pomponio & Ptol. *Blanes* vulgo, ut volunt Benterus, Florianus & Navagierus. *Manresa*, quam Florianus, *Athanagiam* ab Livio vocari censet *Rosa*, *Roses* vulgo: *Rhoda* Livio: *Rhode* Stephano, *Rhodope* Str. *Rhodipolis* Ptolemæo. *Colibra*, *Iliberis* Ptol. Livio & Plin. vicus magnæ quondam Vrbis, & tenue magnarum opum, addenti, vestigium; *Cliberre* Tabulæ Peutingerianæ. Alii tamen *Iliberrim* non *Colibram*, sed aliud Opidū volunt: *Salsulas* Poldus: *Eunam* Olivarius: *Illam* Mercator. Fuit &, ubi nunc Catalonia, quondam *Julia Libyca*: *Cinniana* Antonino; *Deciana* Ptol.

Sed de Hispania quæ dicta sunt hactenus, sufficiant. Nefas sit autem non adscribere, Coronidis quasi loco, præclarum hominis Galli de Hispania Testimonium: quo quidquid in ejus laudem & commendationem hucusque a nobis variorum indicio prolatum, tanquam per *Anacephalæosin* succincte nervoseque repetitur. Gallus cujus meminimus, Latinus est Pacatus, qui Panegyricum doctissimum scripsit Theodosio Imperatori, Hispano. In eo sic inter alia loquitur: *Jam profecto constabit, eum Principem declaratum qui & ab omnibus legi debuerit & ex omnibus. Nam primum tibi mater Hispania est: Terris omnibus Terra felicior: cui excolendæ atque adeo ditandæ impensius, quam ceteris Gentibus supremus ille Fabricator Rerum indulsit, quæ nec Austrinis obnoxia æstibus, nec Arctois subjecta frigoribus: media fovetur Axis utriusque temperie: quæ hinc Pyrenæis Montibus, illinc Oceani æstibus, inde Tyrrheni Maris littoribus coronata, Naturæ solertis ingenio, velut alter Orbis includitur. Adde tot egregias Civitates; adde culta inculta que omnia, vel Fructibus plena, vel Gregibus: adde auriferorum opes Fluminum; adde radiantium Metalla Gemmarum. Scio Fabulas Poetarum, auribus mulcendis repertas, aliqua nonnullis gentibus attribuisse miracula, quæ dum sint vera, sint singula: nec jam excutio veritatem: Sint (ut scribitur) Gargara proventu læta tritici; Menavia memoretur Armento: Campania censeatur Monte Gaurano: Lydia prædicetur Amne Pactolo: dum Hispaniæ uni quidquid laudatur, adsurgat. Hæc durissimos Milites; Hæc expertissimos Duces, Hæc facundissimos oratores, Hæc clarissimos Vates parit: Hæc Judicum Mater, Hæc Principum est: Hæc Trajanum illum, Hæc deinceps Hadrianum misit Imperio: Huic te debet Imperium. Cedat his Terris Terra Cretensis, parvi Jovis gloriata cunabulis; & geminis Delos reputata Numinibus; & ultimo Hercule nobiles Thebæ. Fidem constare nescimus auditis, Deum dedit Hispania quem videmus.*

Lectori.

QVANDOQVIDEM nobis solis nati non sumus, sed quantum quisque potest ad commune bonum, tantum a beneficentissimo generis humani conditore & parente ab illo exigitur, justum existimavi opus hoc Geographicum, cujus hic partem damus, ad Reipublicæ utilitatem quam possum maxime accommodare. Est autem Geographia in legendis historiis iisque retinendis facilior notiorque usus & utilitas, quam ut meo documento aut commonefactione sit opus, sed alia est ejus & multo præclarior dignitas, si recte quo valet dirigatur, nimirum ad Politici Regiminis cognitionem plurimum conferet, si locorum non situs tantum, sed & natura sive legitima conditio describatur, quod alioqui etiam Geographi officium postulat. Nam ut suæ professioni non satis facit Pictor, qui hominem aliquem juxta membrorum proportionem delineat, verum neglectis coloribus & Physionomicis signis ejus naturam & affectus non prosequitur, ita veluti mortuum cadaver Geographicum figurabit, qui locis tantum juxta suam symmetriam positis, nullam eorum ad invicem rationem politicam assignaverit. Quapropter hoc summopere curandum duxi, ut quæ in singulis regionibus est dominiorum locis appendentium natura & ordo, eam convenienti distributioneipsis tabulis præfigam, quo politicæ distributionis & rerum publicarum studiosis aliquid nostra conferre possint. Quod si in multis sit imperfecta & deficiens, aut etiam alicubi erronea conscriptio nostra, non mireris Lector: non enim Rerump. formæ per singulas ditiones scriptæ extant, neque mihi eas passim pervestigare est integrum, sed quatenus ex historiarum inspectione deprehendere potui, saltem formam aliquam & rudimentum politici status collegi, unde rei propositæ, rationem & ordinem intelligas, ac quod in tua regione deerit supplere possis, & castigare, quod si facere non gravaberis, ac mihi communicare placuerit, tuo id nomini atque honori in castigato tabulæ frontispicio acceptum referam. Idem si quisque in sua patria præstiterit, nemo credat quantum emolumenti studiosis omnibus ex Geographia sit accessurum.

Itaque cum tria præcipue sint in administratione regnorum, principatuum, & provinciarum considerandacapita, videlicet, Status Ecclesiasticus, Politicus & Iustitiæ Iurisque administratio, primum sub regionis in tabula descriptæ titulo, quot in ea regione sint status politici membra recensebo juxta earum dignitatis ordinem ibi observatum. Deinde in nobilium locorum distinctione (quando penes nobilitatem præcipuum est regimen) eos locos primum enumerabo qui Principi sunt feudales, deinde & liberos, idque ordine a summo nobilitatis gradu descendendo veluti Ducatus, Comitatus, Baronias, Dominia. Tertio in quas Præfecturas regio sit divisa. Atque his tribus politicum statum sufficienter declaratum iri existimo. In Iustitiæ administratione notandæ erunt diœceses juridicæ, superioresque Senatus ad quos fit appellatio. Denique in Ecclesiastico statu primum Archiepiscopi, si qui sunt, tum eorum suffraganei Episcopi, & qui præterea aliis suffragantur ordine ponendi erunt. Hæc omnia enumerare studium quidem est, verum cum deficiente materia

teria in paucis id detur, præstabo, quod potero, ut saltem patriæ cultores ad meliora perfectioraque provocem. Singula autem loca numeris designabuntur, ut in subsequenti tabula continuo inveniri possint, prior numerus gradus & minuta longitudinis continebit, qui in latere Boreo aut Meridiano, Tabulæ quærentur, posterior latitudinis numeros habebit, in Occiduo aut Orientali latere quærendos. Ab horum terminis, hinc meridiani, inde paralleli latitudinis ductu ad communem eorum sectionem & locum propositum pervenies. Quæ vero in generalium tabularum indicibus sunt, eorum situm inde petere oportet. Quod si quæ nomina in subjecta tabula non reperiantur, id Chorographi qui eam prior delineavit factum est vitio, propter quod principatuum & dominiorum designatio omittenda non erat.

Quoniam autem penes nobilitatem est regionum dominium & regimen, utile & jucundum est ejus gradus ordine, & propias cujusque conditiones internoscere. Summus ejus gradus est Imperatorius aut Regius quem ordine subsequuntur Dux, Comes, Baro, Tribunus militaris, quem *Banderheer* vocant Belgæ, quasi *Bende* hoc est Turmæ, quam sub suo *Baniere*, hoc est signo equestri ductat, Dominum. Post hunc est Eques auratus, sive equestris ordinis dignitatem adeptus, quem Galli *Chevalier*, Belgæ *Ridder* vocant. Postremo loco est *an Escuyer*, id est nobilis scutatus, qui insignia quidem nobilitatis gestat, verum ordinis dignitatem publicam necdum assecutus. Iam Comitum tres sunt gradus, qui in primo est a Gallis *Vicomte* dicitur, hoc est, ut opinor, Procomes, aut Princeps Comes, qui cæteris apud ducem suum dignitate & privilegiis præstat, quem Lodovicus Guicciardinus Burgravium hodiedici vult. Et fieri potest hunc Comitum ordinem eo diminutionis dilapsum esse, sed principio excellentior fuit ejus dignitas, ut mox ejus descriptio indicabit. In secundo gradu est Provincialis Comes, *Landgrave* Belgice. In tertio Marchio, *Marckgrave*. Hi sunt præcipui Nobilitatis gradus atque ordo, juxta quem regionis cujusque dominium distribuitur. Sunt & aliæ quædam in his gradibus subdivisionis differentiæ, sed quæ privilegiis magis quam regiminis forma distinguuntur. Ejus porro ordinis quem recitavi legitimas differentias & conditiones, quemadmodum in Gallico quodam libello, inscripto: *La division du monde* inveni tradam, ab ima nobilitate aliorum graduum creationem deducens, unde illorum proprietates & regiminis ordo elegantissime elucescunt.

Eques auratus, inquit ille, sive *Chevalier* ex scutato nobili, ex *Escuyer*, sic creabitur. Si diu hic bella secutus arma exercuerit, pluribus conflictibus interfuerit, atque unde ordinis statum honeste sustinere possit habeat, sitque ex magna, insigni ac divite familia, tum in aliquo conflictu duci exercitus aut strenuo & generoso equiti petitionem suam significabit, & finito conflictu ipse ducem aut equitem dictum accedet, præsensque in nomine Dei ac S. Georgii orabit, ut sibi ordinis insignia donet. Quo ille audito gladium suum educet, terque supplicantem feriet, dicendo: Ego te facio equitem (*Chevalier*) in nomine Dei & S. Georgii ad fideliter conservandam Fidem, Iustitiam, Ecclesiam, Viduas & Pupillos. Quod si vero supplex etiamsi strenuus, sit tamen pauper, admittendus non erit, nisi tot illi reditus annui assignentur ac donentur, quot ad ordinis honorem & dignitatem conservandam opus est habere. Atque hic primus est ab imo nobilitatis gradus.

Tribunus

Tribunus militaris, een Banderheer, ex equite aurato fiet, si diu secutus bella satis terrarum ac redituum possideat, ad tenendum & stipendiis alendum 50 nobiles, hoc est unam *Bendam*, quæ ipsius signum equestre in militia sequatur. Nemo enim signum sive vexillum erigere potest, nisi qui turmam hoc est *bendam* 50 ut minimum Nobilium stipendiariorum suo sumptu adducere potest.

Baro ex equite aurato, aut etiam Scutato Nobili creari potest, quando ille in suo Dominio quatuor Castellanias habentes jurisdictionem altam, mediam, & bassam (ut vocant) possidet, tum enim Rex illi conferre potest vexillum Baronatus. Cæterum hoc illi conferri non potest, nisi rebus in bello fortiter gestis. Itaq; ex primo conflictu equestris fit ordinis, ex secundo Tribunus militaris, ex tertio Baro.

Comes ascendendo sequitur, & quidem primo *limitaneus*, quem *Marchionem* hoc est *Marcgrave* vocamus. Is autem talis creari potest, qui duas aut tres Baronias in uno Ducatu conclusas possidet; Creari autem potest a suo Duce in cujus ditione eas possidet.

Comes Provincialis deinde, id est *Landgrave*, fieri potest, qui quatuor Baronias uni Ducatui inclusas habet, quem Dux in Comitem creat, aut etiam Rex per Ducis instantiam aut permissionem.

Viconte, Princeps Comes, fieri potest qui tenet quinque Comitatus aut plures in uno Ducatu comprehensos aut junctim sitos, Et potest a Duce in magna solennitate permissu Regis creari. Quod si Rex ipse præsens adsit honorabilior fit principatus.

Dux ex Comite qui futurus est inprimis in Regno in quo coronandus est, possideat, quatuor Comitatus Principales, & in quolibet horum habeat alios quatuor Comitatus, sive Baronias illis quatuor Comitatibus fide & clientela obstrictos, sic jus Ducalis dignitatis consequendæ liberum habebit. Coronandus est autem a Rege vel Imperatore cui subjectus est, galero margaritis & gemmis preciosissimis exornato, in florentissima suarum ditionum urbe, idque in magno conventu Principum virorum, Ducum, Comitum, ac Baronum solenni etiam festo celebrato, quemadmodum in coronatione Regum consuetum est.

Qui *Rex* futurus est, necesse est, ut quatuor Ducatus inter se cohærentes & continuos sibi subjectos habeat, & in quolibet Ducatu civitates quatuor, in quas ipse solus Dominium habeat. In qualibet etiam harum Civitatum Archiepiscopum unum, sub unoquoque rursus horum decem Provincias Episcopales. His dotatus exornatusque Dominiis & dignitatibus Imperatoriam Majestatem tanquam suum superiorem adibit, aut ad se ut veniat honorifica legatione invitabit, & efficiet quo ab illo coronetur.

Recentior autem hæc eligendi Regis cæterorumque Principum lex esse videtur, quamdiu enim vagæ nationes, Goti, Wandali, Longobardi, aliæque plures suos secum Reges adducebant, non ex ampla terrarum possessione regiam dignitatem meriebantur, sed ex viribus populique adducti multitudine. Nec Ducum etiam qui primum a Longino Exarcho Ravennatensi anno Domini 569 & mox a Longobardis institui cœperunt, alius fuit delectus, quam pro fortitudine, & rerum gerendarum prudentia: Adde quod Paulus Æmilius testatur, Duces Comitesque principio ab Regibus ea lege gentibus civitatibusque præfectos fuisse, ut quo-

ties ex usu esse dimitterentur aut mutarentur. Neque vero dictæ creandorum Principum leges, cum hæreditarias terrarum possessiones emetiantur & postulent, condi potuerunt, quamdiu temporario tantum beneficio Ducatus Comitatusque a Regibus & Imperatoribus conferebantur. Quapropter licet præcise ejus instituti tempus indicari nequeat (nullam enim ejus notam adfert Gallicus ille libellus) tamen sub Ottone II Imperatore, aut circa annum Domini millesimum, vel paullo post eam constituendarum confirmandarumque dignitatum rationem a Monarchis ordinatum fuisse omnino est verisimile. Enimvero usque ad Ottonem secundum pro sua quisque Princeps potentia & ambitione, ad majorum dignitatem, regiamque Majestatem aspirabat. Sic ex uno Lotharingiæ Regno quod a Rheno, ad Scaldim usque extensum, mari Frisico terminabatur, & unius Lotharii Lodovici Pii filii erat, post plura sunt nata, videlicet transjuranæ Burgundiæ, quod a Iura monte ad Alpes usque extensum totam Helvetiam, Rauracos, Allobroges, & Burgundos transjuranos complectebatur: & Provinciæ Regnum quod simul partem aliquam Burgundiæ ac Sabaudiæ comprehendebat, & postea appellatum est Arelatense, cujus etiam hodie Trevirensis Elector Archicancellarius appellatur, Regnum item Lotharingiæ quod Lotharingiam nunc dictam, & deinceps reliqua inter Rhenum & Scaldim usque ad Mare Frisicum continebat, & olim Austrasiæ regnum vocabatur. Rursus hoc ipsum Lotharingiæ Regnum Carolus Calvus, & ejus frater Lodovicus inter se partiti sunt, utrobique Regis titulo servato. Omitto alia eodem sæculo pro imperandi Libidine orta regna. At vero Otto II Imperator Lotharingiam ablato Regni nomine in novos Ducatus, Comitatusque distinxit, veluti membris è corpore divulsis & distinctis, ut habet Cuspinianus, factaq; divisione anno 981 primum ejus quæ nunc est Lotharingiæ Ducem constituit Carolum Lotharii Regis Franciæ fratrem, ut latius tractat Richardus Wassenburgius. Ab eo tempore videtur arbitraria illa Regnorum & Principatuum erectio defecisse, Monarchis nunc omnia ad stabile imperium componere cogitantibus, quod injusta partium imperii, quemadmodum in homine membrorum ad caput proportione & harmonia maxime situm est. Vt ergo in Principatibus & rerum administratione ordo aliquis perpetuo servaretur, tandem eo fere quo dixi tempore has leges dictas excogitatas fuisse arbitror.

Habes Lector totius nobilitatis distinctos gradus, & dignitatum differentias. Iam observa in unoquóque Regno quo modo Provinciæ pro illorum ratione sint divisæ, quomodo regimen & universitatis gubernatio, & qua portione in hos gradus sint distributa, quod cuique sit proprium officium, quæ cujusque ad alterum & præcipue ad Caput sit habitudo & necessitas, videbis insignem harmoniam ad pacem & tranquillitatem, ad robur & potentiam, ad divitias & factum, ad virtutem & sapientiam, ad Regni majestatem, ad limitum extensionem, ad instabilitatem, ad declinationem & interitum, aut quocunque alio tendentem, ut sunt administrationum rationes variæ. Quæ minus recte succedere videris, aut judicaveris, unde id procedat contemplare, quæ item bona & successu fœlicia invenis, causam illorum disquire, sic optimam politiam in Regnorum administratione speculaberis, atque utilissime prospereque Geographica tractaveris.

Quo autem meliore methodo in hanc speculationem ingrediaris, hic subjungam tanquam fundamentum universi hujus negotii: De Politico statu regni Galliæ compendium, quod meo rogatu vir nobilitate & eruditione clarissimus D. Dominicus a Burmannia in ornamentum hujus operis, & studiosorum gratiam scripsit & communicavit, cujus exemplum in aliis quoque Regnis, & Rebus-publicis viros doctos sequi maxime optandum esset, quo omnes administrationem Reip. varietates in contemplationem duci possint.

DE POLITICO STATV REGNI GALLIÆ.

GALLI omnium scriptorum judicio populi sagacissimi ac bellicosissimi optimum sibi politiæ statum constituere conantes, Monarchiam Regalem elegerunt. Natura enim ita comparatum videbant, ut unum aliquem excellenti dignitate plus revereantur & metuant homines, quam coactum aliquem numerum delectorum, qui tempore commutantur. Ratio quoque ipsa præscribit in omnibus rebus ad unum aliquem velut ad caput atque fontem necessario confugiendum, & rem esse plenam incommodi atque periculi cum plures simul imperium obtinent. Quinetiam exempla testantur Monarchias, etiamsi vel interim Principum, vel alio quoquam humano casu fuerint immutatæ, diuturniores fuisse & tranquilliores, quam vel Optimatum vel Popularem statum; ut in Assyriis & Ægyptiis & Parthis, imo ut propioribus exemplis utamur, in Britannia, Hispania, Galliaque nostra videmus, quibus sane provinciis nullæ aliæ Respublicæ temporis longinquitate conferri possunt. Fit vero plerumque, ut Optimatum status, qui Aristocratia dicitur commutetur in Oligarchiam, quæ paucorum est dominatus, quando ex Optimatibus & primis Civitatis pauci quidam, velut conjuratione facta, honores & emolumenta omnia inter se partiuntur, & suas privatim fortunas amplificare studeant, neglecta communi utilitate, quam solam & in primis curare debebant. Alterum genus quod ad promiscuum vulgus pertinet, & Popularis Status, seu Democratia dicitur, semper habitum est tumultuosum, & periculi plenum, & viris præstantibus inimicum. Prudentissime ergo Galli populi ab omni tempore uni magis, quem ex virtute & justitia æstimabant cæteris præcellere, quam vel pluribus ac præcipuis populi, vel multitudini rei summâ commendandâ esse censuerunt, prout & singularis aliquis, qui solus rerum potitur, facilius aut promptius incommodis & periculis mederi potest, quam multi simul gradu & dignitate pares. Neque vero effrenatam in Regem suum transtulerunt potestatem, sed certis legibus & conditionibus optime limitatam aut constrictam, ne tyrannidi ullus locus detur, ut in progressu ostendemus. Cæterum quemadmodum nihil in humanis actionibus stabile est ac perpetuum, sed cuncta vel temporis lapsu collabascunt, vel sæculorum pravitate immutantur, sic in Gallia quoque licet idem semper status, hoc est Monarchicus Regalis fuerit, non omni tamen tempore eadem gubernandæ Reipub. ratio fuit; quam omnem ab initio constituti Regni breuiter ac dilucide, quantū ex variorum scriptorū lectione assequi potuimus, ordine exponemus.

Status

Status Galliæ priusquam a Romanis in Provinciam redigeretur is fuit, ut neque universa unius Imperio regeretur, neque singulæ civitates vel in Populi vel in Optimatum potestate essent, sed ita divisa fuit, ut pleræque Optimatum consilio regerentur, quæ liberæ dicebantur, cæteræ Reges hæberent. Omnes quidem id institutum tenebant, ut certo anni tempore publicum gentis Concilium agerent, in quo quæ ad summam Reip. pertinere videbantur constituerent. Civitates autem 64 Tacitus libro 3 numerat, hoc est ut ex Cæsare intelligitur, Regiones quæ non modo lingua moribus & institutis, verum etiam iisdem Magistratibus utebantur, qualis ipse multis locis Æduorum, Avernorum, & Rhemorum Civitates præcipue commemorat.

Reges vero vel Regulos potius Galli eos tum appellabant, qui non ad tempus, ut civitatum Magistratus, sed in perpetuum regium imperium quantumvis exiguis finibus obtinebant, quos immutata temporum consuetudo Duces, Comites, Marchiones nominavit.

Erant hi Reges non hæreditarii, sed a populo propter Iustitiæ opinionem eligebantur, neque habebant infinitum, solutum & effrenatum imperium, sed certis legibus ita circumscriptum, ut non minus ipsi in populi, quã populus in ipsorum ditione ac potestate essent, ut fere illa regna nihil aliud nisi Magistratus perpetui viderentur. Nam multos nominat Cæsar privatos, quorum tamen parentes ac majores Regnum obtinuerant. Optimatum ergo & delectorum authoritate, quibus eam potestatem populus permittit tanquam freno coërcebantur, quæ optima Reipub. forma, teste Platone, Aristotele, Polybio & Cicerone fuit.

Porro Gallia a Romanis in Provinciæ formam redacta, eodem modo Reges ipsorum ex virtute & nobilitate (instar Germanorum teste Tacito) totius populi judicio ac suffragiis electi ac constituti sunt, quorum tres tantum in hodiernum usque diem annis fere 1200, quibus illud regnum duravit, familiæ recensentur.

I. Merovingiorum, qui orti a Meroveo stirpem ast annos 283 propagarunt.

II. Carolovingiorum, qui orti a Carolo Magno sobolem in annos 337 produxerunt.

III. Capevingiorum, qui ab Hugone Capeto prognati annis fere 590 regnum obtinent. Nam licet defendi Regni judicium arbitriumque penes Ordinum Comitia, publicumque totius gentis Concilium semper fuerit, & etiamnum omni jure sit: filiis tamen & iis, qui ex Regis demortui stirpe essent propter nobilitatem (more Germanorum) & innatam quodammodo virtutem, prærogativam illam fere reliquerunt, ut eos quasi hæreditarie aliis pari virtute præferrent, ita tamen, ut si Regis defuncti filii annis 24 minores essent, eos creari jus non esset, atque adeo alium ætatis legitimæ creari, necesse esset, cujus exemplum extat anno Christi 309 in Clogio Rege. Sed & subinde hoc ipsum Regnum quod Francogalliæ dicitur, inter plures Regum demortuorum filios, ex Procerum Regni voluntate & arbitrio divisum fuisse, pluria ea extant exempla. Si vero Populus Filio repudiato alium eligeret, relinquebantur Filio repudiato ad tuendam suam dignitatem res quæ propriæ Regis, & ipsius patrimoniales fuerant. Cæteræ quæ Regni & Reip. erant, & Reip. dicuntur, ei ad quem Regnum deferebatur, attribuebantur, sicut & ex res quæ Fisci dicuntur,

quæ ſcilicet ad tuendam dignitatem ſuam partim ad uſus Reip. repentinos attributæ ſunt, ut erant Ducatus & Comitatus varii, qui etiam in populi Comitiis illis aſsignabantur. Secundo & illud obſervatum ſemper fuit, ut Filiæ a Regni ſucceſsione removerentur (non quidem lege Salica, ut quidam male exiſtimant, nam ea de privato tantum patrimonio, nec ne Feudis quidem, ſed de allodiis, auctore Salagaſto uno ex regni proceribus, unde Salica ab ejus nomine dicta eſt, conſtituta fuit) & iis neglectis, Fratribus vel Patruis, aut etiam extraneis, per Proceres Regnum ſemper delatum ſit; atque hæc de Regibus primo Reip. capite. Antequam autem reliqua de Regis electione, ejuſque & Reipub. concilio, rationeque adminiſtrationis Regni progrediar, operæ precium facturum me eſſe arbitror, ſi prius membra illa Regni, quæ Regem conſtituendi & abdicandi poteſtatem habere diximus, paucis deſcripſero, quo magis dulcis illa harmonia qua Regnum hoc a Maioribus prudentiſsime conſtitutum eſt eluceſcat.

Illud in primis magni eſt momenti: Regiam poteſtatem, ac reliquos omnes regni ordines adeo commodis & æquis rationibus inter ſe devinctos eſſe, ac velut coagmentatos, ut vix ullum poſsit inter ipſos magnum diſsidium oriti. Sunt autem Ordines in Galliis tres præcipui, penes quos legitimum gentis Concilium, Regnumque adimendi ac conſtituendi facultas omnibus temporibus fuit: Nobilitas ſcilicet, Populus, Vulgus. Hi ſinguli pro ſua quiſque conditione ſuas habent leges ac inſtituta, quibus utuntur, & adeo commode ſunt invicem aggregati, ut ægre facultatem habeant alii alios opprimendi, aut etiam adverſus Regem conjurandi. De Ecclefiaſticorum ordine, qui quartus cenſeri poteſt, quanquam hodie, cum in tantam excreverit potentiam primum obtineat, deinde dicturi ſumus.

Nobilitas igitur Galliæ, ſive *Equeſtris Ordo* maximis fruitur commoditatibus ac privilegiis, eoque fit ut magno quodam affectu Regem complectantur, & vitam quoque pro ipſius ac patriæ ſalute profundant. Neque enim ullum pendunt tributum, & armatis licet ipſis eſſe quocunque loco, & multa habent vitæ præſidia, ſic ut non ſit opus illiberalem aut quæſtuariam aliquam artem exercere. Hoc enim noſtris moribus minime illis conceditur, niſi forte domi maneant, ac rei familiari ſtudeant. Sed ſi Regem ſectari velint, habent quo ſe honeſte alant. Plurima enim ſunt domus & aulæ Regiæ miniſteria, quæ ſolis nobilibus attribuuntur, qui ſinguli partem aliquam anni in iis procurandis conſumunt, & reliquum tempus vacuum habent ac liberum rebus priuatis atque domeſticis adminiſtrandis. Hi omnes annuum a Rege accipiunt ſtipendium, & ampliora ſperandi magnas habent occaſiones. Principes autem viri ac majoris dignitatis Proceres, quoniam & ipſi Regis beneficentiam experiuntur, ac partem Reip. procurant, Nobilibus qui re ſunt familiari minus lauta victum & alia ſæpe communicant. Deinde Reges perpetuum alunt & ampliſsimum equitatum, exercendæ & alendæ cauſa nobilitatis, ac in tanto Equitatus numero plurimæ ſunt Præfecturæ, quæ in illos diſtribuuntur, eaque ratio non minus pacis quam belli tempore durat. Majores quidem loci nobiles pro ſua quiſque conditione ac virtute præficiuntur Equitibus, ex reliquis autem alii ſunt Legati, alii Signiferi, alii Sagittarii, & qui per ætatem non poſſunt ferre arma reliquis famulantur, & cum nullum intercedit bellum, licet ipſis manere do-

mi ejuſque ſtipendii partem non mediocrem parſimonia conſervare. Ad hæc nemo credat quam multæ ſint per Galliam præfecturæ, ut ſic dicam, urbanæ, quæ ſoli nobilitati committuntur, nam alii Provinciis, alii finibus, alii caſtellies & arcibus, alii vicis præficiuntur, ut interim nihil dicã de majoribus illis muneribus, quę Principibus tantum tribui ſolent, cujuſmodi ſunt qui ipſorum lingua dicuntur Conneſtabuli, Mareſcalli, Ammiratii, & id genus alii, ſed & annuam pecuniam, velut honorarium quoddam Reges liberalitate quadam elargiri ſolent in multos Nobiles, qui nulli ſunt addicti miniſterio. Hi appellantur eorum lingua Penſionarii. Satis igitur ex iis quæ diximus apparet ordinem equeſtrẽ valde honeſte & liberaliter in Galliis haberi, & recte quidem, nam & patriam ab hoſtibus defendunt, & natura fere cæteris antecellunt, & non ſolum ipſis, verum etiam majorum ipſorum meritis atque virtuti illud tribuitur.

Alter Ordo ſuas etiam habet commoditates non exiguas; ad hunc pertinent mercacores, qui eo faciunt majorem quæſtum, quod tuto ipſis per Galliam proficiſci ac negotiari licet, tum quod nobiles & mercaturam nullam exercent, & ſplendide fere ac ſumptuoſe veſtiuntur. Huic etiam oridini coveniunt ac fere tribuuntur quæſturæ & rationes nummariæ, item præturæ, & quicquid adjuriſdictionẽ pertinet, qua ſane in re plurimum eſt honoris ac emolumenti. Suntenim in hoc Regno Iuris adminiſtri Iudices, Advocati, cauſarum Procuratores, Scribæ, & id genus alii: multo plures mea quidem ſententia, quam in reliquis omnibus Orbis Chriſtiani Provinciis, quod peroportune illis accidit, qui relicta mercatura his rebus operam navare volunt. Et adeo quidem eſt fructuoſus hic Ordo, ut Nobiles etiam invideant, quanquam certe dignitate atque ſpendore reliquis præſtant. Et qui ſunt alterius ordinis fere ſtudent ad hunc pervenire, ut poſtea dicturi ſumus.

In tertio genere eſt Vulgus & promiſcua Hominum multitudo, qui & agros colunt, & omnis generis artificia tractant. Vt autem hi vel nimia utantur libertate, vel admodum ſint divites, vel in armis etiam exercitati, non eſt conſultum. Nam quia conditionem ſervitutis oderunt omnes, & natura ſua fortunas amplificare ſtudent, facile fit ut arma capiant, & potentiores opprimant, quod & in Galliis & in aliis locis non ſemel accidiſſe conſtat. Vt autem ejuſmodi ſint Ordines, ac veluti gradus in omni Republica neceſſe eſt. Quemadmodum in corpore humano videmus infirmiora & ignobiliora membra ſubminiſtrare dignioribus. Neque tamen eſt quod hi ſuum ſtatum deplorent ac indigne ferant, quoniam & jus ipſis communicatur æquabiliter, & quam a majoribus acceperunt, ea utuntur libertate, & multis etiam Reip. miniſteriis adhibentur, & ſola virtute & induſtria & aſſiduitate poſſunt ad ſecundum ordinem emergere, quod ſecundo non licet, ut ad primum videlicet evadat, niſi Regis beneficio ſingulari, quod ille ſolet iis impartiri, qui aut jam fecerunt, aut pro Repub. videt poſſe aliquid facere egregie. Et prudenter quidem iſtud inſtitutum eſt, primum ut ordo conſervetur Equeſtris, qui propter belli exercitium fere minuitur, & ſumptus vix tolerat. Deinde ut homines tantis excitati præmiis virtute contendant, & ad ſupremum gradum eluctentur. Hac etiam ſpe confiſi qui ſunt plebei & infimi ordinis aſpirant ad ſecundum, & cum in eo verſati fuerint aliquandiu, ad primum. Itaque fit ut minus ſit inter ipſos invidiæ ac malevolentiæ, quando vident meritis ac virtuti patefactam eſſe viam ad amplisimos

plisimos honores & propositum esse periculum, si malis rationibus eosdem obtinere studeant. Quod si vel conatus nimium difficilis, vel spes esset nulla ampliora consequēdi, tum qui sunt mediocris & infimi gradus, magni præsertim animi, causam reperirent & occasionem excitandi motus, & sui ordinis homines contra potentiores armandi, nunc autem minime difficilis est ratio, & videmus quam multi ex humili sæpe loco ad summum fastigium evadant. Hanc quoq; rationem diligenter olim servabant Romani, nam a populari statu gradum faciebant ad ordinem Equestrem, & hinc deinde ad Patritiam & Senatoriam dignitatem patebat aditus.

Est prætererea ordo Ecclesiasticus nulli non communis, qui modo animum huc adjiciat, & pro Galliæ consuetudine non raro accidit, ut etiam homines plebei virtute ac eruditione præstantes amplisimos in eo genere consequantur honores, Cardinalatum aliquando, vel Pontificatum etiam, quæ sane res ad virtutem ac literarum studia homines inflammare potest.

Ex jam dictis liquet quam apte & venuste inter se cohæreant omnes Regni Ordines, è quibus siquis aliquid delinquat facilis est medicina, nam si Nobiles injuriam cæteris faciant coërcentur ab iis qui jus reddunt, quorum est tanta auctoritas, ut quantumvis magni Principes eorum cogantur parere decretis. Quod si populus etiam atque vulgus aliquid moliatur, ut nonnunquam accidit, non est difficile nobilitati proprer potentiam & usum atmorum illos ad æquitatem & officium adducere, eoque fit ut suarum rerum finibus ac veluti cancellis sese contineant omnes, ac pacem alii cum aliis colant, quando neque causam habent, neque facultatem etiam aliquid conandi, & periculum in eo summum esse vident. Itaque Regem tanti beneficii auctorem complectuntur & amant omnes, ac cum tempus incidit libentisime imperata faciunt, & publicis necessitatibus magno studio subveniunt. Quod si privatim aliqui ab officio discedant, parata sunt remedia, sic ut malum non possit longius progredi. Et hæc quidem de Ordinum Regni statu satis.

Ex quibus equidem constat quam concinne hæc Monarchia juxta justitiam distributivam sit temperata, atque administrata, & Aristocratice, hoc est Optimatum imperio, & Democratice, hoc est totius populi interventu, quippe cum ad omnes honores pateat aditus. Quæ quidem est illa Respublica quam tantopere propter dulcem illam harmoniam, omniumque Reipub. generum temperationē, omnes Philosophi commendarunt, & ubi vetus illa Lex aurea locum habet: *Salus populi suprema lex ecto.*

Verum ut redeamus unde digressi sumus. Ex tribus hisce Ordinibus seu Statibus Regni solet quotannis Calendis Maii publicum ac solemne Concilium seu Parlamentum vulgo haberi, atque adeo quotiemajor aliqua res inciderit, cui Rex in aureo tribunali sedens præerat: Et huic primum Principes Regnique Magistratus, tum inferiori loco legati ex singulis civitatibus subsidebant, quos vulgo Deputatos appellant. Carpento autem Rex in atrium vehebatur bubus tracto, quos auriga stimulo agebat. Vbi in atrium ac potius in Reip. sacrarium ventum erat, tum Principes Regem in aureo solio collocabant, reliquique ut jam diximus, suo quisque loco atq; ordine subsidebant, eoque demum in statu atque sacrario Regia Majestas dicebatur.

Auctoritas vero hujus concilii omni tempore summa fuit, & hæc potissimum in eo agi solebant. Primum de creando

creando vel abdicando Rege, tum de pace & bello, de legibus publicis, de summis honoribus, Præfecturis & Procuratoribus Reip. de assignanda patrimonii parte liberis defuncti Regis, vel dote Filiabus constituenda, quam Germanico verbo Abannagium, quasi excluſoriam partem appellarunt. Denique de iis rebus omnibus, quæ vulgus & nunc negotia statuum populari verbo appellat, quoniam de nulla (ut diximus) Reip. parte, nisi in Statuum siue Ordinum Concilio agi jus esset. Item siquis Princeps atque illustriore loco natus criminis alicujus insimularetur, in judicium ad illud Concilium vocabatur, ibique causam dicere cogebatur. Quinetiam si quando Rex majores sumptus facere instituisset, veluti in Templis ædificandis, & Monasteriis fundandis, Rex Ordinum Concilium exquirebat. Postremo ne illud quidem prætermittendum est, tantam hujus Concilii apud cæteras gentes authoritatem fuisse, ut etiam Principes exteri, siquid controversiæ haberent, id interdum hujus Concilii arbitrio ac judicio permitterent.

Atque hoc Concilium Historici alias curiam, aut Conventum, alias Parlamentum, alias Placitum appellare solent, quod re in multorum concilio quæsita & deliberata, tandem inter ipsos placuisset & convenisset. Vnde & placita Philosophorum apud Ciceronem & alios dicta sunt. Atque hinc etiam promanasse videtur illud hodiernum in mandatis ac literis Regis: *Quoniam ita placitum est*, quod male nunc a Scribis Gallicis traductum est: *Car tel est noſtre plaiſir*.

Eligi etiam solebant in eodem hoc Ordinum conventu seu Concilio præfecti Reip. qui Merovingiis temporibus. *Majores domus*, hoc est *Magiſtri Palatii* dicebantur. Horum eadem apud Reges potestas fuit, quæ quondam apud Imperatorem Romanum erat Præfectorum Prætorio, qui etiam Aulæ Præfecti dicebantur. Qui cum Regiam potestatem desidia Regum aliquandiu obsedissent, eandem facultatem nacti eam pro sua usurparunt ac occuparunt. Nam cum omnia fere Reipublicæ munera obirent, & si quod gerendum esset bellum exercitibus præessent, hi domi nudo atque inani Regum nomine contenti propter desidiam in otio vivebant, unde eo progressa res est, ut Childerico Rege 18 Regnum obtinente Pipinus Magister Palatii, qui Regis nomine magna diuturnaque bella gesserat, Saxones devicerat suamque in potestatem redegerat, oblatam Regii nominis occupandi facultatem non repudiarit, exercitu præsertim eoque victore & glorioso instructus. Tanta autem Præfectorum potentia initium (ut diximus) cœpit tempore Clotharii secundi, circiter annum Christi 588, id est circiter annum 130 post regnum Francogalliæ constitutum.

Porro hic Pipinus in Regnum, depoſito Childerico, sublimatus est. De quo vide Lector, hæc in appendice Hunibaldi apud Io. Tritemium, præter Marsil. Patavin. de Translatione Imperii cap. 6. Eodem anno (inquit Tritemius) Proceres totius regni convenientes in unum, super abrogatione Regis Childerici inutilis, cœperunt habere concilium, placuit autem in commune omnibus, ut Regem Childericum nullam regnandi vel peritiam vel potestatē habentem deponerent, & Pipinum penes quem totius Regni summa manebat authoritas, in Regem sublimarent. Sed Pipinus in hanc rem consentire noluit, nisi prius Consilium Pontificis Zachariæ inquiratur, causas allegans se moventes.

In

In Magistri hujus Palatii locum succesisse videntur *Comites stabuli*, vulgo *Conneſtablii*. Comites vulgo dicebantur omnes, qui amplisimos quosque honores in Regia obtinebant, & Remp. pro parte administrabant. Erat autem Comes stabuli fere is qui apud Romanos Magister Equitū dicebatur, id est qui equitatui prærat, cui custodes equorum suberant, qui vulgo *Scarieri* appellantur. *Mareschalus* Germanis vocatur, hodie eandem obtinet dignitatem quam olim Præfecti Prætorio, seu ut diximus Magistri Palatii, & sub eo hodie sunt quatuor Mareschalci, id est, Magistri Equitum, ad quos introducuntur lites rei militaris.

Post hæc erecti sunt tempore Hugonis Capeti (licet non satis inter scriptores de hac origine conveniat) quos *Pares Franciæ* vocant. Ille enim remoto legitimo hærede cum Regnum occupasset, Proceres aliquot novo aliquo honore ac beneficio sibi devinciendos putavit, nam ejusmodi aliquid ab eo factū esse omnes consentiunt.

Horum Parium constituendorum causa duplex fuisse videtur. Primum ut Regni inaugurationi, atque ut tum loquebantur, investituræ præessent, hoc est, ut Regem Imperii sui insignibus, atque infulis solemniter in Principum atque Optimatum conventu exornarent. Deinde ut si quis è Potentium & Principum Franciæ numero fraudis capitalis reus fieret, judicium illud exercerent; nam cum antiquitus judicia illa in publico gentis Consilio exercerentur, ut dictum est, atque is mos majorum paulatim Capevingiorum instituto ad juridiciale Parlamentum tranduci cœpisset, neque Principes Regni facile illi Parlamento suas fortunas committendas putarent, Regibus illis ad suas rationes commodisimum fore visum est, præter illius Parlamenti curiam, suum hunc Parium consensum instituere, quæ Parium Curia vocitata est, quorum tamen ordo ac numerus aliquandiu varius fuit; neque enim duodecim viri semper fuerunt, ut nonnulli existimant, sed interdum plures, interdum pauciores erant, prout Regi, a quo in summi honoris ac beneficii loco Magistratus ille deferebatur, commodum videbatur; idque variis exemplis probari posset, sicut & Parium dignitas sæpe variis Principibus attributa est, & ad illorum judicia nonnulli insuper alii & Franciæ Proceribus, & Satrapis, Episcopis, adhiberi soliti sunt. Postremo in illorum numero etiam Reges ac Principes exteri fuerunt.

Porro etsi hac Parium institutione, & quod Hugo ille Capetus ad conciliandos sibi retinendosque (ut diximus) Procerum animos, dignitates quæ temporatiæ erant, puta Regni Ducatus, & Comitatus, perpetuas fecit, haud parum publici (de quo diximus) Concilii authoritatem, licet cū ejusdē Concilii conseusu, astute imminuerit, cætera tamen cuncta adhuc ab eodem pro more pendebant Concilio, adeo ut etiam Budæus, & Carolus Molinæus tradant rei nummariæ jus, hoc est potestatis nummorum vel augendæ, vel minuendæ semper penes populum Francorum fuisse. Memorabile est illud bellum quod propter publicum bonum Proceres Regni assiduis plebis querimoniis & expostulationibus incitati adversus Lodovicum undecimum Regem decreverant. Quin nec illud omittendum, sub eodem Lodovico Concilium publicum apud Tu-

rones

tones ad Calend. Aprilis Anno 1467 coactum fuisse, in quo placuit ut certi probatique viri, 36 scilicet Curatores Reipub. ex singulis Ordinibus deligerentur, qui Rempub. constituerent & juri ac justitiæ providerent, duodeni scilicet ex Clero (qui unum Ordinem jam obtinebat) totidem ex Equitibus, & totidem juris ac Iustitiæ periti ex populo, fidemque Rex Regali dicto promissoque dedit ratum se habiturum quicquid illi 36 viri constituerent.

Atq; hæc quidem in genere ad Capevingiorum usq; tempora totius Reip. gubernandæ, Regnive administrandi ratio fuit. Eaque recensuimus Officiariorum Regni munera quibus qui præsunt vel funguntur, proprie Regni seu Coronæ administratores, Officiales vel Sapientes dicuntur, quales sunt cum primis illi quos publicum Concilium constituere diximus. Item *Pares Franciæ*, deinde *Connestablius*, *Ammiralius*, *Cancellarius*, *Quæstor generalis Franciæ*, &c. Alii etiam omni tempore fuerunt Consiliarii ac Officiarii Regii, qui privata ipsorum negotia curabant, Regique famulabantur aut ministrabant quales sunt *Camerarii* & alii Ministri & Officiales Aulæ Regiæ.

Præter hæc publica munera instituta sunt successu temporis alia atque alia *Parlamenta juridica*, qua in re scien-dum ad hæc fere Capevingiorum tempora, & simplicem facilemque jus reddendi rationem, rarasque omnino lites fuisse, quod vel hinc licet cognoscere, quod Rex Lodovicus cognomento Dives, qui regnavit circiter annum 1230 (ut ex Ionvillio, qui ejus vitam descripsit, constat) ipse vel controversias disceptabat, vel disceptandi negotium nonnullis è suo comitatu mandabat. Quod idem de Carolo Magno proditum est, qui vel dum calcearetur, lites dirimebat. Hujus lex talis in capitulari extat. *Hoc missi nostri notum faciant Comitibus & populo, quod nos in omni septimana unum diem ad causas audiendas sedere volumus.* Crescente deinde pravitate temporis, litium multitudine, primum Basilica magnifica Regis Lodovici Huttini, vel ut alii volunt Philippi Pulchri Imperio circiter annum 1292 ædificata est; Tum ex mediocri Iudicum numero tres Decuriæ factæ Magnæ Cameræ, Inquisitionum & Postulatorum. Sed anno 1521 Rex Franciscus quartam deinde Cameram 20 novis Consiliariis adjecit. Rursus idem Rex anno 1543 alios 20 creavit. Sed hic Iudicum conventus non fuit perpetuus & perennis ut hodie, sed indictivus, nec nisi certo Principis mandato exerceri solitus. Ad diem idem D. Martini, id est 2 idus Novem a Rege dictum proponebatur, quo Parlamentum inchoandi Iudicibus a Rege authoritas datur.

Verum paullatim in tantum hujus Consessus, seu Parlamēti autoritas excrevit, ut nulla Regia Lex, nulla constitutio rata esset, nisi cujus illi Consiliarii auctores comprobatoresq; fuissent. Deinde ut nullus tota Gallia Magistratus, non modo urbanus, verum & militaris esset, quem non ab illo consessu inaugurati, & apud eundem in leges jurare oporteret, tum ut ab eorum judiciis appellandi jus non esset, sed ut eorum decreta & fixa essent, postremo quicquid potestatis, imperii, authoritatis, penes publicum Consilium & Statuum parlamentum (cujus scilicet & nomen & authoritatem obtinet) fuisse diximus, id totum in Senatum illum translatum fuerit.

At hodie quando ſolus Rex pro ſuo judicio cum Secreto ac Privato ſuo Conſilio quidvis decernit, prorſus in Ordinarium Iuridicum Conſilium converſum eſt, non amplius circa Remp. Regnique negotia occupatur, fixamque ſuam ſedem Pariſiis habet.

Quod quidem latiſsime patet, & ampliſsimam præ cæteris ordinariis Curiis ſeu Parlamentis (quæ ſeptem omnino per Galliam nunc ſunt) juriſdictionem habet. Cognoſcunt autem ſingula de cauſis & criminalibus omnibus, & quod a ſingulis definitum fuerit ei ſtandum eſt. Illud Pariſienſe præ cæteris habet, quod in id aliquando ipſi Reges venire olim ſolent, quoties aliquid magni decernere vellent, quod vel bellum vel pacem concerneret. Hodie adhuc pactiones Regum, & quicquid omnino ad Regni conſtitutionem pertinet in eo recitetur, & ſcriptis publicis, quorum ipſi cuſtodiam habent, inſeratur.

Sic quę ab omni antiquitate & primordio Regni Francogalliæ ad publicos Ordinum Conventus referebantur, & poſt iis abolitis, ad Senatū ſeu Parlamentum Pariſienſe, ea hodie ad ſolum Regem, & quos ille in Conſilium adhibere vult, tranſlata ſunt. Verum ut pergamus ulterius.

Eſt aliud in hoc Regno conſtitutum Conſilium quod Magnum vocatur, quod ex veris Principibus ac præcipuis Aulæ & Regni conſiſtit, quod tempore Caroli Septimi & Octavi, non niſi circa negotia Status Regni ac ipſius Reip. incolumitatem occupari ſolebat, ſed & hoc ipſum adeo multitudine cauſarum ac litium ſuccreſcēte temporis obrutum fuit, ut Carolus octavus Ordinarium ex eo Conſiliū, 17 Conſiliariorum fecerit. Quos deinde Lodovicus duodecimus ad viginti adauxit, addito Cancellaria Conſilii Præſide, adeo ut ſub Franciſco & ipſa Cancellarii dignitas in Præſidatum erecta fuerit, atq; deinceps ſolum vacarent cognitioni cauſarum extraordinariarum a privato Conſilio iis commiſſarū & fere ordinarie appellationibus Præfecti hoſpitalis, ut vocant.

Præter ordinaria jam dicta ſeptem Iuridica Parlamenta, ut familiari utamur vocabulo, & Magnum Conſilium, habet Rex privatim adhuc Conſilium, quod perpetuum & ordinarium eſt, Regemque fere comitatur, & circa negotia Regni præcipue occupari ſolet, quanquā & id hodie in Ordinarium quaſi Conſilium converſum ſit, quando ſcilicet cauſis civitatum & Parlamentorum fere vacat, & plerumq; etiam aliorum privatorum non ita magni momenti cauſis, adeo ut hi viri ſpectabiles & illuſtres aliis occupati negotiorum publicorum & ſtatum Regni concernentium, cognitionem & curam propemodum omnem amiſerint, totaque Regni adminiſtratio & cura Regis arbitrio & paucorum decretorum electorum judicio commiſſa eſſe hodie videatur, quod *Secretum Conſilium* nuncupatur, in quo cunctæ fiunt deliberationes ſummam rerum concernentes, & ſuper quibus deliberatum a Privato & Finantiarum Conſilio fuit, ſi ejuſmodi modo negotia fuerint, quæ Regis peculiarem cognitionem requirant. In hoc cuncta beneficia, literæ & mandata Regia ſignantur, aliorum Principum, Legatorum. Præſulum, & Capiraneorum literæ reſerantur, eorumque reſponſa concipiuntur, & Secretariis Statuum committuntur.

Eſt ergo & aliud *Conſilium*, quod Vulgo *Finantiarum* vocant, quod univerſi Regii ac Regni Theſauri curam agit, cui adjuncti quoque ſunt *Intendentes*, ut vocant, *Secretarii Finantiarum*, item *Quæſtores erarij*.

QVM

ADMONITIO.

QVVM ad cœleſtem rationem univerſam Geographiam reducere fuerit inſtitutum, ut juſta locorum ſymmetria, qualis in Sphærica Terræ figura exiſtit, etiam in plano quam proxime ſervaretur, debita graduum longitudinis ad Meridiani ſive Latitudinis gradus proportio conſtituenda fuit. Cum ergo paucos Latitudinis gradus contineret propoſita tabula, ad medium fere parallelum tabulæ eam proportionem redegi, ſic ut quæ illius paralleli ratio eſt ad meridianum, ea etiam eſſet graduum longitudinis in eodem parallelo ad gradus Meridiani ſive Latitudinis proportio. Ac tum Meridiani omnes inter ſe paralleli exiſtunt. Cum vero plures erant Latitudinis gradus, quia multa ibi in ſummo imoque parallelis fit proportionis ad Meridianum differentia, ne nimium a vero recederet, locorum ſymmetria, duos delegi parallelos æqualiter fere a medio & extremis diſtantes, ad quorum rationes, Meridianos graduum Longitudinis deſignatores conſtitui, qui tum non paralleli fiunt, ſed pro ſumptorum parallelorum inter ſe diſtantia majore vel minore, plus minusve ad ſe mutuo & ad medium tabulæ Meridianum inclinantur. Quo autem modo ea Meridianorum deſignatio ſit invenienda, in Geographico Ptolemæi opere oſtendi.

Gradus porro Latitudinis ac Longitudinis in lateribus tabularum deſignatos invenies, & quidem pro maxima parte Latitudinis in utroque tabulæ latere, Longitudinis vero in ſummo atque imo, quando videlicet uſitato Geographis more Septentrionem in ſuperiore parte collocare licet. Quod ſi Regio deſcribenda magis interet Meridiem & Boream extendatur, quam inter Orientem & Occidentem, tum fere Occidentem ſurſum locavimus. Vt ut fiat Orientale Occidentaleque latus ſemper tibi Latitudinis, reliqua duo Longitudinis gradus repræſentabunt. Suntque ſinguli gradus in 60 partes, quas minuta vocant diviſi, aliquando in ſingula, cum magnitudo id patitur, alias in bina, quina, aut etiam dena.

Hoc fundamento poſito optimas quaſque deſcriptiones in delineandis regionibus ſequutus ſum, qua in re non parum ſubſidii mihi attulit inſignis Chorometer & ſolertiſsimus Regis Hiſpaniæ Geographus Chriſtianus Sgrothenius, qui multas regiones perluſtravit, & præ cæteris amplius exactiuſque deſcripſit. Tum ejuſdem quoque Majeſtatis Geographus diligentiſsimus Arahamus Ortelius, ipſe candor & humanitas, qui quid uſpiam tabularum nactus fuit, mihi communicavit liberaliter, tametſi in eodem mecum eſſet inſtituto. Qui præterea aliquid attulerunt auxilii, eos ſuis locis commemorabo, quo juſtum ſui beneficii encomium apud ſtudioſos conſequantur, nec ego ingratus reperiar. Omnia autem quæ ab aliis oblata ſimulque quæ ipſe conquirere potui diligentiſsime inter ſe contuli, quo quam fieri poſſet, emendatiſsimas deſcriptiones exhiberem. Vnum tamen interim, quod maxime in votis erat mihi defuit, nimirum Principatuum & Nobilium locorum exactior enumeratio ac deſignatio, quæ in æditis tabulis quam maxime deſiderantur.

Proinde huic defectui noſtro veniam dabis (Lector) , & ad celebrandum Nobilitatis ordinem politicum ſuppetias ferre dignaberis , locaque hujuſmodi ſitumque ac nomina, qualitatemque eorum indicando,tuo id nomini decus erit.Orbiculi exigui locorum quorumlibet verum ſitum indicant , atque hinc eorum diſtantia ſimenda eſt. Cæterum his ſubinde ſigna adhærent quibus internoſcantur loca. Simplices pagi ſolis orbiculis, ubi ornatui locus deeſt contenti ſunt,caſtra quoties nota occurrunt exiſtante unco notamus hoc mod ♂ ,coenobia cruce ſic ♁ , Opida,turres duas ut minimum duas habent , pagi nobiles unam.Hæc obſervavimus quatenus nobis fuerunt nota. Facilia porro factu ſigna ad has diſtinctiones ſumpſimus, quo quilibet omiſſa facile ſupplere queat.

Siquis Longitudinē ac Latitudinem loci alicujus explorate velit,ubi Meridiani paralleli ſunt id efficient, diſtantiam ejus a latere Tabulæ circino ſumendo , circinumque ſic expanſum ad aliud latus applicando. Si diſtantiam ab Orientali latere ſumpſiſti , circinus ex eodem latere in Septentrionali latere gradum & minutum Longitudinis oſtendet. Sin a Boreo latere diſtantiam habes , ex eodem in Orientali latere latitudinem deſignabit. Cum vero Meridiani non fuerint paralleli eodem quidem modo loci Latitudo reperietur , at in univerſalibus Tabulis ubi paralleli ſunt circulares,diſtantia loci a proximo parallelo ſumpta idem in latere Orientali oſtendet. Longitudo autem quærenda erit filo aut regula loco ſuperimpoſita verſaque , donec in Boreo Auſtralique latere idem utrimq; ejuſdem gradus minutum deſignetur,quodcunque tum illud erit, loci aſſumpti Longitudo exiſtet.

Miliaria in diverſis regionibus multum ſubinde differunt,ſi ergo lubeat ea ad invicem comparare,eadem circino ad gradus Meridiani refer, & quot in uno gradu comprehēdantur revoluto circino explora,videbis quot unius,quot item alterius Regionis miliaria gradum unum emetiantur. Sic Germanica communia miliaria (quæ 15 ſunt in uno gradu) quadrupla invenies Italicis communibus,& ſubdupla fere quibuſdam Suevicis ac Weſtfalicis.

Nonnunquam occurret ſimplex linea orbulo annexa, ſic ♉♂♌,ea nomen ad locum pertinens indicat,ideo addita,ne in locorum preſſura,quod cuique nomen debeatur ambiguum fiat.

INDEX

INDEX TABVLARVM GALLIÆ.

Galliæ universalis.
Britannia & Normandia
Aquitania.
Provence.
Francia Picardia & Campania.
France.
Bouloigne.
Anjou.
Berty.
Poictou.
Locharingiæ pars Septentrionalis.
Lotharingiæ pars Meridionalis.
Burgundia Ducatus.
Burgundia Comitatus.
Lyonnois.
Helvetiæ Tabula generalis.
Zurichgow.
Wifliſpurgergow.
Lacus Genevenſis.
Argaw.
Belgii universalis.
Flandria.
Brabantia.
Hollandia.
Zelandia.
Geldria.
Arteſia.
Hannonia &
Namurcum.
Luzenburg & Trier.

Regio. Nomina & unde deducta.

HIspaniam ejusque præcipuas Provincias perlustravi; Pyrenæos transgresso Gallia se offert. Hanc, qua potero fide percurram. Partem Europæ quæ hoc tempore *Francia*, dictam olim multi memoriæ produnt Γαλατίαν, ab γάλα Lac Latinis sonante, quod lacteos, id est albi coloris homines producat: Montibus (hoc enim adduut) nimium solis ardorem inde excludentibus. Diodorus nomen natum scribit ab *Galata* Herculis filia. Alii alia tradunt. *Celtogalatiam* Ptolemæus nominat lib. II cæterique Græci. Ab *Galatia Gallia* putatur formata; quam tamen vocem alii aliunde derivant. Hæc talia non tanti, ut Lectorem multis morentur. Certe Galliæ appellatio Latinis Scriptoribus fuit latissima, ut ex sequentibus plenius discemus. Hebræis *Tzarphat* vocari scribunt Postellus & Arias Montanus. *Francia* nuncupatur hodie ab Francis, Germaniæ ad Rhenum Populis: qui vi regionem hanc & armata manu occuparunt, vulgo *Le Royaulme de France*. Gallos Græci *Celtas* universim & *Galatas* vocarunt. Iidem *Gomeritæ*, teste Iosepho, olim dicti fuerunt. Atque hæc breviter de nomine. Sequitur Situs & Quantitas. Eam explicabo in finibus, Longitudine, Latitudine, Circuituque. Quod ad Fines Regni quod *Franciæ* nunc dicitur, ad Septentrionem, qua quidem Germaniam Inferiorem respicit, Limes statui solet inducta ab Caletibus in Argentoratensium usque agros linea: quæ ab sinistra relinquit Artesios, Hannonios, Leuceburgenses, & alios: ad dextram Picardos & Lotharingos, qua vero Angliæ jacet obversa, vastus æstuosusque Oceanus Britannicus: Ad Occidentem idem eam pulsat, ingenti facto in Aquitaniam Sinu, Oceanus. Ad Meridiem, qua quidem Hispaniæ adhæret, Pyrenæos habet montes: qua vero apertior, liberiorque & sui quasi juri sit, placidiore, nempe Mediterraneo, terminatur Mari, quod ab ipsa *Gallicum*. Ad Ortum denique Alpibus separatur ab Italis, Iura ab Helvetiis, Rheno ab Germanis. Galliæ vel Franciæ (nam voces has ἀδιαφόρως usurpabo (Longitudo ab Occasu recta in Ortum, milliarium Gallicorum est paullo amplius CCC: vel a Cauro in Vulturnum supra trecentorum & triginta. Latitudo milliarium fere CCXXCV. Circuitus supra mille viginti millarium. Ea igitur est Quantitas: sequitur jam nunc Qualitas: cujus causa plurimum Clima. Subjacet parti quidem Quinti, tota autem sexto septimoque Climatibus, Parti quoque Octavi inter gradus Latitud. XLI & LII: Longitudinis autem XX & XXXVIII. Et licet universim Ventis obnoxia sit plurimum Septentrionalibus, propter Aëris tamen salubritatem & temperiem optimis Europæ Regionibus adcensenda. Constitutione felicissimam facit Claudianus: saluberrimam dicit Cæsar lib. III bel. Civ.; fertilissimam hominum Genitricem lib. II de bell. Gall. Strabo ubi de Arvernis, & alii. Ager magna parte est planus: amœnos hic ibi habens colles, interque eos valles jucundissimas: sua cum has, tum illos fœcunditate admirabiles. Arva bene culta Triticum aliasque segetes luxurie magna producunt. Multum fert Gallia Frumenti, teste Strabone, Milii, Glandis. Nihil in ea ociosum, nisi qua paludes aut Silvæ obstant. Vino abundat, eoque optimo, idque partim suis Britannis, Normannis, Picardis, partim confinalibus Germanis, Belgis, Anglis, aliisque quibus uvarum maturitatem negare solet æris frigiditas, subvehunt. Auri quoque & Argenti apud Gallos fuisse Metalla, testatur præter Strabonem etiam

Situs.

Aëris temperies.

Solifertilitas.

etiam Athenæus : ea nunc creduntur exhausta. Ager, qui aliunde non occupatus omnis generis nutrit armenta, quæ faciunt, ut Carnis, Lactis, Butyri, Casei, Lanæ, rerumque aliarum abundet copia. Franci omnes Gallias pacifice obtinuerunt sub Rege Hlodoveo, qui primus omnium totius Galliæ Monarcha est factus, primusque Christi nomen professus, ea, quibus in hodiernum usque diem Francorum Reges utuntur, Trium Liliorum insignia, cœlitus, ut volunt, accepta usurpavit. Regnasse post eum scribuntur successione nunc directa, nunc collaterali, Childericus, Hlotarius I, Cherebertus, Childericus II, Hlotarius II, Dagobertus Magnus, Hlodoveus II, Hlotarius III, Childericus III, Theodoricus I, Hlodoveus III, Childebertus II, Dagobertus II, Hlotarius IV, Chilpericus I, Theodoricus II, Chilpericus II. Hic anno Regni XI, Christi vero IↃCCLI, auctoritate & jussu Zachariæ Pontificis, cui Pipinus vituperabilem & probrosam Regis vitam, transmisso libello, depinxerat, Regni jure privatus ad Monachatum est coactus. In locum ejus factus est accusator ipsius Pipinus Caroli Martelli F. Pipini N. Brevis cognomine, ex Præfecto & Majore-Dominus. Hunc sequuti commemorantur Carolus Magnus, Ludovicus Pius, Carolus Calvus, Ludovicus III Balbus, Ludovicus IV & Carolomannus, Carolus, Crassus, Odo, Carolus Simplex, Rudolphus Burgundio, Lotharius V, & Ludovicus V, ultimus ex Caroli Magni posteritate: quo veneno necato, habenæ Regni translatæ sunt ad Hugonem Capetum, primum Gallum, Comitem Parisiensem, Ducemque Francorum & Burgundiæ titulo-tenus, Capeto successerunt Robertus Pius, Henricus I, Philippus I, Ludovicus VI Crassus, Ludovicus VII Iunior, Philippus II Adeodatus Augustus, Ludovicus VIII, Divus Ludovicus IX, Philippus III, Philippus IV Pulcher, Ludovicus X Hutinus, Philippus V longus, Carolus IV pulcher; cui sine prole mascula defuncto suffectus est Philippus VI Valesius, Caroli Valesiorum comitis I filius. Sequuti hunc Ioannes Valesius, Carolus V Sapiens, Carolus VI Bene-natus, Carolus VII, Ludovicus XI, Carolus VIII Gibbosus, Ludovicus XII Caroli Aureliani F. Franciscus Valesius I Caroli Comiti Angolimensis F. Henricus II Valesius, Franciscus II, Carolus IX, Henricus tertius; cui Iacobitæ Monachi manu obtruncato legitimus pronunciatus est Successor *Henricus* IV *Borbonius*, Antonii Borbonii Ducis Vindocinensis Filius, Rex Navarræ *Galliarum Rex Christianissimus*. Sunt autem Galli alacres & ad arma proni, de quorum bellica virtute operæ pretium est audire Strabonem virum peritissimum, genere Cappadocem, eruditione Græcum, judicio priscum, incolatu Comanum, terrarum multorum peragratorem. *Universa*, inquit, *natio eorum qui Galli nunc & Galatæ appellantur, Martis studio flagrans, animo est strenuo & celeri ad conserenda prælia: alioqui mente candida & simplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaque injuria lacessiti: conferti coeunt in certamina aperte, nulloque periculi adeundi respectu.* Nemo etiamignorat quanto fuerit olim Comanis, Græcis & Asiaticis terrori Gallorum nomen, quum quondam ab suis sedibus usque ad Appollinem Pythium, atque ad oraculum Orbis Terræ vexandum ac spoliandum profecti sunt: quum Romam ceperunt & incenderunt, Capitolium obsederunt, urbes in Italia condiderunt, *Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vincentiam:*

Imperium majorum.

Majorum virtus.

Quum

Quum recenti adhuc memoria Borbonius Romam vicit. Cæterum *Galliæ* hodie non æque late patet atque olim; nam & Italiæ pars ea, quæ inter Alpes & Anconam sita est Gallia Cisalpina quondam dicta fuit, nunc autem *Lombardia* appellatur: & Belgarum magna pars hodie Germaniæ adscribitur, quæ ex Cæsaris, & Ptolemæi, veterumque omnium descriptione ad Galliam pertinebat: Galliam enim *Transalpinam* quam Plin. *Comatam*, Ptolemæus *Celtogalliam* vocat, in tres partes divisere, *Celticam*, *Belgicam*, & *Aquitaniam*. Prolein quatuor, *Aquitaniam*, *Lugdunensem*, quæ eadem est cum Cæsaris Celtica, *Belgicam* & *Narbonensem*. Definiverunt eam Pyrenæis Montibus, Rheno, Oceano & Alpium jugis: quum hodie quicquid a Caleto Orientem versus spectat, non Galliæ sed Germaniæ adcensetur, & Rheni utramque ripam Germani late sibi vindicent. Vrbes præcipuæ sunt *Lutetia Parisiorum*, *Massilea*, *Narbona*, *Lugdunum*, *Pictauium*, *Burdigola*, *Naomagus*, *Iuliomagus*, *Aurelia*, *Rothomagum*, *Rupellæ*, aliæque plurimæ, de quibus in particularibus descriptionibus fusius. Lacubus non caret Gallia. Inter eos principis loci qui Latinis *Lemanus*: plerisque Galliæ Lacus habitus. De quo cum peculiarem in hoc volumine Tabulam habeat, plura hic non addam, eo Lectorem remittens. Quarta ab Opido Arverniæ Bessо miliaris parte Mons est, inque eo Lacus late se extendens: tam altus, ut fundo existimetur carere. Nulla in eum, quod quidem intuentium oculis patere potest, influit Aqua. Si quis quid in eum projiciat, Tonitrua dicitur mox auditurus, Fulgetra visurus, Pluviam & Grandinem habiturus. Haud procul inde Crypta est, cujus os rotundum, vulgo *Creux de Soulcis*: & Abyssus, cujus profunditas explorari nequit: & huic si quis injecto lapide aurem admoveat, murmur percepturus auribus perhibetur ingens & mirabilē strepitum, Tonitruo ex remotioribus venienti locis non absonum. Æstivis mensibus etsi nihil injiciatur, Strepitus tamen in cavitatibus intelligitur. Putantur inesse venti, inter se quasi belligerantes. *Abitacini* vel *Avitaci*, cui ab avito nomen, Locus in Arvernia apud Claromontem tam graphica est apud Sidonium lib. 11 Epist. 11 reique conveniens descriptio, ut hodie primum delineata videatur, qua dexter, qua lævus. De *Rubreso Lacu* legendus Pomponius Mela lib. 11 cap, quo Gallia Narbonēsis depingitur, Plin. *Rubrensem* nominat. λίμνη Ναρβωνῖτις Strab. & Steph. Lætatur etiam Gallia Fluminibus, quæ magna, quæ parva, innumeris. Nominat simul Fluvios non paucos Ausonius Eidyllio 111, ubi de Mosella.

Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps,
Matrona non, Gallis, Belgisque interfita fines;
Santonico refluus non ipse Carantonus æstu,
Amnis, & auriferum postponet Gallia Tarnem:
Insanumque ruens per saxa rotantia late
In mare purpureum, Dominæ tamen ante Mosellæ
Numine adorato, Tarbellius ibit Aturnus.

Et paulo post,

Te Druna, te sparsis incerta Druentia ripis,
Alpinique colent fluvii, duplicemque per urbem
Qui meat, & dextra Rodanus dat nomina ripæ:
Te Stagnis ego cæruleis, magnumque sonoris
Amnibus, æquoreæ te commendabo Garumnæ.

Primum

Primum autem inter fluvios agmen ducunt *Sequana*, *Ligeris*, *Garunna*, *Rodanus*. Qui *Sequana* Lat. Σηκόανα Pt. Σηκεάνος, Str. Σηκόανος Steph. *Siban*, Benjamino, *Seyne* vulg. Oritur in Burgundiæ Duc. in Alseti regione paullo amplius leuca versus Septentrionem a Burgo, qui S. Sequano Sacer; duobus rivulis, quos inter Pagi jacent *Billi* & *Perriere*. Lustratis sectisque cum aliis, tum Lutetia Parisiorum, cui nobilissimam facit Insulam, Rotomagoque, Mare Britannicum vel Normannicum Ostio satis lato irrumpit. Æstuarium ibi satis est navigantibus periculosum: ideoque provide magnaque solicitudine adeundum. Normannis vulgo vocatur *la Bare*. Sequana enim mare ingressus repente contra fluviorum ceterorum naturam refluit, horrendo sonitu ascendens ad hastæ longioris altitudinem. Inexspectata solent hic negligentibus & incuriosis oriri discrimina. Currens Sequana fluvios suscipit varios, in quibus nobiliores ceteris, Antiquis etiam noti *Matrona*, vulgo *Marne*: *Esia*, *Oyse* vel *Ayse* vulgo, *Axona*, vulgo *Ayne*, *Aisne* vel *Esne*. *Ligerim* secundo loco nominavi, ab Cæsare aliisq; nobilitatum: λίγηρος (vel ut in aliis Codicibus melius, λίγηρις) & λείγηρ Strab. lib. IV & Ptol. Hodie *Loire* & *Leire*. Caput ejus in pago Velauno: Locus vulgo *la Font de Leire*. Amplior est reliquis, ut merito *Pater Galliæ Fluviorum* audiat: aquæ Limpidissimæ. Facto inter varios populos (Celtas ab Aquitanis olim ex Strabonis notatione dividebat) procursu, exonerat se in Oceanum Occidentalem, inter Nannetes & Pictones Ostio quatuor fere leucas amplo, Pulvillis aliquot infesto: interius ad duas cū semi leucas Rupes sunt, quibus a Porcis cognomen: Ingentes & Navigiorum patientes excipit Fluvios non paucos, *Elaver*, vulgo *Allier*: *Carim* nunc *Cher*: *Vigennam*, hodie *Vienne*, *Viane* & *Vignane*, *Meduanam*, hodie *Mayne*, & alios. *Garunna* sequitur, Cæsari Gallos ab Aquitanis disjungens: Strab. lib. IV Γαρούνας Ptol. Γαρούνα: *Garonna* Frontino: quod nomen integrum hodieque retinet a Capite ad Blaviam Castrum, ubi lingua Romana incipit. Nam inde *Geronde* & *Gironde* dicitur. *Gerunnam* etiam vocat Gulielmus Brito in sua Philippeide. Oritur ex Pyrenæis haud procul Opido, quod vulgo *Cadalup*. Hic hodie perlustratis cum aliis, tum Tolosa & Burdigala, Mari se miscet Aquitanico, duarum fere leucarum Ostio: quod intrantibus occurrunt scopuli, quibus ab Asellis cognomen. Septentrionalior Nautis Belgis *Noorder-Esel*, Australior *Suyder-Esel*, Pharum vel prælatam sustinens turrim, quæ vulgo *la Tour Cordan*. Excipit navigeros fluvios *Tarnim*, *Lo Tarn* vulgo: Gallice *le Tar*: *Egercium*, Vasconibus hodie *Gers*: *Oldum* Arvernatibus & Montanis Cadurcis *Oolde*, vel cum articulo *l'Old*, *l'Oole*: *Duranium*, hodie *la Dordogne*, & alibi *Dordonne*, & alios. Vltimum *Rodano* dedi locum. Fluvius hic Scriptoribus omnibus & Græcis quibus Ῥοδανὸς, & Latinis notissimus. In universum Gallis nuncupatur *le Rosne*: sed Indigenis *lo Ros*: *Eridanum* nominant Oppianus in Halieuticis lib. IV & Philostratus in Vitis Sophistarum. Plinius ab *Roda*, Rodiorum in illo tractu Colonia nomen impositum scribit. Oritur haud procul Danubii, Reni, Arolæ Ticini aliorumque fontibus, prope montem, qui vulgo *Briga*. Lacum Lemannum apud pagum Novam-Villam (*Neuf Ville*) ingressus, servato fere colore permeat, & ad Genevensium opidum egressus: rapido cursu pergens in mare Mediterraneum erumpit: septem ostiis, ut scribit Apollonius in Argonauticis: quinque ut Diodorus & alii, tribus ut Artemidorus apud Strabonem, Plinius & Ammianus: duobus ut Polybius

eodem Strabone teſte,& Ptolemæus: pluribus,ut prudenter ſibique, ne mendacii argui poſſet, cavens Livius: hodie quinque,& plura numerant nominantq; Adcolæ, *Gras Neuf*, *Gras d'Orgon*, *Gras Paulet*, *Gras Grant*, *Gras d'Enfer*, *Gras de Paſſon*, quorum poſtremum, quod verſus Maſsiliam ſit, *Moſſaleoticum* appellat Plinius, *Maſſilioticum* Polybius, qui hoc *Primum* vocat, quod ad *Gradus* Marcellino & Antonino: a quo cæteris etiam Oſtiis *Gradus* nomen inditum. Excipit Rodanus *Arvam*, *Ararim* hodie *Saone* vel *Sone*; *Iſarim* hodie *Iſere*: *Drumam*, qui hodie *Droma* eſt vel *Droſne*; *Druentiam*, hodie *Durance*. Sed hæc de Fluminibus in præſentia ſufficiant. Oceanus Britannicus a Septentrione, qua Angliæ opponitur, eam pulſat, ut & ab Occaſu, uti ſupra diximus. A Meridie Mare Mediterraneum, Cum ad hoc, tum ad illum Sinus Galliis ſunt inſignet. Ad Oceanum eſt cum primis ille, qui *Aquitanicus* Aethico & aliis. *Tarbellicus Ancon* elegantiſsime apud Lucanum vocatur. Sinus etiam ad idem Mare ſunt non ignobiles, in quorum intimis receſsibus locata videmus, opida, Diepam, Conſtantiam,& alia. Ad mare Mediterraneum *Gallicus* (*Galaticus*) Sinus eſt duplex, *Major*& *Minor*. *Major* ea Mediterranei pars appellatur, ubi ſe in illud effundit Rodanus. *Angulus Gallicus* M. Porcio Catoni: *Gallicus Sinus per excellentiam* Livio. Iuſtino & aliis. *Minor* apud Strabo. ſcribitur ad Promontorium Montis Pyrenæi, quod *Aphrodiſium* dicitur. Hic *Salſus* vocatur Melæ. *Gamblacianum* etiam Sinum ponit ad Galliam Narbonenſem Antoninus. Portus, ut hodie, de quibus plene Lucas Aurigarius Charta v & quatuor ſequentibus, ſic olim habuit Gallia celeberrimos. Principem obtinent locum *Staliocanus*, *Vindana*, *Brivates* & alii quidam Veteribus nominati. Qui *Staliocanus* Ptolemæo, aliis *S. Paul de Lyon* in Britannia exiſtimatur, *Roſcou* aliis, quibus ut ſubſcribam, facit, quod poſterior priore multo ſit fidior & commodior, quamvis enim oppoſitam habeat Inſulam, cui cognomen vulgo *De Bas*, facilem tamen & tutum ſeptemque altum hodie ulnas, utrimque præbet Navibus ingreſſum. Priori, minax objacet Taurus (Inſula eſt, vulgo *Le Taureau*) qui circumpoſitas habet rupes innumeras & latentes & eminentes; a quibus magnum Nautis male providis creari ſolet periculum. Haud procul inde in eadem Britannia verſus Meridiem poſt flexum Promontorii Gobæi, *Vindana* occurrit Portus. *Fenſtiers* hodie, vel *Conqueſt*, Iovio male *Breſt*. Adſcribit hinc Βρεβάτην Portum Ptolemæus. Nomen hodie fere retinet, *Breſt*. Sequitur apud eundem Σητῶϛ Portus; *Luſſon* vel *Luxon* hodie. Hinc *Santonum*, Portus Ptol. ſcribitur, hodie *la Rochelle*, ut arbitratur Villanovanus. Succedunt Montes & Silvæ. Quod ad Montes, Gallia aliis, quam aliis, locis eſt montoſior. Eminent hic Delphinatus, Provincia, Sabaudia, & Burgundia. Andegavenſis Ager ſuos etiam habet Montes, qui in Britannorum Pictonumque fines late ſe inſinuant. Montes Galliæ cum primis celebrant Veteres Scriptores *Cebennam*, *Vogeſum*, *Juram*. *Cebenna* Mons eſt, qui, ut Cæſar ſcribit, Arvernos (*ceulx d'Auvergne*) ab Helviis (*ceulx de Vivaretz*) diſtinguit. *Gebennam* Plin; *Gebennas*, Lucanus & Auſonius nominant; *Gebennicos* Mela, Vera genuinaque ſcriptura eſt, ut Scaliger ſuis ad Merulam literis monet, *Cebenna* per c: Dici enim hodie *Montaignes de Cebenes* & *Cevenes*: ut rectius *Cemmenis* Ptolemæo & Straboni, *Cebennæ* Latinis quibuſdam dicantur. *Cebenna* Vineto, Nozoreno, Villanovano

Portus.

Montes.

Montaignes

Montaignes d' Auvergne nominantur. Horum Montium pars hodie *Tarara*, teste Gulielmo Budæo lib. IV. de Asse, qui Lugdunum euntibus est superandus. In vertice sedes visitur Petrę incisa, cui Mercatores imponunt eos, qui Mercatum Lugdunensem nunquā frequentarunt. Vulgo *La Chere de la Verité* vocatur. Iurare namque coguntur veritatem, Lugduni fuerint unquam, nec ne, eoque nomine nonnihil, quo Genio simul indulgeant, polliceri. *Vogesus* Galliæ Mons Cæsari lib. de bell. Gall. IV. Lucano lib. I Plin. & aliis. *Vocetus* vel *Vocetius* corrupte dicitur apud Tacitum lib. I Historia. & alibi, ut jam ab doctis viris notatum. Alpium nomine a Str. describitur lib IV. Hodie *Mont de Faucilles*, aliisque nomenclaturis indigetatur. Separat Burgundiam Alsatiamque ab Lotharingia. Provomit Mosam, ut etiam testatur Cæsar, & infinitos alios fluvios, quorum plerique Rhenū petunt. Pars unde Mosella profluit *Kratzer* appellatur: quod habere se tradit Ortelius ex Libello MS. Magni Gruberi, in quo Rhenum describit: addens, Tractum hunc *Estaye* Gallice, & *Auff der Stay* nuncupari in Chorographica Lotharingiæ Tabula, jussu & impensis Ducis ab Ioanne Scyllio accurate delineata: nihilque ibi, eodem Scyllio teste, præter Asarum herbam provenire. Gignit Vogesus in valle Leberia Argentum purunt: sed, ut notat Munsterus, non ita multum. *Jura* Galliæ dicam Mons, an Germaniæ? Olim fere totus Galliæ: quū Helvetia Belgicæ adcenseretur: Hodie magna etiam parte Germaniæ. Initium ejus statui solet in finibus Basilienſium, juxta Rhenum, è regione Waldzhuti. Altus est, multisque & ingentibus subnixus saxis. Meminerunt ejus Cæsar, Plinius, alii. Pt. *Jurassus* est: Strab. *Jurasius* &. *Joras*. Ævo nostro Accolis, Incolisque pro ratione Locorum aliis atque aliis vocatur nominibus, Haud procul arce Hasburgensi prope Burgim) opidulum est sic dictum Idiomate Germanico a Ponte, qui hic super Arolā ex uno Arcu) *Botzberg* audit: a pago *Botzen*, qui cū multis aliis Pedi Mōtis adlocatus. Hanc Iuræ portionem *Vocetum* vel *Vocetium* esse Cornelii Taciti censent Munsterus, Scudus, Lazius, & alii. Ortelius tamen apud Tacitum *Vogesum*, de quo ante, legendum esse minime dubitat. Est eadem hac Montis parte Vallis ingens cui nomen *Frickthal*, a pago cognomine. Occurrunt & aliæ hic ibi Valles, ut obiter hoc dicam, *Lauffen-thal*, & *S. Imers-thal*, & similes: quarum tamen nulla Montem per transversum penetrat. Vbicunque volueris trajicere, opus est alta scansione. Inter Ararim porro & Farspurgum hic Mons appellatur *Schaffmat*, quod Latinis *Ovinum* sonat *Pratum*. Inter opidum *Olten* & Humburgensem Præfecturam dicitur *Nider-Hauwenstein*, *Inferior sectus Lapis*: Per saxa enim factum est iter. Inter Walnburgum & Balstallium *Ober-Hauwenstein* vocatur, *Superior sectus Lapis*: ubi currus onusti grandibus funibus per Montis declivitatem demittuntur. Occasum versus procedendo *Wasser-fal* nuncupatur, id est *Aquaruna*. Vlterius eundo *Jurten* ab Sabaudis priscō fere nomine appellatur. Brachium quod se extendit Basileam versus, uno ab urbe milliario, juxta Byrsam fluvium *Blauwen* dicitur: crescitque non parum in altitudine & asperitate quousque Delspergum veneris, ubi rursus in planiciem diducitur. Vlterius versus *Bellele* Monasterium Gallicum procedendo, rursum crescit, ac deinde iterum evanescit spatio unius milliarii: hinc iterum saxosum horrendumque Montis jugum ab Oriente in Occasum extenditur: quod pervium feciſſe ſcribitur Iulius Cæsar perforato in portæ formam saxo.

Portam hanc nominant alii *Pierreport*, *Petræportam* alii *Pierre-pertus Petram pertusam*. Descriptam vere accurateque ab Sebastiano Munstero, Merula, qui eam aliqnãdo transgressus, testatur. Inscriptionem supra Portam satis claram idem deprehendit, nisi quod primæ vocis litteræ reliquis magis sint extritæ

N.:::.ANGVSTI VIA DVCTA PER ARDVAMONTIS
FECIT ITER PETRAM SCINDENS IN MARGINE FONTIS.

Per hunc fontem intelligit Poeta Byrsam amnem, qui ibi ex Petra magna Aquarum vi erumpit. Procurrit inde Iura versus Libonotum inter Helvetios Sabaudosq;, quos ad Vulturnum respicit, & Burgundos, quos ad Caurum relinquit (unde & apud Cæsarem lib. 1. duobus locis Iura Sequanos ab Helvetiis dividit) secus varios lacus, quorum præcipuus Lemannus; ubi longe lateq; *Mons S. Claudi* nancupatus ad Rodanum tandem terminatur. De aliis, qui ad Gallias etiam nonnihil spectant, de *Pyrenæo*, inquam, dixi, in Descriptione Hispaniæ: deque Alpibus differam, ubi Italiam percurrendum mihi erit. Silvæ Galliis sunt frequentes, non tamen, ut aliis in regionibus, magnæ non densæ, non ita dumis horridæ. Apud Cenomannos variæ sunt, *Les Forests de Versay, Longoulney, Persi, Sille, Charnay, Audain, Maine, Concise* apud Britannos Inferiores, *de Bostblanc, de Toriam, de Guerche*; apud Pictones, *Les Forests de Moulhore, Dyne, Bresse, Ligne*, & aliæ: apud Bituriges *Silva Roberto* cum aliis visitur; apud Andegavos, *Loursaie* & *Marson*. Totus Bononiensium Ager una quasi obsessus est Silva, cujus partes, *Les Bois de Surene, Celles, Hardelot, Dalles, Boursin*. Apud Veromanduos haud procul Perona Nemora sunt *Recoigne* & *Bouhã*: Apud Picardos, *Bois de Baine, de Beauliett, de la Fere, de Coussi*. Nec suis caret Silvis Lotharingia: *Warned-Waldt, le Banbois, Bois de Mondon, de Heyde, de S. Benoyt, de la Voyge, Mortaigne, Doseyne*. In Burgundiæ multæ sunt silvulæ, quarum nunc non occurrunt nomina. Alias prætereo, quæ passim per Gallias hic ibi sparsæ. *Arduenna*, hodie potissima parte est in Inferiore Germania, ideoque ibi describenda. *Gallicam* vocat Claudianus: & *Silvam Galliæ maximã* Cæsar lib. VI de bello Gallico, quod olim esset in Gallia Belgica. Gallos vero admodum deditos Religioni, atque inter primos fuisse qui Christianam Religionem amplexi sint, & semper præ reliquis eam servaverint & coluerint, non solum Veterum scripta & monimenta: sed etiam Templa: aliaque Religioni loca destinata testantur, quæ in urbibus & pagis ubique magno numero conspiciuntur. Certe in una urbe Parisiensi LXIX universim numerantur: inter ea augustissimũ, Cathedrale D. Virginis; quod jactis ab Philippo Augusto anno CIↃ CXCI, fundamentis, serio ædificari cœptum CIↃ CCLVII, D. Ludovico regnante: ex Galliæ miraculis præcipuum. Columnis CXX sustinetur, Longitudo passuum CLXXIV: latitudo LX: altitudo C. Chorus lapide cinctus: Historiis ex veteri Novoque Testamento insculptis. In ambitu habet Sacella XLV, ferreis Clathris munita. Vniversim Portæ XI. In fronte tres biforæ, statius XXVIII Regum insignes. Ad latera Turres visuntur, seu Moles verius Campanariæ, altitudine XXXIV Cubitorum. Campana Maxima, cui a b Maria Virgine cognomen, viginti Viros flagitat pulsanda: Sonitus sereno cœlo per septem Leucas facile auditur.

Silvæ.

Opera publica.

Infinitum

Infinitum esset reliqua Templa, quæ hic & aliis in locis visuntur, describere. Infinitum, Abbatias, Cœnobia, Monasteria, Xenodochia, Nosocomia, Ptochodochia, & Orphanotrophia. Quid vero dicam de Arcibus, quid de conspicuis Regum Palatiis? Quid de Magnatum & Equitum ædibus pulcherrimis? Quid de aliis tam publicis quam privatis ædificiis? De his ego tacere malo quam parum dicere. Status Galliarum hodie Monarchicus est; locusque ibi Regiæ, quæ vetustissima diviniſsimaque Aristoteli censetur, Gubernatio ni. Rex nascitur, non suffragiis designatur; Sexus Masculini, volente id, ut quidam perhibent, lege Salica. Regem ita amant, ita colunt, venerantur Subditi, ut nihil supra. Penes eundem rerum omnium est arbitrium. Duodecim-Virorum Collegium Caroli Magni est institutum. Alii ab Ovo Troiano repetunt. *Pareis læ Pairs de France* dicti, quod proxima secundum Regem & velut pari essent dignitate. His solis sacrandi Reges jus est, & in Regni possessionem mittendi. Horum sex vulgo *Laici*: reliqui dicuntur *Ecclesiastici*, vel *Clerici*. *Laici* sunt *Duces* vel *Comites*. *Duces*: *Burgundus*, *Normannus*, *Aquitanus*. *Comites*: *Flander*, *Campanus*, *Tolosus*. *Ecclesiastici*, itidem vel *Duces* sunt vel *Comites*: *Duces*; *Remensis*. Archiepsc. *Laudunensis & Lingonensis* Episc. *Comites*: *Catalaunensis*, *Noviomagensis & Belovacensis* Episc. Sunt & septem summi Senatus per Galliam, quos vulgo *Parlamenta*. vocant, a quibus appellare non licet: *Parisiensis*, *Tolosanus Rotomagensis*, *Divionensis*, *Burdigalensis*, *Aquensis*, *Gratianopolitanus*. Et ad Statum Ecclesiasticum quod attinet. Sunt in Gallia *Archiepiscopatus* XII, *Lugdunensis* Primas, *Lyon*; *Aquensis*, *Aix*; *Viennensis*; *Vienne*; *Remensis*, *Reims*; *Narbonensis*, *Narbone*; *Tolosanus*, *Tolouse*; *Burdigalensis*, *Bordeaux*; *Auxitanus*, *Aux*: *Bituricensis Bourges*; *Turonensis*, *Tours*; *Rotomagensis*, *Rouen*; *Senensis*, *Sens*. Academiæ in regno Galliæ sunt hæ: *Parisiensis*, *Pictavensis*, *Bituricensis*, *Tolosana*, *Burdigalensis*, *Nannetensis*, *Lugdunensis*, *Aurelianensis*, *Montispessulana*, *Cadurcensis*, *Gratianopolitana*, *Valentina*, *Valence*, *Remensis*, *Andegavensis*, *Cadomensis*, *Nemausensis*, *Romana*, *Romans*, *Avenionensis*, *Dolana*, *Massiliensis* omninm antiquissima, ab Græcis orta. Ex his omnibus tanquam ex multis Equis Troianis, innumeri docti Viri, Theologi, Iurisconsulti, Medici, Alii exierunt: Quos uno ductu enumerare si conarer, maximum mihi quidem conciliarem laborem, Lecturis vero tædium. Nobilitas sane Gallica (quæ frequentissima est) hodie tam pertinaci diligentia, ut hoc universim dicam, tamque assiduo labore Meliorum Literarum Studia persequitur, adeoque in omni Disciplinarum Artium que genere excellit, ut nusquam terrarum magis. Videre ibi est summo loco natos illustribusque ortos familiis noctes dieſque inhærere Chartis, & nunquam non Musarum Sacris operari. Sunt qui de quacunque re in medium prolata expeditissime possunt, Methodo admiranda, ex tempore & absque ulla præmeditatione per horas aliquot, non sine audientium stupore differere. Bibliothecæ in hoc regno variæ, cum primis Parisiis *Regiæ Majestatis*, & *S. Victoris*, ut alias publicas & privatas præteream optimis rarissimisque cum editis, tum Manu-scriptis refertas libris. Ad Mores venio Gallos acutos ingenio, & ab Doctrina minime alienos esse, testantur Diodorus & Strab. Commendat illorum in bonis literis studia non uno in loco Symmachus. Marcus Portius Cato originum lib. II, apud Charisium Sosipatrum; *Pleraq; Gallia*, inquit, *duas res industriosissime persequitur, rem militarē & argute loqui*; ne nesciamus Veteres Gallos inter alias gentes Eloquentiæ gloriam reportasse.

Ratio gubernādi

Academiæ.

Bonarum artiū studii celebres viri.

Bibliothecæ.

Mores.

Ingenium ſimplex,nullaque divinctum malignitate(egregia hęc Veterum Gallorum laus)tribuit illis Strabo. Pronunciat de iis oculatus teſtis Iulianus, Quod adulari neſciant; ſed libere ac ſimpliciter cum omnibus æquabilique jure vivere. Venerem Nuptiarum Deam & Bacchum lætitiæ datorem Conjugii, Proliſque, & Vini, quantum cuique libeat, potandi gratia tantum noviſſe. Quæ his aliiſque talibus advorſantia nonnulli proferunt, ut convicia, & tanquam ab maligna mente manuque profecta, ſunt exaudienda. Nam quis non videt, lectis Veterũ Scriptorum de Gallorũ Indole Monimentis, factaque cum Genio, qui iiſdem hodieq; eſt, commiſsione, falſum eſſe quod tradit Servius, Gallos pigrioris eſſe ingenii; quod Iulius Firmicus, ſtolidos; quod Iulianus, quaſi ſui oblitus, ſtupidos, & ruſticitatem amantes; quod Polybius, Doctrinæ & Artibus operam non dare; quod idem cum Diodoro, Athenæo & Clemente Alexandro, infidos eſſe, crapulæque & obrietati deditos: quod Livius Polybiuſque, molles eſſe & effœminatos: quod Mela, Auri avidos, ſuperbos, ſuperſtitioſos: quod Solinus, vaniloquos: quod deniq; pecunię inſatiabiles eſſe, Plutarchus in Pyrrho. Fatẽdum nihilominus multa Gallis inſtillata aliorum populorum commercio. *Nemo Gallos*, ait Florus lib. III. cap. X. *tantum feroces dixerit, fraudibus magnit.* Avidos Iurgiorũ docet Ammianus lib. XV. Reprehendit etiam Diodorus in Gallis quandã linguæ intemperantiam, Sermone notãs eos uti brevi & ſubobſcuro: multa ex animo dubia loqui, plurima ad jactantiam in ſuam laudẽ dicere, & ad cęterorum contemtũ: minaces eſſe ac detractores, opinioneq; inflatos. Iactantia illa ab Strabone etiam eſt animadverſa. Atque ea Gallica oſtentatio eſt, quæ ab Cæſare lib. VII nominatur, & multis reliquorum librorum exemplis adprobatur. Taliſ eſt lib. I. Helvetii Diviconis elatio, dũ Helvetiorũ virtutem extollit, Romanæ Cladis memoriam objicit, Cæſaremq; minitando, admonet, ne cõmittat, ut is locus, ubi Romani conſtitiſſent, ex calamitate Populi Romani internecione exercitus nomen caperet aut memoriam proderet. Sic Vercingetorix in cõcione jactat ſe unũ Conſiliũ totius Galliæ effectũrũ, cujus conſenſui ne Orbis quidẽ terrãrũ poſsit obſiſtere. Quod ad Veterũ Gallorum Religionẽ, Cultumq; in rebus ſacris ſervari ſolitũ, flocci faciendus eſt M. Tullius oratione pro M. Fonteio ſcribens, *Gallos minime ulla Religione moveri*. Audiendus potius Livius: qui, etſi in ceteris ſatis huic genti iniquus, *negligentẽ tamẽ haud quaquam Religionis* adfirmat; & Cæſar I. VI. bell. Gall. cui penitus cognita hæc natio, dicit eam *admodum deditam Religionibus*. Maxime autẽ Mercurium coluerunt, eodẽ Cæſare teſte: Celtas Iovem coluiſſe atteſtatur Max. Tyrius, cujus ſignũ altiſsima Quercus. Dianã templũ habuiſſe apud Maſsiliẽſes, Str. teſtis eſt: & apud Gallo-Grẽcos Dianã cultã, Polyæ. lib. VIII & Plut. commemorãt.

Eſſum


GALLIA
ANGLIAE PARS
OCEANVS BRITANNICVS
OCEANVS AQVITANICVS
HISPANIAE PARS
GERMANIAE PARS
HESVETIA
ITALIAE PARS
Mil. communia Galliae

Esum sive *Hesum*, *Teutatē* & *Teranem* Deos habuisse Gallos, Lactantius, Lucanus & Minutius Felix referunt: sed *Martem*, *Mercurium*, *Jovem*, hos plerique docti interpretantur. *Belenus* Gallorum Deus est apud Ausonium, qui *Belis* apud Herodianum in Maximinis; idem forsitam cum *Tibilene* Tertulliani in Apologetico, qui Gracis aliisq: Apollo, putatur fuisse. Colebatur & apud Gallos *Abellio*; de quo monimenta extare notat in Convenis Novem populaniæ Vir Nobilisſ. Iosephus Scaliger ad Auson. lib. 1 cap. 1x. *Herculem* etiam *Ogmii* nomine coluisse Gallos, auctor est Lucia. In Hercule Gallico, Galli autem Veteres Deos suos in dextram conversi adorabant, Athenæo scribente. Diis Homicidio aliisque rebus sacrificabant, Marti imprimis, teste Cæsare. Nullum autem Gallis Veteribus Sacrificium erat sine *Druidis*, inquit Diodorus. Fuerunt hi olim apud Gallos clari sacerdotes sicut & *Bardi*, de quibus Lucanus.

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas
Laudibus in longum vates dimittitis ævum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.
Et vos Barbaricos ritus, moremque sinistrum
Sacrorum Druidæ positis repetistis ob armis.
Solis nosse Deos, & cœli numina vobis
Aut solis nescire datum. Nemora alta remotis
Incolitis lucis: vobis auctoribus, umbræ
Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt: regit idem spiritus artus
Orbe alio: longæ (canitis si cognita) vitæ
Mors media est. —— Inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis & ignavum est reditura parcere vitæ.

Atque hæc de moribus Gallorum in Sacris: nunc de eorundem ritibus in prophanis pauca subjiciamus. Gallos ad Concilium armatos venire solitos, testatur Livius. Scribit Strabo id in Gallorum Conciliis usitatum fuisse, si quis orantem interpellaret, progrediens Minister publicus districto gladio adjectisque minis, silentium imperabat; quod si non adquiesceret, idem iterum tertioque faciebat: denique desago Interpellatoris tantum amputabat, ut reliquum inutile redderetur. *Gallorum subita & repentina Consilia*: (inquit Cæsar:) *in Consiliis capiendis mobiles, & novis plerumque rebus student.* Notat idem Cæsar, Gallos, ubi major atque insolitior res incideret, eam clamore per Agros Regionesque mira celeritate significare solitos; hinc alios deinde excipere, & proximis tradere. *Liberos suos*, ut idem scribit, *nisi quum adoleverint, ut munus Militiæ sustinere possint, palam ad se redire non patiuntur: Filiumque in puerili ætate in publico in conspectu Patris adsistere turpe ducunt. Viri quantas pecunias*, eodem memorante, *ab uxoribus Dotis nomine acceperint, tantas ex suis bonis æstimatione facta, cum Dotibus communicant: hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur, fructusque servantur. Uter eorum vitâ superarit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit. Viri in uxores, sic uti in Liberos, vitæ necisque habent potestatem.* Gallorum mulieres speciosas, magnitudine & robore Viris similes, facit Diodorus: fœcundas & bonas educatrices: pariendo educandoque felices. Fuit & Gallis usitata more reliquarum Gentium Servitus. *Plerique*, ait Cæs. lib. v 1, *quum aut ære alieno, aut magnitudine Tributorum aut injuria Potentiorum premuntur, sese servitutem dicant Nobilibus, in hos eadem omnino sunt jura, quæ Dominis in Servos.* Tractabantur tamen humanius liberaliusque, quam apud Romanos. Domini namque Galli suos obæratos, atque, ut Cæsar voce

Gallica

Gallica appellat, *Ambactos*, honoris quodam loco circum se habebant, eorumque opera in bellis utebantur. Fictilia porro in usu habebant, Diodoro teste, densa ac Floribus distincta. Cœnabant sedendo omnes non in sedibus, sed in solo, super stratis Luporum aut Canum pellibus (in Toris apud Strabonem) ministrabant eis pueri juniores, ætate tenera. Iuxta eos ignes fiebant, iisque adposita visebantur Ollæ, & Verua Carnibus plena, maxime suillis, tam recentibus quam salitis: sed & omnis generis Carnibus: plerumque vero Cibus erat cum Lacte, ut scribit Strabo. Audiamus hic Athenæum ex Posidonio, sic fere Latine sonantem: *Celtæ fœno substrato Libationes propinant super ligneis mensis parum exstantibus. Panis & is paucus* (Panem hunc Fermento leviorem eos facere, adnotat Plinius) *Cibus est. Caro multa elixa in aqua vel super prunis aut in Verubus assa: hanc Leonum modo ambabus manibus Artus integros tollunt, morsuque dilaniant; & si quid ægrius divellatur, exiguo id cultello præcidunt. Adponunt in Conviviis Pisces, qui Fluviis adcolunt, Interioris que & exterioris Maris littoribus: & eos cum sale, Aceto & Cymino* (*quod etiam potioni injiciunt*) *assos.* Et paullo post: *Locupletes vinum bibunt ex Italia petitum vel Massiliensium regione, & id merum, interdum Aquæ paullulum affundentes.* Hactenus ille. Sed & ex fruge madida Potum ad Ebrietatem fecisse, Plin. est auctor lib. XXII. cap. ult. Ex Hordeo Potum, quem *Zythum* appellabant fecisse, & alium ex aqua, in qua favum Mellis laverint, Diodorus tradit. Quod ad Vestitum, *Saga* ferebant, notante Strab. eaque densa ex Lana texebant, *Lænas* vocantes. Hujusmodi Saga scribit Plin. lib. VIII. cap. XLVIII *Scutulis* dividere Gallos instituisse. Quæ Pli. *Scutulæ*, Diodoro sunt ποικίλαι. Per quæ nihil aliud illi intelligunt, Nobilissimo Viro Iosepho Scaligero notante; quam quas Galli hodie vocant *Lausangias*, quasi *Laurangias*, ab Lauri folio, quod habet Rhombi figuram. *Braccis* porro (quæ quod Gallorum essent, Tegmen barbarum Tacito) utebantur Galli circum *extentis* vel *laxis*. Loco Tunicarum apud Strabonem Vestem habent Galli Fissilem manicatam usque ad pudenda & nates demissam. Manet hodieque forma in isto Vestis genere, quod nobis vulgo *Pallatrock* vel contracte *Palt-rock*. Annulis dicit uti in digitis, nihil distinguens Diodorus; in medio tantum, Plin. natur. hist. lib. XXXIII cap. 1. Sed de his satis, ad specialiora Galliarum pergo.

Victus.

Vestitus.

Regio unde dicta

Britannia, vulgo *Bretaigne*, nomen, jura, leges, incolas a Britannis, quos nunc Anglos dicimus, sortita est, qui sedibus ab Saxonibus pulsi in ea consederunt, Vortigerno regnante, a quo evocati ad defensionē adversus Scotos fuerant. Fieri etiam potest ut ante id tempus in hac Gallię parte Britannorum fuerint coloniæ, quæ tunc auctæ exsulibus Britannis, quam vim domi passi fuerant, Aremoricis (nam hi quondam insederunt hæc loca) intulerunt. Scaliger in urbibus:

Vicit Aremoricas animosa Britannia gentes,
Et dedit impositio nomina prisca jugo.

Situs.

Vnde & olim *Armorica* fuit appellata: præcipue qua ad Mare vergit, ubi nunc inferior est Britannia. *Armen* enim veteribus Britannis nihil aliud, quam ad *Mare* vel *supra Mare*, teste Camdeno. Ad Orientem Normannos habet, Cenomanos & Andegavenses confinales: ad Meridiem Pictones: reliqua latera claudit Mare Britannicum. In altum ultra reliquas Provincias omnes procurrit, Peninsulæ instar, unde non inconcinne *Cornu Galliæ* dicitur; soleæque ferreæ speciem referre, cujus exterior pars subrotunda Mare: interior vero concava, respicit Mediterranea. Longitudo ejus sex dierum est itineris, trium autem latitudo. Regio est amœnissima & fertilissima. Pratis abundat & Erycetis, ex quibus gratum pecori pabulum. Venas habet Argenti, Ferri, Plumbi.

Soli fertilitas.

Britanni autem in tantam repente potentiam excreverunt, ut Gothis, quo minus Galliam totam occuparent obstaculo fuerint. Certe Riothimus istorum Rex, XII millia Britannorum contra Gothos in auxilium Romanorum eduxit, ut author est Iornandes. Prælio quoq; adversus Attilam interfuisse restis est Callimachus. Est & illud grave argumentum Britannorum potentiæ, quod Reges Galliæ totam hanc oram de qua superanda desperabant, Normannis, utpote bello magis adsuetis, olim vincendam depopulandamque concesserint. Nec caruit consilium eventu: Notico enim ense Britannica contusa est ferocia. Paruit igitur Normannis quæ antea Regi Galliæ paruerat, Postea propros habuit Duces. Vltimus eorum fuit Franciscus; qui anno Mccccxc vita functus, unicam filiam Britanniæ hæredem reliquit. Hæc Maximiliano Archiduci Austriæ Romanorū Regi desponsa, quum per Franciam deducenda esse, rapta est a Carolo octavo, qui eam sibi matrimonio conjunxit. Ex eo Britannia Francię adnexa fuit. Ea hodie duplex est: *Superior & Inferior*, illa Ligeri vicinior, hæc Angliæ, diciturque alio nomine *Ripiesis*. Superioris Metropolis est *Urbs Nannetica*, vulgo *Nantes*. Ptolemæo Κονδιδικνον *Nannetum*, ut censet Iosephus Scaliger, Cognatus & alii. Sedes fuit olim Britanniæ Ducum: Comitatus habens titulum, Ducisque Primogenito adscribi solita: ad Ligerim duosque alios fluviolos sita, loco peroportuno, haud procul mari, Episcopalis statio, ut & quatuor quæ sequuntur. *Urbs Redonica*, vernacule *Rennes*: *Condate Redonum* Ptolemæo *Condate* Antonino. *Dolum*, opidum nunc, olim Arx: vulgo *Dol* vel *Doul*. *Fanum Briocense*, vulgo *S. Brieu*. opidum non ignobile. Rupes ibi excelsa tutam præbet navibus stationem in ea Arx urbi protegendæ excitata. *Fanum Sancti*

Imperium majorum.

Urbes.


Septentrio
Meridi.
Angliæ Pars
MARE BRITANNICUM
Picardiae pars
France
NORMANDIE
BRETAIGNE
TOVRAINE
BEAVSSE
BERRY
POICTOV
LYMOSIN.
Caux
Alençon
Caen
Bayeux
Constantin
Dieppe
Abbeville
Amiens
Paris
Orleans
Tours
Poictiers
Rochelle
Xainge
Cognac
Angoulesme
Limoges
Brest
Nantes
Rennes
Vannes
Quimper
Morlaix
Guingand
Dinan
Fougeres
Vitray
Mayne
Sarte fluv.
Loire fluv.
Cher fluvius
Vienne fluvius
Garonne fluv.
Isle de Oleron
Britannia et Normadia cum confinijs
Milliaria Gallica

Sancti Machlovii, vernacule *S. Malo*. *Dinan* opidum pulchritudinis eximiæ, in deliciis aliquando Britanniæ Ducibus. Sunt & Britanniæ Superioris alia Opida *Rieulx*, *Chasteau-briant*, *Lambellū*, *Ustray*, *Jugon*, S. *Aulbin du Cormier*, *Mona-contour*, *Plerel*, *Jocelin*, *Malestroit*, *Pontigni*, *S. Julian*, *Encenis*, denique, extremum versus Pictones, sub quo comprehendi solent ditiones, quæ vulgo *Clissonnis*, *Raiz* & aliæ. In inferiore urbes & opida celebriora: *Venetia* hodie *Vannes*; *S. Pauli Fanum*, *S. Paul de Leon*, *Tricoriense Opidum*, vulgo *Triguier*; *Blabia* nunc *Blavet*, *Morlaix*, *Quimpelray*, *Conquerneaux*, *Quimpercorentin*, *S. Regnaut des bois* & alia. Dominia sunt *Montford* Comitatus, *Rohan* Vicecomitatus, *Grello* cujus principalis locus *Chasteau Andron*. *Le Pais de Gueel*: *Baignon*; *Montfort*; *Vannetais*. Flumina Britanniæ sunt *Ligeris*, *Rausa*, *Ella* & alia Mare commerciis aptissimum est: unde Sal extrahunt adcolæ, quod ab Sole induratum Conregionalibus vendunt. Præter autem superiores urbes & opida, commodissimos etiam Portus præstant *Brest*, *Ancrayum*, *Hanebontum*, *Pontsecrot*, ubi magna Ostrearum copia legitur. Archiepiscopus *Dolensis* in *Dol*, hos sub se habet Episcopos: *Nannetensem*, *Nantes*; *Venetensem*, *Vannes*: *Briocensem*, *S. Brieu*, in his tribus Gallice & Britannice loquuntur. *Curiosopitensem*, *Cornouaille*; *Leonensem*, *S. Paul de Leon*; *Tricoriensem*, *Triguier*. In quibus Britannica tantum lingua, quam vocant *Briton Britonant* in usu est, quam veterum Trojanorum linguam esse putant. *Machlouiensem*, *Sainct Malo*; *Redonensem*, *Renes*. Incolę non omnes eadem animi alacritate, non omnes eadem comitate: plerique tamen cauti lucrique cupidi: gravissima negotia ad poscula tractare soliti.

Flumina. Mare. Portus. Mores. Status Ecclesiasticus.

Normannia sic dicta a Populis Septentrionalibus: *Nort* enim, Idiomate Germanico, *Septentrionalis Orbis terrarum plaga*: *Man*, *Vir*: *Normannia*, Terra Franciæ viris eo ab Septentrionali ora vel Arctoo orbe ex Dania Norwegiaque profectis ad habitandum data. Notæ sunt *Normannorum* in Germaniam Galliamque excursiones. *Normannia* autem ad Occidentem Crenone fluvio a Britannia secernitur, a Septentrione Oceano terminatur, a Meridie Cenomannis: ad Orientem vero habet Franciam proprie dictam, (in qua est Lutetia) a qua flumine *Epta* distinguitur. Itaque tota non pertinet ad Galliam Lugdunensem, sed aliqua ejus pars ad Belgicam spectat. Eam sexto vix die expeditus pertranseat. Regio fertilissima, Frumenti admodum ferax, Pomis atque Piris adeo referta, ut hinc potum gens sibi affatim exprimat, & ad exteros copiose Fructus exportet. Estque pecoris magna copia. *Rollo* Normannus atrocissima excursione in pleraque Galliarum littoralia & inde porro in loca mediterranea & penitissima, ad tantam tandem redegit necessitatem Carolum Simplicem Francorum Regem, ut Rolloni, ad Christianam pietatem invitato, filiam *Gillam* dederit uxorem, toramque dotis nomine *West-richam*, & qui super Ligerim Britannos, primusque hic factus est Dux Normanniæ. Vtbs primaria est *Rotomagum* vulgo *Rouen*. Fluviis adsidet, ad Meridiem quidem *Sequanæ*, maximarum navium (unde ingens Mercaturæ commoditas) capaci; ad Orientem minoribus *Rubeco* & *Aubettæ*; ad Septentrionem

Normannia. unde dicta.

Situs.

Solifertilitas.

Imperium majorum.

nem latisſimos pratorum habet Campos, Monteſque præcelſos. Sequana ponteſtratus eſt ingeniosi artificii ſtructuræque, ſiquid in Galliis aliud, admirabilis; lapide quadrato, validis columnis, pulchris arcubus, qui tredecim numero: altitudinis latitudiniſque inſignis. Eſtque urbs hæc Archiepiſcopatu & Parlamento celebris- sunt præterea *Aurenches, Evreux, Bayeux, Sais, Conſtances, Liſieux, Alençon, Aumale, Longue-ville, Eu, Harcourt, Tancarville, Malevrier, Mortain, Mongommery, Thorigni, Giſors, Caulx &c. Normannia* quibuſdam ſtatuitur duplex, *Superior* & *Inferior*. In Superiore Ducatus ſunt tres *Alençon, Aumale, Longue-ville. Comitatus Eu, Harcourt, Evreux, Tancarville, Malevrier, Mortam, Mongommery*. Continet item hæc Normannia illam regionis portionem quæ vulgo *Vulx*, in qua eſt *Giſors* Metropolis Comit. & Ballivatus. Et Baroniam l'*Aigle. Inferior* in minores diſtrahitur partes, quæ vernacule *Caulx, Beſſin, Conſtantin, Houivet, Royaume de Yvetot, Le Vaulx de Vire*. In Normannia Archiepiſcopus *Rotomagenſis Rouen*, cui ſubſunt Epiſcopi *Saienſis, Sais; Conſtantienſis, Conſtances; Lexovienſis, Liſieux: Abrincantenſis, Aurenches: Baiocenſis Baieux: Ebroicenſis, Evreux*. Gens omnis ſuapte natura callida, nullis exteris legibus obnoxia: Moribus ſuis & conſuetudine, quam pertinaciſsime tuetur, vivit. Doli quidem & litis adprime gnara; alioqui doctrinæ & religioni dedita.

Status Eccleſiaſticus.

Vulgi mores.

Belſia vulgo *La Beauſſe*, Regio ſiccitate aquarumque laborans penuria: fertilis nihil ominus, & Frumenti valde ferax. Ea triplex eſt, *Superior, Media, Inferior. Superior, La haulte Beauſſe*, initium capit ab Vico, qui vulgo *Abbys* indigetatur, petens porro Carnutum agos & ulteriora. Concenſentur illi *Carnutum Regio, Ducatus Andegavenſis, Comitatus Perchenſis. Carnutum Territorium* vulgo le *Pais Chartrain*, adhæter hinc Perchenſi Comitatui, inde Ducatui Aurelianenſi. Carnuticum ſolum nulli reliquæ Galliæ parti fertilitate vel amœnitate cedit: omni genere Frumenti, Fructuum, Pecoris abundans: Vino non deſtitutum. Primarium Opidum *Carnutum* audit, *Autricum* Ptol. nunc *Chartres*. Opidum hodie non poſtremi loci. *Carnutum Territorio* ſolitus eſt adcenſeri *Comitatus Druidenſis* & *Montfortius*. Sunt hic Opida *Dreux* & *Montfortium*. *Ducatus Andegavenſis, La Duché d'Anjou* peculiarem Tabulam habet. *Comitatus Perchenſis* dividitur in duas partes, quarum una inferior dicitur, vulgo le *Perche Gouet*, cujus primarium Opidum *Nogent Rotrou*. Altera ſuperior in qua *Mortaigne* Opidum. Sequitur Media, cui tribui ſolitum quicquid eſt, inde quidem ad utramque Ligeris ripam ab *Rotomago, Vendomium* uſque: hinc autem in dextra ejuſdem Ligeris ripa quicquid Caſtelloduno porrigitur Bleſas & ad Turonenſium uſque agros. Reliquas fertilitate ſua Belſias ſuperat. Comprehendit partim Comitatus, *Pleſenſem, Dunenſem* & *Tornorenſem*; partim Ducatus *Vindocinenſem* & *Turonenſem*. Inferior Belſia reſtat. Ea Campeſtris omnino & plana: Frumenti valde ferax, totius Galliæ horreum: porrecta inter Epiſcopatus Aurelianenſem & Carnutenſem ab Opido Stampenſi procurrit, verſus Orientem quidem ad Senones uſque, verſus Meridiem ad pontem Aurelianenſem. In ea eſt *Aurelia* vulgo *Orleans* ſita ad Ligerim. Ducatus titulo eſt nobilitata, atque ornatur Academia. Sunt & *Ditiones* vel *Territoria Lorriacum* & *Solonium*. Archiepiſcopus hic *Turonenſis, Tours*: habet ſub ſe *Cenomannenſem Le Mans*, & *Andegavenſem Angiers*. Epiſcopus *Carnutenſis, Chartres*, ſubeſt *Senonenſi* in Campania, & item *Aurelianenſis*.

Belſia.

Soli fertilitas.

Superior Belſia.

Situs.

Urbes.

Media Belſia.

Situs.

Soli fertilitas.

Opida.

Inferior.

Soli fertilitas.

Urbes.

Status Eccleſiaſticus.

Regio unde dicta Situs.

GALLIAM *Aquitanicam*, cujus pars Auſtralior hac Tabula delineatur, nonnulli dictam volunt ab Aquis, quibus abundare fertur: alii ab opido, *Aquis*, *Aqs*, derivant. Hæc a Pyrenæis Montibus ad Ligerim usque juxta Ptolemæum extenditur. Nunc autem, teſte Ortelio, a Garumna ad Oceanum & Pyrenæos Montes. A Circio vero Septentrionali vento Occidentem verſus Oceanum habet, qui Aquitanicus Sinus dicitur, ab Occaſu Hiſpaniam, a Septentrione Lugdunenſem Provinciam, a Meridie Narbonenſem. In ea Mercator quinque Ducatus, XX Comitatus, & VI Dominia enumerat. Ducatus ſunt *Vaſconia*, ſive *Gasconia*, *Arvernia*, *Inculiſmenſis ager*, *Biturigum regio*, *Turonia*.

Vaſconia. Situs. Soli fertilitas. Urbes.

Vaſconia ſive *Guienna* ad Oceanum ſita inter Bayonam & Burdigalam, agrum habet Vini fertilem, quod inde in Europam reliquam devehitur. Vrbs in ea primaria *Burdigala*, reliquæ enim *Nerac*, *Condom*, *Mirande*, *Nogerat*, *Orthez*, *Bazes*, *Dax*, haud magni momenti ſunt. *Dax* tamen fontibus caſidis, Salinis, & Metallis ferreis nobilitatur. *Burdigala*; Ptolemæo, veterum *Biturigum Vibiſcorum* urbs eſt, ſita in paludibus quas exundans Garumma efficit: ornata tum Parlamento, tum Academia, in qua omnium artium & ſcientiarum Profeſſores juventutem inſtituunt.

Arvernia. Situs.

Arvernia, *Le Pais & Dachè d'Auvergne* ſequitur. Situs illi in locis partim planis, partim montoſis. Vicinos habent Arverni ad Orientem Forenſes & Lugdunenſes; ad Meridiem Languedokios: ad Occidentem, Cadurces, Petrocorios & Lemovices: Septentrionem verſus, Bituricenſes & Borbonios. *Arvernia* duplex eſt *Superior* & *Inferior*. *Superior*, *Le hault pais d'Auvergne*, quæ & *Arverna* per excellentiam, Primariam habet Vrbem *Fanum*, S. *Flori*, S. *Flour*, in edita rupe ſitam. Reliqua Opida vulgo dicuntur *Orillac*, *Carlatum*, *Muratum*, *Buullons*, *Le Puy* &c. Tenitorium quoque & Baillivatus *Beaucaire*. *Inferior* opima eſt & fertiliſsima: Vinis præſtantiſsimis, Frugibus, Melle, Croco, Pecudibus, Lana, Paſcuis, Nemoribus ſupra modum referta. Metropolis illi *Claromontium*, *Clermont* vulgo, Arce ſuperbit, & Epiſcopalis eſt Sedes. Reliquæ urbes ſeu opida ſunt XIII, ex quibus *Rion*, *Monferrand*, *Iſoire* cæteris præſtant.

Urbes & Opida.

Inculiſmenſis. Ager. Situs. Soli fertilitas. Urbs & Opida.

Inculiſmenſis ager, vulgo *Engouleſme* ad Septentrionem Pictonibus eſt conterminus: ad Occaſum Santonibus: ad Meridiem Burdigalenſibus & Petrocoriis, ad Orientem denique Lemovicibus. Fertilis Vini optimi, Frugum, Cannabis. Metropolis ejus, *Inculiſma*, hodie *Engouleſme*: Vrbs antiquitate inſignis. Sita eſt in Colle qui Flumini, Carantono imminet, Agro devio & ab Regiis viis remotiore. Minorum gentium Opida ſunt, quæ vulgo: *Marton*, *Chaſteau Neuf*, *Blaiſac*, *Chabannes*, *Confollant*, *Ruffec*, *Aigres*, *Gourville*, *le Roche Foucault*, *Marveil*, *Lanzac*, *Villebois*, *Momberon* & *Bouteville*. De *Biturigum regione* in propria quam obtinet Tabula dicemus.

Turonia. Situs.

Turonia vulgo *Touraine* incipit tribus ſupra Ambacienſem urbem milliaribus, verſus Blaſas: terminatur in Vicis, qui vulgo *La Chapelle Blanche*, in Spiritualibus agnoſcens Epiſcopum Andegavenſem & *Chouſai*. Hi enim limites ſtatuunt inter Turonenſes & Andegavenſes. Incredibilem Regionis amœnitatem

amœnio-


OCEANUS AQUITANICUS
Occi.
Orientis
Septen.
Meridies
Guyenne
Quercy
Gua:scogne
Lan:guedoc
Aqvitania
Milliaria Gallica com.
5 10 15
Luson
Mairas
Rochelle
Aigre
S. Jehan de Angely
Cognac
Manle
Rochefoucaut
Angoulesme
Sanctes
Soubize
Tallemont
Roche Beaucouet
Conac
Priuat
Marcuil Perigueux
Soulac
Blais
Bourg
Lansac
Bordeaux
Anchises
Portes
Libourne
Cotras
Montrauel
Castelnaue
Arcaxon
Bodensac
Bergerac
Pauillac
Lipostet
Langon
S Macaire
Bonas
Larcolle
Mont-Marsan
Tonnins
Mont Marsan
Nerac
Monreal
Caberton
Tartas
Castel-Sarrasin
Villemur
Condon
Baione
Bags
Ayre
Fuenterrabia
Cordes
Le Toure
Aux
Negueron
Tholouse
Lesgua
Saluatierre
Tarbes
Escarts
S. Oleron
S Per
Anss
Mont Rougeau de Riuiere
Pamier
S. Gro
Tacra
Coserans
Tonoiato
Limoges
Feletin
Bourg neuf
Pont Orion
Clermont
Saignac
S. Priuat
Nouaille
Donserac
Nouy
Rupsignac
Bachelette
Mussidan
Tulles
Langeac
Souillac
Argentat
Esponsour
S. Flour
Roquelaure
Rochebron
Cabors
Entraigues
Popie
Rochemadour
Port S. Marie Agen
Moussac
Montauban
Alby
Gueppiou
Ville Franche de Rouergue
Gaillac
Ville Franche de Albingeois
Realmont
S. Sulpice
Ville Franche d'Alban
La Vaur
Castres
Millant
Lauaur
Seuenes
Ville Rouge
Gangues
Lodeue
Vabres
S. Pons
Carcassona
Aleth
Narbona
Leucata
Agde
Lupian
S. Guilliam
Montpelier
Aigue morte
Aques Mortes
Arles
Anguillade insula
Tarascon
Orgon
Nimes
Auinion
Pont de Gard
Vsez
Orange
Pont S. Esprit
Aubenas
Rascas
Laubeage
Valence
Pouß in
Esque
Mesenire
Rossilon
S. Valer
Monestarol
Le Puy
Sandesages
Spaliou
Mande
Complador
Bansac
Brioude
Monthrison
Lion
S Martin
Croppiere
Beauregard
Roane
Loyre fluuius
Cluny
Varennes
Borbon
Palisse
Marsingues
Vsson
Guiret
Aigue perse
Jerny
Rhodes

Soli fertilitas. amœniorem facit placidiſsima ſuave-ſpirantis Aëris conſtitutio: adeo ut totius Galliæ *Hortus* atque *Pomarium* vocetur. Vini Frumentique ferax eſt; Nemora habet venationi commoda. Metropolis Ducatus eſt *Ceſarodunum Turonum*: vernacule *Tours*. Vrbs opibus & Ædificiorum præſtantia nobilis. Vicinus illi ad Orientem *Urbes.* Ligeris: ad Meridiem & Occidentem Idra ſtuit. Minorum gentium hujus Ducatus Opida ſunt *Amboca, Langerſum, Chinonum* & alia. Comitatus Aquitaniæ ſunt *Teloſa, Tolouſe: Narbona, Narbonne: Albretum Albret*: Ager *Arminiacenſis, Armignac: Bigerronum, Bigorre* Feudalis Toloſano: *Bear*; *Eſtrac*: *Commingeois* Feudalis Toloſano ut & *Foix: Ventadour*; *Pomdadour*: *Montignac*, in Poictou: *Perigort, Perigeux*: *Eſparre*: *Lymoſin, Limoges*: *Poiſtou*; *Marche*; *Fronſſac* Viconté: *Touraine, Tours*: *Aulnay*. Viconté: *Baſque*. Dominia: *Planes, Grave, Chaloces, Saintonge, Aulnis*. Archiepiſcopi v ſunt: *Narbonenſis*, ſub quo Suffraganei *Carcaſſonenſis, Carcaſſone: Agathenſis, Agde*: S *Pontii Tomeriarum*, S. *Pont de Tomieres*; *Aletenſis, Alet*: *Magalonenſis, Mompelier*: *Elnenſis*, *Elne*: *Biterenſis, Beſiers*. *Lutevenſis, Lodeue*: *Nemauſenſis, Niſmes*: *Ucetienſis, Uſetz*. *Bituricenſis, Bourges*; ſub quo decem Epiſcopi, *Clermont, Rhodes, Lymoges, Mande, Alby*, *Cahors, Caſtros*, *Tulles*, S. *Flour, Lepuy* exemptus. *Burdigalenſis, Bourdeaux*, ſub quo ſunt 8. *Poictiers, Lucon, Maillezais, Saincte, Engouleſme, Agen, Codon, Sarlac*. *Toloſanus*, *Toloſe*, ſub quo 7 Epiſcopi. *Pamiers, Mirepoys*, *Montauban, La Vaur, Rieux*, *Lombes*, *Papons*. *Auxitanus, Aux*, ſub quo *Aquenſis, Aqs*: *Convenarum, Comminge*: *Tarbenſis, Tarbe*: *Vaſatenſis, Baſas*: *Leſcurienſis, Leſcure*: *Lactorenſis, Lactoure*: *Conſaranenſis, Conſerans*; *Olerenſis, Oleron*: *Baionenſis* alias *Baſocenſis, Baione*. *Adurenſis, Adure*, aliis *Ayre*. *Status Eccleſiaſticus.*

Arelatenſe Regnum.

Regio. *Regnum Arelatenſe* ab Vrbe *Arelato* nomen habet; regiones complectitur inter Rhodanum & Alpes, quæ olim Imperii erant. Suntque in hoc tractu *Sabaudia, Delphinatus & Provincia*. *Sabaudia.* unde nomen habeat varie quæritur. Quidam a *Sabatiis Vadis* derivant. Aliis dicitur, quaſi *Sabbatorum*, qui *Sabaudienſes* Volaterrano *Auwe*, id eſt, Ager, Pratum. Quibuſdam quaſi *Saul voie* Via per Salices; aut *Sauve Voie*, Salva via: quam ex mala latronibuſque obſeſſa feciſſe fingitur neſcio quis ab iis qui fabulis Lectores diſtinere ſolent. Conjacent *Sabaudiæ* a Septentrione, Burgundiæ Comitatus, turbatioribus Limitibus, *Situs.* Helvetia, Lemanno Lacu interpoſito; ab Ortu, Valeſia Pedemontiumque, finibus non multo certioribus, niſi quod Montes intercurrant editiſsimi; ad Meridiem & Occaſum Delfinatus ſe offert, cum nonnulla Rhodani portione, Sabaudos ſeparantis ab Burgundiæ Ducatus Incolis. Aër Sabaudiæ purus eſt. Regio valde *Soli fertilitas.* montoſa. Quod ad Valles & Campeſtria loca, Solum amœnum ſatis & fœcundum præcipue verſus Septentrionem, ſecundum Lemanni Lacus Tractum; ubi vinum gignit generoſum, quod *Rivalium* vocatur ab Lacus Ripa. Paſcua Animantibus omne genus enutriendis optima; cum alibi tum qua Mons Minor S. Bernardi attollitur. Metropolis Sabaudiæ *Chamberiacum*, vulgo *Chamberi*, in qua Parlamentum. Vrbs in con- *Animalium varietas.*

valli

valli sita Montibus undique cingitur. Cum Sabaudia tanquam partes ejus explicantur *Comitatus Genevensis, Maurianensis, Tarantasius, Marchionatus Susæ*: & aliquot Dominia: Ditio denique *Bressanensis*. De singulis pauca. *Comitatus Genevensi* nomen ab *Geneva*, quæ *Cenava* dicitur Antonino. Vrbs est miræ antiquitatis. Sita hodie ad Lacum Lemanum, bipertita in duabus Rodani ripis, conjuncta ligneo ponte, cui per interjectam Insulam firmiori, utrimque Domus impositæ: Major Meridiem est versus, Minor ad Septentrionem. *Maurianensis* vulgo *la Morienne* expansus est ad Archum fluvium, ubi *S. Iean de Morienne*, Opidum non ignobile. *Tarantasius, Tarentaise*, conclusus fere spectatur inter Montes Alpinos, Fluvioque Archum & Aram. Nomen habet ab Vrbe *Tarantasia*, quę hodie *Moustier* Incolis: Germanis *Munster* in *Tartaansen*, *Musteriũ* Latine scribentibus. *Marchionatus Susæ* ab Opido *Susa*, haud procul Fonte Doriæ flu. qui infra Turinum in Padum se exonerat. Sunt & alia Sabaudiæ opida: *Aiguebelle, Mont Belial, Bellay, Nicy, Montmeliam, Incilles*, &c. *Delphinatus* sequitur. Nomen illi volunt ab *Castello Delphini* quod vernacule *Chasteau Dolphin*. Huic ad Meridiem adhæret Provincia: ad Septentrionem *Bressia*, interfluente Rodano: qua Occidens est Veniffæ se pandit Comitatus: qua Oriens, Conregionalia jacent pedemontium & Sabaudia. Vrbes hic Archiepiscopales sunt *Vienna* & *Ebrodunum*. *Vienna, Allobrogum Metropolis* Strab. eorundem *Vrbs mediterranea*, Ptol. *Biennus*, Steph vulgo *Vienne*. *Ebrodunum Eborodunum* Ptol. *Caturigum* vel *Alpium Maritimarum, Epebrodunum vicus* Strab. *Eburodunum* Antonino; vernacule *Ambrun*. Episcopales Vrbes sunt quinq; *Valentia. Dia, Gratianopolis, Augusta, Vapingum, Valentia*; Antonino & Ptolemæo, vulgo *Valence*; Ducatus titulo gaudens. *Dia Vocontiorum*, Antonino, *Die* vulgo; Metropolis Agri, qui vernacule *Pais de Diois*. *Gratianopolis* olim *Cularo* vocabatur, *Civitas Gratianopolitana*, Isidoro, vulgo *Grenoble*. Sedes amplissimi Senatus Delphinatensis, Isaræ adsita, *Austuga Tricastinorum* Pilin. *Tricastina Vrbs* Sidonio: hodie, uti censet V. N. Iosephus Scaliger, *S. Antoni de Tricastin*. *Vapingum* Antonno, vel quemadmodum in quibusdam C. legitur *Vapincum*, ut & in Itineraria Tab. *Gap*. hodie. *Caput Agri*, qui vernacule *Gapencois* Montibus obsiti. Ipsum Opidum, ut hodie, sic & olim celebre, adcolis *Le Col S. Digo*. Minorum gentium Opida prætereo. De Provincia Descriptione proxima agitur. Ad quam antequam transeo, pauca de Statu Ecclesiastico ex Mercatore subjiciam. Archiepiscopi hic 5 sunt. *Tarentasiensis* in Sabaudia, cui subsunt 2 *Sedunensis, Sitten*: & *Augustensis* in. Augusta. *Ebrodunensis, Ambrun* cui subsunt 9 *Dignensis, Digne: Grassensis, Grasse: Senetensis, Zena: Nicensis, Nica: Glaudatensis, S. Glaud* forte: *Vancensis: Vapnicensis, Vap, aliis Gap: Briancon, S. Pol. Viennensis, Vienne*, cui sunt Suffraganei 6, *Valentinensis* & *Diensis* conjuncti, *Valence* & *Dye*: *Vivariensis, Viviers*: *Mauriacensis* vel *Morionensis, S. Ian de Morienne, Gebennensis, Geneve: Gratianopolitanus, Grenoble: Romans. Aquensis, Aix*, huic subiunt 5. *Aptensis, Aps: Forojulienſis, Freiul. Sesturicensis, Sesteron: Regensis, Eres: Vapinsensis, Vapmte. Arelatensis* cui subiunt, *Massilienſis, Massilia: Vasiensis, Vasison: Tricastinẽsis, Tricaste: Cavallicensis; Cavaillon: Avinionensis, Avignon: Aurasicensis, Orange*; *Carpentoracensis, Carpentras, Tolonensis, Tollon*. In Lugdunensi Provincia urbe *Lugduno, Lyon* Archiepiscopus & Primas Galliæ resident, habens sup se 4 Suffraganeos, qui sunt *Heduensis, Autun: Matisconensis, Mascon: Cabilonensis, Chalon* ad Saonam fluvium, & *Lingonensis, Langres*.

Delphinatus. Regio unde dicta Situs. Vrbes.

Status Ecclesiasticus.

Regio vnde dicta

HACTENVS de Aquitania & Regno Arelatensi: sequitur *Provincia*. Huic præstantissimo Galliarum tractui, etiam ultra Rodanum ad Garumnam usque *Provinciæ* nomen inditum, quod ab Romanis in *Provinciæ* formam multis ante Christum natum annis redactus, quod hodieque impositæ quondam conditionis nomen mordicus in exigua sui portione in qua *Massilia* & *Aquæ Sextiæ*, retinet per excellentiam, utque ostenderet se primam, non quidem ordine, sed dignitate inter omnes Imperii Romani fuisse

Situs.

Provincias. Est enim totus ille Narbonensis Ager pars totius Franciæ præstantissima. Conjacet *Provinciæ* ad Septentrionem Delphinatus, montium interpositu Velæorum, qui vulgo *Velaye*, intercursuque magnæ partis Druentii Fluminis: Orientale ejus Latus claudunt & Alpes, & Varus Fluvius, cujus sinistræ ripæ adsidet Nicæa, Italiæ hic principium: qua Meridies est, ab Gallico pulsatur Mari: Occidentalis illi limes partim Arausiorum Principatus & Avenionensis vel Venissæ Comitatus, hujus quondam partes, Francorumq; Ditionis, nunc autem aliorũ principũ: partim Rodanus, integer, Lugduno Arelatem usque, ad Languedokii Parlamenti Iurisdictionem spectans. Cœlum hic mite, clemens & valde purgatum. Ac provincia, de qua mihi sermo, præter Segetes,

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Fructus profert, non solicita cultura, nobilissimos vuarum passarum Ficuumque tanta hic copia, ut potiori Europæ sufficiat. Ros-Marinus, Myrtus, Iuniperi baccæ, aliaque id genus larga hic manu ab Natura proveniunt. castaneæ, Mala Citria Cydonia. Granata Crocus, Oryza, similiaque pleno ibidem Cornu funduntur. Vites generosissima dant Vina. Solum denique passim gratum, ferax, Benignum. De Antiquissimis porro *Provinciæ Comitibus* pauca inveniuntur. Tempore Ludovici VIII Francorum Regis, legimus in vetustissimis Annalibus

Imperium majorum.

fuisse *Raimundum Berengarium Provinciæ Comitem*; ejusque Filiam unicam & Hæredem *Beatricem*, vxorem fuisse ductam ab *Carolo* Andium & Cenomanorum Comite, ejusdem Ludovici Regis Filio, qui hoc matrimonio *Provinciæ Comitatũ* est adeptus. Successit huic *Carolus Claudus* Cognomine, princeps Salernitanus, & Rex Neapolis. Hunc sequutus est Filius *Robertus*, Dux Calabriæ, & Rex Neapolitanus. Robertũ Avum excepit *Ioanna* (cujus pater Carolus, Calabriæ Dux, jam vitam cum morte commutarat) testamento cum Regina Neapolis, tum *Provinciæ Comes* facta. Hæc *Ludovicum Andegavensem*, Ioannis Francorum Regis Filium, quem expiendo in aduersarios odio adoptarat, Successorem & in aliis Principatibus, & in eodem Comitatu reliquit. Post Ludovicum Comes factus est Filius ejus *Ludovicus* II; quem sequutus *Ludovicus* III Filius, quum etiam ab Ioanna II Neapolis Regina in Regem Siciliæ, Calabriæque Ducem esset adoptatus, improlis Successorem habuit in suis Principatibus, ex consensu ejusdem Ioannæ II, *Renatum Andegavensem*, Fratrem, Hic quum Regni Neapolitani *Provinciæque Comitatus* jura resignare nollet Renato Lotharingiæ Duci, ex Filio Iolanta Nepoti, ea transcripsisse memoratur in *Carolum* Fratrem, Cenomanorum Comitem: qui Filio Carolo orbatur *Ludovicum* XI, Francorum Regem, omnium Bonorum Hæredem instituisse scribitur. Alii suprema id *Renati* voluntate factum volunt: non absque gravissima justissimaque Renati Lotharingici expostulatione.

Habitarunt


Sept27entrio
Mer27idies
Occidens
Orions
LA DAVSPHINE
Conte de Ve
DOC na
Conte de zault
Le Beron mont
LA CRAV
MARIS MEDI TERRANEI
PARS
PROVINCIA.
Miliaria Gallica com
Gap
Romolon
Durance flu
Les Huerris
S. Paol
Sana
Argentieres
Vinay
Barcillone
Serres
Saulsses
Mont clar
S. Auban
Laragne
Roreb
Belasaiti
Aubaie flu
Morivan
Laup
Conte
Cunio
Entraulnes
S. Dalmas
Pors
de
Entraigas
Lieusola
Limon
Conte
de
Esped
Nice
Lagena
Asprement
Nice
Vence
Gardon
Thorene
Faience
Graße
Biot
Meauls
Lanapole
Frei. &ulo
Rogue brune
Gomte de grñault
Gassin
Cogolin
Pignans
Beaugetier
Bregnole
Lecanet
Lurris
Toulon
Bregancō
Les Illes dor Stoechades
Port Cors
Lisle du Titan
Les Pomegues
Marseille
Notre dame de la garde
S. Baulme
Marseilleveira
Le caſtelet
Laciotat
Passen
Trois
Manes
Nostre Dame dormet
Argo
Cam
Salon
Aix
Berre
Fuveaus
Barnoul
S. Maximini
Orges
Moiſſac
Claviés
Granegoune
Lorgues
Cabasse flu
Seine
Collobrious
Thoare
Beauce su
Toramene
Ent re peirs
Digne
Lagremuse
Bleveser
Isoles flu
Allos
Peone
Bueil
Tieri
Leporet
Tornafore
Pareſſe
Var flu
Glandeves
Montblanck
Cuebris
Beves
Castellane
Briançō
Senes
S. Greor
Brunet
Ullemagne
S. Crois
Cadarach
Cadenet
Manosque
Cabrieres
Menerbe
Mont Juſtin
Nieve
Durance flu
Fontaune
Piosin
Aubenas
Besaure
Pont de sorque
Avignon
Carpentras
Bedoin
Lacrois haultz
Movoillon
S. vincent
Lardier
Cisleron
Chasteau neuf
Raquemaure
S. Andre
Les eissars
Aramon
Saumane
Beaucaire
Nymes
S. andiol
Arles
La manon
fluvius
S. Janade
Rians
Durance
Conte flu
Isere flu
Loup flu
Paillon flu
Var flu
Laue flu
Cayris flu
Miliaria Gallica com
1 2 3 4 5

47.

Habitarunt hic olim *Salyi*, *Aquenſes*, *Arelatenſes*, *Sextani*, *Sentii*, *Ebroduntii*, *Dinienſes*, *Veſdiantii*, *Sanicienſes*; *Nerucii*, *Vencienſes*, *Vulgientes*, *Aptenſes*, *Reienſes*, *Octaviani*, *Commoni*, *Foro-Iulienſes*, *Segeſtorii*, *Albici*, *Oxubii*, *Deciates*, & alii. Sunt autem in Provincia ſub Parlamento Aquenſi, præter multa minorum gentium opida, urbes, duæ quidem Archiepiſcopales, undecim autem Epiſcopales. Archiepiſcopales ſunt *Aquæ Sextiæ* & *Arelate*: *Aquæ Sextiæ Colonia*, Latinis, Paterculo, Solino aliiſq; dicuntur: quæ *Aquæ Sextiæ Colonia* Ptolemæo: *Sextilia* eſt apud Plutarch. in Vita C. Marii; *Aquæ Seſtiæ* itinerariæ tabulæ. *Coloniã Iuliam Aquas* vocat Lapis qui hodie Lugduni ad D. Benedicti: item alius ad ipſas Aquas. *Colonia* item *Iulia Aquæ Sextiæ*, *Legio* XXV vocatur in antiqua inſcriptione, Nummoque Veſpaſiani, Huberto Goltzio. *Aquæ* quidem, quod *Aquarum* ibi *Calidarum* Balnea: unde & hodie *Aix*: *Sextiæ* ab C. Sextio Calvino Cos, anno ab v.c. IↃ CXXX, Hic enim victa Salyorum Gente, *Coloniam Aquas Sextias* condidit, eo conſilio, ut Romanum illic collocaret præſidium: quo Barbaros ex iis regionibus primeret littoribus, quæ ex Maſſilia ducunt in Italiam, quum Maſſilienſibus illis coercendis non ſupperetere vires. Legendus Livi lib. LXI ab. v.c. *Iulia Auguſta* vero ab C. *Iulio Ceſare Auguſto*, qui eam Colonis auxit, deductis eo Legionis XXV Veteranis. Parlamenti Provincialis ſedes, quod inde *Aquenſe*. Partim ad *Aquas Sextias*, partim in Italia, in Campo Raudino, vicit Cimbros Germaniæ populos, quique ipſis ſe junxerant, Tigurinos Ambroneſque Gallicas Nationes, C. Marius. Nota Hiſtoria. Alibi etiam hac de re nonnulla. *Arelas* ſimpliciter Oroſio & Auſonio lib. de Vrbibus in Egigraphe & ipſo carmine VII; *Arelatus* eidem Auſonio in eodem carmine, & aliis: *Arelate* Cæſari, Plin. Sueto. in Ti. Principis Vita, Melæ, & aliis: *Arelata* denique Strab. quæ *Arelaton* Salyorum *Colonia*, Ptol. & *Arelate*, *Sextanorum* Plin. Vt *Coloniæ* meminerunt Lapides de quibus paullo ante, ad *Aquas Sextias*, *Salyorum* quidem, ab antiquiſsimis Galliæ populis; *Sextanorum*, ab Legione VI, cuſ hic ſua fuerunt Stativa. Hodie *Arles*, plurali voce. *Thelinen* olim nuncupatam ab Græcis eam incolentibus, memoriæ prodit Feſtus Avienus. *Mamiliaria* cognominatur, quam ob cauſam neſcitur, in inſcriptione pulcherrima, quæ ibidem in Columna legitur, teſte V. N. I. Scaligero. *Conſtantina* ut diceretur, ibique Septem Provinciarum, Viennenſis, utriuſque Narbonenſis, utriuſque Aquitaniæ, Novempopulaniæ, & Alpium maritimarum, conventus ageretur, ſanxit Fl. Conſtantinus Imperator. *Gallulam Romam* vocat Auſonius, carmine, cujus memini. Vrbs ad Rodanum ſita. Ad ſiniſtram ripam hodie. Itineraria Tabula collocat ad dextram, ubi hodie Languedokium. Auſonius *Arelatum* Rodani Fluentis interſcindi, notat. Vnde & duplex eidem lib. de Vrbi. in extremo Moſella & Epiſtola XXIII ad Paull. quod videlicet in duas partes ab Rodano incaretur. Hodie, mutata ibi rerum facie, Simplex eſt, tota in ripa Rodani, quę Italiam reſpicit, poſita, ſepta undique paludibus, in quibus præferoces aluntur Boves. Putatur hinc major fuiſſe, creduntque magni viri partem urbis olim florentiſſimæ alteram ab Gothis exciſam. Emporium autem fuiſſe ſatis conſtat ex Auſonio. Grata olim Regibus Burgundiorum ſedes fuiſſe legitur. Poſtea Comirum Provincialium fuit domicilium. Primus ibi Epiſcopum egiſſe ſcribitur D. *Trophimus*, Pauli Apoſtoli Diſcipulus, anno Imperii Neronis ſecundo in Gallias ab eo deſtinatus, ex cujus fontibus, ut Soſimus Pontifex M. ſcribit univerſa Gallia Fidei rivulos accepit.

Arce

Arce potens hodie, *Honorato Hilarioque*, Præsulibus quomdam suis, est clara. Et hæc de Archiepiscopalibus Provinciæ Civitatibus; Episcopales sunt undecim, in quis, quod absque aliarum fiat indignatione, primas dabo *Massiliæ*. *Massiliam* Latini omnes, Græcique nominant nonnulli: quæ, *Massalia* Strab. Steph. Veteribusque Nummis: *Masalia* Ptol. *Marseille* vulgo. *Phocæensium Græcorum* in Asia Minore est Colonia. Condita Olympiade LV, scribente Solino; tempore Tarquinii Regis, ut notat Iustinus lib. XLIII. Plutarchus in Solone conditam scribit a *Proto*, qui *Protis* aliis dicitur. Situm petroso in loco, indicat Strabo, prope ostia Rodani amnis, in remoto sinu, velut in angulo Maris, ait ex Trogo Iustinus. Rempublicam porro Masilienſium tantopere laudat M. Tullius, ut, audiente populo Romano, dicere auderet in defensione Fontei, *Civitatis illius Disciplinam atque Gravitatem non solum Græciæ, sed pene cunctis Gentibus anteponendam*. Episcopos suos numerant ab D. Lazaro, quem Christus ab morte suscitavit. Hæc de Massilia: reliquæ urbes Episcopales sunt *Dine*: *Dinia* in Ebrodunt ijs: *Dinia* Pt. in Sentiis, *Grasse Grassense Opidum*. *Glandeve Glannate* Viris Doctis latine scribentibus: Glannatena Civitas, Notitiæ provinciarum Galliæ in Viennensi IV: In aliis libris est *Glanatica*, in quibusdam *Glamnatena*. Falluntur qui *Glanum* Plinii, Melæ & Antonini cum *Glannate* confundunt. *Glanum* enim Antoninus ponit inter Cabellionem & Arelatum: at quam procul inde *Glannate*? Quid *Glanum* hodie ignoratur. *Senas*, *Sanition*, Vesdantiorum Opidum in Alpibus Maritimis, Ptol. S. *Paul de Vences*: *Vintium*, Nerusiorum opidum in Alpibus Maritimis, Ptol. *Ventia*. Dioni. *Apt*: *Apta Julia*: *Vulgientium* Plinio; *Avia Iulia* & *Abteiulia* corrupte apud Antoninum: Nam in melioribus est *Apta Iulia*: ut & in Itineraria tabula. *Reis*: *Reiu*, Notitiæ provinciarum Galliæ, in qua sub Viennensi III sic legitur; *Civitas Retensium*, id est *Reius*. In tabula itineraria, scriptum est *Reis Apollinaris*: quod nondum liquet. *Feriuls*, *Forum Iulij* Planco ad Ciceronem, *Forum Iulium*, Commonorum urbs Ptol. COL. IVL. OCTAV. in Augusti Nummo apud Goltzium: *Forum Iulium Octavorum Colonia quæ Pacensis appellatur & Classica*, Plin. Hodie portus est Marinus. *Cisteron*, *Segestero* apud Antonium & in Itineraria Tabula: *Cettero*, inquit suis ad Merulam literis Iosephus Scaliger, Plin. apud quem tamen exc usum est *Cessero*. Sed Merulæ semper Pliniana *Cessero* eadem censeri solet cum ea quæ *Cessero* apud Ptol. Tolosæ & Carcassoni connumerata, quæ hodie in Languedokio *Castres* *Tolon* *Telonum* Doctis Latine scribentibus; *Telo Martius*, Antonino, Opidum in interiore Maris recessu, noven leucis, Massila. Hæc de Episcopalibus: sunt alia non minoris nominis & antiquitatis Opida: *Antibe*, *Antipolis* Deiatorum Opidum Ptol. *Opidum Latinum*, *Antipolis*, Plin. Tacitus *Antipolin Narbonensis Galliæ Municipium* appellat: *Colonian* Nummus Titi Imperatoris. *Olbia* Ptol. Melæque nota, *Teres* vel *Hieres* hodie censetur, ad Mare, tribus fere leucis Telono. Contra Opidum iacent nobilissimæ Insulæ, quæ Ptol. *Stœchades*. *Ligustides*, Steph. Hodie, opido cognomines, *les Yſles* dicuntur de *Teres* vel *Hieres*, Coralium ibi colligitur optimum, & quo non aliud præstantius in Mari Ligustico. S *Maximin*, *Tecolata* videtur Antonino in Itinerario, sex grandioribus leucis Massilia, versus Boream. *Tarascon* Strab. *Taruscon* Ptol. ad sinisteriorem Rodani ripam: cui in dexteriore opposita visitur *Belloquadra*, volgo *Beaucarre* fluvio tantum intercurrente. Comitatus dignitate fulgent Opida: *Sault*, S. *Gilles*, & alia.

D. Lazarus.

Regio. unde dicta,

Situs.

Soli fertilitas.

Vera Picardia.

Vrbes.

Picardiæ nomen quamvis non magnæ antiquitatis, nulla tamen ejus certa potest reddi ratio. Alii aliam augurantur. Robertus Cenalis dicit se ignorare, num *Picardi a Begardis* Hæreticis nomen hoc sint mutuati. Sed his illos constat multo antiquiores. Sunt qui appellatos censent picardos; quod ab his ortus primo usus Lancearum, quæ vulgo *Picques* nuncupantur. Eam hodie, ut crasse definiam, ad Occasum respicit, cum nonnulla Normanniæ portione. Oceanus Britannicus: ad Septentrionē illæ Veteris Belgicæ jacent Regiones, quæ hodie Artesia & Hannonia; ad Ortum Leuceburgum & Lotharingia sunt porrectæ: ad Meridiem denique Campania, isque nobilissimi Regni tractus, qui specialiore notione Francia vocatur, occurrunt. Regio est fertilissima, Horreumque Parisiorum, atque adeo pleræque Franciæ. Vino caret, ignava potius Incolarum socordia, quam vel Cœli vel Soli injuria. Picardia autem in tres dividitur partes. *Veram, Inferiorem, Superiorem.* De Vera hic tantum dicam. *Veræ* (*La Vraye Picardie*) cœpto parisiis itinere, superatisque Bellovacorum Agris initium est ad Crepacorium. Comprehendit *Vicedamias*, *Ambianum*, *Corbiensem & Pequignyam*: *Comitatus Veromanduorum & Retelorum*: *Ducatum Traschensem*. *Ambianæ* (*Vistamie d'Amiens*) nomen dedit *Ambianum*, vulgo *Amiens*: olim ut multi Docti censent, *Samarobrina*, Ptol. appellatur *Samarobriga*. Quidam Antonini Codices *Samarbarivam*, alii *Samarabrigam* præferunt. *Briga* antiqua Hispanorum lingua, & *Bria* Thracio sermone, urbs nuncupatur. Nonnulli *Somonobrigam* scribunt a Ponte (Belgice *Brug*) quo *Somona* fluvius trajiciebatur. *Ambianum* certe urbs est ad Somonam, qui eam hic ibi findit (unde quidam *Ambianum* putant dictum ab Imperatore Gratiano, quod aquis ambiatur) munitionibus Galliarum & ab natura & ab hominum industria merito connumeranda: Fossis pulchris præaltisq; vallata: clavis ea parte Regni. Templum habet speciosissimum. Probitate sane Incolæ Fidelitateque sunt insignes, *Corbienses* ab *Corbia*, quod opidum est ad Somonam; quo loco fluvius, cui adjacet, Somonam ingreditur: clavis itidem, qua parte jacet, Franciæ. *Curmiliaca* forte Antonini, inter *Samarobrivam*, *Amicus & Casamagum*, *Roye*, ni fallor. *Peguignya* denique a *Peguignyo* volgo *Peguigny*. Opidum est sic dictum, si vulgo fides sit *Pignone*, Alexandri Magni milite. Historiographis nobilitatum, quod ibi Gulielmus Nortmanniæ Dux, cui cognomen erat *Longua-Spatha*, positis insidiis fuit obtruncatus per factionem Balduini Comitis Cameracensis, qui eum pacis ineundæ prætextu eo pellexerat. Testantur Nortmanniæ Annales. *Comitatus Veromanduorum*, hodie vulgo *Vermandois*, retento, siqui alii Galliæ populi, prisco nomine. Comprehendere vero sub se Comites cum nunc signant Franciæ Geographi *Suessonum*, *Laudunensium*, *Tartenorum Ditiones*, Vrbes item *Novio magum* et *Fanum* S. *Quintini*. *Suessones*, hodie vulgo *Soueſſons*, vel *Soissonois*. *Suessonum Vrbs*, quæ hodie *Soisson*, arce præditus. *Suessones* gentis voce apud Antoninum: *Augusta Suessonum* Ptol. *Laudunensium* Ager, *Laonnois*, dictus ab *Laudino*: cujus meminit Vita Caroli Magni, hodie *Laon*. Situs illi in colle. *Tartenorum*, vernacule *Tartenois*, Metropolis est *Fera*, vulgo *La Fere*: Vrbs egregie munita, situque commodissimo, ad Oysam Servamque confluentes:

Arcem


SEP.
ARTESIÆ PARS
HANNONI Æ PARS
CAMBRESIS
PONTHIEU
BEAUVOIS
SAONNOIS
SANTERRE
Tarten ois
La Fere
Cambray
Bapaumes
Pluiseurualle
Creueeur
Dourlens
Humbercourt
Bourniers
Luceu
Cousture
Occos
Pas
Thieure
Beaual
Beauchaine
Leff
Fiauuillers
Agnois
Olencourt
Orbenda
Baillescourt
Lubuy
Ytre
Bartincourt
Haurincourt
Manincourt
Hudiccourt
Maullan
Plin
Espechy
Neurlcux
Trincourt le petit
Wiencourt
Fernacq
Hanappe
Bohan
Beaurevoir
Chastelet
Chasteau en Cambresis
Landersy
Chastillon
Vaulx
Foemy abb.
Oysy
Boez
Quehenry
La Chapelle
Lesquielle
Vron
Behourt abb.
Malsy
Sars
Ecq len court
Guyse
Roumry
Estreu au pont
Berno
Orgni
Ripemont
Fontaine
Verving
Puusieu
Achery
Senelle
La Ferte
Sart
Nouuion
Gresly
Marle
Ally
Achy
Mouts Gille
S Lambert
Creesly
Follembry cha
Coussy
Inons
Foreſt de Couſsy
Chauny
Maretz
Quiny
Gentis cha
Vendeul
Capelay
Brettoeul Abb
Foluille
Pierrepont
Marthieu le potte
Boulogne la grace
Tilloloye
Conſy
Canny
Le Pleiſſir du Roy
Ormillers chan
Camillers
Catenay
Gournay
Babus
Monrenau
Noyon
Traſsy
Auffemont
Cuille
Berry
Achy
Loſy
Compiegne
Le bacq a choy
Oyſe fluu.
Roye
Freſnoy
Ville ſerre
Labbaye du bois
Brouſsy
M. Digny
Campiegne
Carbonnier
Solem
S Simon
Bertangle
Lanoy
Nelle
Han
Bray
Eſtiny le grand
Auroer
Arten
Voienne
Roüy
Follempriſe
Eaucy
Arky
Lancy
Eſtrely
Dalon
Marchy
S Quintin
Somme fl.
Oyſe fl.
Occi.
Ori.
Ayly
Rinual
S Marcq en cauchie
Ihon en Santerre
Nouuion
Vicellatre
Hourge
Moriſeulle
Engiſcourt
Longrue
Vory
Maucourt
Eſtree
Bienvillers
Villers bertoncu
Catte
Haplincourt
Suynette
Mauricourt
Belleze
Cottenſy
Paracelite
Laeully
Saint
Boue
Bouſencourt
Mons au moulin
Cauſy
Perone
Cartigny
Le pont de troez
Collincourt
Clary
Audicourt
Bana
Attinghem
Sailly le ſec
Corbie
Ver
Sur sien
Longueau
Bournay
Bout ly
Tigny
Cery
Ermitage
Bruelle
La Motte
Dourſcha
Franeuillers
Encre
Brelles
Behen
Boufiacourt
Longualle
Harne
Many
Sailly
Cardonette
Arniens
Choiſy
Miruaſtu
Contay
Baſentin
La cauchie
Feoveguy
Amiens
Pluis
Ancre
Somme fl.

Arcem habens satis validam. Quæ nunc Vrbs *Nojon*, Antonino *Noviomagus* nuncupatur, inter Sueſſonas & Ambianos eam collocanti, decimamque octavam Legionem illi tribuenti, *Νουιόμαγος & Vadicaſſium* est Pt. Vulgo Eccleſiaſticorum *Noviomus*. Vrbs est, antiquitatis suæ notas non paucas præferens. Epiſcopalis Sedes, cujus Præſules Comites se Noviomagenſes & Franciæ Pares ſcribunt. *Fano* S. *Quintini*, quod Comitum Veromanduorum aliquando Domicilium & Regiunculæ caput, nomen a Quintino, qui Martyrium ibi paſſus. Olim *Augusta Veromanduorum*. Hæc de Veromanduis. *Retelorum* (vulgo *Retelois*) ditio ſita est inter Hannonios, Lotharingos & Barros. Metropolis *Retelum*. *Tiraſchæ* (*La Tiraſche*) primaria urbs est *Guiſa*, Arce ſuperbiens, Propugnaculum contra Leuceburgenſes.

Campania.

Regio.
Unde dicta.
Situs.
Cœli temperies.
Soli fertilitas.

Urbes.

Campaniæ, quæ ſequitur (*Comté de Champaigne*) nomen, a Camporum latitudine longitudineque, ut notat Gregorius Turonenſis. Est enim Campeſtris admodum & plana, Sementique apta. Circumdant eam undique Brienſium, Burgundiorum, Caroleſiorum & Lotharingorum Ditiones atque Territoria. Cœlum ibi ſerenum: Aër temperatus. Agri paſſim Frumento, Vino, omnique Pecorum genere abundant: nec deſunt Silvæ, opimas quæ præbent venationes, jucundaque aucupia. *Campania* porro explicari ſolet hodie cum per ſe, tum per Conjacentes ipſi Principatus. Per ſe, proprieque conſiderata duplex est, *Inferior & Superior*. *Inferiori* adcenſcentur *Tricaſſium*, Ditioneſque quæ vulgo *Ivigny*, *Baſſigny*, *Vallage*. *Tricaſſium* nominatur ab ævi poſterioris Scriptoribus, quæ hodie *Trois*, Vrbs ad Sequanam: *Tracaſis* Antonino, Legionem ibi XXII ponenti, *Tricaſſæ* Ammiano: *Trecaſſæ* Bedæ, *Tricaſinum* Nithardo: *Auguſtobana Trecaſium* Veteribus monente V. N. Joſepho Scaligero. Epiſcopalis nunc ſedes. Ad Sequanam (qui Chartariis hic magno est uſui & commodo) in plano ſita est, fertilis mercaturæque dedita: Arce potens. *Ivigni* Comitatus Campaniam ſeparat a Burgundia: adhærens Senonibus. Opidum primarium *Ivigny*, Juriſdictionem agnoſcens Baillivatus Trecenſis. *Baſſigny* ſic nominatur, quod potiorem conſtituat Inferioris Campaniæ partem. *Bas* Francis *Infra*. Cincta fluminibus Matrona & Moſa, exiguaq; Moſellæ portione, aquis magis irrigatur, quam hujus Ditionis reliqua. Metropolim habet cui ab *Calvo Monte* nomen: *Chaumont en Baſſigny* vulgo: Baillivatus titulo claram; Arce antiqua, quæ in Rupe ſita beneque munita, ſuperbientem. Tribui ſolent illi (præter *Andomatunum Lingonum*, vulgo *Langres*: de quo poſtea) *Montigny*, *Goſſy*, *Nogent le Roy*, *Monteclar*, *Andelot*, *Biſnay*, *Choiſeul*, *Viſnory*, *Cleſmont*, omnia Opida non invalida, pleraque Arcibus firmata. *Vallenſe Territorium*, *Vallage* vulgo, nomen gerere creditur ab Vallibus, quas habet pulchras admodum & fertiles: Parrenſibus hinc contiguum, inde Barrenſibus. Opidi primi facile loci *Vaſſeium*, *Vaſſy*, ad Bloiſam, ditionis Guiſiæ. *Fanum* S. *Deſiderii*, S. *Deſier*, vel *Didier*: Arcem habet: *Fanivilla*, *Fanville*, Familiæ Guiſiæ Apanagium, ut vocant, aliis *Joint-Ville* ſcribitur. Sunt & Vallenſi Ditione *Monstrandelium*, *Dontlerant*, *Le Chaſteau aux forges*, *Eſclaron*, & alia. *Superior Campaniæ* vere *Territorium* Pa-

tense, le Pais de Pertois. Nomen illi a Burgo vulgo *Perte*. Regio est fertilissima, abundans Frugibus, Lignis, Cannabi. Metropolis illi *Vitriacum*, *Vitry*, ad Saltum Matronamque concurrentes. Continentur sub eo *Argilliers*, *Lassancourt*, *Louvemen*, & alia Opida. Sic Campania quodammodo sit inlustrata per se: Conjacentia designo Ducatus quidem *Remensem* & *Lingonensem*; *Comitatus* autem *Catalaunensem*, *Lignensem* & *Mottensem*, sui juris Campaniæque non subjectos. *Remensi Ducatui* (*Duché*, *Pairie* & *Archevesché de Reims*) nomen ab Vrbe, quæ Veteribus *Durocortorum*, hodie *Reims*. *Durocottorum* Ptol. *Duricortora* Strab. *Dorocotteros* Steph. *Durocortum Remorum* Cæs. Vrbs est inclusa, &, ut ita dicam incorporata Campaniæ, sui tamen juris. Archiepiscopum habet, qui Dux Primusque Par Franciæ. Huic subsunt Episcopi in hoc tractu: *Suessionensis Soisson*, *Catalaunensis Chaalon*, *Ambianensis Amiens*, *Noviodunensis Noyon*, *Sylvanectensis Senlis*, *Bellovacensis Beauvois*, *Laudunensis Loan*, & in aliis Belgii partibus, *Cameracensis*, *Tornacensis*, *Morinensis* & *Atrebatensis*. Hic Galliarum Reges Oleo inaugurari solent. *Lingonensis Ducatus* (*Duché*, *Pairie* & *Eveschè de Langres*) Vrbem habet quæ quondam *Andomatunum Lingonum*, vulgo *Langres*. *Andomatunon* Ptol. *Antemantunum* vitiose apud Antoninum, paullo melius *Andematunum* in Itineraria Peutingeri Tabula: Tacito *Lingonum Urbs*, Gregorio Turonensi, *Urbs Lingonica*. Episcopalis est, cujus Antistites Duces sunt & Pares Franciæ. *Comitatui Catalaunensi* (*Eveschè*, *Conté & Pairie de Chaalon*) nomen impositum ab urbe *Catalauno*; *Cathelaunum* posterioris ævi Scriptores vocant, quæ *Chaalon* hodie, cognomine *en Champaigne*, Episcopalis civitas, ad Matronam planisitus, excelsis decorata Turribus, Pyramidum instar exsurgentibus. *Lignensis Comitatus* (*Conté de Ligny*) Opidum est *Lignium*; insignis vetustatis, ad Saltum fluvium. De *Mottensi* (*Conté de la Motte*) præter nomen, nihil adhuc reperimus. Cum Campania solet explicari *Brienssium* (*Brionenses* appellantur Nithardo) Tractus, Heurepensibus contiguus, *la Brye*, antiquus Comitatus. Intium illi ad *Cretelium Pagum*, haud procul ponte Charantonio, ubi Matrona Sequanæ commiscetur: quorū ille Campanos fere, hic Gastinenses a Brienssibus separat. Nam quicquid ferme inter duo hæc flumina est: ad Burgundiæ usque Ducatum, Brienssibus adscribit solet. Manet nomen in Opido, quod vulgo *Brye* vel *Bray Conte Robert*, sic dictum a Comite *Roberto Brienssium* quondam Principe, cui hic erat Domicilium. *Brienssium* urbes *Castellum Theodorici*, *Chasteau Thierry*: *Latinum Medorum* vel *Meldarum* urbs, ad Matronam fluvium Ptol. nota; hodie *Meaulx*: *Provinssium*, *Provins*, Opidum ab Rosis suave olentibus, Conditis & Dulciariis celebre. Adcensetur etiam huic Tractui *Archiepiscopatus Senonensis*, *l'Archeveschè de Sens* cum Opido *Pontio*. Huic Archiepiscopo subsunt *Parisiensis*, *Meldensis Meaulx*, *Trecensis Troye*, *Carnutensis Chartres*, *Nivernensis Nivers*, *Aurelianensis Orleans*, *Amissiodorensis Auxoire* vel *Auxerre*. *Senonum* urbs, olim *Agendicum*, vulgo *Sens*, *ad Icaunam*, qui vernacule *Yonne*. Præter Comitatus supra a nobis commemoratos, hi subjecti a Mercatore recensentur: *Bar sur Seine*: *Auxerre*: *Viconté Tonnerre*: *Poursuivent*, *Brame*, *Grandpré*, *Mailly*, *Vertus*, *Roussy*, *Retel*, *Ivigny*, & Baronia *Jainville*.

Strictiusque Sumta, Vulgo France.

Regio.

PIcardiam cum *Campania*, qua potui fide, diligentia, brevitateque percurri: succedit in mea distributione *Francia* vulgo *France*. *Franciæ* nomen hoc loco Limitibus quam alibi, angustioribus circumscribitur: & toti alioquin Regno proprium, pro parte tantum ejus (quam sequentia docebunt) hic accipitur. *Francia* autem de qua hic agimus, comprehendere sub se scribitur hodie Præfecturam & Comitatum (vel ut alii, Vicecomitatum) *Parisiensem*, *Ducatum Valesium*, *ditioneque Hurepensium* & *Gastinensium*. *Præfectura Parisiensis*, *la Prevosté & Conté de Paris*, in quatuor dividitur Ditiones, *Parisium*, *Goellam*, *Insulam Francie*, *Vexinum Francicum*. *Parisium* appellamus, quod vulgo *le Parisis*. Complectebatur olim quicquid erat hinc a Porta Parisiensi, de qua paullo post, usque ad Pontem Æsia (*Pontoyse*) inde vero Clayam usque, versus Brienses. Nomen fere periit, nisi quod ejus etiamnum memoria servetur cum in quibusdam Pagis, *Louvres*, *Cormeille*, *Escova*, & alii, qui *Parisiis*, (*en Parisis*) cognominantur: tum in Nummis qui vulgo *Sols* & *Deniers Parisis*, & quibusdam Parlamenti Parisiensis Taxationibus. Quinetiam sunt qui *Portæ*, quam nunc *Parisiensem* vocant, non

Vrbes.

aliunde nomen esse censent, quam quod ea in *Parisium*, de quo mihi sermo, duceret. *Parisii* hujus Vrbs, totiusque nunc Galliæ Metropolis est *Lutetia*. Sic Cæsari nominatur; *Leucotetia* Ptol. *Leucetia* Iuliano: *Lutetia*, *Castellum Parisiorum* Marcellino, *Parisium* Zosimo. Nuperis istis *Lutetia Parisius*; non tam barbare, ut quidam hodie putant. Hodie *Paris*, vulgo, ab ipsis hujus agri populis. *Lutetia* quibusdam a *Luto*, propter Paludes vicinas: aliis ab Gypsifodinis proximis quasi λευκοπηχία, quod fere tota crustario conster opere. *Lutetia* multo quondam fuit, quam hodie, minor: In insula tantum quam ambit Sequana. Tenue ergo admodum tantæ Vrbi fuit initium. Sed tantilla Insula adcrescentem indies hominum multitudinem paullatim capere non fuit potis. Ductis in utramque Continentem quasi Coloniis, additisque Locis Suburbanis, ita sensim, productis varie Pomeriis, excrevit, ut jam totius Galliæ sit maxima. In tres nunc secatur partes: quarum major, eaq; ad Ripam Fluminis dextram, humilior est, ad Ortum & Septentrionem vergens, *Villa* vulgo dicitur, *la Ville*: Minor ad sinistram versus Austrum & Occidentem loco altiore, & qui per colliculos suos nonnihil adsurgit, *Universitas* vocatur, *l'Université*; Media est *Insula*, quam *Civitatem* antiqua appellatione, *la Cité*, nuncupant: Fluvio undique cinctæ; pontibus duobus quidem minori, tribus vero majori juncta. Architremus Poëta Anglus hisce illam versibus olim celebravit:

Exoritur tandem locus, altera regia Phœbi
Parrhisii, Cyrrhæa Viris, Chrysæa Metallis,
Græca Libris, Inda studiis, Romana Poëtis.
Attica Philosophis, Mundi rosa, balsamus Orbis,
Sidonis ornatu, suavensis, & sua potu.
Dives agris, fœcunda mero, mansueta colonis.
Messe ferax, Fortis Domino, Pia Legibus, aura
Dulcis, amœna situ, bona quolibet, omne venustum,
Omne bonum, si sola bonis fortuna faveret.

Haud


L'Isle de Frãce Parisiensis Ager.
10
30
Sep
ten.
24
49
30
Meridies
Occidens
Orientis
BEAUVOISIS
Valois
LA GOELE.
LA FRANCE
LE PARISIS.
Le Multien.
Laulnay
Chantilly
La Victoire
Berais
Montagnon
Baron
Proy
Villars
Mont l'Evesq
Mont Gresin
Pont arme
Gouvieux
Tiers
La Morlaye
La loge de Viermes
Chaumontel
Nôtre Dame des Champs
Toiry
Collinance
Chenevieres
Fresnoy les Gombrils
Estaugny
Seruiller
Beaumont
Nôtre moulin
Morte fontaine
Eue
Le Plessy boulancy
Milly
Asnieres
Lusarche
Epmay
Marly
Le Preable
Mousty le neuf
Le Plessier
Fontenelles Nonnains
Franconuille
Petit plessier
Vemars
Lagny le sec
Cussy
Isle Ada
Presle
Villiers le sec
Martil
S. Laurens
Esplies
Mousty le vieil
Torsy
Masslee
Baillet
Soisy
Loaure
Fourcery
S. Souplet
Monceaux
Possancourt
La Chasse
Maurgard
Thiery
Auuers
Le Lua
Royssy
Mitry
Le Plessis
Varrette
Pontoise
Le Plessis bouchard
Chatillon
Ville pinte
Ivilly
Chiaux
Iterny
Mont lyon
Maussigny
Ercuillon
Maubuisson
Soisy
Le haut du Boy
Moncelceux
Mory
Sablonnieres
Choisi le temple
Serqy
Pierre laie
Mont Morency
Blanc mesnil
Aulnay
La Villette
Meßy
Charny
Ceruay
Broncil
Clichy
Rougemont
Ville Parisis
Soüillij
Meaux
Groslay
Dugny
Vaujour
Franconuille
Molinde l'Estang
Pierre fitr
Drancy
Claye
S. Saturny
S. Fiacre
Arbeley
Moulin neuf
Ville
Nanteuil
Monthigny
Charmentrel
Marcuil
Andresy
Stain
Fresnes
Argenteuil
Eau bonne
Villeuode
Lanlyelent
Crecy
S. Sebastien
Sertrouuille
S. Denis
Bobigny
Les Raisins
Montauban
Anet
Montigny
Poissy
Carieres soubz le bois
Bezons
S. Oen
Pentin
Pondic
Haure
Monjay
Pont au Dames
Houille
Mon
La Neuuille
Remonville
Conberon
Montry
S. Germain en laya
Chatou
Corbuoye
Madril
Villiers
Rolle
Paris
S. Ant.
Noget
Bry
Gagny
Maison rouge
Lagny
Leschs
Ruel
Surene
Les bons hommes
Polagny
Nully
Monteurin
Coupevre
La chaussee
Autril
Mont Rouge
Charelles
Serry
Ville neufue le Comte
S. Cloud
Seine fluuius
Yssy
S. Maus
Torsy
Couche
Meudon
Baigneux
Chenevieres
Gournay
Le Buisson
Fontenay
S. Antony
Suissy
Seine fluuius
Miliaria Gallica
1
2

Haud procul Parisiis *Pons Charentonius* est, vulgo, *le Pont Charenton*, non ignobilis Vicus, ubi Matrona Sequanæ miscetur. Auditur hic *Echo*, quæ terdecies humanam reddit vocem; quæque quod admiratione dignum majore, quadrisyllabum integre & perfecte, quater quinquiesque resonat. Hæc de Parisio: sequitur *Goella*, ut quam minime potest, discedam ab vulgato nomine, *la Goelle*. Huic etiam antiqui perierunt Limites. Manet ejus tantum memoria quibusdam in locis ab Goella cognominatis. Est ibi *Comitatus Dam-Martinensis*, *la Conté de Dam-Martin*, ab insigni quondam Opido *Dam-Martino*, quod nunc in Vici formam est redactum, in Collicullo collocatum. *Insula Erantiæ*, *l'Isle de France* ex ipsorum Gallorum definitione comprehendit quidquid Terrarum est ab *Fano S. Dionysii Possiacum* usque & *Mommorancium*, atque universim quidquid inter Sinus Gyrosque jacet Sequanæ, hinc Picardiam, inde Normanniam versum. Alii alios ipsi fines statuunt. *San-Dionysianum*, vulgo *S. Denys en France*, opidum amœnum atque elegans, quod a Dionysio Areopagita imperiti rerum antiquarum & somniorum monasticorum creduli nomen sortitum arbitrati sunt. *Possiacum*, *Poissy*, Opidum non ignobile. Arx ibi Regibus quondam in delitiis. Eo Reginæ se conferre solebant, anteaquam D. Germani arx esset, partum edituræ. Ibidem Regum liberi educabantur, ut postea Blæsis & Ambaxiæ. Inter *Possiacum & Lutetiam Fanum* est *D. Germano* consecratum, vulgo *S. Germain en Laye*. Opidum nonnullius antiquitatis. *Mommorancium* vernacule dicitur *Mommorancy*. *Insulæ* succedit *Vexinum Francicum*, *Vexin*, vel ut alii, *Vulxin le François*. Continet quidquid est Æsia fluvio Claromontem usque, versus Picardiam. Periit & hujus memoria, nisi quod quodammodo servetur, in antiquis quibusdam Chartis & Monimentis. Hactenus de Præfectura Parisiensi, quatuorque ejus Ditionibus. Altera pars *Valesium*, vulgo *le Païs de Valois*; nomen habere putatur ab amœnissimis, quibus hæc ditio superbit, Vallibus. Alii aliunde derivant. Comitatus olim, hodie Ducatus. Primus Valesiorum, ut & Alenconii, Comes dictus fuit Carolus Philippi III Franciæ Regis Filius, Philippi Pulchri Frater: a quo per Philippum VI filium Regium Valesiorum Stemma in Galliis fuit propagatum. Extendit se Ducatus *Valesius* in Picardiam usque. Primarium Opidum (præter *Crespiacum Crespy*) *Silvanectum* est, Francis *Senlis*. Dictum Latinis quidam augurantur, quod Silyæ nectatur. Opidum est antiquum, præter Episcopatum, præfectura & baillivatu nobile. Ditavit Silvanectensis Præfectura Valesium Ducatum Dynastiis, quæ vulgo audiunt *Pierrefons*, *Bethisi* & *Verberie*, comprehensis Opidis quæ nunc *Angy*, *le Pont S. Maxence* (paludibus hoc cinctum est, Limitemque statuit Franciæ & Picardiæ) *Pongoing*, *Brenonville* &c. Complectitur eadem Præfectura *Compendium Compiegne*, sedem olim Principum; *Carolopolim* alias appellatum, ab Carolo Calvo, qui Pomeria ejus scribitur produxisse & muniisse. Transgressis Compendium occurrunt statim Picardiæ populi, Suessones & Laudunenses. Sub Compendio sunt *Magny*, *Thorette*, *Creil*. Continet quoque Silvanectum *Pontis Æsiæ* (*Pontoise*, vulgo *Pontesium* nominat Ivo epistola CV) Baillivatum, Præfecturam & Vicecomitatum: cui parent *Ville-Neuve le Roy & l'Isle Adam*. *Ponte-Æsiæ* superato, se offert Normannia. Silvanectensis insuper Præfecturæ Ius agnoscit *Comitatus Belmontius ad Æsiam*, *la Conté de Beaumont sur Oyse*; antiqua Præfectura, cui subsunt *Persang* & *Metu*. *Comitatus Belmontius* Dominos agnoscit, Principes Regiæ

stirpis

ſtirpis Vendomenſis. Ad hoc Opidum ultra Æſiam initium capit Bellovacenſis Ditio. Sub Silvanectenſi denique Præfectura, ſimulque ſub Valeſio Ducatu eſt *Comitatus Bellovacenſis, Conté de Beauvais, Beauvoiſin*. Metropolim habet *Bellovacum*: ſic nominem Opidum, quod vulgo *Beauvais*. Apud Cæſarem, ut Nob. Vir Ioſephus Scaliger ſcribit ad Merulam, *Bratuſpantium*, addens ſub Cæſaribus tranſnominatum *Caſaromagum*. *Bratuſpantium* tamen, ne quid diſſimulemus, Carolo Bovillo Pagus hodie putatur *Granviller*, vel *Grattepance*: aliis *Clermont*: *Beauvoiſin*; Vigenereo *Beaumont ad Æſiam*. Eſt autem *Bellovacum* urbs ſitu amœniſsimo, adſitos habens Montes fertiles non adeo excelſos; inde Agros excipiendæ Sementi commodos. Nec deſuut Vina. Incolis præſertim Fœminis, magna ſunt privilegia, ab Ludovico XI Francorũ Rege ipſis conceſſa, an. CIↃCCCCLXXII, quod Carolum Burgundiæ Ducem obſidione ſolvere, reque infecta abire coëgerint. Haud procul Bellovaco eſt *Claromontium, Clermont*: Opidum eſt arce munitum. Hæc de *Valeſio*: ſequitur tertia Franciæ pars *Heurepenſe Territorium, Heurepois*. Initium capit ad Sequanam, ſub ponte Pariſienſi, qui parvus cognominatur; ſeque eundem fluvium procurrit Corbolium, Melodunum & Moretum, ubi Verina Amne, qui in Lonium ſe exonerat, ſejungitur ab Gaſtinenſium Agro. Adhæret Brienſibus, ubi reſpicit Fanum, cui cognomen ab S. Columba Grandi apud Senones. Continet autem Vicecomitatum & Baillivatum *Melodunenſem*. Metropolis eſt *Melodunum*. Nomen hoc perperam apud Cæſarembis eſt infultum; pro quo veteres omnes ſcripti codices Commentariorum de Bello Gallico habent *Metioſedum*. Verum quidem eſt *Melodunum* & *Metioſedum* unum idemque Opidum eſſe: ſed *Melodunum* poſterius eſt, hodie *Melun*, in Inſula Sequanæ, inſtar Lutetiæ Pariſiorum. *Melodunum* arce validum eſt. Quod Opidum bonis piſcibus, præcipue Cancris ſuaviſsimis, nobilitatum & celebre, nunc *Corbueil* vulgo *Corbolum* nominatur in Vita S. Petri Tarentaſii. Habet & hoc cum multis aliis Arcem. *Fons Bellæ-Aquæ*, vernacule *Fontaine-Belle eau*: Seceſſus Regum amœniſsimus quietique aptiſsimus: vere palatium; Domicilium olim S. Ludovici, poſt Philippi, poſtremo Franciſci Valeſii. Multa ibi ſingularia. Quartum in Francia locum dedi *Gaſtinenſium Ditioni*; vulgo *Gaſtinois*: que ab Heurepenſi ſeparatur Verina fluvio. Comprehendit ſub ſe *Ducatus Stampenſem & Nemurcenſem, Comitatumque Rupiſ-Fortis*, & alios. *Stampæ, Eſtampes* vulgo, Opidum medio inter Lutetiam Pariſiorum & Genabum Anrelianenſium itinere, ad Lonnam fluvium Cammarorũ, qui delicatiſsimi, parentem largum, ad Corbolium in Sequanam ſe exonerantem. Ducatus (qui olim Comitatus fuit) claret dignitate *Nemurſium, Nemours* Opidum ad Lonium fluvium, qui paullo infra Moretum Sequanæ concurrit. Inter Ducatus Franciæ etiam non poſtremi loci. *Rupes-Fortis, Roche-fort* Gallo-Romanis dicta, Comitatus gaudet titulo. In Gaſtinenſium quoque Ditione cum *Milgium*, quaſi *Mons-Argi*, ut quidam ratiocinantur; quod in circuitu adſpectus ejus procul extendatur. Incendio vaſtatum circa annum CIↃ IↃXVIII, poſtea renovatum fuit. Arcem & hoc habet, in qua depicta viſitur hiſtoria Canis Venatici, qui Heri ſui mortem vindicavit, occiſo eo, qui necem illi attulerat.

BOVLONGNE
COMITATVS.

Insunt & hi Comitatus: Guines, Ardres, & Fiennes Baronatus. Item Episcopatus Tarvannensis sive Morinorum, cui hæ Ditiones in spiritualibus parent.

Meridiani ad rationem Paralleli 50. 45 positi sunt.

Regio unde dicta.

Situs.

Urbes.

BOlonia, vel ut alii, *Bononiæ* Comitatus (*Comté de Boulongne*) satis est amplus. Totus hic Tractus arenosus est, ejus generis arenæ, quam Vrentem vocant: unde & nonnulli *Boloniam* censeant *Bouillir* derivatam, quod ridiculum veditur. Nomen Comitatui a *Bolonia* Opido quod jo Superius hodie & Inferius divisum. Initium Bononiæ Comitatui ab Montibus S. Ingelberti procurritque ad fluvium Cancham, quæ ejus Longitudo: Latitudo ad Lucum usque Tou nohensem porrigitur. Comitatus autem titulo nobilis est Bolonia, quam dignitatem adepta est tempore Caroli Calvi Regis Galliæ quo tempore *S. Paul, Oye, Guines & Artesia* eo dem honore tituloque potitæ sunt. Multa habet Opida & pagos. Inter alia *Boloniam* Opidum, quod dupl Superius & Inferius. Illud altiore situm loco, Burgus tantum, anteaquam ab Anglis obsidione premeretur. Hoc autem planiora occupans Mare adluit. Alterum ab altero passibus distat centum aut circiter. *Bononiam* e tiam nominant hac Galliarum parte varii. *Bononiense opidum* habet quoq; Panagyricus incerti auctoris Impe tori Constantino dictus. *Civitas Bononiensium* est in Notitia provinciarū inter Belgicæ Secundæ Civitates, Hodi Francorū vulgo *Boulongne*; Inferioris Germaniæ populis propius ad veterē appellationem accedentibus *Bennen* Antiquissim


Occidens
MARIS BRITANNICI
PARS
Germanici Maris Pars
Comte S. Pauli
BOLONIA
Miliaria Gallica
Fort de chastillon
Le fort de Blacnes
Calais
Hardelot
Boulogne
Bollenberg
Wagueringhen
Amblateul
Houdenbon
Bernes
Hedene
Rinqueſen
Rebetegne
Allmuhin
Fiennes
Guines
Hames
Conquelle
Hame
Peuplinge
Eeque
Andre
Coulene
Mare
Terre Noire
Le grand boulvard
Bolwerck
Cappelle broeck
Greudighe
Borborch
Hoſpital
Loon
Murdijck
Holeck
Watene
Hames
Campaigne
Arkinhout
Longeneſſe
Arcghvou
Lolinghem
Moullé
Bordinghem
Esperleck
Marticourk
Avorenis
Alquines
Andrehe
Montaire
Tornehem
Ardres
Audenfort
Dalbringem
Longuille
Surque
Bourneville
Allenben
Botinghem
Lumbres
Lolinghen
Vrolant
Seninghem
Wauurans
Courteuesque
Rumeli
Deittchroeck
Moncacque
Roussouille abb
Royon
West
Bian
Rambeual
Hesmon
Lozon
Beaurain
Margnia
Hunuberg
Parenti
Masspan
Lierne
Senne
Moysbrouck
Breqeuesen
Engeresen
Cormont
Courteuille
Bacq de Autrin
Merlimond
Esty
Verton
Formensem
Nielles
Dames
Hesdinen
Es Paples
Bricque S. Iosse
Elcau
S Estienne
Basse Boulogne
Bonlongne
Ingleuert
Bougque
Andreſelle
Audinghen
Visan
Amenzelle
Caux
Perues
Mantry
Camsaly
Lonfesse
Liannes
Rentij
Ouesque
Esconlles
Celles
Teroane
Hauringhe
Hallines
Witerne
Douhon
Pihem
Fruges
Mariughem
Lugi
Hesecque
Boucourt
Bouuij
Guimegat
Westrehan
Fontaine les marez
Lugny
Estree
Witres
Baillen en ternois
Relly
Amez
S Nosare
Arien
Glominghe
S. Omar
S Moumelin
Eannas
Pihem
Lolinghem
Arkinhout
Arcghvou
Esperleck
Bordinghem
Setke
Moullé

Antiquiſsimis temporibus, uti cenſent V. N. Ioſephus Scaliger ſuis ad Merulam litteris (nam ad Auſonium *Geſſoire* Opidum hoc tractu nomen retinere docet) Papirius, Maſſonius, Lelandus, Ortelius, & alii, *Geſſoriacum*. His conteſtatur Peutingeriana Tabula, in qua legitur *Geſſoriacum* quod nunc *Bononia*. *Geſſoriacum* Antonino dicitur, qui ei Legionem adſcribit XV, & alibi *Geſſoriacenſis Portus*, item *Geſſoriagenſis Portus* in Maritimis: Ptolemæo *Geſſoriacum navale Morinorum*. Alii Geſſoriacum non idem volunt cum *Navali Bononienſi*: *Caleſium* putat Ioannes Talbotus, *Fanum* S. *Audomari* alii: *Vicum Soaci* Turnebus; *Sluſam* Boëtius, *Brugas* Hermolaus Barbarus, *Grandavum* Bilibaldus. Robertus Cœnalis diverſa ponit *Geſſoriacum Portum* & *Geſſoriacum Navale*; illum Bononiam cenſens; hoc autem *Caſtellum*, quod vulgo *Caſſel*. Bolonienſis porro fuit Godefridus, Euſtathii Bolonienſis Comitis Filius Lotharingiæ Dux, qui Chriſtianorum Primus Rex Solymorum. Prope Bononiam erat *Itius Portus*; quem qui *Caleſium* Opidum eſſe arbitrantur, nullo negotio refelluntur a Ptolemæo, qui poſt Sequanæ Fluminis Oſtia prius ponit *Icium Promontorium*, deinde *Geſoriacum navale Morinorum* a quo Opidum *Caleſium* diſtat plus quam XX millibus Paſſ. *Geſſoriacum* idem eſſe cum *Itio* perſuaſum videtur M. Velſero. *Itius Portus* quibuſdam *Fanum* S. *Audomari* cenſetur, adductis cum vetuſto Vrbis nomine, quo *Sitieu* vocabatur, quaſi, ut volunt, *Sinus Itii*; tum Loci ſitu, qui quum valde ſit humilis, præaltis tamen littoribus Vrbem quodammodo cingentibus, Sinum Maris olim capaciſsimum fuiſſe indicat. Camdenus in ſua Britannia docet *Itium Portum* diu fuiſſe in loco, quem hodie *Withſan* vocamus: prope *Blaneſtum*. Verum hæc aliis diſceptanda relinquimus. *Bononienſi* Comitatui ſuccedit *Guinenſis*, *Guiſnes*; qui diſterminatur ab Comitatu *Oyo* per Canalem Majorem, qui Opidum ipſum præterlabitur, Territorium fere reddens inexpugnabile. Primarium Opidum *Guineſium*, *Guiſnes*, in duas diviſum Partes, quorum una in Paludibus ſita, altera in continenti; Loci natura munitum & validum. Cepit Rex Henricus II, miſſo illuc Franciſco Lotharingio, Guiſæ Duce, anno CIↃIↃLVIII. De Danorum quondam in Guinenſem terram Iure, multa Meierus in Annalibus Flandriæ, deque eodem Comitatu alia apud alios Hiſtoriographos, quæ hujus non ſunt loci. Viſuntur & alia Opida, *Hartencourt*, *Peuplinge*, *Conquelle*, *Portus Nievelletius*. Continet Comitatus hic ſub ſe Baronatus *Ardreſium* & *Courtembronenſem*, ſingulos ab ſuis dictos Opidis, quorum unum *Ardres* vulgo, alterum *Courtembrone*. Itē *Fiennenſis Baronatus*

Comitatus. Guinenſis. Opida.

Duobus.

Duobus *Ardresio* Milliaribus versus Oceanum occurit *Calesium*, opidum natura arteque munitissimum, Galliæ Clavis & Ianua semper habitum, Muris primo, ut fertur cinctum ab Philippo Bononiensi, S. Ludovici Patruo. Arcem habet cum Turri valida, quæ ingressum ex mari in Portum prohibet. Captum fuit, ab Eduardo v Anglorum Rege, pridie Nona Augusti, undecimo mense post horrendam Pugnam, quam contra Philippum VI, Francorum Regem, ad Cresiacum anno CIↃCCCXLVII pugnatam, multis depingit Paulus Æmilius lib. IX. Possessum ab Anglis annos CCXI (nam frustra obsederat anno CIↃCCCCXXXI Philippus Bonus Burgundus, Flandris ipsum deserentibus) & tanquam Galliæ Clavem in loculis. ut loqui consueverant Angli, servatum, expugnatum, Guisio Duce, Galli recuperarum anno CIↃIↃLVIII, mense Februario. Æquali fere Itinere versus Mediterranea *Caleto Bononiaque* distat *Teroana Morinorum*, vulgo *Teroane*: nomen retinens, quanquam ab Carolo v deleta. Episcopali Sede Bononiam translata: Flandris, *Terrennerberch*; *Teruanna* vel *Tarvenna* Antonino, *Tervanna* Itinerariæ Tabulæ, *Taruanna* Ptolemæo. Quosdam *Tarubanum* appellare Bovillus adserit. *Terrubanorum* meminit Trithemius in Francorum Historia. *Tervana* quibusdam quasi *Terra-Vana*, ob vilitatem territorii. In Notitia Provinciarum, ubi Belgicæ Secundæ Civitates recensentur, nominatur etiam Civitas *Morinorum*, id est, *Ponticum*, *l'Eveschè de Teroane*. *Colonia* forte *Morinorum* in antiquo, Lapide, qui superioribus annis repertus fuit in Gelria, Sugambrorum olim Principatu, dimidiato ab urbe Neomagiensi miliario. *Ditio* porro *Oyana*, *Terre de Oye*, porrigere se scribitur Duynkerkam usque, Flandriæ Opidum. Sunt ibi præter *Oyam*. aliæ quædam Opida sed ignobiliora. Ad Boloniam redeo. Ea Amnibus rivulisque humectatur *Archia*, qui per Arquense opidum Fanumque Audomari Gravelingam petit. Inde non procul Scalense est *Æstuarium*, ad usque Arderam Arcem æstuans. Nec desunt æquorei rivuli duo, Marquisianus scilicet & Bononiacus. Est & *Hantia* seu *Hesdin* amnis *Hesdino* Opido nomen suum communicans. Sequuntur deinceps Pontivorum paludosa fluenta, & *Cauchiæ* flumen. Horum vero nonnulli amnes pisculenta efficiunt stagna, seu vivaria, a vicinis Opidis denominata: cujusmodi sunt quæ sua lingua vocant *le Vivier d'Hames*, *d'Andre*, *d'Arbres*. Collibus arenariis universus hic Tractus secundum littus maris septus est. In interiori vero regione sunt, quos sua lingua vocant *les Monts de S. Ingelvert*, & *les Monts de neuf castel*, & *Dannes*. Silvis vero ac Lucis omnis fere conspersa regio, cujus partes *les Bois de Surene*, *Celles* &c. Indigenę morosi habētur, sibiipsis plus satis indulgētes.

Flumina.

Montes.

Siluæ.

Vulgi Mores.

Anjou Andegavensis Ducatus.

Anjou *Ducatus habet Comitatus, Baronias, Dominia, ut Graon quæ nec dum inveni, aut distinguere potui. Homagium sive fidem clientelarem illi præstant hi Comitatus* IV, *Maine, Vendosme, Beaufort, la Val.*

Iurisdictio.

Sedes Præsidialis totius Ducatus est Angiers, sub qua sunt particulares sedes judiciales Angiers, Saumur, Bauge, & Beaufort en Vallée.

Status Ecclesiasticus.

Vnum habet Episcopum Andegavensem, Angiers; Turonensis Archiepiscopo subjectum.

Ducatus Andegavensis.

Regio. Situs.

SEquitur in nostra Methodo *Ducatus Andegavensis. la Duché d'Anjou.* Hujus Provinciæ populos Cæs. *Andes*, Plinius *Andegavos* appellat. Incipit ab *Vico Chousty*; finemque accipit inter *Moncontour* & *Herrant*, ubi initium Pictavienſis Territorii, quod illi ab Meridie: versus Orientem confinia sunt Turonensium & Vindocinorum: ad Septentrionem Comitatus qui vulgo *Maine* & *la Val*: ad Occidentem denique Britanniam attingit. Regio fertilis & amœna magis quam ampla. Colles ibi Vitibus passim consiti, valles Silvis Saltibusque viridantes: læta Prata: Ericeta gratissimum pecori pabulum præstantia. Vina hic alba, notæ nobilissimæ, vulgo *Vins d'Anjou*. In summa quicquid huic vitæ usui esse potest, hæc Provincia suppeditat. In nonnullis etiam hujus Provinciæ locis illud genus Lapidis cœruleum & fissile effoditur, quo Templorum ubique ædiumque tecta contra cœli iniurias muniuntur: *Ardoises* vernacule vocantur. Rex Chilpericus, occiso Comite *Paulo*, Andegavensem urbem obtinuit: suisque eam posteris reliquit, Franciæ Regibus: quorum Carolus Calvus Superiorem quidem provinciæ partem *Torquato* (alii aliter vocant) dedit, reservato sibi supremo in eam jure: Inferiorem autem *Eudoni* Parisiorum Comiti, cujus ex fratre *Ruperto* Comite Andegavensi Duceque Celticæ Nepos, Hugo Magnus eam largitus est *Fulconi*, Torquati ex Ingelgero filio, Nepoti. Fulconi ordine successerunt *Fulco* II, *Gotefridus* vulgo dictus *Grisgonella*, *Fulco* III, *Gotefridus*, II, *Fulco* IV, *Fulco* V; qui Hierosolymorum Rex fuit, post Balduinum cujus Filiam ipse viduus duxerat uxorem: *Gotefridus* denique VI *Brabatus*, cui sociata fuit Machthildis, Henrici I Angliæ Regis F. Hujus Filii, Henricus quidem Rex fuit Angliæ, ejus nominis II: Andium vero comites *Gotefridus* VI & *Guilelmus*: quos quum paricidiali bello victos terris suis pepulisset Frater Rex, Filios natu majores in Angliæ Regno, *Gotefridum* autem VIII in Comitatu Andegavensi successores habuit. Gotefridi filio *Arturo* Comiti, Britanniæque per matrem Duci, bellum movit Patruus Ioannes Angliæ Rex. Fecerat jam *Arturus* Homagium, ut loquuntur, & fidem Principatus

Soli fertilitas.

Imperium majorum.


ANIOU
Miliar. Gallica
1 2 3 4 5
Espinay
Caille
Le Houssay
Ch Gyron
Fontaine couverte
Tourie
Rotay
Martigny
S Clement
Congrier
La Rouandiere
S Arblon
Senonne
Pouance
Carbail
La Prun
Segre
Grenge
Bourg d'ire
S Michel du bois
Noyer
Chalain
Loyre
Cande
Beron
Trigne
La Cornouaille
Chantoce
Ingrande
Bouffille
Ancenis
Oudon
Loire A.
S Sebastien
S Samuein
Le Pé
Monieres
Cheure Aumius
Chisson
S Martin Lar
Montigny
Brezeyriers
Bazoges
Chaugnes
S George
Couche
Maison Celles
Pescheul
Malicorne
Pontalin
Parce
Bouße
Baillen
Le Lude
Pince
Luche
Preßigne
Fleche
S Denis
Laigne
Cl Gontier
S Laur des mortiers
Craon
Mees
Molieres
Brissarte
Daon
Marigne
Chemille
Ceanne
Durcetail
Huille
Chanveu
Cloſe
Chaſtonne
Courcelles
Maigne
Lezigne
Lachapelle
Larze
Baugé
Rille
Gireux
Aurille
Vernoil le fourier
Brain
Blou
Cuon
Brion
Baune
Angiers
Bram
Beaufort
Longue
Fontainemilon
Fontainegueri
Cerzé
Briollay
Lion Dangers
Neuvillé
Cheffe
Loyre fl.
Sarthe fl.
Maine fl.
Oudon fl.
Erdre fl.
Layon fl.
Aubance fl.
Authion fl.
Argenton fl.
Dive fl.
Clain fl.
Vienne fl.
Creuse fl.
Cher fl.
Indre fl.
Ludo
Lernay
Basse nais
Montbenesteme
Bretegon
Loudun
S Anthoine
Montereille
Doußay
Dendeſtiane
Moncontour
Mirebeau
Mire balais
Eromenay
Migne
Ozance
Mully
Vaunartin
Baugnons
Ceure
Noaille abb
Vatiole
Ville Dieu
Vizeuc
Genzay
Laiſignan
Vonne fluuius
Vouvant
Mervent
Foucheres
Tourdegenuis
Grolle
Colombiers
Marßay
Lenaureu
Veniers
Tenezé
Iuneaus
Ventalle
Iuvault
Aßay
Chalandray
Lomoye
Va les
Sauary
Availles
Chaſteaubl
Chaſteaubl
Chouze
Villiers au boüin
Chenu
Sauigne
Hommes
S Michan
S Sophorie
La Pile S Nicolas
Mallay
Langres
Le Port Giré
Colombiers
Tours
Valere
Montbason
Le pont Huaud
Cornerie
Lesle Bouchart
Iorbois S Catherine
Champigny
Coeur
Maulay
Maulvier
Faye la Vineuſe
Princay
Aurigne
Ingrande
Coſtellier ault
Vienne fl.
Renot
Bouſſay
Le Closstre gironde
Le Mable fl.
Bourgueil
Chinon
Vienne fl.
Loy
Belle croix
Candes
Montsoreau
Chanigny
Saumur
Trouveau
Sonzey
Rouſiers
Trenes
Hartanne
Loigne
Jouarre
Douc
Montreuil bolay
Trois mouſtiers
Sayz
Brißac
Le Pont de Ce
Neuſay
Chanzeaux
Vilvers
Poßauent
Geneton
La tour landri
Mauleurier
Mortaigne
Nueil sur les Aus
Botre
Luche
Noirterre
Breßuyre
Chappels Lorens
Chaubronne
Pont d'Ouy
Oing fl.
Brechauſſe
S Aubin
Tou arſ:
Maiſantie
Chiche coy
Boißere
Neaux
Chanuf
Ceraßy
Vaudere
Chaſtreaumur
Pouzanges
Verneu
S Aubin
Tallu
S Partenay
Moßeraye
Argenton
Norze
Noüars
Troy
Botre
Luche
Noirterre
Breßuyre
Chappels Lorens
Chiche coy
Boißere
Neaux
Chanuf
Vaudere
Chaſtreaumur
Pouzanges
Verneu
S Aubin
Tallu
S Partenay
Moßeraye

51.

cipatus sui nomine promiserat Francorum Regi Philippo Augusto: a quo instigatus quũ Pictones Regi Patruo- ereptum properaret, cum exercitu Ligerim jam transgressus, ab eo ex improviso superveniente captus, Roto- magum est abductus, ibique non multo post accisus. Id non ferendum rata *Arturi* Mater, Constantia Conani Britanniæ Principis filia & hæres, Regem Ioannem parricidii accusavit, apud Franciæ Regem, quem dixi: quumque vocatus se juri non sisteret, p rricidii damnatus est sententia Parium Franciæ, ejusque Provinciæ quas in Galliis habebat, Fisco Regis sunt adjudicatæ: quam sententiam ipse Rex exequens, Andegavenses sibi deditione subjecit, Regique Francorum *Ludovico* Filio nominis ejus VIII reliquit. Huic successit Filius *Ludovicus* IX, *Sanctus* cognominatus, qui Provinciam hanc *Carolo* Fratri Apennagii jure concessit. Hunc sequutus *Carolus* II, qui Clementiam Filiam locans *Carolo Valesio* Provinciam hanc Dotis nomine largitus est. Huic successerunt Franciæ Reges, *Philippus Valesius* Filius, & ex eo Nepos *Joannes*, qui nobilissimam hanc Regni protionem Ducatus titulo, anno CIↃCCC L decoratam Filio *Ludovico* Apennagii jure dedet. Hunc sequuti sunt descendente linea *Ludovicus* II, & *Ludovicus* III, quo sine Hærede mortuo Principatum adiit *Renatus* Frater. Hic defunctis Liberis, Hæredem dixit sui fratris Filium *Carolum* (alii fratrem fuisse volunt) qui Hæredem scripsit *Ludovicum* XI Regem. Et sic Coronæ Franciæ fuit adnexus, ejque unitus mansit; nisi quod *Franciscus* I eundem suæ Matri *Aloisiæ Sabaudæ* in usum fructum tradiderit. Rex Carolus IX eum jure Apennagii tribuit *Henrico* Fratri, qui deinde Poloniæ & Franciæ Rex. Metropolis Ducatus *Andegavum* est, *Andegavensis Civitas* Paulo Diacono; vulgo *Angiers*. Ptolemæo dicitur *Juliomagus Andicavarum*, ut legendum monet Merula. Sita est in utraque *Meduanæ*, *Maine*, fluvii ripa, pontemque habet lapideum flumini injectum. Insignis ibi Politia. Episcopali fulget dignitate: Senescallatu etiam & Baillivatu, Sedeq; supetbiens Præsidiali. Academiam habet celebrem ab Ludovico II Andegavensium Duce, anno CIↃCCCXXCIX institutam; evocato, qui jus ibi profiteretur Francisco Balduino. Habet hic Ducatus multa insignia Opida, alia aliis majora. Pauca ut vernacule sonant, dabo: *Saumur* ad Ligerim cum Arce; Academiam, quam apud Regem Magni Viri moliuntur, brevi habiturum: *Montrenean*, *Bauge*, *Beau-fort*, *Brissac*, *Monstreul Belay*, *Maleuvrier*, *Ghantoceau*, *Viliers*, *Duretail*, *la Flesche*, *Chasteau-Gontier*, *Segre*.

Urbs & Opida.

Lacus. *Flumina.*

In hac Provincia multa Stagna, magnus Lacuum numerus, Rivulinon pauci, & plus quam quadraginta sunt Flumina: Sunt & Vivaria Paludesque, Fontes item infiniti. Inter amnes præcipui sunt *Ligeris*, *Loire*: *Vigenna*, *la Vienne*, *Viane & Vignane*: *Meduana*, hodie *Mayne*, *Sarta* vulgo *Sartra* & *Lorius*. Extta urbem Andegavum vetustæ monstrantur ruinæ, quæ vulgo *Grohan* dicuntur. Hic quondam Theatrum ab Romanis exstructum fuisse perhibetur. Apparẽt multæ parietinarũ murorumq; reliquiæ. Effodiuntur & infinita probæ notæ Numismata. Cæterum huic Ducatui præter alios Comitatus, Baronias & Dominia quæ habet: Homagium, sive fidem clientelarem præstant hi Comitatus 4: *Maine*, *Vendosme*, *Beaufort*, *la Val* de quibus ordine agemus.

Comitatus Cenomanensis.

Comitatus Cenomanensis, vulgo *Conté de Maine* primo loco occurrit. Hunc tractum Ptolemæi tempore *Cenomani* insederunt. Provincia autem Cenomanorum inter primas Galliæ habitari cœpit. Olim ejus limites longius se extenderunt,

derunt, quam nunc protenduntur, idque facile colligi potest ex iis quæ Livius, Polybius & Iustinus, de irruptione Cenomanorum Italiam literis mandarunt. Territorii una pars fertilis est, alia sterilis, Incolisque facilius est venaticas carnes, quam panem & vinum apponere; non tamen iis omnino caret, aliquæ enim hujus Provinciæ partes tam fertiles sunt, ut eam nec Andegavensis Ditio, nec Turonia Vini bonitate, Frugumque fertilitate superent. Solum herbosum, Pastionique Pecudum commodum. Hanc vero Provinciam sub Aquitania comprehensam, aliquando paruisse legimus Ducibus Aquitanis, donec inter Reges Franciæ, Ludovicum IX & Angliæ Henricum III pactum fuit, ut Anglus Aquitania, quam ab Septentrione Carantonus fluvius, ab Meridie Pyrenæi Montes terminarent, contentus, in perpetuum cederet Normannia, Tertisque Cenomanorum & Andegavensium; eique numerarentur CIↃ IↃ aureorum millia. Rex Franciæ *Ioannes* Andium & Cenomanorum Comitatum *Ludovico* Filio Secundo-genito dedit. Donationis Diploma anni CIↃ CCCLX in Scrinio Regis adhuc visitur, *Ludovico* ordine succedere *Ludovicus* II Filius, & *Ludovicus* III Nepos. Hi tres titulum Regum Neapolitanorum gesserunt. *Ludovico* tertio vita defuncto nullis post se relictis liberis, ei successit *Renatus* frater, quem Regina Neapolitana Ioanna, ejus nominis II, suum Hæredem in Regno Neapolitano & in Comitatu Provinciæ instituit. *Renatus* ex Isabella Caroli audacis filia suscepit Ioannem filium, Calabriæ Ducem, cui supervixit *Renatus* Pater. Hic *Ioannes* ex Maria Caroli Ducis Borboniæ filia, genuit Nicolaum Calabriæ Ducem & Marchionem Pontensem, qui absque liberis decessit, avo Renato adhuc superstite. *Renatus* Nepoti suo Renato ex Iolanta filia, & Friderico Vadimontano, jura Regni Neapolitani & Comitatus Provinciæ resignare noluisse, sed ea Carolo fratri suo, Cenomanorum Comiti, reliquisse fertur: qui cum etiam paullo post moreretur Ludovicum undecimum rerum suarum Hæredem instituit. Cæterum tota hæc Regio superioribus annis in duas quasi abiit partes. *Civitas Cenomanensis*, Ditioni addita est Regis Franciæ; *Urbs* autem *Mænia*, *Maine* cum Marchionatu, nunc in Ducatus decus erecto, Guisiæ gentis agnoscit Dominium. Opidum Primarium ad Sartram fluvium, vulgo *le Mons*. Ab initio sedes Baillivatus; post Henricum II Præsidialis est data: ad quam variorum Opidorum appellationes devolvuntur. *Ducatus*, olim Comitatus, *Vindocinensis*, *Duché de Vendosme*, initiū capit a Baugenciaco, Limite inter duas Belsias, quæ cognominantur *Solonia* & *Vindocina*, fines longe lateque extendens ad Santonas usque, ut quidam volunt. Dictus ad *Vindocino* Opido, vulgo *Vendosme*. Ptol. forte Ο'υἰνδικον (sic enim legendum) est Aulerciorū Cenomanorum, in Gallia Lugdunensi Vrbs. Nihil hic adfirmamus. Nam Ο'υἰνδικον illud, certius fortean est Opidum quod hodie *le Mans*; quæ Magni Scaligeri sententia. *Vindocini* Comites originem ducunt ex Borboniorum stemmate. Primum Comitem legimus *Ludovicum Bourbonium*, Ioannis Marcæ Clermontiique Comitis F. Successerunt huic recta linea Filius *Ioannes*, *Franciscus* Nepos, & *Carolus* Pronepos, quem primum Vindocini Ducem, creavit Franciscus I Galliarum Rex. Filium *Carolus* habuit *Antonium*, Vindocini Ducem, Franciæ Parem, & per Ioannam Albretam Conjugem, Navarræorum Regem, quo natus *Henricus Borbonius*, Galliæ ejus nominis IV, Navarræq; Monarcha Potentissimus Bearnii Princeps, Dux Vindocini, &c. Sunt & *Beaufort* & *la Val*.

Soli qualitas.

Imperium Majorum.

Opida.

Ducatus Vindocinensis.

Situs.

Imperium majorum.

Regio. Situs.

Bituricum vel *Bituricensis Ducatus*, *Duché de Berry*, qui in nostra Methodo sequitur, ab Septentrione Soloniam Inferioris Belsiæ partem, a qua Caris fluentis disterminatur; ad Ortum Hurepenses, Nivernenses, & Borbonios respicit, constituente hic limitem Rivulo, cui nomen *la Faye*: qua Meridies est, Lemovices habitant, ubi *Crouresluit*; qua Occidens Pictones & Turones a quibus fluviolo, qui *Clery* vulgo, separatur.

Solifertilitas.

Segetum est fertilissima, Vini rerumque aliarum ad vitam cultumque necessariarum. Inprimis Pecore abundat, quod ab Incolis per universam distrahitur Galliam. Domicilium hic olim *Biturigibus*, quos *Cubos* scribunt cognominatos Strabo, Ptolemæus, alii. *Bituriges* enim Galliæ Populi, duplices erant, cognomentis distincti, *Bituriges Cubi*, quorum Metropolis *Avaricum*, Primæ Aquitaniæ; *Bituriges Vibisci* aut *Vivisci*, quis primaria Vrbs *Burdigala*. Secundæ Aquitaniæ. Vtraque Civitas libera sub Romanis, teste Plinio, *Civitas Bituricum* vel *Betorigorum* Notitiæ Provinciarum, in Aquitania prima vel Sexta Viennensi. De Gentis appellatione multa Ioannes Calamæus qui *Biturigum* Historiam sex libris complexus est.

Imperium majorum.

Principatum apud Francos Hugone Capeto tenente, *Biturigibus* præerat nomine regio Gotefridus. Ab eo originem traxisse perhibetur *Harpinus* is, qui ab Rege Henrico 1. emit *Comitatum Biturigum*. Hic non multo post accingens se ad expeditionem Palæstinæ cum aliis Principibus, eundum Coronæ uniendum vendidit *Philippo* 1. Aliquot post annis Apennagii jure *Comitatum* in *Ducatus* dignitatem tunc evectum obtinuit a Patre *Joanne Valesio* Francorum Rege *Joannes Valesius*: quo sine Prole mascula mortuo, Ducatus ad Regnum rediit. Adsignatus est postea *Joanni* Caroli VI, qui numerosa prole gravatus erat, Filio. Hic, quum ἄπαις obiisset, successorem reliquit *Carolum* Fratrem, qui Rex Francorum inauguratus Sponsalibus, quæ inter Henricum Angliæ Regem & Catharinam ipsius Germanam contracta jam ante fuerant, insuperhabitis, quum ei major Regni pars ab Anglis esset erepta, per ludibrium *Biturigum* Rex fuit appellatus. Patri Carolo subrogatus est *Carolus*, Ludouici XI Francorum Regis Frater. Post eum *Margareta*, Regis Francisci soror, nupta primo Carolo Alençonio Duci, deinde Henrico Albretano Navarræ Regi, *Ducatum Biturigum* ab Fratre in Vsum-fructum accepisse scribitur. *Margareta* denique, ejusdem Francisci Regis filia, *Biturigas* accepisse traditur ab Fratre Henrico II, quum nuberet Emanueli Philiberto Allobrogum Principi. Primariam ejus urbem Cæsar, Antoninus & alii *Avaricum* vocant, quæ nunc vernacule *Bourges*. *Biturigæ* Ammiano & aliis.

Urbes.

Dicitur & *Biturica*, *Bituricæ*, *Bituriga Vrbs*, & *Biturica* civitas. *Avaricum* quidam dictum volunt ab *Eura* flumine, quo alluitur. Locata est in agro perquam amœno; qui non modo Frumentorum omnium & Leguminum, verum etiam Vinorum præstantissimorum, Pecorum, Volucrum, & quorumcunque fructuum feracissimus. Quatuor beata est Rivulis qui vulgo *Anfron*, & *Auxette* ab una; *Yure* & *Molon* ab altera fluentes parte. Quis condiderit, ut pleraque alia Opida, incertum est. Veteris paulo sequior, quam Hodiernæ, Vrbis fuit situs. Ad Paludes scilicet vergebat, cujus etiam nunc cum admiratione visuntur Muri, propemodum integri, solidissima materia, ut passim Veterum Romanorum Opera, constructi: Initium capiunt


BERRY
Septentrio
Meridies
Orientis
Occidentis
22
23
24
25
Milliaria Gallica
1 2 3 4
Cher flu.
Indre flu.
Creuse flu.
Aurence flu.
Arnon flu.
Auron flu.
Sauldre flu.
Nerre flu.
Loire flu.
Allier flu.
Sioule flu.
Vienne flu.
Gartempe flu.
Abloe flu.
Anglin flu.
Auzon flu.
Theols flu.
Auvre flu.
Sauldre flu.
Aubois flu.
Auron flu.
Aurence flu.
Creuse flu.
Cher flu.
Indre

capiunt ab Turri, quam *Magnam* vocant, pergentes per medium D. Stephani Templum, Plateam D. Ioannis Campestris, portamque Gordianam usque ad Novam, cui olim ab S. Andrea nomen; inde per Plateam Amphi theatri, vulgo *des Arenes*, se ad Portam Turonensem extendunt; hinc autem, porrecto ambitu versus Portam D. Pauli, paullatim Turrim, quam dixi, repetunt. Postea prolatis varie Pomœriis ita fuit hæc Vrbs amplificata ab Carolo Magno & aliis; ut jam nunc cum maximis & munitissimis Galliæ Civitatibus contendat; formam habens oblongam, ampliſsimam & spaciosissimam. Munita est octoginta ęditis crassisque *Turribus*. Inter eas principem tuetur locum quam antea *Magnam* dixi appellatam, vernacule *la Grosse Tour*, ab insolita crassitudine, Minoribus undique Turribus Muroque & fossis profundissimis, Philippo II, Augusto Galliarum Rege circa annum CIↃCXC curante, cincta: Forma est rotunda, magnæ altitudinis. Aliam omnino similę fuisse ajunt, sed dirutam; a binis Turribus *Biturigibus* nomen inditū fabulantes. Et laudat antiqui Grammatici carmen Calamęus:

Turribus a binis, inde vocor Bituris.

Hæc talia patior aliis persuasa magis, quam mihi. Septemdecim hic sunt *Ecclesia* quas *Collegiatas* vulgo vocant: Septendecim *Parochiæ*. Hæc urbs *Archiepiscopali* fulget *Sede*: sua floret *Academia*, cui nulla per totam Galliam par; Doctissimorum Virorū genitrix & Emporium. Viget in ea maxime Iurisprudentia, quam ibi professi sunt Professores excellentissimi. Est autē *Avarici*, summū totius Ducatus Tribunal, cui prędet Monarcha Biturigum, qui vulgo *le Bailly de Berry*. Ad hunc devolvuntur omnes appellationes cum a Prætore Vrbano, tum ab omnibus finitimorum aliorumque Territorii Bituricensis Locorum Magistratibus. Habet autem Præfectus Bituricensis sub se Metropolim ipsam *Avaricum* & v Dicœceses *Yssoudun*, *Dun le Roy*, *Vierzon*, *Mehun*, *Concressault*. Metropoli adcensentur, Comitatus, *Soncerre* & *S. Aignan*, Baronia *Montfaulcon*: Castellaniæ, fere XL. *Sancerram* quidam arbitrantur dictam ab *Cerere*, quæ ibi culta perhibetur: tanquam *Sacrum* vel *Sacellum Cereris*. Doctiores Latine scribentes hujusmodi Etymologiā aversati *Xantodorum* vocant. Comitatus gaudet titulo, qui anno CIↃ XV permutatus cum *Bellovacensi*. Arctissimam sustinuit Sancerra obsidionem anno CIↃ IↃLXXI: famem passa tam sęvam, ut post devoratos avide Canes, Feles, Equos, Glires, Mures, Talpas: post consumtā Cornua, Corium, Pergamenas & similia, ne excrementis quidem Carnibusque humanis fuerit parcitum. Parent ipsi Castellaniæ *Sancerges*, *Beauseu*, *Chapelle d'Anguillon*, *le Chastel de Boncard*, *Jalonges*, *Tarenay*, *Verdigny*, *Menesme*, *Charentomay*, *Brie*, & aliæ. *S. Aignan* nomen habet ab *S. Aniano* Episcopo. Baronia *Montfaulon* Latine sonans *Montem Falconis*, complectitur Dominia *Baugy* & *Gion* item *la Fane*, *Lyvron*, *Cory*, *Villabon*, *Seury*, *Marcilly*, *Marnay*, *Farges*, *Avor*, *Saligny*, *Percigny*, *Cru*, *Lassax*, *Boisboson*, *Nuissement Villiers*, *Compoy*. Castellaniæ denique nominantur

minantur *Ays d' Anguillon, Sury en Vaux S. Soulange, S. Palais, la Salle du Roy, Bueil, Quantilly, Pomorigny, Franche-ville, la Chapelle, Nancay, Doye, Levreux, Beaulieu, Brecy, Beugy, S. Fleurant, Neufvi sur Baranion, Morthonnier, Marmaignes. Maubranches, S. Urſin, Tillay, Brilliers, Vatan, S. Satur, Lury, Eſtrechies, Maulpas, Ville-neufve, S. Crapaix, Aſcilly, Juſſy le Chauldrier, la Corne, les Chaizes, Vauvrilles, les Cloyes, Bonge.* Hæc de Metropoli latiſsimaque ejus Iuriſdictione: reliquæ Diœceſes ſunt *Yſſouldun* Regia Civitas & Baillivatus, qui ſub ſe habet Baronias *Chaſteau-roux, Gracay, Ceracay, S. Severe, Lynieres*, cui adnexa eſt Caſtellania *Rizay: Argenton*, in qua *Ravennes* Seneſcallatus & *Servignet* Præfectura. Caſtellaniæ vero numerantur *Bourſſac, Chaſtaeu, Meillant, Mareul, Neffy* S. *Sepulchre, Rulby, Pauldy, Maſſy, Cahors, Perouſe, Chaſtellet, Maſſeuvre, Augurande, S. Chartier, le Palleteau, Bommieres, Moche, Fully, Voullon, la Ferté, Nohant, Ville Dieu, Chaſtre & Charroux. Dunum Regium, Dun le Roy*, cui ſubſunt Caſtellaniæ præter alias *Pra dict Callaut*, Baronia: *Chaſteau-neuf*, ad Carim, S. *Julian. Vierzon*, Civitas Regia & Diœceſis ſub ſe habens Dominia *Champre, Matted' Aiſy, Saragoſſe, Brivay, Mery. Mehun* jus dicit Caſtellaniis *Love* & *Forcy. Concreſſault* ſive *Concourfault* ſub ſe habet *Vailly, Argeny, Clemon, Beau-jeu.* Fluminibus hæc regio partim rigatur, partim alluitur: *Ligeri, Souldra. Aurrona, Cherre, Theone, Indro, Creuſa*, ac nonnullis aliis ignobilioribus rivulis. Montes hic nulli celebres. Silvis hinc inde conſpergitur regio, quarum præcipuæ ſunt *Silva Roberti*, & *Lacema Silva*. Ad Opera publica & privata venio. Avarici præter triginta quatuor Eccleſias de quibus ſupra dixi: ſunt Cœnobia quatuor *Ordinum Mendicantium*: duæ *Virorum Abbatiæ*, una S. *Sulpicii* potens & dives extramuranea: altera intra Vrbem *D. Ambroſii* valde etiam dotata: tres *Mulierum*. Exſtructum ibi non ita pridem fuit a pio Magiſtratu *Ptochodochium*, Pauperibus aliiſque adflictis alendis conſecratum. Inter ſplendida *Ædificia*, quorum magnus ſemper hic fuit numerus, primum agmen ducit *Domus Jacobi Cordi*, qui vixit tempore Caroli VII, ſuperba & ſumptuoſa. Sunt & *Ædes Almanorum*, qui quondam Regiæ Gazæ præfuerunt, antequam Nundinæ quæ ibi maximo Peregrinorum concurſu celebrari ſolitæ, Lugdunum transferrentur. Infinita monſtrantur hic cum intra tum extra Muros Veterum Ædificiorum elaborati operis & materiæ præſtantis Rudera: multa & quotidie eruuntur, præſertim ex Foſſa Arenarum, uti vocant; ubi quondam *Amphitheatrum*. *Archiepiſcopus Bituricenſis, de Bourges*, hos habet ſuffraganeos Epiſcopos: *Claremontenſem, Clermont: Rutenenſem, Rodez: Lemovicenſem, Lymoges: Menatenſem, Mende: Albigenſem, Alby: Cadurcenſem, Cahors: Caſtrenſem, Caſtres: Tutelenſem, Tulles: S. Flori, S. Flour: Anicienſis, le Puy* eſt exemptus.

Flumina.
Silvæ.
Opera publica.

Regio.
Situs.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Imperium majorum.

Pictonium vel *Pictavia*, quæ ſequitur, vulgo *Poictou*, ſpectat verſus Meridiem Ecoliſmenſes & Santones; ad Occidentem habet Oceanum: qua Septentrio eſt, Britannos reſpicit & Andegavenſes; reliqua Turones, Bituricenſes, & Lemovices claudunt. Regio eſt Frugum, Pecoriſque, Lanæ, Linique feraciſsima, Vino frumentoque dives: Avium Ferarumque magnam habens copiam: quo fit ut venationes aucupiaque hic ſint frequentia. Regni Titulo decorata legitur hæc Provincia ab Gothis; quos hinc, ut tota Aquitania, exegit Francorem Rex Clodovæus. Imperator Ludovicus Pius Aquitaniæ Regnum Filio *Pipino* dedit; cujus filios *Pipinum* & *Carolum* quum Carolus Calvus, ipſorum Patruus, Aquitania dejectos Monaſteriis incluſiſſet, ipſe Principatum invaſit, donoque Conſanguineo ſuo *Arnulpho* dedit; ſed, abrogato Regni Titulo, Ducatus honore inſignitum. Arnulpho ſucceſſerunt ordine *Gulielmus Bonus*; *Eblo* I, & II; *Gulielmus* II & III; *Guido*; *Gulielmus* IV, & V: hujus unica Filia & Hęres *Eleonora* elocata fuit *Ludovico* VII, Francorum Regi: a quo propter adulterii & Proditionis ſuſpicionem repudiatam duxit *Henricus* Normanniæ Dux, qui defuncto Stephano Angliæ Regi ſucceſsit. *Henricum* tam in Angliæ Regno, quam in Dotalibus paterniſque in Francia Ditionibus ſequuti ſunt ipſius Filii *Richardus* & *Joannes*. Quum autem *Arthurus* Filius Gotefredi (qui Regis Ioannis major natu fuerat) præferendum ſe *Joanni* diceret, perſuaſus ab Francorum Rege *Philippo Auguſto*, ut Pictones Patruo Ioanni eriperet, rem viribus adgreſſus, ab *Joanne* qui ex improviſo ſupervenerat, fuſis copiis, captus eſt, Rotomagumque raptus temeritatis ſuæ pœnas dedit. Eam ob cauſſam *Ioannes* Rex ab Conſtantia *Arthuri* Matre apud *Philippum* Regem Paricidii accuſatus, damnatus fuit: ejuſque bona *Philippo*, tanquam Feudorum Domino, ſunt adjudicata, cum alia, tum *Pictavia*: quam mox Succeſſor ipſius *Ludovicus* VIII *Alphonſo* Filio conceſsit: quo Improli defuncto, in poteſtatem Regis *Philippi* III venit, peneſque ipſius Poſteros manſit, donec, regnante Philippo Valeſio, de *Eduardo* III Anglorum Rege fuerit recuperata, retentaque plenius cum tota Aquitania per ſancitam inter eundem & *Joannem* Francorum Regem Pacem. Factum mox ex Aquitaniæ Ducatu Principatum Rex *Eduardus* Filio conceſsit: qui quum Aquitanis graviſsimum imperaſſet Tributum; magnam partem amiſit, defectione ab iis facta ad *Carolum* V Francorum Regem: cujus Nepos *Carolus* VII Anglos tota Aquitania, anno CIↃCCCCLIII exturbavit, Filioque Regi *Ludovico* XI reliquit. Hic eam Fratri largitus eſt *Carolo*: quo mortuo, rurſus Rex *Ludovicus* receptam ad Regem Carolum IIX Filium tranſmiſit: a quo tempore *Aquitania*, cujus non ignobilis portio *Pictavium*, deinceps in poteſtate permanſit Regum Franciæ. Veteres Incolæ fuerunt *Pictones*, Cæſari, Straboni, & Plinio: *Pectones* Ptolemæo, *Pictavi* Ammiano Marcellino. *Pictonicam Regionem* appellat Auſonius: *Civitatem Pictavorum* vel *Pectavonum* Notitia Provinciarum in Aquitania II, vel VII Viennenſi. Hodie *le Pais de Poictou*. *Pictonibus* Populos *Ageſinates* jungam cum Plinio. Horum veriſimile eſt memoriam adhuc ſupereſſe in *Pago Aigounois*, haud procul Fano S. Maxentii quod Opidum ad Severum

fluvium.


BRITANNIÆ PARS
TOURAINE
POICTOU
SEPTEN.
18
19
20
21
22
47
46
40
Redon
Moye
Derual
Ch.Briand
Nozay
Blain
Roset
Roche Bernard
Pont chasteau
Briteche
Asserat
Pesquelay
Sauenay
Guerrende
S.Nazare
Monroic
Groysic
Aigrefeuille
Corsé
Pambeuf
Pont Raiz
Bourgneuf en Retz
Roche ecruere
La Gauache
Falleron
La Forrure
Beaumoin
Aprémont
Lisle Noirmoustier
S.Gilles
Curzon
S.Hilaire
Talmont
Lisle de Dieu
Roche sur Jon
S.Michel en Lherm
Lusson
Marans
Hermine
Nalliers
Fontenay
Maillezay
Coulonges
Benet
Vouuant
Mosleraye
Estars
Pl. Vaillart
Bourgnotan
La Chastegneraye
Chandenier
Secondigny
Ardelay
Chasteaumur
Pouzanges
Partenay
S.George
Argenton
Breßuyre
Airnault
Montreuil bonnin
Bonneuau
Vonne flu.
Lusignan
Vyuonne
Mortemer
Poictiers
Bellefons
Chauigny
S.Sauin
Lussac
St.Pierre de Maillé
Montmorillon
Tilly
Brosse
Benoist
Bußiere la Grue
Argenton
Preuilly
Loreal
Mornay
Blanc en Berry
Antigny flu.
Creuse flu.
Gouzon flu.
Gartempe flu.
Vincou flu.
Bridiers
La Souterraine
Le Dorat
Lourdant
Lisle
Chauuay
Niort
Chizay
Meslé
Charron
Syuray
Charente flu.
S.Germain
Conday
Villesaignan
Aulnay
S.Iehan d'Angely
Russec
Champaigne
Mouton
Coman
Jarnac
Maulde
Roche Foucaud
Consolant
Mortemar
Brigueil
Chabannays
S.Julien
Lymoges
Rochechouart
Limousin
Tourne flu.
Angoulesme
Barbesieux
Ville bois
Roche Beaucourt
Angoumois
Rochandre
Cognac
Saintes
Port Chauueau
Pont l'Abbe
La Tard
Pons
Ecurat
Soubize
Tonge
S.Roman
Archac
Iacopolis
Tallemont
Royan
S.Vrgeni
Lisle d'Oleron
Aquitanicus
Oceanus
La fosse de Loys
S.Marie
Lisle de Rey
La Rochelle
Surgieres
Tonay Boutonne
Tuillebourg
Brissembourg
Nuaille
Sauue flu.
Miliaria Gallica
1 2 3 4 5

fluvium. Toto errant cœlo, qui *Aginnates* cum *Ageſinatibus* confundunt; quum inter utroſque minimum iter quinque dierum ſit interjectum. De varii generis Principatibus, qui Pictonio concenſeri ſoliti, quæ habeo adſcribam, ſi prius de Metropoli & regia ejus Civitate nonnihil dixero. Ea eſt *Pictavia*. Sic Latini nunc vocant, quæ

Urbs Pictavia. Ἀυγουϛόριτον Ptolemæo, *Auguſtoritum* Antonino. *Pictaviam Urbem* appellat Gregorius Turonenſis. Vrbs amœniſsimo ſita eſt loco clivoſo tamen; niſi quod una parte, quam *Tranchæam* patrio vocabulo dicunt, in planiciem abeat: omnium Galliæ urbium poſt Lutetiam ampliſsima. Eam Clanius maxima parte ambit. Academia hic ſtudio juris civilis celebris, cui alter poſt Pariſienſem locus ſolet tribui. Inſtituit Carolus VII Francorum Rex, anno CIↃCCCCXXI. De qua Scaliger in urbibus;

Si ſtudium eſt animæ: veniunt a corpore vires,
Galliaque a meritis poſcit utumque ſibi.

Hæc ſtudiis, alia belli exercentur amore:
Pictavium eſt animus, cætera corpus erunt.

Antiquitatem ejus teſtantur Theatrum, Palatium Galieni, & Fornices aquæ ductuum qui etiam hodie *les ducts* vocantur: Romanorum in hoc loco Imperii certiſsima Monimenta. Sunt qui Agathirſis atque Gelonis, filiorum Herculis ſucceſſoribus (qui Picti a Poetis vocantur) ejus fundationem attribuunt. Hi etenim ob concitatas ſeditiones domeſticas patria pulſi, in Angliam devenerunt, inde numero & multitudine aucti, novis quærendis ſedibus, in Galliam trajecere, ubi a ſuo nomine Pictones populos, hanc quoque Civitatem condidiſſe feruntur. Aliter alii ſcribunt, cum ex Pomponio Mela, & Plinio conſtet, ante etiam multo, quam hi ex Anglia venerint, Pictonum extitiſſe memoriam. Claram reddit hanc Vrbem Epiſcopalis Sedes, cui maxima laude præfuit D. Hilarius, doctrina ac pietate ſingulari Antiſtes, qui Arrianæ factioni invictum ſe Antagoniſtam oppoſuit, ac præclaros illos & nunquam intermorituros de S. Trinitate libros XII. magno tum ingenio, tum eloquentia conſcripſit.

Opida. Curia Pictavienſis regitur manu Præſidis & duorum Vicariorum, quorum unus Civiles, alter Criminales cognoſcit cauſas. Ad hanc multorum hujus Provinciæ Opidorum Tribunalia pertinent: ut præter Pictaviam ipſam, de qua dixi, ſunt *Niort* cum Arce: hic ampliſsimi Pictonum Mercatus ter anno: *Fontenay le Comte*, Arce item præditum: Mœnia hujus Opidi præterfluit Rivulus Vendæus (*Vendée*) qui ſubinde adeo excreſcit, ut totum Fontenæi Territorium vicinaque loca inundet: *Luſignan*, ubi Caſtrum antiquum, quod vulgo *Meluſine* &c. *Montmorillon*, *Chaſtelleraud*, *la Baſſe Marche*, *Dorat*, S. *Maxent*, & alia fortean: quibus additum *Sivray* erectum in Seneſcallatus dignitatem, Arce potens. Eſt autem, ut eam nunc partem adgrediar, ſub Pictonio Principatus Titulo ornata (præter *Talmonten*, *Talmont*: ſic dictum quaſi *Talon du Monde*, *Cardo mundi*, ut quidam volunt) *Rupes ſuper Jonnam*. *Roche ſur-Jon*, Familiæ Regalis Borboniæ. Noverunt Avi noſtri *Ludovicum Borbonium*, Ioannis Vendomiæ Comitis F. *Rupis ad Jonnam* Principem, Comitem Mompenſerium ejuſque Filium *Carolum*. Ducatus dignitate claret *Caſtellum Heraldi*, *Chaſtelherault*, ad Vingennam. Vicecomitatus

mitatus sunt *Touars* ad Tovium Fluvium, *Brosse*, *Bridieres*, *Roche-Chouart*. Baronatus Dominiique honore insignita sunt Opida non pauca, quæ turbato, ut in oculos veniunt & mentem, ordine ponam: *Mainlers*, ubi piscatio Salmonum, Alosarum, quæ Clupeæ aliis, Balænarum & Asellorum præcipue, qui arefacti ventoque & frigore indurati in varias regiones solent exportari: *Partenay*, S. *Maxent*, *Melle*, *Chizay*, *Chauvigny*, *Lussac*, *Bressuyre*, *Charrou*, *Chasteneraye*, S. *Mesmin*, S. *Gillis*, *Chasteaumur*, *les Sables d'Aulonne*, S *Hermine*, *Montaigu*, Opidum cum Arce, Salinis nobile: *Mirebeau*, *la Motte*, S. *Beraye*, *Vouvant*, S. *Hilaire*, *Mortemer*, *Luzaz*, S. *Savin*, *l'Isle Jourdain*, S. *Benoist du Sault*, *Bourg-neuff*, *Meroil*, *Mervant*, *Brige*, *Vouver*, *Villetaignaix*, & alia. Fuisse & in Pictonibus *Limonum* colligitur ex Antonini itinere quod Burdigala ducitur Augustodunum: *Limonon* Ptolemæo; In Tabula Itineraria scribitur *Lomounum*. Illud magni Viri putant idem esse transnominatione quadem, cum *Augustorito*, *Poictiers*. Nihil audemus hic affirmare. *Limoni* mentio in Commentario A. Hirtii ter: ubi tamen quidam Libri *Lemovicum* contra fidem & auctoritatem Manuscriptorum Codicum præferunt. Fluvii quibus irrigatur sunt *Clanius*, *Vigenna*, nunc *Vienne*, *Vendæus*, & alii, qui Piscium magnam subministrant copiam. Silentio non est hic prætereundum Amphitheatrum apud Pictones *Pago Dovæo* adjacens, manu quidem & arte humana factum, sed ita, ut videri possit a natura: totum enim excisum & excavatum est in Monte, sine externa ulla Materiatione Calcis, Lapidis, Ligni. Montis ipsius & *Amphitheatri* plenissima est delineatio, ex fide Levini Kersmakeri, Consulis quondam Zirickzæi, Zelandiæque primis hujus belli Motibus Gubernatoris, apud Iustum Lipsium Libello de Amphitheatris quæ extra Romam cap. VI: qui *Pagum Dovæum* addit aliquid amplius olim fuisse, cum ex eo non pagani Operis argumento, tum ex Viæ antiquæ publicæque reliquiis, quæ ex pago eodem pertinuit ad *Pontem Cæsarianum*, vulgo *Pont du Sey*, cujus Viæ Pars adhuc variis locis conspicitur, Pars autem maxima corrupta est, Lapidibus in ædificia varie absumtis aut avectis. Medio circiter ab Vrbe Pictavia milliari, itinere, quod Avaricum Biturigum ducit, in Via Regia ingens spectatur Saxum, forma quadratum, quinque lapidibus fulcitum, unde vulgo *la Pierre Levée*. De eo Distichon hoc exstat:

Flumina.

Opera publica.

Hic Lapis ingentem superat gravitate Colossum
Ponderis, & grandi Sydera Mole petit.

Status Ecclesiasticus habet Episcopatus tres, qui subsunt Tolosano Archiepiscopo: *Pictaviensem Poictiers*, in quo sunt Abbatiæ 27: *Lucionensem*, *Lucon*, sive *Lusson*, in quo sunt Abbatiæ decem: *Mallacensem* sive *Maliacensem*, *Maslezay*, in quo sunt Abbatiæ 4. Ad mores venio. Agricolæ nonnihil habēt peculiaris Linguæ: quibus qui parum fidit, sapere perhibent. Hominum genus, quod, Feras prohibitum, Lites venatur: contentiosum, & in simpulo fluctus excitare gnarum. Vrbani dissimilis plane genii & ingenii, faciles, benefici, liberales, candidi, fucos & impostūras detestantes, Eruditionis & Eruditorū, qui hic non pauci, amantes. Nobilitas provida, strenua audentior.

Mores.

Lotaringię Ducatus, cujus Pars Septētrionalis hac Tab. depingitur

Regio.
Unde dicta.

PIctaviæ ſuccedit in mea Methodo *Lotaringiæ Ducatus*. *Lotaringia*, ut quidem Latine ſcribentes vocant, dicta ab *Lotario*, Ludovici Imperatoris, Francorumque Regis vel Filio, vel Nepote. Parum refert. Ludovico ſane Pio quatuor fuerunt filii: qui moto paricidiali in Parentem bello, eoque apud Sueſſones in Monaſterium detruſo, omnes ejus Principatus inter ſe diviſerunt: conſtitutaque Tetrachia, Proceribus Imperii intervenientibus, res eo deducta eſt, ut *Lotarius* Primogenitus Imperii titulo, cum Italia, Narbonenſi Gallia, iiſque Ditionibus, quæ mox *Lotaringiæ* appellatione innotuerunt, frueretur: Ludovicus Germaniam; Carolus Franciam ab Moſa ad Oceanum; Pipinus denique, vel ex eo Filius cognominis, Aquitaniam poſſideret. Lotario filius fuit, præter Ludovicum in Imperio ſucceſſorem, *Lotarius* Lotaringiæ Rex. Quæ igitur initio *Lottar-ruck*, vel *Lot-reych* Germanis, id eſt *Lotarii Regnum*, Latina, eaque depravatiore Terminatione poſtea *Lotaringia* cœpit audire: *Loraine* Incolis, reliquiſque Francis, quaſi *Lorregne*, conciſis literis. Memoriæ produnt rerum Francicarum Scriptores, *Lotaringiæ* quondam ampliores fuiſſe Limites, *Auſtraſiamque* olim nuncupatam vel *Auſtriam*, *Ooſt-reych*, (quum ex adverſo eſſet *Weſtraſia*, vel *Weſtria*, *Weſt-reych*: corrupte etiam *Neuſtria*, Occidentale Regnum) diviſam in Superiorem & Inferiorem: contentamque inter Rhenum, Scaldim, Moſamque flumina; Inferiorem hodie varia nomina obtinere, diverſiſque ſubeſſe Principibus: Superiorum quæ & *Moſellanica* & *Tullingia* cognominabatur, exceptis aliquot

Situs.

ejus portionibus, ſub unjus nuuc eſſe Imperio, & Quotam totius partem antiquo nomine florere: adeo ut *Lotaringiæ* hodie conjaceant ad Orientem quidem Alſatia, & quæ ſpecialiore notione Weſtraſia: ab Meridie vero Burgundia: qua Occidens eſt Campaniam habeat, qua Septentrio Arduenna Silva terminetur

Soli fertilitas.

(occurrentibus mox Leuceburgiis, Trevirenſibus, aliiſque populis ibi conregionalibus) quæ olim *Lotaringiæ* partes fuerunt nobiliſsimæ. *Lotaringia* hæc noſtra licet altiſsimis innexa Montibus Silviſque denſiſsimis, externæ tamen opis non indiget, per ſe ferax Frumenti & Vini. Metalla generat varii generis, Argentum, Æs, Ferrum, Stannum, Plumbum: Nec Gemmæ deſunt, quarum ad Vogeſi radices lucroſa eſt piſcatio. Reperiuntur & Lapides, quos ab cœruleo colore *Lazulos* nominant Incolæ, magnum inde lucrum facientes. Eſt & Materia, qua Specula & Vitrinæ fabricantur: qualis in reliquis Europæ Provinciis non invenitur. Naſcuntur inſuper hic miræ magnitudinis Calcidoniæ, ita ut ex fruſtis permagni Calices conficiantur. Ani-

Animalium varitas.

malia producit varia: imprimis Equos generoſiſsimos, Neapolitanis Turciciſque ſubinde non impares. De-

Imperium majorum.

corata fuit olim Lotaringia Regni titulo, uti patet ex Francicorum Scriptorum Monimentis. Reges pauci admodum, & vix duo treſve, memorantur. Statim enim Carolus Calvus, poſt Fratruelis Lotarii exceſſum, ipſius Ditiones invaſit, ſuiſque adjecit Principatibus. Non multo poſt ad Ducatus dignitatem eſt redacta. Primi Duces ſparſi per Hiſtorias & variorum Scripta Henrico quarto Imperante Lotaringiam tenuit *Gotefridus*, is qui poſtea, ducatu Bilioneo vendito, memorabili in terram ſanctam cum Balduino & Euſtathio fratribus expeditione victricia arma per Aſiam Syriamque in urbem Hieroſolymam intulit, ac Rex Hieroſolymæ


Miliaria Mediocria
1 2 3 4 5
48
oriens
48
occidens
48
Septentrio
Meri. Dies
LOTHARINGIA
Zweibrucken
Buckenheim
Sarwerden
Altorf
Salm
Kauffmans sarbruck
Salsbrucken
Die alte stat
Limpach
Bliescassel
Fenestrange
Sar
Alben
Guemunde
S. Wendel
S. Johan
Sarbrucken
Otweiler
Forpach
Pitlingen
Luderfingen
Magstat
Hoborg
S. Auoult
Warnet
Wal
Steinbach
Dieuse
Morhanges
Merchinge
Mariemont
Obreck
Marsal
Xurey
Moeyenvy
Varsey
Bolchen
Boulay
Bossonuilleabbatia
Crehanges
Kirchingeu
Vmieres
Bessy
Freudenberg
Ville
Bethoch abb.
Sarburg
Sirk
Falsen
S. Barbe
Cornly
Verny
Esse
Amance
Nomeny
Selua flu.
Sevllenuilla
Konigsmacheren
Mosella flu.
Metz
Lutsenburgi pars
Nacy
Fruart
Chaligny
Le Pont
Le boys de Hey
Le boys de S. benoys
Toul
Maigny la tour
Commarcy
Mosa flu.
Vaucouleur
Le boys de Hey
Veseliſe
Vaudemõt
Le boys de Hey
Ryscheccurt
Blamont
Haulte Seille abb.
Silassange
Ramberuille
Dene uure Ruppy
La haulte de Bruyeres
Le boys de Mortagne
Raon
Violoia flu.
Le val de Lestraye
Le straye
Vaigy
Remuremont
Gerbeuiller
Blobville
Chastel
Belchamps ab.
Chaymes
Bayon
Falcougney
Luxeul
Fontny
Burgundie pars
Dompaire
Ormes
Mirecourt
Hain court
Demagevelle
Dompuallier
Reppey
S. Bellemont
Tavegrey
Chastelõn
Bouſey
Grignoncourt
Sandacourt
Chastenoy
Sanctoy
Le Lamothe
Mexey subs Brexe
Neuf Chasteau
Tonuelle
Le val de Lestraye

sclymæ creatus fuit. Huic succesit *Balduinus*, *Balduino Eustathius*. Postea tradidit Henricus quintus Cæsar ducatum *Gulielmo* Comiti *Lovanienſi* a quo Lotaringici procreati Principes *Theodoricus*, *Theobaldus*, *Fridericus*, & reliqui, usque ad Carolum ultimum, a quo devolutus est Ducatus ad Fridericum Comitem Vadimontium, authorem stirpis Ducum, qui nunc Lotaringiam tenent. Eam Mercator duabus Tabulis luculenter exhibet, quarum altera partem Septentrionalem, altera Meridionalem depingit. Habitarunt olim Lotaringiam, quæ nobis præ manibus *Mediomatrices* & *Leuci Mediomatrices* Cæsari lib. IV, Tacito, Plinio, Straboni & Ptolemæo: *Mediomatrici* etiam Cæsari lib. VII, quorum Metropolis *Divodurum*, hodie *Metz* appellatur. *Civitas Mediomatricum*, hoc est *Metis* Notitiæ Provinciarum sub Belgica I: *l'Evesché de Metz, le Pays Messin*. *Leuci* Cæs. lib. 4, Lucano lib. 1 & Plinio *Liberos* cognominanti: *Leuci* etiam Ptolemæo, qui Metropolin ipsorum facit *Tullum*. Sic in notitia Provinciarum sub Belgica I, *Civitas Leucorum*, hoc est *Tullum*, *l'Evesché de Toul*: *Tullum* item *Leucor.* novit Antonini Itinerarium. Sunt etiam qui *Tulingos* Cæsaris ad Lotaringiam referunt. Metropolis *Lotaringiæ* est *Nanceium*, volgo *Nancy*: Opidum non amplum, sed Situ pulcro commodoque, loco plano, forma quadrata, magnifico Lotaringicorum Ducum Palatio nobile. *Nancei* Mœnia lambit *Murta*, qui tribus inde milliaribus paulso supra Arcem Candei Mosellam intrat. Putant Petrus Divæus aliique *Nanceium* hodie esse, quod *Nasion* Ptol. *Nasium* Antonino in Itinere, quod Durocortoro ducit Divodurum. Sed si quis penitius Itineris istius rationem consideret: facile deprehendet Antonini *Nasium* incidere non posse in locum illum, ubi hodie *Nanceium*: adeo ut *Nasium* illud sit, non quod nunc *Nanceium* dicimus, sed pagus XII inde milliaribus disitus non procul ab Mosa in Barroducana Provincia, qui volgo *Nas* dictus, undo *Nasienſis*, in Lapide ibi effosso. Certe *Nasium* illud amplissimam aliquando Vrbem fuisse, satis patet ex Ruderibus: quod etiam testatur apud Ortelium Clemens Trelæus Mosellanus. Nanceium dignitate sequitur *Fanum S. Nicolai*, vulgo S. *Nicolas*, duobus inde distans versus Orientem milliaribus ad Murtam fluvium, loco plano & fertili. Hic locus advenarum frequentia in eam excrevit amplitudinem, ut jam non Pagum, sed Vrbem, & quidem totius Lotaringiæ cultissimam, quis posset dicere, si muro clauderetur: ea est Ædificiorum venustate, apta Viarum dispositione, incolarum multitudine, ut nihil requiri queat: sed op Mercaturam præcipue, & omnis generis opificia commendatur: Mercatores habens perquam opulentos, Vicinis suis ditiores. Alia minorum gentium opida, ne Lectori tædium pariam, prætereo, Vno distat milliari Nanceio *Fruart*: tribus *Ormes*: paullo amplius *Bayon* & *Luneville*: quatuor *le Pont a Mousson* & *Gerleviller*: quinque *Charmes*: sex *Chastenoy*, *Morhanges* & *Vaucoleur*; paullo plus, *Maxen soubs Bresse*: septem, *Dompaire*, *Deneuvre*, *Hodon Chasteau*: octo, *Ramberville*, *Raon*, *Bellemont*, *Neuff-Chasteau*, *Mugstat*, *Marchain-Ville*: novem, *Espinal*, *Bruyeres*, *Darney*; decem, *Ormont*, *Walderfing*, *Beaurams*: tredecim. *Vaigny*: quatuordecim, *l'Estraye*. Comitatus titulo & dignitate clarent, quæ vernacule *Vaudemont*, quinque Nanceio milliaribus. *Chaligny* ad dextram Mosellæ, leuca semi Nanceio. *Amance* septem milliaribus ab Mediomotricum urbe versus Meridiem: *Almentia* Latine scribentibus: Scrinium olim & antiqua Lotaringiæ Cancellaria, testan-

teſtantibus Archivis ab Roſiero prolatis. *Richecourt* haud procul Lacu, qui vulgo *la Garde Lac*, unde amnis profluit, qui inter Fanum S. Nicolai & opidum *Roſieres* Murtæ miſcetur. *Remiremont* ad ſiniſtram Moſellæ, Inſulam ibi facientis, in Lotaringiæ Meridionaliſsimis: *Rumaricum Caſtellum* habet hic Aimoinus Monachus: *Adromarici* corrupte legitur apud Reginonem, pro *Ad Romarici*, diviſim: *Rimelſberg* Germanice nominatur Spigelio ad Bartholini Auſtriad. Spectantur haud procul inde Valles, quæ vulgo *l'Eſtraye* & *Vagny*. *La Motte* ad amnem ſitum eſt, qui mox in Moſa ſe exonerat. Viſitur ibi Territorium, cui nomen *le Sanctoy*. Sunt & Comitatus quidem Imperii Salmenſis, *Kirchinganus* & *Blancoburgius*. *Blanckenburg*, Gallis *Blanc-mont* Opidum eſt non magnum, ſed pulcrum & amœnum. Spectatur ibi Caſtrum Vetus, ſpaciosum & magnificum, cui Palatium Novum Ducis, venuſta ſtructura inſigne, eſt conjunctum. Incolæ Agriculturæ dant operam. *Nomenii* Baronatus eſt ad dextram Sellæ fluvii, tribus milliaribus ab Vrbe Mediomatricum, Meridiem verſus. Dominia ſunt *Marſal* ad Sellæ ſiniſtram, haud procul Lacu Lindero, in quo Inſula cum Opido *Techemſul*. *Remere-ville* tribus Nanceio milliaribus. *S. Bellemont*, totidem Mota. *Rambert-Ville* ad dextram Mottonæ, haud procul fonte, ubi Silva Mortanenſis. *Roſieres* ad Murtam, prope Fanum D. Nicolai, duobus Nanceio milliaribus. *Homburg* grandiore Leuca ab Opido *Sarbruk*, ad amnem, qui mox Saravo concurrit. *Mariemont* ab Monte, cui Opidum impoſitum, uno ab Lindero Lacu milliari, Meridiem verſus. *Sandacourt* medio fere itinere inter Vaudimontem & Mottam, in Agro, qui vulgo *Sanctoy*. Mediomatricum Vrbem, quæ cum Tullo aliiſque Imperialis olim erat, in ſuam poteſtatem redegit Galliarum Monarcha, Henricus II. Ea nunc dicitur vulgo *Metz*, & poſterioris ævi Scriptoribus *Mete*, Gregorio autem Turonenſi & aliis *Urbs Metenſis*: *Divodurum Mediomatricum* Antiquis fuit appellatum. Itineraria Tabula: *Divo Durimedio Matricorum*: Lege, *Divoduro Mediomatricorum*: ſimpliciter *Divodurum* Ptol. & *Divodurum* Tacito lib. IV & Antonino. Variorum Nugas de recentis Nominis ratione non lubet adſcribere. Sedes olim fuit Regni Lotaringiæ. De ea eleganter Petrus Divæus in Itinerario. *Metenſis Urbs in ampla ſita eſt planicie, quam Moſella in varios diviſus alveos irrigat, & pars quidem ejus multos ad lævam lambit, pars & eoſdem ſubit, ut Civium uſibus inſerviat, atque ſic diviſim fluit ad inferiorem uſque eorum ambitum, ubi recepto Sella, altero Flumine, qui dextram urbis partem adluit, in unum denuo alveum colligitur. Sed Situ imprimis ipſius urbis delectabamur; quum enim Agrum late circumjacentem planum habeat, ejus tamen area pullum prominet, ut in eo Veterum rationem in condendis urbibus agnoſcas. Ad ſummum ſiquidem templum multis gradibus aſcenditur, juxta quod Forum rerum venalium altiorem totius areæ partem occupat, & ab eo undique verſus muros paullatim deſcenditur, præruptо tantum in una parte clivo, ubi Vias duas lapidibus ſtratas ſic diſpoſitas videas, ut altera per alterius domorum culmina excurrat.* Cives *Mediomatrices* nominantur in Inſcriptione, quæ extat Moguntiæ ad S. Albanum. Quæ *Toul*, vernacule, Tullum olim: *Tullon* Leucorum Opidum Ptol. *Tullum* Antonino: *Tullium* Itinerariæ Tabulæ. Quæ denique *Verdun*, Latinis vocatur hodie *Virdunum* & *Verdunum*: *Verodunum* Antonino dicitur. *Civitas Verdunensium* in Notitia Provinciarum: *l'Eveſché de Verdun*. Leguntur autem tres urbes, quas commemoravi, Comitatus etiam titulo & dignitate inſignes.

Lacus.

NVnc ordo & methodus noſtra poſtulat, ut Lotaringiæ ſuos amnes clariores demus, paucula de Lacubus præmittentes. Stagna habet piſcoſa & Lacus. Inter quos memoratur ille, cujus ambitus eſt quatuordecim milliarium, in quo Carpiones inſolitæ magnitudinis, trium videlicet pedum: ſaporis vero adeo grati, ut aliarum regionum carpiones ſuavitate multo ſuperent. Ex hujus Lacus piſcatione tertio quoque anno Dux Lotaringiæ ſedecim percipit Francorum millia.

Flumina.

Fluminibus irrigatur celeberrimis *Moſa*, *Moſella*, *Saravo*, *Voloia*, *Mortana*, *Murta*, *Scilla*, *Hida*, & aliis. De *Moſa* ad Inferiorem Germaniam. Reliqui ad hunc Ducatum proprie pertinent: *Moſella* quidem & *Saravus* potiore parte; cæteri fere integri. Oritur *Moſella* in monte Vogeſo, haud procul Araris fontibus, paullo ſupra Vicum, qui vulgo *Buſſan*: lapſuſque ab Vulturno ad Caurum, perluſtratis Opidis, qui vernacule *l'Eſtraie*, *Remiremont*, *Eſpinal*, *Charmes*, *Baton*, flexoque ab Oriente in Occidentem curſu, recta petit *Tullum*, Vrbem Epiſcopalem, unde in Orientem reſurgens, *Fruardum* uſque verſus Aquilonem tendit: viſiſque Mediomatricibus, Trevirenſibus aliiſque Populis, ad *Confluentiam*, cui ab re nomen, Rheno confluit. Germanis *Moſel*: Gallis *Moſelle*. *Obringos* putatur ab Rhenano, & aliis Ptolemæo dici lib. II cap. IX. Ioannnes tamen Heroldus *Obringon* apud Ptolemæum non Fluvium eſſe notat, ſed deſignari Tractum eum ad Rhenum, qui nunc temporis *Ober Rhingam* appellatur: Clemens etiam Trelæus Moſellanus teſtatur ut ſcribit Abrahamus Ortelius, quendam ad Moſellam Tractum *Obrinci* nomen hactenus retinere. Moſellam ſingulari doctoque Carmine celebrat Auſonius Eidyll. III ab Aquæ limpitudine, Navigandique facilitate: Villis Atriiſque, quibus utraque ripa decoratur: Piſcibus *Capitione*, *Salari*, *Redone*, *Vmbra*, *Barbo*, *Salmone*, *Muſtella*, *Perca*, *Tinca*, *Alburno*, *Alauſa*, *Gobio* & *Silure*, quibus abundat; Fluminibus denique in ipſum decurrentibus *Pronæa*, *Nemeſa*, *Sura*, *Gelbi*, *Erubro*, *Leſura*, *Drahono*, *Salmona*, *Saravo*, *Aliſontia*. *Moſellam* & Ararim, facta inter utrumque foſſa, connectere, Imperatore Domitio Nerone, adgreſſus eſt L. Vetus; ut Copiæ ex Italia per Mare, dein Rhodano & Arare ſubvectæ per eam foſſam, mox fluvio *Moſella* in Rhenum, exin in Oceanum decurrerent: ſublatiſque itinerum difficultatibus, navigabilia inter ſe Occidentis Septentrioniſq litttora fierent, uti ſcribit Cornelius Tacitus lib XIII. De hoc Auſonius:

Te fontes vivique lacus, te cærula noſcent
Flumina: te veteres pagorum gloria, luci:
Te Druna, te ſparſis incerta Druentia ripis,
Alpinique colent Fluvii, duplicemque per urbem
Qui meat, & dextræ Rhodanus dat nomina ripæ.
Te ſtagnis ego cæruleis, magnumque ſonoris
Amnibus, æquoreæ te commendabo Garummæ.

Saravus, haud procul Salmenſibus ortus, Fluviorum omnium qui in *Moſellam* exeunt eſt maximus: Navigiorum patiens, & aliorum Amnium, quos in ſe recipit, clarus luſtratis urbibus opidiſque, quæ vulgo

Sar-Burg


Lothariugra Meridiona.
Septen trio
Meri dies
Occidens
Oriens
Le boys de Hey
Le boys de la Voyge
Le boys de Mortagne
Le boys de Dolevne
Le boys de Mondon
Le Ban boys
Le Val de Vaigny
Le Grand mer
La forest de la Voyge
Le Sainctoy
Mill Germanica

55.

Sar-Burg, Feneſtrange, Sar-Uberden, Sar-Alben, Guemund, Sar-Pruck, Walderfing, Sar-Brug, & aliis, tandem mœnia Auguſtæ Trevirorum Moſellam convenit, non longe a *Kontherbruk*. Meminit ejus Auſonius in Moſella. Nomen hodie retinet. *Sar* enim Accolis audit. *Sarra* etiam veteribus dictus, docente Inſcriptione quæ Treveros tranſlata ex Opido ad eum fluvium ſito, quod hoc tempore vocatur *Sar-Pruk*, hoc eſt *Sarra Pons*.

CÆS. RO. EXER. IMP. P. P.
S. C. AU. TREVE. INGR-
ESSUM. H. CASTRA. SARRÆ
FLU. PRO. MIL. CUSTODIA
BIENN. POTITUS. EST

Voloia fluvius eſt Margaritiferus, qui ad Vicum *Charmeni* Moſellam ingreditur. *Mortana* ad Pagum cognominem Murtæ miſcetur. *Murta* vel *Meurta*, multis in ſe receptis Amnibus, Moſellam loco plano inter Prata paullatim accedit; & longo tractu, æquali quaſi curſu, comitatur, relicta inter utrumque ad alveum exigua admodum terra, donec tandem paullum ſupra Condeium Arcem, quæ a dextris in rupe eſt Pago ſibi cognomini impendens, facto cum Moſellæ alveo angulo acutiſsimo, ejus & aquis miſcetur. Iungit ſe eidem ad Mediomatricum Vrbem *Sella*, initium quaſi capiens ex Lindero Lacu, qui Sale dives & Piſcatura. Duplex denique *Nida* (Orientalior enim *Germanicus*, Occidentalior *Gallicus* dicitur) facto ad Pagum Northenium concurſu, duobus infra *Boſſoniſ-Villam* (Abbatiæ nomen eſt) milliaribus in Saravum exonerantur. Eſt in valle Deodatenſi fons, ad complures morbos ſanandos naturæ beneficio efficax. Sunt & Salinæ in quibus ſal ſubtiliſsimum, guſtu ſuaviſsimum, ac Scythica nive candidius generatur, ex quibus quotannis Dux Lotaringiæ centum percipit millia Francorum. Altiſsimi hanc Provinciam ambiunt Montes, qui omnis generis Metallorum abundantia Pyrenæos montes longe ſuperant: imprimis autem Argenti fodinæ, ſupra quam dici poſsit fœcundæ ſunt, ex qua quidem Argenti ubertate haud parvus Ducatui fructus accedit. Gignit & Vogeſus Mons in valle Leberia Argentum purum, ſed non ita multum. Silvas habet præterea Lotaringia frequentes eaſque denſiſsimas, quarum aliquot nomina lingua vernacula adponemus, quæ ſunt *Warnedwaldt, des Benoit, le bois de Mortaigne, Boſeyne, Bois de Mondon, le Ban-bois le Bois de la Voyge, de Heyde*, & aliæ.

Mortana.

Silvæ.

Opera publica.

Inter opera publica, apud Pagum *S. Nicolai* duobus milliaribus Nanceio diſtantem, ad Murtam fluvium Templum eſt non magnæ antiquitatis, ſed vaſtæ molis, editæque ſtructuræ, Luminoſum omnino. Columnæ, quę totum faſtigium ſuſtinent tantæ ſunt, cum gracilitatis, tum altitudinis, ut tanto oneri ferendo vix pares judicentur. Turres habet duas, in quarum una Caroli Lotaringici Cardinalis, qui idem Metenſis erat Epiſcopus, cuique hæc parebat Eccleſia ſub Prioratus, ut loquuntur titulo, in ſummo Culmine Symbolum: obeliſcus ſcilicet cum Hedera circumplicata, & Inſcriptione TE STANTE VIREBO. Apud Pagum *Waſſerbillich* ubi Sura fluvius Moſellæ confunditur, eſt alius *Igel* vulgo nuncupatus, ubi in loco eminenti ſpectatur nobiliſsimum illud venerandæ antiquitatis Monumentum, quo nec cis Alpes inſignius aliud exſtare exiſtimatur, quodque ipſis Italis

Italis posſit ostentari : moles est lapidea , ex quadrata basi pedum XXII sensim assurgens ad pedum circiter LXXIV altitudinem, tota ab omni parte variis imaginibus semiplanis insculpta, in fastigio Aquilæ restat fragmentum , globo insidentis , cui expansæ alæ, & ante pectus velum fuisse apparet. Est Nancei Ædes D. Georgii, in qua Monimentum visebatur *Caroli Audacis* , Burgundiæ Ducis , ab Helvetiis & Lotaringis Nonis Ianuarii anno CIↃ CCCCLXXVII acie cæli, cujus reliquias, Caroli V Imperatoris, ipsius Pronepotis jussu, anno CIↃ IↃL mense Octobri inde Leuceburgum solenniter transtulit Boisotus , Ordinis aurei Velleris Præco : Brugas hinc mox , Mariæ Hungariæ Reginæ mandatu , transportandas. Sunt in eadem D. Georgii Æde aliquot Lotaringicorum Ducum Tumuli, qui Inscriptionibus carent : ut & in aliis Templis. Posteriorum Ducum pars potior ad D. Franciſci Ædem , sita est. Spectare ibi est superbum *Renati* , qui victoria potitus est contra Carolum Burgundiæ Ducem, Monimentum. Conditi jacent ibidem Dux *Antonius*, ejusque Filius *Franciscus*, Carolique Ducis Vxor *Claudia Valesia* , Henrici II Galliarum Regis filia. Armamentarium habet Nanceium, Machinis Bellicis omnis generis instructissimum. Templum est in Vrbe Metensi D. Stephano sacrum & alia , de quibus Divæus. *Templum D. Stephani nomen tenet , qui civitatis est Patronus , pulcherrimum vero opus , si quod aliud toto hoc itinere vidimus , & sua mole spectabile : quodque raro accidit , omni ex parte consummatum. Dicebatur in eo fuisse Crucifixi ligneam imaginem, totam Laminis aureis superinductam. Vidimus Labrum Porphyreticum rubei coloris magnæ capacitatis , pedes X longitudinis excedens , in quo Lustrales Aquas adservant. Sunt & alia in hac eadem urbe sumptuosa Templa , & multa erant in ejus Suburbis , inter quæ D. Arnulphi Basilica , Imp. Ludovici Pii Augusti, Caroli filii & filiarum aliquot Pipini Regis sepultura celebris. Omnia hæc absumsit Belli rabies , ita ut suburbii ne vestigium quidem nunc supersit , neque ultra muros quidquam præter campestria videas.* Haud procul Metis, prope Pagum Iovy, in Mosella antiqui Aquæductus sunt Vestigia. De iis sic Divæus in Itinerario : *In hoc Itinere Pagus est Jovy vulgo dictus inter montium radices & Mosellam, ubi quantacumque est inter montes utrosque , qui ripas ambiunt, distantia , Aquæ-ductum antiquitus fuisse , indicant ejusdem, quæ adhuc exstant , reliquiæ. Arcuum adhuc restant multi, suntque ex albo Lapide, in laterum formam dissecto : & nonnulli quoque ejusdem operis in adversa ripa cernuntur. Incolæ adserebant in eodem loco fontem hodieque esse , quamvis hos Arcus (solita inscitia) Ponti inserviisse putantes, & ab hoc Pago in montis ipsius jugo minores alios Arcus fuisse dicebant, qui versus urbem Metensem , quæ uno hinc distat milliari, excurrisse viderentur. Altitudo juxta ripam pedum est circiter* lx: *unde conjicere est, quanta totius operis moles fuerit, quantaque altitudo Arcuum, qui in ipso erant Fluminis alveo , quorum hodie nihil supereſt. Referebant iidem Incolæ , superiorem Arcuum partem planam omnino esse cæmento rubei coloris inductam & in ejus medio Domunculam non ita multis abhinc annis adhuc fuisse, ab utraque parte patentem , quam nos partem Tecti fuisse , quæ Tubum tegeret suspicabamur.* Mediomatricum Vrbem , quæ olim Imperialis erat Henricum II Galliarum Regem in suam potestatem redegisse , supra diximus. Præsidet Vrbis Senatui missus ab Rege Magistratus. Tribunal autem Mediomatricis urbis tres habet Episcopatus, sub Metropoli Trevirensi *Metensem*, *Tullensem*, *Virdunensem*, sic ab Locis nuncupatos, in quis suæ singulis sedes.

Regio.
Unde dicta.

Hæc pro Methodi ratione de Lotaringia sint satis; succedit Burgundiæ Ducatus sive Inferior Burgundia. *Burgundiæ* nomen a *Burgundionibus*; qui Germaniæ Populi, ex Vandalorum orti sanguine, dictique a *Burgis*, i. præsidiariorum castris ab Almannis (in horum enim Agris violenter in Capellatio, ubi hodie Palatini Comitis Ditio, confederant) exturbati, sub Theodosio Arcadii Filio, Iuniore, expulsis late Sequanis Eduisque, hanc Veteris Galliæ partem cum Nuithonibus (quorum Tacitus meminit) occuparunt. Petrus Sancto-Iulianus *Burgundiæ* Etymon ab Loco quodam diducit, qui vulgo *Burg-ogne* in Agro Langrensi. Olim *Regnum*, circa annum CIↃXXXIV, bipartitum in *Ducatum* & *Comitatum* abiit: quorum ille, versus Occidentem, *Burgundia Inferior* & *Regia*; hic, ad Orientem, *Superior* & *Imperatoria*. De *Ducatu* hac descriptione mihi agitur: De *Comitatu* Descriptione proxima dicetur.

Burgundiæ Ducatus.
Situs.
Soli fertilitas.
Imperium majorum.

Ducatum cingunt, qua Oriens est, Rhodano interfluente, Sabaudia & Burgundiæ Comitatus; qua Meridies, Lugdunense Territorium; ad Occasum lęti-simi Nevernensium Borboniorumque occurrunt agri; ad Septentrionem Campania se offert. Hujus ager planus & soli fertilitate nulli cedens, hic enim certat cum Cerere Bacchus. *Richardus* Comes Augustodunensis vir strenuus, & in re bellica exercitatissimus totius Burgundiæ, cis Ararim Dux institutus fuit a Francorum Rege Odone, qui præfuit Ducatui Burgundiæ annis XXXII. Hic Burgundiam *Rudolfo* Filio reliquit, qui & in Regem Francorum fuit electus, ac successorem habuit in Ducatu, *Hugonem Nigrum* Fratrem. Huic *Odo* Frater aut Filius (utriusque enim sententiæ autores reperio) successit. Quem sequutus *Henricus* Frater. Quo sine liberis defuncto: *Robertus* Francorum Rex, Ducatum Burgundiæ ex testamento, ut ajunt, Henrici adeptus est. Huic successit Filius *Robertus*, Roberto *Hugo* ex Henrico Filio Nepos. Hunc sequutus est *Otho*, hunc *Hugo* II. Hugonem II, *Odo* Filius. Quem ordine sequuti sunt *Odo* III, *Hugo* IIII, *Robertus* III, *Hugo* V, *Eudo*, *Philippus*. Quem sine liberis defunctum sequutus est *Joannes* Francorum Rex, cui successit Filius *Philippus* cognomento *Audax* a Patre Ducatu Burgundiæ donatus. Patri Philippo successit *Joannes* cognomento Intrepidus, atque huic *Philippus Bonus* seu *Mutis* Filius. Atque huic *Carolus* ob plurima bella quæ gessit, *Bellatoris* cognomen sortitus.

Urbes.

Post cujus obitum hanc omnem ditionem occupavit *Ludovicus* XI. Metropolis Ducatus *Divio*, *Divionum* Gregorio Turonensi, Gallis *Dijon*. *Divionis* Conditor habetur vulgo, nobis potius Restaurator, Pomœriique Productor, Aurelianus Imperator. Nomen ab *Divis*, quis plurimus ibi fuit cultus, impositum putatur. Hac Vrbe nihil in Burgundia pulcrius. Sita est in planitie amœnissima, duobus Fluminibus *Suzione* & *Oscara* (*Suson* & *l'Ouche* vernacule) utrimque muros adluentibus: Ille quidem periculosissimis Exundationnibus Vrbe infestare consuevit; hic piscolentus admodum alveo fluit quietiore, Rerum multarum usum subministrare solitus. Muri ad justam propugnandi magnitudinem in altum sunt educti: Turribus Propugnaculisque nuper extructis munitis. Iustitiæ ibi est Tribunal & Parlamenti Sedes: unde veluti ex Sinu, patriæ Iura petuntur. Qui in *Majorem*

hujus


24
25 Septentrio
26
27
Chastillon
Maizey
Tanlay
Chamesson
Vollines
Riceÿ
BASSIGNY
S Villemy
Irgy
Leigne
Lulli
Rameres
S Maoce
Mannilly
Montmoyen
Auxerre
Tonneres
Rogemont
Villaine
Aigny le duc
Noyers
Toullon
Mombard
Corlon
Cussey
Montigny
Sologne
Saligne
Chasteau Gaillard
Conoelle
Menestier
Saline
Eschallon
Mercley surIlle
Fontain françoise
Rosieres
Creuant
Senailly
Villey
Cortmon
La Foste
Vromenton
Nouby
Seilsur
Beaumont
Breÿ
NIVER NOIS
Joux
Pisy
Conocell
Billy
La Margelle
Tille chastel
Mirebeau
Aualon
Reguy
Toste
Somaise
Tallemont
Viel chasteau
Val de Suson
Vauton
S Leger
Le Vaulx
Vi teau
Chambe naut
Brangon
Pontarles sur Sone
Lantenay
Wandaux
Villa rnoua
S Bn reÿ
Aubignÿ
Digion
Lamarche
Charnoy
Verelay
Ronray
La Roche
Panchamp
Agen
Flavigerot
Pemot
Soiran
Ausonne
Mont S Iehan
Marigny
Longeco urt
Mailly
Lacure
Saulien
Villeneuue
Doux fl.
Confor gio
Argilly
Herry
Aligny
Colombier
Dumbres
Menesbaitre
Antignÿ
Villers la faye
S Iam de laune
Dole
La Motte
Lusigny
Cassigny
Seure
Gomay
Suxe
Corlan son
Longepus
Chaußin
La tornelle
Beaulne
Roumay
Lucaney
Ganic
Mollery
Champeuton
Monetoÿ
Tailly
Pier
Plain
Ver dun
S Bonnot
Mouselon
Loge
Rulli
Belleneure
Autun
Rocheprot
Bruche fl.
LaBralure
Chasteau
Menay
Le Terre
Lusi
Pourchereſſe
La Dune flu
Le Iam
Fougerotte
S Legier
Chalons
La Fay
Pesu
Saligny le stan
La motte
S Linart
Belleſont
Long champs
Brandon
Colombier
Vineray
Monseny
Brange
Busy bourg
Sagey
FRANCE
Latour de Veroe
Arroux flu
Toulon
Magny
Brancion
Romenay
Cuseau
Breſſe
Tornus
Miraul
BORBONNOIS
CONTE
Pays de combraille
Burgun diae Duca.
Milliaria Gallica
1 2 3 4
Occidens
Orions
Borbon Lancy
25 Meridies
26
27

56.

hujus Opidi legitur, non tam Honorem quam Onus ſuſcipere, vel invitus & renitens, cogitur, Iuſque-jurandum præſtare in Templo D. Virginis, præeunte verba Procuratore Regio, ſe Regi fidelem futurum, defenſurumque ſua Civitati Iura, Libertates & Privilegia, adverſus quoſcumque, Regem etiam, quoties flagitat neceſsitas. In vicinis Vrbi Montibus optima creſcunt Vina. Epiſcopales porro Vrbes ſunt *Auguſtodunum* & *Caballinum*: ſua utrumque ſuſpiciendum antiquitate. Priori nomen *Auguſtoduni* natum ab Auguſto (Octaviano, an quo alio, non valde laborandum: nam qui ab *Auge*, Apollinis Conjuge derivant Fabulas narrant) qui dirutum bello, quod Cæſar contra Gallias geſsit, reſtauravit. Hodie *Auſtun* dicitur Vrbs quondam ampliſsima, ſed multum de priſtina gloria amiſit. Viſuntur hic etiamnum magnæ Theatri ruinæ, itemque Aquæductuum, Columnarum, Pyramidum: effodiuntur etiam cotidie Numiſmata antiqua, aliaque antiquæ ſupellectilis Monimenta. Eſt & hodie Templis publiciſq; ſtructuris conſpicua. Adſita eſt Radicibus Montium, qui vulgo *les Mons de Cinis*, ad fluvium Arrouſium. Hæc de *Auguſtoduno*: ſequitur *Caballinum* vel *Caballionum Eduorum*: vulgo *Challon ſur Saone*. Quis condiderit, non conſtat. Sita eſt hæc Vrbs ad dextram Araris ripam: Agri uberrimi, Cœlique ſaluberrimi. Eximie felix, convehendiſque ſecundo Arari Mercimoniis idonea; unde ab Cæſare Commeatui parando, Exercituique qui ſæpe in plures diſtractus erat partes, diſtribuendo delecta. Hæc *Gumtchramni* aliquando regia fuit. Eam Lotarius Ludouici Pii Auguſti F. poſtea incendio totam abſumpſit, ut ne veſtigium quidem Civitatis appareret. Sed ob loci oportunitatem poſtea iterum caput extulit, eſtque hoc tempore mercimoniis opulenta. Hæc de Metropoli, Vrbibuſque Eſpicopalibus: ſequuntur nonnulla Ducatus hujus minorum gentium Opida. Inter *Caballinum* & *Matiſconem*, medio fere itinere Opidum eſt, quod vulgo *Tornus*, *Tornutium* Spartiano & Antonino. Solo ſitum eſt fertiliſsimo; ab Arari undique cinctum. Colles in Agro Suburbicario Vini generoſiſsimi feraces. Ab utraque etiam Vrbe Matiſconenſi & Cabillonenſi itineris ſpatio prope æquali diſtat *Cuyſellum*, Regiæ Ditionis, Opidum, ut Paradinus cenſet, *Secuſianorum*, *Secuſiumque* Ammiano dictum. Situm ad radices Iuræ Montis, multis licet hodie ruinis deformatum, miram præ ſe ferens antiquitatem. Ab Oriente Montes habet celſos, Amneſque perennes, qui limpidas & potu ſuaves edunt Aquas, unde Fons ſaluberrimus ex Topho & vaſta Rupe in Opidum longe porrigitur per ligneos tubos. Ab Occaſu planicies ſe in Sinum laxiſsimum pandit. Tertia fere leuca ab Vrbe Cabillonenſi verſus Septentrionem eſt *Belna*, vulgo *Beaulne*, ad Amnem Adcolis *Bour-ſoize* dictum. Sunt qui volunt *Bibracten* eſſe Cæſaris & Strabonis. Aliis alia mens eſt. Situm eſt hoc opidum loco uliginoſo & quod, ut ſcribit Paradinus, nullo pene negocio, nulloque ab hoſtibus diſcrimine, poſſet Lacum Vrbi ab primum Lapidem offundere, quo hoſtes ab ſe ſubmoveat. Vrbs tota valido Mœnium ſepimento circumdata Propugnacula habet, quibus omnium Tormentorum vim queat excipere. Belnenſis Ager pinguis eſt, & optimæ notæ. Vites habet toto Terrarū Orbe nominatiſsimas, & Vino non vulgari nobiliſsimas. In eodē Agro, viſitur *Ciſtertium* ab Ciſternis, Odonis Ducis opus ſtupendum

pendum in vastissimo Nemore exstructum. Ejus Cœnobiarcham agnoscunt supra mille octoginta Virorum Cœnobia, ac totidem prope Velatarum ejusdem instituti, quod hinc *Cistertiense* dicunt. *Semurium*, vernacule *Semur*, situm est in meditullio Territorii, quod vulgo *Auxois*, Opidum non inelegans. Inter Divionem & Belnam itinere medio *Nuithonium* est, vulgo *Nuys*. Opidum hoc semper Gladiorum opificio fuit celeberrimum. Quod Opidum hodie *Avalon*, apud Antoninum *Aballon*, ubi *Legio* XVI dicitur. Quod *Sanlieu* vernacule, *Sidolucum* est Antonino, *Legionem* illi XVIII tribuenti. Quod *Flavigni*, sesquileuca *Semurio* versus Orientem, *Flavia Eduorum* censetur olim dictum. Sunt & alia *Burgundiæ* Opida Burgique, quis delineandis, brevitati studens, supersedeo: ut sunt *Ausone*, Arcem habens, Clavis Ducatus Orientalior, Arari Mœnia lambente, *Noiers*, *Ravieres*, *Leigne*, *Mombard*, *Chastillon*, *S. Seigne*, *Seloigne*, *Crevaut*, *Viteau*, *Verdun*, *Arnay*, *Seure*, *Tonnerre*, *Tronoderum* Antonino. *Burgundiæ Ducatui* concenseri solent aliæ tres Vrbes Episcopales *Nevers*, *Ausserre*, *Mascon*. Prima dignitate gaudet & honore Ducatus, cujus Ditio (*Duché de Nivernois*) late patens tribus navigabilibus, Fluviis irrigatur, Icauna, Elavere, Ligeri: Numerantur ibi XIII Opida clausa, quorum *Niversium* est Metropolis: Iurisdictionem exercens, in XXX, ut vocant, Castellanias. *Noviodunum* Cæsari: Opidum est omni ex parte Mœnibus cinctum firmissimis, Turribusque amplissimis, & Fossis profundissimis probe munitum. Inter præcipua *Ducatus Nivernensis* Opida sunt *Decize*, *Decisæ* Antonino & *Decetia*: *Clamecyum*, *Douzyum*, *Milinium*, *Angilbertsum*, *Corbignium*, *Fanum D. Leonardi*, *Lucyzum*, *Premecyum* & alia. *Ausserre* sequitur: *Autissiodorum* Antonino, *Legionem* hic locanti XXII. *Antosidorum* Ammiano, *l'Eveschè d'Auxerre*. Territorium hujus Vrbis, vulgo *le Pais d'Auxerrois*, Vino cognomine est nobilitatum. Vrbs quæ hodie *Mascon*, Cæsari dicitur *Matisco*: *Matisco*, Itinerariæ Tabulæ; *Matisconense Castrum*, Notitiæ Provinciarum Galliæ, & Antonino, qui *Legionem* ibi ponit X; *Mastico* in Veteri quodam Diplomate, ut notat Philippus Bugnonius, qui hujus Vrbis Historiam concinnavit. *Machaon Villa* videtur dici Paulo Diacono in Longobardicis. *Matissana* est Gregorio Turonensi, & aliis. Caballino, si Situm quis Cultumque & Artes respiciat, simillima. Porrecta jacet ad Ararim, qui Ponte insigni stratus, recto longoque ad Orientem tractu; reliquis Lateribus in Arcus speciem se formantibus. In hac Burgundia ejusque confinibus hi Comitatus *Dijon*, *Autun*, *Tonnerre*, *Chalon sur Saone*, *Mascon*, *S. Martin*, *Nevers*, *Langres*, *Ausserre*, *S. Jangou*, *Charolois*, *Chargni* forte *Chagni*; *Monliet* forte *Montir*, *Auxone*, *Rogemont*, *Mussy*, *Brestemont*, *Sees*, *Mombys*, *Senegnon*, *Gilly*, *Vslenion*, *Tirecourt*, *Chevigni*, *Aine-ville*, *Espirey* forte *Epiryen*, *Tarvant*, *Brasey* forte *Brasse*, *Rochefort*, *Aincourt* sive *Agincourt*, *Viteau*. Quibus adduntur etiam *Arley*, *Ragny*, *Chaligny*, *Mommartin*, *Langey*, *Beauchamp*, *Couches*. Episcopatus *Augustodunensis* sive *Heduensis*, *Autun*, & *Matisconensis Mascon*, & *Cabilonensis Chalon*, & *Lingonensis Langres*, subsunt Archiepiscopo Lugdunensi. Flumina habet hic Ducatus *Suzionem*, *Oscarum*, *Ararim*, *Icaunam*, *Ligerim*, *Elaverem* & alia. *Status Ecclesiasticus.*

Burgundiæ Comitatus.

Regio. Situs.

SEquitur *Burgundiæ Comitatus*, ſive *Burgundia Superior*, Francis *Franche Conté*, id eſt *Liber Comitatus*. Provincia namq; plane ſub ſuo eſt Comite; ab omnibus, ut ajunt, Tributis & Exactionibus libera. Feudum eſt Imperii, ſub protectione Bernenſium Helvetiorum. Conregionales illi ſunt ad Septentrionem Lotaringia Superiorque Germania; ad Occidentem Burgundiæ Ducatus; qua Oriens eſt, occurrunt Helvetii; qua Meridies, Allobroges & Seguſiani. Longitudo xc, Latitudo lx eſt milliarium. Regio admodum fertilis, rebus omnibus ad victum neceſſariis inſtructa; Agerque Sementi faciendæ, Arboribus ſerendis, Vinetis Vini laudatiſsimi ſuſtollendis, Pecori alendo commodiſsimus. Summa eſt ubique Tritici, Siliginis, Hordei, Avenæ, Fabarum, Milii, aliorumque Leguminum fertilitas. Arborum haud minor fœcunditas. Ager paſsim præſertim qua umbilicus eſt & Regionis meditullium, Colles habet præſtantiſsimorum, primæque nobilitatis Vinorum feraces. Apud *Arboſianos* & *Vadanos* Vaſa Vinaria ſunt adeo magna, ut Domos altitudine videantur æquare. Prope Regiam Veterum Burgundiæ Regum, quæ Accolis hodie *Chambrette au Roy*, ex Terra Gypſum, Materiam Calci ſimilem, effodiunt. Eruitur ibidem & in *Dolano Agro* in Magnatum ſepulturas Marmor candidi coloris, quod *Alabaſtrites* Græcis appellatur: & aliud nigerrimum, maculis purpureis variatum. Varii etiam generis videre eſt ibi Animalia, magnamque Iumentorum & Pecudum copiam. *Granvellenſes* Equos Gradarios, Caneſque ejuſdē tractus ferociſsimos probant omnes. De Antiquis hujus Burgundiæ Comitibus, Stirpis etiam Imperatoriæ Francicæque, multi multa memoriæ produnt. Nuperi fuere. Comitis & Palatini Burgundici ſimul cum Ducatus, titulos primus geſtavit *Eudo*, cui ſucceſsit Philippus ex Philippo Filio Nepos, quo ſine liberis defuncto, Rex Francorum *Joannes* Ducatū Burgundiæ Filio *Philippo* qui *Audax* cognominatus fuit dedit; ſed *Margareta* Philippo, Nepoti ex Sorore Ioanna ſuccedens, Comitatum adepta eſt Burgūdiæ; Huic ſucceſsit *Ludovicus Malanus* Filius, Huic *Margareta Malana* Filia, Hanc Philippus Burgundiæ Dux cognomento Audax uxorem duxit. Huic ordine ſucceſſere *Joannes* Filius cognomento *Intrepidus*, *Philippus Bonus*, *Carolus Bellicoſus*, *Maria* nupta Maximiliano Auſtriæ, *Philippus Auſtriacus*, *Carolus* v Imperator &c. *Philippus Hiſpaniarum* Rex, *Philippus* Hiſpaniarum Monarcha. Comitatus iſte in tres Diœceſes & Præfecturas, quæ Baillivatus vulgo, Iuri facilius dicundo diviſus eſt: *Superiorem*, *Inferiorem*, *Dolanam*. Primæ Sedes eſt *Veſulii*, Secundæ *Poüchum*, Tertiæ *Dolæ*. *Dola* autem, Arce potens, totius Comitatus eſt Metropolis, reliquarumque Vrbium celeberrima: ad Dubim ſita fluvium, qui in duo hic brachia ſcinditur. Putant quidam Ptolemæo eſſe Διδάττον lib. II cap. IX, Sequanorum Vrbem. Nihil ibi earum rerum, quæ ad Civitatis ſplendorem faciunt, deſideratur. Forum hic elegantiſsimum & ſpatioſum; forma quadrata, Longitudine tamen Latitudinem nonnihil ſuperante. In parte Occidentali Prætorium eſt, cum Carceribus. Primarium Templum, quod pulcherrimum & admirandi operis, Deiparæ Virgini eſt ſacratum. Sunt & multæ aliæ inter quas *Veſontio* vulgo *Beſançon* urbs Imperialis, olim dicta *Chryſopolis*: ſita eſt commodo fertilique territorio. Alduaſdabis fluvius magna ex parte ipſam interſecat, ejuſque potiorem partem concludit, reliquam partem ad portam qua Dolam itur, fluvius non alluit.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium majorum.

Nō ereibum


occidens
Orient
BURGUNDIA COMITATUS
Miliaria Burgundiæ
GENTES
Mascon
Baugey
Tornus
Chalon
Vinoy bourg
Beaulne
Nuis
Dyon
Baise
Selonge
Volaine
Vrion
Areq
Pont de vele
Sone flu
Assy
Monnuain
Anuillers
Berse
Mirebeau
Beaumont
Doncenal
Montmaille
S. Martin
Romeney
Moncoy
Verdun
Laulay
Thalemey
Ausone
Mons
Bourmont
Chasteau Villain
Breße
Firangi
Seure
Paigny
Pugepier
Auttrey
Lefau
Chanite
Langres
Chaumont en Bassigny
Champagney
Lamille
Prantigney
Champliete
Perse
Colonna
Arley
Giurey
Pesme
Grey
Lesson
Mont revel
Lyon le saunier
Chauevri
Villers Robert
Lovepriot
Dole
Letranblay
Cornuabb
Pont dain
S. Amour
Montagu
Coulonne
Oigney
Rochefort
Venere
Raucourt
Tressort
Mo
Publy
Chastel Chalo
Marney
S. Loup
Morel
Andelest
Montfleur
Orgelet
Brinans
Poligny
Vauldroy
Eſolan
Gys
Citey
Savoien
Merebeaul
Ran
Ruffey
Velleſon
Gaſtel
Chavannes
Lavillette
Tour dafiest
Chisſey
S. Vi
Andeul
Voyſey
Vitrey
S. Germain
Clervaux
Arbois
Vaulgreat
Oiſelay
Voyſeu
Choſnuy
Mouret
Torpel
Besançon
Charey
Jalaincourt
Cologna flu
Boutauiant
Mouron
Montferran
Cromary
Fodromant
Vauuillers
Jonuelle
Moranis
Areſches
Salins
Argitel
Vaſou
Montigny
Le muy
Montfort
Quingay
Anthoiſon
Montague
Very
Chaſtillon
Varre
Mongeuelle
Compeſſiere
Seey
Touleyn
Geneue
Chauxde blanc
Buialle
Varie
Mont Martin
Faverney
Attigny
Machelli
Verſeys
Noſeret
Mothahaut
Omans
Bourguignon
Bonmont
Beller iue
Bon Amon
Lac de Roſſet
Levier
Villaſans
Rougemont
Noyrey
Conſtans
Bonuille
Brens
Copet
Tole coq brunite
Chaſtaunef
Gous
Vyomeſnil
Leb ſourg
Nyon
LeChy
Cuſantz
Villerſexel
Fontany
Bona
Saubraz
Joux ab.
Roche
Cicon
Orſſans
Clervaux
Cuxeul
Burtigny
Montrochi er
Loan
Vſie
S. Gorgen
Landreſſe
Gona ns
Lille
Eſmen
Abbaie de veray
Aulbo ne
L'Iſle
Rolle
Coſſonay
Orchamps
Bernon
Chaſtiney
Auſſy
Les eles
Areon
Vernes
Pierrefontayne
Falconcheney
Thonon
Le bullet
Monthenoit
Gra ges
Phinet
Zolancy
Lorbe
Effiſtr
Pontarlun
Laternans
Dam pierre
Paſſeavant
Ervaul abba.
Cher mont
S. Guignat
Echalens
Verrieres noir abbaye
Neufchaſtel
Mande court
Mothebard
La paige
Poyrie
Euian
Yuerden
Colombier
Vautravers
Rhoide
Fontaine
S. Poll
Lezi
Moudó
Nuwenburg
Gri llers
Rus
Labouoret
Cuylly
Vaulage
Clermont
Merrillers
S. Morits
Grandcourt
Landren
Vetſch
Glerolle
Corſier
Poſſonens
Rue
Neufchatel
Nouille
Monſtrus
Actulens
Blonay
Motheuan
Bell
Worru
Schelon
Martiniach
Les Iſles
Leyſing
Fribourg

57.

Nozerethum Noseroy, quod olim a nucibus dictum Nucillum, sed Ludovicus Cabillonensis ab expeditione Hierosolymitana reversus, muris cinxit, ac *Nazarethum* dici voluit. Hic Comes arcem habet, quæ quia plumbo intecta est, dicitur plumbea. *Salinæ*, amplissima Civitas, toto terrarum Orbe celebris; ab salsis denominata Fontibus, Saleque inde igne densari solito; qui candore præstans in finitimas regiones exportatus maximum hujus Comitatus est vectigal. Reliquarum Civitatum descriptiones brevitatis gratia omittimus.

Lacus. Lacus habet hæc *Burgundia* ingentes & mirabiles: Inter eos non postremi loci, cui ab *Voraginibus* nomen: mirum Naturæ ludentis opus. Super enim Aqua fit Limus, qui adeo durescit, ut Continens videatur: super quo tamen Equites Curruque secure non ambulant, sed soli Pedites. Is Cœlo pluvioso & nebuloso non emergit, nisi Serenitas sit futura. Tunc per Foramina brevi tempore auctus totam Columbanam Planiciem rigat. Inter Nozerethum porro & Ripariam alius est Lacus in Bonvalli, Lupis, Parcis & aliis Piscibus abundans, qui septimo quoque anno in aliquot hebdomadas suffugiens & delitescens, iterum emergit. Quæ res in Miraculum exit, Fidemque vincit. Tractus hujus Comitatus Australior Lacubus scatet: Videre ibi est qui vernacule *Maletoux* Major Minorque; *Narlay*, profunditatis vix credendæ: *Vernoy*, duo *Chamblici*, *Frogeay*, *Ronchault* & alii.

Flumina. Flumina scindunt eam beantque plurimum non pauca: *Dubis*, *Lougnonius*, *Damus*, *Lupus*: *Dubis* totus ad hunc Comitatum pertinet; Δοῦβις. Ptolemæo, *Alduabis* Cæsari, si proba sit conjectura Fulvii Vrsini: in aliis Codicibus *Alduasdubis* & *Alduasdalis* vitiose legitur, Vulgo *Doux*. Oritur ex Monte Iura paullo supra Pagum amœnissimum, quique instar Opidi, Moram. *Dubis* porro cœpto ab Meridie in Septentrionem cursu; per Pontium Lacum lapsus, nonnullis anfractibus prætergressus Pontarlum, Mortuam & Vafrum, Fanum petit S. Hippolyti; unde in Occidentem flexus ad *Pagum Chastelot* versus Africum tendens, Vesuntionemque permeans, & facta ad Dolam Insula post multas ambages receptosque Fluvios prope Virdunum Arari commiscetur. Totus etiam Burgundiæ Superioris est *Lougnonius*, vulgo *Lougnon*. *Danum* evomit ex sinuoso recessu Mons arduus Syrodo, grandi & celeberrimo Pago, incumbens: Sunt & *Lupus* vel *Lupa*, vulgo *Loue*, *Araris* & alia.

Ratio administrandi. Quod ad Statum hujus Liberi Comitatus Politicum, quotics Comitia Provincialia sunt agenda, tres Status conveniunt, convocante eos nomine Comitis Principe Arausiorum, Nozereti & Arlæi Dynasta. Sunt autem Nobiles, Ecclesiastici, Vrbes. Superioris Diœcesis Comites; *Montbelliart*, *Roche* & *Varax*, *Montrivel*, *Thalamey* & *Vaulgrenans*, *Vergey*, *Rey*, *Listenois*. Abbates; *Croissant*, *Charité*, *Bitaine*, *Corneul*, *Tulley*, *Clærfont*, *Luxeul*, *Bellevaulx*, *Grace-Dieu*, *Charleu*, *Trium Regum*. Priores: *Vaucluse*, *Lantenans*, *Cusince*, *Marteret*, *Jussey*, *Portsus Saosne*, *Montreul ad Sagonam*, *S. Marcelli*. Canonici: *Calemostier*, & alii aliis locis. Vrbes; *Gray*, *Vesoul*, *Montboison*, *Jussey*, *Palma*, *Portsus Saone*, *Cromary*, *Mont-Justin*, *Faulcogney*. Domini: *Montmorot* & *S. Loup*, *S. Martin*, *Taulens*, *Villeneufve*, *Rupt*, *Montgevelle*, *Chastillon* & *Belvoye*, *Conflandey*, *Monbaillon*, *Velleson*, *Dicey*, *Vgny* & *Chemylly*, *d'Oizelet*: *Cicon*, *Trasves*, *Rainconnieres*, *Costebrune*, *Sombernom*, *Valle fault*, *Bermont*, *d'Avilley*, *Mugnay*, *Vereur*, *Touraize*, *Citey*, *Provenchieres*, *Grand-mont*, *Velle Chevrelous*, *Voysey*, *Dampierre*, *Frotey*, *Beutal*, *Matey*, *Noironde*, *Tromarey*, *Mile-*

sey,

lesay, *Mailleroncourt*, *Myon*, *Bennenge*, *Vellerot le boz*, *Clerc*, *Betoncourt*, *Mortaillotte*, *d'Amondans*, & *de Fraisne*, *Chavirey*, *Montot*, *Mons S. Legier*, *Cuvry*, *Montereul*, *Sorans* & *Lambry*: & alii permulti. Inferioris Comites sunt *Ruffey*, & S. *Aulbin*: Baro, *Chevreaulx*: Abbates, *S. Eugendi*, *Baume*, *Balerne*, *Mont* S. Marie, *Mont-Benoist*, *Beyllen*, *Rausieres*: Priores, *Maimaul*, *Vaucluse*, *Bonlieu*, *Mente*, *Lonsleaubier*, *Arbois*, *Mote*, *Syrodt*, *Vallis supra Polichnium*, *Mortau*. Canonici, S. *Mauritii*, S. *Anatolii*, S. *Michaelis*, Salinis omnes: *Arbosienses*, *Polichnienses*, *Nozeretenses*, & aliarum Vrbium Locorumque alii. Vrbes: *Salinæ*, *Arbois*, *Poligny*, *Pontarlien*, *Nozeret*, *Castrum Caroli*, *Monmoroti*, *Orgelot*. Domini: *Coulongnia & Andelest*, *Courlaou* & *le Pin*, S. *Amour*, *Argento*, *Laubespin*, *Poupet*, S. *Sorlin*, *Darnam* & *Tramelay*, *Borsia*, *Cressia*, *Fitigny*, *Chamberia*, *Montena*, *Uecles*, *Rosait*, *Marigna*, *Beau-fort*, *Nasey*, *l'Aigle*, *Courboson*, *Vertambos*, *Largilla*, *Moiron*, *l'Estoille*, *Chasnet*, *Aresche*, *Coges*, *Bar* & *Jousseaul*, *d'Augea*, *Mueyre*, *Charrin*, *Charlin*, *Chasmes*, *Breterieres*, *Fontenay*, *Cogna*, *Chaulx*, *Montuet*, *Vadans Villette*, *les Arbois*, *Aiglepierre*, *Chastelvillain*, S. *Julian*, *Descrilles*, *Verges*, *Chay*, *Champaigne*, *Beaulchemin*, *Villeneufve léz Orgelet*, *Chastres*, *Præfectus Arcis de Joulx*, sive *Juræ Montis*, *Uincelle*, *Vismeaulx* & alii multi. Dolanæ Diœcesis: Dominus de *Givrey*: *Longepierre* & *Rahon*, *Chrvaus*. Abbates, *Billon*, S. *Vincentii*, S. *Pauli Bisantii*, *d'Acey*. Priores: *Loye*, *Laval*, *Damparis*, *Jouhe*, *Monterot*, *Mote* supra Altam Petram, *Faye*, *Mostier* in Secusia. Canonici: *Dolani*, *Bisuntinenses*, & alii aliis locis. Vrbes: *Dola*, *Quingetum*, *Ornans*, *Loya*, *Rocheford*, *Vercellæ*. Domini: *Vauldrey*, *Raunes*, *Rye*, *Monfort*, *Mont-Richard*, *Fertans*, *Maillat*, *Bermont*, *Cleron*, *Verchamps*, *Dossans*, *Port*, *Chasteau*, *Roillault*, *d'Abbaus* & *Marchault*, *Reculet*, *Chantrans*, *Mont-gros-pain*, *Mutigney*, *Chassey*, *Paressey*, *Choisey*, S. *Ilye*, *Faye*, *Parrel*, *Chemin*, *Rabus*, *Champdivers* & *Raslonnieres*, *Rainche-court*, *Paintre*, *Montrambar*, *Salans*, *Goussans*, *Chavirey*, *Ancier* & alii. Nobilitas hujus Comitatus, ut hinc videmus, valde est frequens. Quatuor autem sunt familiæ, quę a Burgundiæ Regibus & Principibus originem trahere, vel cum iis adfinitatem contraxisse commemorantur: De *Vienne*, cui, *Nobilitatis* Epitheton tribuitur: De *Vergy*, cui *Strenuæ* Titulus datur; De *Chalon*, quæ *Opulentæ Divitisque* nomen obtinet: Arausiorumq; Principatus Titulum. De *Neuf Chastel*, quę *Feudis* est insignis. Cęterum appellationes omnes ex tribus Diœcesibus, sive Ballivatibus *Dolam* ad Supremum Comitatus hujus Parlamentum, referuntur. Et ad Statum Ecclesiasticum quod attinet, Archiepiscopus *Bisuntinus*, cui subsunt tres Episcopi, *Basilienses* in Germania & Helvetia, *Lausanenses* & *Bellicenses*, in Sabaudia, Ecclesiasticæ administrationis est caput, Princepsque Imperii. Membra hic sunt Imperii & Quinti Circuli, *Archiepisc. Bisuntinus*, & Vrbs *Besançon*, Civitas Imperialis libera, olim maximum maximæ Sequanorum Provinciæ Opidum, & ejus Præsidis fixa sedes. Decimus Imperii Circulus dicitur *Burgundicus*, quod a domo Burgundica sit institutus: complectitur præcipuos Belgii Principes, qui sunt *Dux Burgundiæ*, *H. Bergen* & *Waelhem*, *Comes Egmond* & *Iselstein*, *Comes Horne*, *Comes Nassau* in Breda, *Comes Bergen*.

Nomina.
Situs.

LUgdunensium *Civitati*, ut in Notitia Provinciarum dicitur, *l'Archeveſché de Lyon, le Pais & Seneſchaucee de Lyonnois*, Limites ſcribuntur ad Septentrionem Breſsia; ad Orientem Sabaudia: qua Meridiem ſpectat, Delphinatus eſt cum Languedokia; qua Occidentem, Forenſes jacent & Arverni. Sua hic olim habuerunt Domicilia *Seguſiani* Plin. Σεγυσιανοὶ Ptol. Σαυροσιανοὶ Strab. Secuſiani, vel, ut alii ſcribunt Sebuſiani Cæſ: Hodie *le Pais & Seneſchaucee de Lyonnois*. Caput hujus Tractus ad confluentem cum Rhodano,

Urbs Lugduñ.

Lugdunum eſt. Sic ampliſsimam, ornatiſsimam, florentiſsimam Vrbem nominant Tacitus, Plinius, Antoninus; & qui Latinorum Scriptorum non? Λούγδουνον Straboni, Ptol. aliiſque Græcis: Λούγδουνα Stephano. Vetus nomen hodie, ſed contractius, ſervat. Ludunt enim, qui in vulgata appellatione *Lyon, Leonem Gallicum* quærunt. Nomen derivant quidam ab *Lugere*, quod illi proprium fuit poſt fatale Incendium; de quo poſt: nonnulli ab *Lucere*, quod in Monte, tanquam Specula, longe lateque Luceret: alii ab *Lugdo* Celtarum Rege. Maccis & Bucconibus ſua linquenda. Vetus Itinerarium a Burdigala Hieroſolymas uſque, quod Pithœo debemus, in fine *Lugdunum Deſideratum Montem* interpretatur, Idiomate proculdubio Veterum Gallorum: cujus penitiora ſcrutati, ſiunt qui deducunt ab Voce *Luck*, quæ Hodieque Gallis Belgis, Germaniæque Inferioris Populis pro *Fortuna* in uſu, ut *Lugdunum* fuerit, *Fortunæ* quaſi dicatus *Mons*. Ericus Monachus lib. IV de Vita S. Germani in *Lugduno* dictionem *Lucht*, quæ Gallorum Belgarum Lingua *Lucem* ſonat, agnoſcere videtur:

Lugduno celebrant Gallorum famine nomen
Impoſitum quondam, quod ſit Mons Lucidus. ——

Dunum ſane antiquis Gallis *Montem* eſſe, conſtat. *Montis Lugdunenſis* etiam meminit Petrus Arvernus Cluniacenſis Abbas lib. IV Epiſt. II: *At poſtquam de Vivarenſium colle ad Lugdunenſem Montem divina Diſpoſitio te tranſtulit*. Sic Seneca in Ludo Claudii:

Vidi duobus imminens Fluviis jugum.

Montem hunc Adcolis craſsiorem cauſſari Aërem innuit apud Sidonium lib. I Epiſt. IIX Candidianus: *Nebulas ergo mihi meorum Lugdunenſium exprobras, & diem quereris nobis matutina caligine obſtructum vix meridiano fervore reſerari? Et tu iſta hæc mihi Ceſenatis furni potius, quam Opidi Verna deblateras?* Sic etiam apud Strabo. Λούγδουνον ἐκπεμπόμενον ὑπὸ λόφῳ. Quis Vrbis conditor, incertum. Amplificavit & ex Monte, qui primo habitatus, in planiora Loca pomœrium produxit L. Munatius Plancus; *Colonia* in eam Auguſti principatu ducta; anno Vrbis IↃ CCXI. *Coloniam* nominant Tacitus lib. I Hiſtoriar. & Plinius lib. IV cap. XIIX Natur. Hiſtor. In vetere quadam Inſcriptione Legitur COL. AVG. LVG. Ab eo tempore ſemper cum primis Galliarum Vrbibus cenſeri ſolita, dignaque habita, quæ cum Vicinis Immunitate gauderet. Nam *Seguſianos Liberos* vocat Plinius lib. IV cap. XIIX, & *Lugdunenſes Gallos cum Viennenſibus Juris Italici* facit Paullus IC. lib. L. Digeſtor. Tit. XV. cap. ult. Digna item, ex qua totius Galliæ Itinera ab Agrippa diſtinguerentur; cui Ius Monetæ cudendæ tribueretur; in qua Gallorum omnium Tributa & Vectigalia colligerentur. Digna denique, ubi *Templum* ad Confluentes Ararim & Rhodanum ab omnibus Galliæ Civitatibus in Honorem Auguſti cum formidanda illa ineptis

Scriptoribus


LVGDVNENSIS TRACTVS
Occidens
Milliaria Gallica
LYONNOIS
Forest et Beaujolois
MARCHE'S DE VELLE ET DE VIVARE
MARCHES DE LYONNOIS DE BOVRBONNOIS
MARCHES DE FOREZ
MARCHES DE DAVLPHINE
MARCHES DE BRESSE
MARCHES DE DOMBES
Montorcher
Montagne de lole le rivieu
Rochefor
Monbrison
Bobatu
Cerviere
Bas
Monestroy
Pinac
Peri
Colombies
Lhospital
Chateaugallad
Maghien
Cleyre
Feurs
Barbigny
Donsy
Nayronde
Vendranges
Roanne
Vivant
Ambierle
Polly
Villemontois
Charlieu
Masigni
Marliez
Annay
Lebour
Chaumont
Argentiere
Tarare
Cours
Masilly
Valenhienne
Lagardette
Beaujeu
Labruyes
Virieu
Chuyz
Heron
Riverie
Lergny
Labrelle
Dommanere
Mournans
Join
Ternan
gernoch
Chase
Trevol
Ville Franche
Mily
Duror
Le Cleron
Comdrieu
Vienne
Gevors
Esehalas
Francheville
Dandilly
Lyon
Beauregar
Belle Ville
Monmerle
Thoisay
Mascon
Monbelay
Montluet
Sirieu
Poche taict
Laguillonierb
Lacluse
Iullie
Pisseis
Ciuins
Mirigny
Gevors
Vaaprimas
Fulminy
Portlechambon
Rochelamoliere
Marliez
Ghaselle
Lebour
Laterrasse
Virieu
Chuyz
Comdrieu
Vienne
Pinac
Peri
Monestroy
Fulminy
Portlechambon
Rochelamoliere
Marliez
Annay
Lebour
Virieu
Chuyz
Comdrieu
Vienne
Gevors
Montorcher
Montagne de lole le rivieu
Lechaufor
Pinac
Vaaprimas

Scriptoribus *Ara* exstrueretur. De Templo sane Strabo lib. IV: Τότε ἱερὸν τὸ ἀναδειχθὲν ὑπὸ πάντων κοινῇ τῶν Ταλατῶν Καίσαρι τῷ Σεβαστῷ, περὶ τὰυτης ἱδρυ) πόλεως, ἐπὶ τῇ συμβολῇ τῶν ποταμῶν. *Ex hujus Templi ruinis* inquit Paradinus de Antiquo Burgundiæ Statu, *concreta est illa Summi Templi structura: quæ Joannis Burgundiæ quondam Regis Opus dicitur, ut ex antiquis marmorum ruderibus Saxorumque Inscriptionibus conjicere licet.* *Ara* variis Scriptoribus nota. Augusto dedicatam, Iulo Antonio Africano & Q. Fabio Maximo Coss. anno ab V.C. IↃCCXLIV, memoriæ prodit Suetonius in Claudio cap. II. Sic ad ea tempora Epitome Livii lib. CXXXVII. *Ara Cæsari ad confluentem Araris & Rhodani dedicata.* Ad eam vivente adhuc Augusto, ut Scribit Dio sub finem lib. LIV, Ludi celebrabantur; addens eos sua quoque ætate permansisse. Caligulam Certamen ibi quoque instituisse Græcæ Latinæque facundiæ, scribit idem Suetonius in ejus vita cap. XX. *Quo certamine*, inquit pergens, *ferunt Victoribus præmia Victos contulisse, eorundem & Laudes componere coactos; eos autem, qui maxime displicuissent, Scripta sua spongia Linguáve delere jussos, nisi ferulis objurgari, aut Flumine proximo mergi maluissent.* Respicit eo Iuvenalis:

Palleat ut nudis pressit qui calcibus anguem:
Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad Aram.

De hac Ara Strabo meminit, ejusque *Sacerdotem* edit Inscriptio, quæ in ipsa Vrbe ad Murum Templi vetustissimi Divi Petri:

IOVI. O. M.
Q. ADGINNIUS. URBICI
FIL. MARTINUS. SEQ
SACERDOS. ROMÆ. ET. AUG
AD. ARAM. AD. CONFLVENTES
ARARIS. ET. RHODANI
FLAMEN. II. VIR. IN CIVITATE
SEQUANORUM.

Opera publica.

Quid jam dicam de reliquis, quas ibi & nunc est legere, *Inscriptionibus?* Superat omnes Tabula ærea, quæ Claudii Imperatoris Orationem continet super Civitate Gallis danda. Legitur cum apud alios, tum accuratissime descripta apud Iustum Lipsium, & in Commentario ad XI Analium Taciti, & in Auctario, Thesauro Inscriptionum Martini Smetii adposito. Priscam ejus magnificentiam testantur passim *Templorum*, *Arcuum Triumphalium*,

phalium, *Aquæductuum*, & alia Antiquitatis Monimenta. *Fori Veneris* memoriam ſervari ajunt in *Forviere*. Abea Vrbe nobiliſsima Galliæ Pars in quinque deſtincta quondam eſt *Lugdunenſes* I, II, III, IV, V; uti in Notitia Provinciarum Galliæ, eſt videre. Igne Fatali miſerandum in modum ſuo tempore exuſtam conqueritur; Clademque inde acceptam deplorat epiſtola ad Lucilium XCII Seneca. Accidit centeſimo anno ab Colonia deducta, eodem Seneca obſervante. Solatium iſti calamitati adhibitum ab Nerone, ſeptimo poſt Incendium anno. Legendus Tacitus lib. XVI Annal. Quum ejus Mœnibus ſe continuiſſet Albini exercitus, ab Imperatore Severo obſeſſa, brevi poſt capta, direpta, iterumque incenſa fuit: uti refert Herodian. lib. III. *Lugdunum* Philippus Pulcher Francorum Rex Pontificis juſſu Ditioni ſuæ adjecit, ſcribente in Annalib. Papirio Maſſonio. Vrbs hæc hodie amœno commodoque ſita loco; natura fere inexpugnabilis; ab una parte duobus munita Collibus iiſque fructiferis, ab altera totidem beata Fluviis, Arari, Rhodanoque; Templorum Ædificiorumque, cum publicorum, tum privatorum magnificentia ſuperbiens; opibus & mercatura ſupra modum florens: ut celeberrimum facile ſit hodie totius Galliæ Emporium, Regniq; Cor & Clavis inſtar, qua Aditus recluditur in Italiam, Germaniam, aliaſque Provincias: confluentibus eo ad publicas Nundinas ſolenniter, & ex condicto quaſi, quater ſingulis annis undique variarum Gentium Mercatoribus. Regnante Carolo IX, quum tota arderet Bellis Civilibus Gallia, Arcem futuris motibus averruncandis, invita ſatis, accepit: Sedes eſt cum Archiepiſcopalis, cujus Præſules Belleforeſtius recenſet CII, quique Primates ſe gerunt Cleri Gallicani; tum Præſidialis & antiquus Seneſchallatus, cui ſubſunt *Territoria Lugdunenſe*, *Forenſe*, *Matiſconenſe* & *Bellojolezium*; quæ poſtea nonnihil mutata. *Eccleſiam Lugdunēſem* Bernardus Abbas Clarevallenſis hoc celebrat Elogio: *Inter Eccleſias Galliæ conſtat profecto Lugdunenſem anteire, ſicut dignitate Sedis, ſic honeſtis Studiis & laudabilibus Inſtitutis. Ubi enim æque viguit Diſciplinæ Cenſura? Morum Gravitas? Maturitas Conſiliorum? Auctoritatis Pondus? Antiquitatis Inſigne? Præſertim in Officiis Eccleſiaſticis haud facile umquam viſa eſt repentinis Novitatibus acquieſcere, nec ſe aliquando juvenili paſſa eſt decolorari Levitate.* Atque hæc de Tractu Lugdunenſi dicta ſufficiant: ad Helvetiam tranſeo.

Regio.
Nomina.
Unde deducta.

LUgdunensi Tractui succedit apud Mercatorem ea Regio quam Romani *Helvetiam* vocarunt. Eam aut magnam ejus partem hodie vocant *Suiciam* aut *Suitiam*, a *Vitis* Saxoniæ populis, quos ob violatam sæpius fidem, sedibus suis ejectos Carolus Magnus in Alpes conjecit, quemadmodum & Nordalbingorum aliquot millia in Flandriam ac Brabantiam transtulit. Vel a Suecis qui tempore Sigeberti Regis è Suecia in Helvetiam commigrarunt, sive inundationibus aquarum, sive numeroso Incolarum cœtu sedibus suis excluſi: vel denique a *Suitio* pago: vulgo *Swiſcher Landt*. Dicitur & *Confœderatorum terra*, vernacule *Eydgnoſchaft*, a fœdere quo inter se Helvetii juncti sunt. Hi Eutropio aliquando *Quadi* dicti fuere.

Situs.

Helvetia porro inter montem Iuram, Lacum Lemanum, Italiam & Rhenum sita est; Habetque ad Ortum Solis Tirolensem Comitatum, ad Austrum Alpes Cottias, Lombardiam, Mediolanensem Ducatum & tractum Pedemontanum: ad Occasum Sabaudiam & Burgundiam: ad Septentrionem Rhenum. Patent autem Helvetiorum fines in longitudinem CCXL millia passuum, ut ait Cæsar lib. I de bello Gall. quod & hodie verum est. At in latitudinem tantum LXXX: quam Cæsar aliquanto majorem facit.

Soli fertilitas.

Regio omnis salubri fruitur Aëre: ac licet celsis præruptisque Montibus aspera sit, ita tamen mitescere cœpit Incolarum indefesso labore, industria ac cultura, ut nulla parte sterilis sit: quin ad vitam sustentandam producat non solum necessaria, sed & ea quæ delitiis ac luxui inserviunt. Frumentum abunde profert, quanquam plerisque in locis, nisi gleba exusta fuerit sementem frustra projeceris: verum huic incommodo Agricolarum labor ac industria occurrit. Vinum multa loca adeo generosum gignunt, ut Rhenense longe superet, & sapore & virtute. Huc accedunt pinguissima prata, in quibus tum greges, tum armenta magno numero pascuntur, ex quibus incolæ magnum percipiunt emolumentum.

Animalium varietas.

Ferarum etiam magnam multitudinem alit passim Regio, ut sunt Vrsi, Cervi, Damæ, Capreoli, Ibices, Lynces, Apri, & aliæ, unde Incolis frequens venatio nec desunt Aves, quarum captura hic admodum felix. Helvetia Anarcha est, & libera, neque ulli principi subjecta, ex quo partim civilibus discordiis, partim inclementioribus & injustioribus imperiis illorũ qui pro Imperatoribus ea loca administrarunt Helvetii incitati, quibus accesit ὕβρις Nobilitatis, fœdere inito jugum excussere, atque in libertatem sese asseruere. Initium confœderationis fecerunt, Vri, Silvani, Suitenses, in horum Opido. Exemplo invitatæ paullo post urbes reliquæ, cum irritare eas ac lacessere potentes vicini non desinerent, idem fecerunt, & inita cum prioribus atque inter se societate, eaque arctissimis fœderum legibus devincta, potentiam confecerunt vicinis facile parem, quæ victoriis & sociorum accessione adaucta, tandem etiam formidabilis iisdem evasit. Ager Helveticus in quatuor partes finditur quas ipsi *Gow* vocant, voce Germanica, quæ Regionem vel Pagum significat: suntque hæ: *Zurichgow*, *Wiſſiſpurgergow*, *Argow* & *Turgow*, Respublica vero Helvetiæ tribus constat partibus. Prima pars sunt 13 *Pagi*, quos Itali *Cantones*, Germani vocant. Hi soli hoc juris habent præ aliis fœderatis, quod de omnibus ad communem Remp. Helvetiorum pertinentibus in publicis Cõventibus deliberant, & suffragia ferunt, omniũq, totius civitatis cõmodorũ & incõmodorum participes sunt: Præfecturas quas simul acquisierint, pari jure administrant, & reliquæ prædæ publice


HELVETIA
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
28
29
30
31
32
45
46
47
Basel
Rinfelden
Swirstat
Seckingen
Rhenus fluv.
Ratolfs Cell
Schafhausen
Petershofen
Lichstal
Laufenburg
Sissach
Klingenau
Bibersteyn
Kaiserstul
Bruck
Regensberg
Lurzach
Stain
Costentz
Pfyn
Eglisow
Frowenfeld
Winterthur
Elgow
Xiburg
Zurich
Griffense
Grunningen
Ruti
Rappersuil
Zug
Einsideln
Switz
Tertzen
Walchat lac.
Fluelen
Sarnus lac.
Sarnus
Wolffenberg
Sq.
Alt Stetten
Rhinec
Brugk
Laubach
Lechtal
Rhegusci
Sueuię pars
Bodenisee
Thurgow
Thur fluvius
Rhin fluvius
Aar fluvius
Reuß fluv.
Limmat fluv.
Aare fluv.
Arbuw
Zofingen
Aarwangen
Wangen
Weithsbach
Soloturn
Biel
Nuweystat
Luorlandren
Nuwenburg
Erlach
Pontarbrun
Calumbier
Frawen Brun
Huttwyl
Willisaw
Lucern
Lucerner lac.
Bern
Wallen buoch
Thun
Spiez
Meiringen
Aare fluv.
Kandelsteg
Spital
Rhin fluvius
Monta son
Schuls
Sono
Tiran
Tulamona
Mazono
Ticinus fluv.
Maira fluv.
Der Lutschmanier Mons
Vecirino
Mussiun
Madiafluv.
Locarno
Lugano
Lacus Verbanus
Tosa fluvius
Rhodanus siw Naters
Gundis
Gassen
Arnen
Lavina
Villeneufue
Geneuer See
Geneuer
Nerur
Euian
Ripaille
Thonon
Morgier
Rolle
Byron
Aulbone
Loisan
Cuilli
Viuey
Lusti
Coppet
Veyssos
Rue
Worru
Gryers
Bossonens
Fauernach
Mouldon
Romo nad
Montanach
Peterlingen
Gra dsdourt
Friburg
Munsten
Pont
Plaffey
Corbers
Cossonay
La Serra
Lisle
L'Orbe
Les de
Iuerdon
Grauson
Pontarlier
Iura Mons
Sanetsch
Sanen fluv.
Saana fluv.
Cudrefin
Neuenburger lac.
Sabaudię
S. Brandsetier
S. Martin
Crevola
Bugnano
Pars Italię extrema
Milliaria Helvetica communia
1 2 3 4 5

publice ex æquo participes sunt: videlicet *Tigurum*, & accessit Fœderi trium Pagorũ anno Dom. CIↃ CCCLI. *Berna* fœderi Helvetico juncta est anno CIↃCCCLV. *Lucerna* anno CIↃCCCXXXII perpetuo fœdere tribus primis Pagis juncta est. *Uria, Uren: Suitia, Switz: Under-Walden* hæ primæ inter se fœdus constituerunt anno CIↃCCCIIX. *Tugium, Zug* anno CIↃCCCLII sex Pagis accessit. *Glarona* simul cum *Tugio* idem fœdus iniit. *Basilea* anno CIↃ IↃI se decem Pagis fœdere junxit. *Friburgum, Salodorum* simul anno CIↃCCCCXXCI in numerum Pagorum communi consensu receptæ sunt, & sic Civitas Helvetica X Pagis constitit. *Schaffhusen* anno CIↃ IↃI in numerum Pagorum recepta, cum XI pepigit. *Abbatiscella* anno CIↃ IↃII in numerum Pagorum recepta est. Hujus Pagi ager in 12 partes sive ordines divisus est, quas ibi *Roden* vocant, quarum sex conjunctæ Pago, *interiores* dicuntur: reliquæ *exteriores*. Deliguntur autem è singulis partibus Senatores æquali numero XII qui toti regioni consulant, & fiunt in universum CXLIV Senatores. Secunda pars sunt fœderati, *Abbas* & Opidum *S. Galli* fœdere junctum IV Pagis Helvetiorum anno CIↃ CCCCLV. Et post anno CIↃ CCCCLV cum VI Pagis Tiguro, Berna, Lucerna, Suitia, Tugio & Glarona in perpetuum. *Rhetorum Populus Graupondter* cum VII veteribus Pagis æternum fœdus pepigit anno CIↃ CCCCXCVII. *Curienses* vero, quorum societas *Domus Dei* vocatur, anno CIↃ CCCCXCIIX. Tertia societas quæ *Decem Judiciorum* vocatur cum Helvetiis non pepigit, sed quia II prioribus, æterno fœdere cohæret, etiam Helvetiis amicitiam & societatem fidam præstat. *Sedunum* cum *Valesia* tota fœdus æternum iniit cum Bernatibus, anno CIↃ CCCCLXXV. Et post cum Religionis controversia orta esset, Hadrianus Episcopus Sedunensis, & septem Decumæ Valesianorum fœdus fecere, anno CIↃ IↃXXXIII, Friburgi cum VII Pagis Helvetiæ Lucerna, Uria, Suitia, Vnderwaldia, Tugio, Friburgo, Salodoro ex integro Romanæ Ecclesiæ adhærentibus. *Rotweil* primo fœdus iniit cum Helvetiis, anno CIↃ CCCCLXIII in annos XV, quod aliquoties renovatum, anno demum CIↃ IↃXIX perpetuo sancitum est. *Mulhusen* anno CIↃ CCCCLXIIX Helvetiis fœdere juncta est. *Bienna Biel* Bernatibus se fœdere junxit annis 1303, 1306, 1352, ac 1367 arctissime. *Geneva* jus Civitatis cum Bernatibus pepigit, idque arctius firmavit, anno CIↃ IↃXXXVI, nondum tamen communi Pagorum Civitati inserta est. Tertia sunt Præfecturæ armis, aut spontanea deditione conquisitæ: *Turgea, Turgow* anno CIↃCCCCLX in potestatem Helvetiorum redacta, cui VII vetustiores Pagi imperant. *Aquensis Baden* subjugata anno CIↃ CCCCXV, cui IIX primi Pagi imperant. *Rheguſti* anno CIↃ CCCCXCI conquisita a Pagis VII primis & XIII regitur. *Sarunetum, Sarungans* anno CIↃ CCCCXXCIII a Georgio Comite Werdenbergensi, VII primis Pagis venditum, a quibus & regitur. *Liberæ Provinciæ* captæ anno CIↃ CCCCXV, VII veterum Pagorum Imperium agnoscunt *Lugano, Locarno, Mendresium, Vallis Madia*: hæ IV Præfecturæ ex dono Maximiliani Sfortiæ Ducis Mediolanensis, anno CIↃ IↃXIII in Helvetiorum potestatem pervenere: His omnes Pagi præsunt, excepta Abbatiscella. *Bilitonum, Bellizona*: hujus Imperium III primis Pagis confirmatum est, anno CIↃ IↃXIII. *Valesia* quæ etiam hac Tabula continetur, complectitur tres populos, & tria fœdera. Duo priores sunt *Viberi* & *Seduni*, qui uno nomine *Liberi Valesii Superiores* dicuntur, & in VII Conventus quos *Decumas* vel *Desenas* vocant, divisi sunt.

Veragri

Veragri, qui & *Valesiani Inferiores*, Superiorum Imperio parent. Omnium tamen Princeps est *Episcopus Sedunensis*, qui summam, tam in Ecclesiasticis, quam in Civilibus rebus Authoritatem obtinet & Comes atque Præfectus Valesiæ nominatur. Comitatum hic invenio *Werdenberg* & *Baronatum Sax*. Lacuum amplissimorum nusquam major numerus quam in hac Provincia, inter quos *Lucerinus*, *de Lucerner Zee*: *Tigurinus*, *Zurcher Zee*: *Rivarius*, *Walenzee*: *Neoburgensis*, *Nuwenburger Zee*: & omnium maximus *Acronius*, *der Bodenzee*, quem Solinus & Plinius *Brigantinum*, Ammianus Marcellinus *Brigantium* vocat, a Brigantio vetustissimo Opidulo. Longitudo ejus est XXIV millium passuum, latitudo minimum XII. Ammiani verba, quia luculentam Topographiam Lacus & Rheni cataractarum continent, adscripsimus. *Inter montium celsorum anfractus impulsu immani Rhenus extenditur, qui penes Alepontios in deciduas cataractas inclinatione pernicii ut Nilus funditur, torrens ab ortu protinus primogenio, copiis aquarum propriis arruit, cursu simplici: tamque adjutus nivibus liquatis & solutis alta divortia riparum abradens Lacum invadit rotundum & vastum, quem Brigantium accola Rhetus appellat; horror squalentium silvarum inaccessum efficit, nisi qua vera in Alamania virtus & sobria vita composuit locum Barbaris, & natura locorum, & cœli inclementia refragrante. Hanc ergo paludem spumosis sternendo verticibus amnis irrumpens & undarum quietem permeans, mediam velut funali, libramento intersecat, & tanquam elementum perpetua discordia separatum, nec auctо nec imminuto agmine quod intulit, vocabulo & viribus absolvitur integris. Quodque est impendio mirum, nec stagnum aquarum rapido cursu movetur, nec limosa sub colluvie tardatur properans flumen, & confusum miscri non potest corpus: quod nisi ita agi ipse doceret aspectus, nulla vi credebatur posse discerni.* Flumina vero Helvetiam rigantia sunt *Rhenus*, *Rhodanus*, *Adua*, *Ticinus*, *Limagus*, *Byrsa*, *Langarus*, *Sara*, *Taurus* vulgo *Dur*, *Ænus*, *Arola*, aliaque permulta. Montes hic enumerare vix opus est, cum notiores sint per Orbem Rhetici montes quam ut quisquam eorum nomina desideret. Verum ne hic quoque defuisse videar, prodam saltem aliquot. Summæ Alpes nunc *Gothardi Mons* dicitur, hunc sequuntur Peninæ Alpes: apud Salassos *Cottiæ Alpes* & *Silvius* mons sunt. Dein Montes S. *Bernardi* major & minor. *Graiæ Alpes* Lepontiorum sunt: *Adulas Mons* Germanis *der Vogel*, Misaucos attingit. *Juliæ Alpes* ac *Permurna* mons in Engadinorum ora sunt. Hinc *Valarius* & *Brantius* montes, apud Vendones: *Rhetico*, mons in Rhucantiis est. *Jurassus* mons, Lemano imminet Lacui. *Abnobæ* montes in Tulingorum finibus sunt. Atque hæc sunt hujus tractus famosissima juga. Sed de Alpibus fusius in Italia. Silvæ sunt innumeræ, singulæ Hercyniæ portiones sunt, cujus hic caput est, quamvis varia sibi hinc inde adscisçat nomina, utpote *Silva Brigantina*, *Rhynwaldt*, *Bonwaldt*, ac nonnulla alia. Helvetiorum Respublica ex Optimatum & Populi imperio mixta est. Etenim ex his populis quibus tota Civitas constat, quidam merè Democratico imperio utuntur, ubi totius plebis consilio fere omnia aguntur, veluti in his Pagis qui nulla habent Opida, uti sunt Vranii, Suitii, Vnderwaldii, Glaronenses & Abbattiscellani: & par ratio est *Tuginorum*, quamvis hi Opidum habeant: alii ab Optimatibus reguntur, ut omnes urbes Helvetiæ Tigurum, Berna, Lucerna &c. sed cum potestas summa penes Populum sit a quo Magistratus eliguntur, mixtæ sunt hæ respublicæ, & aliæ magis Aristocraticæ, aliæ plus Populares sunt.

Lacus.

Flumina.

DE Helvetia generatim dixi, ſequuntur Partes. Has Mercator tribus Tabulis ſequentibus graphice delineatas exhibet. In prima, Provinciæ duæ, eæ quæ vernacule *Zurichgow*, & *Baſilienſis*; in ſecunda *Wiſſiſpurgergow*; & in tertia *Argow* proponitur, quarum deſcripitiones una cum Lacus Lemani Chorographia, ordine dabo. Ad priorem Provinciam quæ prima Tabula depingitur quod attinet, ea

Regio.

Zurichgow vernacule, *Tigurinus pagus* Cæſari dicitur. Solum hujus tractus & potiſsimum per circuitum *Tigu-*

Soli fertilitas.

civitatis primariæ eſt valde fœcundum, feraxque Vini & Frumenti plurimi. Vinum tamen plerumque eſt ſubacerbum, nec poteſt ob vicinas Alpes ad perfectam pervenire maturitatem. Matureſcit autem Vinum, ſeu

Vrbs Tigurum.

potius miteſcit a ſua auſteritate poſt aliquot annos in penu conſervatum. Vrbs hujus Provinciæ primaria Latinis *Tigurum*, proximis aliquot ſeculis *Thuregum*, dicta, vernacule *Zurich*. Vetuſtiſsima eſt Vrbs, ſita loco amœno ad exitum Lacus magni qui hic deſinit, excluditque amnem *Lindmagum* vulgo *Limmat* dictum, quem haud procu la Glarona recipit, & dividit Vrbem in duas Civitates majorem & minorem, quæ tamen tribus conjunguntur amœnis pontibus, in quibus frequentes Civium fiunt deambulationes. Forum habet frumentarium ampliſsimum, in quo ingens Frumenti vis hebdomadatim divenditur. Incredibilem Piſcium copiam Lacus Tigurinus huic Vrbi ſuppeditat. Forum annonæ illic locuples eſt, lacus ſubvectioni idoneus. Etſi autem Tigurum quinto demum loco Helvetico fœderi acceſſerit, nihilo tamen minus propter Vrbis celebritatem & potentiam princeps locus omnium conſenſu illi datus eſt, quem hodie quoque aucto fœdere retinet in Comitiis, Legationibus, aliiſq; publicis actionibus. Viros illuſtres & claros multos habuit: *Conradum Pellicanum* linguæ Hebrææ, Chaldææ & Thalmudicæ peritiſsimum: *Theodorum Bibliandrum*: *Conradum Geſnerum* Polyhiſtora illum θαυμασιώτατον, ac multos alios egregios viros. *Tigurinus* Pagus habet extra urbem Præfecturas *Majores* & *Minores*. *Majores* ſunt IX, *Kyburg* Comitatus: *Groeningenſis* Præfectura: *Audelfingen*: *Grifenſee*: *Eglſow*; *Libera Provincia*: *Regenſperg*: *Vadiſvillana*, *Wadiſchwyl*: *Lauffa* ad cataractas Rheni, *Lauffen*. *Minores* XXII. *Turgauerum*, *Winterhur* & *Steina* Opida Tigurinis parent, proprios tamen Magiſtratus habent, ſed Tigurinorum edictis

Tugium Pagus.

tenentur & in bello illis militant, propriis tamen ſignis utentes. Adcenſetur huic Provinciæ Tugium pagus, *Tu-*

Situs.

gium, vulgo *Zug*, Opidum, ejuſdemque nominis Regio, verſus Septentrionem, Suitiam vicinitate attingens in pede paſcui, & vitibus conſiti Montis lacui piſcoſo adjacet, cui a Civitate nomen *Lacus Tuginus*, qui Meridiem verſus ad Artenſe Opidum extenditur. Agrum compaſcuum, Vini Frumentique feracem habet.

Soli fertilitas.

Ejus cultores *Tugini*, Straboni vero lib. VII *Toygeni* dicuntur, qui cum Tigurinis & Cimbris inito fœdere, Ro-

Imperium majorum.

manis ſe oppoſuere. Conſulendi Plutarchus in vita Marii & Eutropius lib. V. Paruit Tugium aliquando nobilibus, poſtea in Auſtriorum poteſtatem pervenit: Hi, bello Helvetico, perpetuo præſidia illic aluere, quæ Suitios & Tigurinos infeſtabant. Itaque anno MCCCLII Tigurini cum quatuor aliis pagis expeditionem adverſus Tugium ſuſcepere. Præſidiarii, munitionibus Opidi diffidentes, ante adventum Helvetiorum id deſeruere, Cives tamen, qui fidem Auſtrio ſervare vellent, obſidionem per dies XV ſuſtinuerunt. Tandem deditionem

fecere,


Septen.
Meridies
Occidens
Orientis
Basel
Krentzach
Willen
Schwartz Wald
Swislat
Buken
Fleckingen
Dugst-
Botingen
Dornach
Kinfelden
Rhin flu.
Mumff
Osperg
Ergetz flu.
Metzpach
Stein
Grokingen
Liechstal
Birs flu.
Lauffen
Buchendorf
Gelterin gen
Silach
Bus
Lauffenberg
Frick
Elfingen
Hoelstein
Niderfdorf
Romlicken
Ratten
Brim
weill
Spital
Die Basler.
Kilchberg
Clumberg
Deuschren
Biberstein
Aar flu
Windisch
Wildeck
Stenkenberg
Hilti
Buck
Aar flu.
Coblentz
Klingenaw
Keiserstul
Rhenus flu.
Turgach
Kleckgow
Wyl
Dagerfelden
new
old
Wettingen
Isdorff
Wettingen
Buchs
Rynfeld
Eglow
Rynberch
Schellenberg
Andelfingen
Hasen
Helfenberg
Golden
Thur flu.
Dorflingen
Rhin fluvi.
Morblingen
Schafhau sen
Dießenhofen
Leuffen
Eschens
Stain
Der Vider see
Alenspach
Constentz
Manburen
Fleckburen
Richenow
S. Anna
Pfyn
Hutwyl
Winfelden
Wart
Busnang
Frowenfeld
Thur flu.
Dinhart
Marzing
Spiegelberg
Wengi
Tobel
Nastenba
Wulflingen
Winterthur
Bulach
Oberglat
Kloten
Britten
Toß
Toß flut.
Eglisow
Alderff
Vinstingen
Kiburg
Pfeffiken
Wangen
Uznow
Turbental
Gryffensee
Griffensee
Wyllen
Landen berg
Gryffenberg
Meylan
Bubicon
Gruninge
Hurnle
Fischental
Ruthy
Wald
Wurmspach
Sewen
Rapperswyl
Zurich see
Obersee
Pfeffikon
Hurden
Lachen
Einsideln
Neuels
Walen see
Art
Steinen
Egery
Oberwyl
Lucerner see
Kisch
Lucern
Ramoos
Fruob
Krientz
Suomisuald
Dirrenroot
Rickenbach
Lotzwyl
Seeberg
Dietwyl
Huttwyl
Willisaw
Wiggerflu.
Sempach
Sinss
Munster
Meienberg
Baldeck
Maschwanden
Eschemos
Kaltyrlersee
Farwanhen
Uttiecie
Wylmarg
Halwyl
Pro
Libere
Sur Lieber
Lentzburg
Arburg
Chellicken
Hagendorff
Balstad
Bechburg
Falkenstein
Alt-Lechburg
Ror
Weilsbach
Birr
Kestenholtz
Aar flu
Wangen
Arwangen
Dunsletten
Emma flu
Murgenthal
Toffingen
Brittnaw
S. Urbans
Kutwyl
Wigger flu.
Suttse
Schoffsten
Wynaw flu.
Bunyl
Rinach
Araw
Olten
Yoelsgen
Brunnen
Moellingen
Dietkon
Limat flu.
Viningen
Altstetten
Hard
Glatt flu.
Wallisellen
Birmenstorff
Zouen
Bonstetten
Zurich
Zurich see
Kusnach
Altorff
Cappel
Halwyl
Strinhusen
Baar
Zug
Cham
Risch
Pfeffikon
Hurden
Obersee
Wurmspach
Lachen
Einsideln
Art
Steinen
Neuels
Walen see

fecere, & Helvetiis ſacramentum dixerunt, hac conditione: ſi intra præfinitum tempus Dux Auſtrius eos, exercitu adducto, obſidione liberaret, ab Helvetico ſacramento liberi, in ejus obedientiam redire poſſent. Cum autē vidiſſent ſibi nullam in Auſtrio ſpem eſſe, Helvetico fœderi ſe junxerunt. *Tugium.* Pagus II habet partes, & in illis Conventus IV, ex quolibet autem Conventu IX eliguntur Senatores qui regioni conſulant. Opidum ipſum duorum Conventuum loco cenſetur. Ager vicinus tres Conventus habet, *Montanum Vallem Egeriam*, ſive *Aquas Regias*, *Baram parochiam*. Imperant autem *Tugini* Opidani per Præfectos in Vrbe commorantes his locis: *Cham* Opido, *Andreæ* vico, *Hunelbergo Wacheville*, *Steinhuſe* pago, *S. Wolfgango*.

Provincia Baſilienſis. Hæc de priore hujus Tabulæ Provincia, ſequitur altera, nimirum *Baſilienſis*, ab inclyta Vrbe Baſilea ſic dicta. Dicitur & *Sungovia*, quod nomen a Sequanis deductum eſſe haud obſcura eſt conjectura, quam etiam Rhenanus approbat, rerum Germanicarum libro tertio. Agrum habet Vini optimi, Frumentique feraciſsimum: ut etiam vicinis annonæ caritate preſsis, ſuccurrere valeant ipſius Incolæ. Sunt & Pecorum paſcua lætiſsima. Hanc Regionem olim, Scudo teſte, *Raurici* Ptol; Cæſari *Rauraci* inſederunt, quos refert, Helvetiorum exemplo, omnia ſua Opida vicoſque, & quicquid ædificiorum habebant, exuſsiſſe.

Vrbs Baſilea. *Baſilea* inclyta Vrbs hodie Regionis Caput.

Vnde dicta. Hanc nonnulli *Baſileam* dictam a Baſiliſco hic reperto, quorum opinio abſurda eſt, volunt. Alii a *Baſilena* Iuliani Imperatoris matre. Rhenanus a trajectu, quem lingua Romanenſis, hoc eſt Gallica *Paſſum* vocat, ut ſit dicta *Baſilea*; quaſi *Paſſilea*. Et addit; trajectum hoc loco fuiſſe veriſimile eſſe, etiam dum ſtante Auguſta, quod hic propter vallem per quam torrens è Byrſa ductus fluit, ripa ſit humilior, & ob multas cauſas ad tranſitum aptiſsima, apud Auguſtam autem abrupta. Hanc tamen conjecturam Munſterus rejicit, authoritate Marcellini, qui Civitatem illam Græca voce Βασιλείαν, id eſt *Regnum*, vocat, quaſi *Regnopolim* ſeu *Regiam* Civitatem. Alluitur hæc Vrbs Rheno, qui eam pene mediam dividit, niſi quod ponte iuntur. Habet Vrbs ipſa commoditatem magnam a Rheno, quia ad eam plures ſunt navigationes magniſque poteſt adiri oneribus. Paſſa eſt ante annos ducentos multos & graves terræ motus. Sed rurſum eſt inſtaurata, & anno MCCCCLX a Pio Pontifice Academia ornata, quæ omnibus ab eodem donata privilegiis, juribus & immunitatibus, quibus fruuntur Academiæ Bononienſis, Colonienſis, Heidelbergenſis, Erdfordienſis, Lipſenſis & Viennenſis. Præfecturas habet *Baſilea* quæ ſunt; *Faren-Sperg* Arx; *Rinfeld* in edito Monte ſita: *Wallenburg* Opidum: *Homburgum*: *Munchenſtein*: *Ramſtein*. *Toggius* Comitatus ubi *Togwyl* opinor eſt, ſubeſt Abbati S. Galli, cum Toggiani Cives ſint Suitiorum & Glaronenſium: *Rapperſwyl* Comitatus: *Straeſberg* Comitatus opinor, ubi *Straeſberg* corrupte ſcriptum exiſtimo: *Kilchberg* Baronatus. Reliqua Tugini Pagi & Turgurini habes in Tabula Argow. Abbatiæ Imperii in hac Tabula, quæ neque in Suevico Circulo, neque in Germania Vniverſali monſtrantur ſunt *Reichenow*, *Schaffhuſen*, *Kreutzlinge*, *Pfeffers*, *Pfefficon* opinor.

Flumina. Fluminibus hæc regio rivuliſque rigatur pluribus, quos omnes tandem Rhenus recipit. Inter hos *Rhenus*, *Byrſa* & *Wieſa*. *Byrſa* ex Iura monte per multas convalles Baſileam uſque devolvitur, plurima ſecum deferens ligna & lignorum rates. *Wieſa* vero flu. ab oppoſita parte a Nigra Silva ſegregatur, adferunturq; per eum plurimæ trabes

ædificiis

ædificiis aptæ, ac deinde in minori Basilea multis inservit officinis. Nam serrantur ejus officio mola versatili arbores in asseres, commolitur Frumentum, acuuntur fabrilia Instrumenta, ducuntur in Bracteas ferreæ Massæ, multisque aliis conducit usibus, præter id quod habet nobiles Pisces, præsertim Trutas. Et quamquam minor est opposito fluvio Byrsa, est tamen eo piscosior; pluribusque inservit officinis, etiamsi Byrsa non modica quoque exhibeat ministeria Molitoribus, & Chartariis, qui aliquot insignes habent officinas juxta hunc fluvium aut potius juxta rivulum ab eo segregatum & ad Mœnia usque majoris Basileæ facto alveo deductum. Sunt & hic *Tolderus*, *Largus*, aliique fluvii. Sed de his satis. Restat ut de administratione Reipublicæ harum Provinciarum, paucula subjiciamus. Ex Tribubus omnes qui publicis conciliis intersunt, pari numero è singulis deliguntur, tam Tiguri quam Basileæ. Sunt autem præcipuæ autoritatis duo publica Consilia in hisce Vrbibus: Majus quando plures nomine totius plebis conveniunt, & id plerumque tantum in gravioribus negotiis & quæ ad totam Rempublicam pertinent convocatur: Minus quod quotidie Rempublicam administrat, & Civium controversias cognoscit. Ac Tigurimajus consilium est cc hominum, Basileæ CCXLIV. Minus consilium Tiguri L. hominibus constat, Basileæ LXIV. Etenim è singulis Tribubus duodeni in majus consilium assumuntur, nisi quod Tiguri è Nobilium societate XIIX deliguntur. In minus consilium Tiguri singulæ Tribus dant ternos homines, quaternos Basileæ: his accedunt duo Consules in singulis Vrbibus publici Concilii Capita; Basileæ præterea totidem Tribuni, quos una cum Consulibus Capita nominant: præterea Tiguri Nobilium societas senos in Minus consilium mittit, cum aliæ Tribus tantum ternos dent, & adhuc sex alii liberis suffragiis cooptantur, ex quibuscumque Tribubus magistratui visum fuerit. Minus Consilium dividitur in vetus & novum: veterem Senatum eos nominant, qui per medium annum munere suo defuncti sunt: hi etsi quoque convocantur cum Senatus habetur, non tamen semper vocantur, & sunt quædam quæ novus Senatus tantum transigit. Basileæ etiam Majus Consilium simili modo dividitur, atque è duodecim Viris Tribuum sex novo & totidem veteri Senatui accensentur. Convenit autem Minus Consilium plerumque ter, nonnumquam etiam quater singulis septimanis. Vtrique Senatui præest Consul, quem *Burggermeister*, hoc est Civium Magistrum vernacule nominare solent, hunc Majus Consilium eligit. Consulibus potestate proximi sunt Tribuni, hos Tigurini *Oberistemeister*, Basilienses *Zunfftmeister* vocant; horum tres sunt Tiguri, duo tantum Basileæ, qui una cum duobus Consulibus quatuor Vrbis Capita nominantur. Sed hæc sufficient. Plura qui petet, Iosiam Simlerum adeat copiose ac docte de his differentem, ex quo hæc desumpsimus.

Ratio gubernandi.

Regio.
Nomina & unde deducta.
Situs.
Soli fertilitas.
Urbes.

SEquitur apud authorem *Pagus Aventicus*: vulgo *Wiflifpurgergow*. Nomen habet ab Opido *Wiflifpurg*, quod olim tempore Iulii Cæfariis Helvetiorum Caput erat, & *Aventicum* dicebatur. Regio comprehenfa eft intra Sabaudiæ Limites, etiamfi pareat Bernatibus & Friburgenfibus, ficut & terra ex oppfito & ultra Lacum Bielenfem, five Neoburgenfem fita. Satis ferax eft Vini & Frumenti. Cæterum in hac Tabula totus fere *Bernatum pagus* continetur, & *Friburgi*. Prioris Vrbs primaria *Berna*. Hæc fi annos numeres non admodum vetus eft, fi fitum & cultum, fi mores & civilitatem, fi leges & inftituta, fi potentiam ac virtutem refpicias, nulli Vrbium cedit. De cujus conftructione fic legimus. *Berchtoldus* Zeringiæ Dux IV hujus nominis, conftruxit fuo tempore duo Friburga, id eft libera Caftella, unum fcilicet in Brifgoia, & alterum in Vchtlandia. Et quo fui fubditi, firmiorem & tutiorem in Vchtlandia haberent manfionem, deliberavit aliam exftruere Civitatem juxta arcem fuam, quæ *Nideck* appellabatur, in Peninfula quæ *Saccus* vocabatur, quam tunc Silva quercina occupabat. Quodam autem tempore quum idē Berchtoldus venationi intenderet dicebat fuis: Civitatem quam in hoc oportuno loco condere deliberavimus, nominari volumus vocabulo beftiæ, quæ nobis primum occurrerit captaque fuerit. Ceperunt autem Vrfum, quē Germani *Bern* vocant. Cumque eo loco, ut diximus, plurimæ crefcerent Quercus, quo Civitas erat condenda, omnes fere arbores illæ pro domorū ftructura infumtæ fuere. Vnde & operarii vulgo dicebant quum refecarent arbores: *Holtz laſſ dich hauwen gern: die ſtat muſſ heiſſen Bern*: i. *Arbores finite ut fecemini libenter: Quoniā Civitas iſta vocabitur Bern*. Eft autē hujus Civitatis Situs veluti in Peninfula, quam facit *Arola* fluvius navigabilis. Nam ad Meridiem Vrbis fluit amnis ille in demiſſo loco ab Occafu in Ortum, ac tunc reflexus petit Occafum ad jactum bombardæ, quanta fcilicet eft longitudo Civitatis, ficque Amnis eft Civitati loco foffæ aqua inundantis, nifi quod ab Occafu ad jactum baliftæ fundus Civitatis cohæret continenti, qui Ifthmus fi perfoderetur haberet Berna formam Inſulæ. Eft autem a Meridie & a Septentrione valde profundus profpectus in fubjectam decurrentē aquā; ab Ortu lenis eft afcenfus in fummitatē Civitatis. Adjacens folum omnium rerum eft ferax, præterquam Vini, quod haud procul Bernates ex fua terra petunt optimum. Crefcit etiam ab uno latere civitatis Vinum, fed neque celebre neq; multum. Cęterum Berchtoldus IV hujus Vrbis conditor obiit, antequam civitati colophonem imponeret, ejus operis conſummationē relinquens Filio Berchtoldo V, & ultimo Duci Zeringenfi. Hic ex uxore filia Comitis de Kiburg duos Filios genuit, quos Nobiles regionis veneno extingui curaverunt, ob id potiſsimū quod arbitrabantur Berchtoldū odio & æmulatione ædificium Civitatis conſummaſſe, quo eos ſub jugo ſeruitutis continere poſſet. Præfecturas Berna ſub ſe habet tam Germanicas, quam Gallicas, inter quas *Lauſanna* Civitas Epiſcopalis. Situm habet mirabilem; occupat enim duos oppoſitos colles & intermediam vallem. Cathedralis eccleſia & Canonicorum ædes tenent collem Septentrionalem, & ex oppoſito colle Meridiano patet deſcenſus magnus ad Lacum uſque. Forenſis vero locus eſt in convalle. A morte Caroli ducis Burgundiæ, redemta a Principibus Sabaudiæ Lauſanna


DAS WIFLISPURGERGOU
Septentrio
Meridies
Orientis
Occidens
WIFLIS
PURGER
GOW
Vchtland
Vchtland
Vchtland
Ober Simmenthal
Nider Simmenthal
Lacus Neocomensis
LACUS LEMANNUS
der Losanner oder Genffer see
Die Waat
Fontarbun
Louy
Nuwenburg
Transuer
Nuwenstat Zuorladren
Erlach
Galtz
Columbier
Saulbin
Prouence
Cudresen
Arberg
Aar fluvius
Fremisberg
Buchsi
Riecaw
Brandis
Thorberg
Walckringen
Bern
Chimitz
Wallenbuach
Loupppen
Worb
Signau
Minsingen
Wichtrach
Retenbach
Disbach
Staffels
Vberdorf
Vttingen
Thun
Rollingen
Thuner see
Aar fl.
Macken berg
Burgistein
Helfenstein
Blumen stein
Im Gfell
Plaffer
Spins
Pont
Fauernach
Corbers
Vaul Saint
Treffels
Cottingen
Cuilty
Remonad
Mouldon
Worra
Ruet
Oron
Montheron
S. Catherine
Sempsale
Granduillar
Joux
Affletschen
Rossiniere
Oesch
Montbouian
Lustry
Cuilly
Aclaus
S. Saphorin
Corsier
Vivey
Clarens
Villeneufue
Noville
Meileiria
Ripaille
Euian
S. Gingau
S. Pol
Nerny
Yuoire
Coppet
Versoix
Genue
Rogemont
Sana Stadt
Grund
Ober Ander matten
Ander Lenck
Blanckenburch
Simmeneck
Mannenberg
Wyssenburg
Frutt inge
Leissingen
Schwen de
Wimmis
Erlenbach
Spitz
Simmen fluv.
Gyren fluv.
Sana fl.
Lasy thal
Simmen fluv.
Aubonne
Bussy
Bussegny
Bossonens
Bougeay
Lussy
Morges
Arzier
Bursins
Rolle
Geurins
Bonmo
Arnex
Nyon
Dou luna
Mentenot fluv.
Orbe fluv.
Abb.
Mentenot
Montrochier
Disle
Mellens
Penta
Bottens
Echalens
Oulens
Berchie
Pompaplo
La Serra
Le chaux
Cossonay
Vuillion
Romanoſſier
Les eles
Valorbes
Iuerdon
Mente prior
Roche foan
S. Maria abb.
Vaulgondru
Fognie
Fourtegrand
Effurt
S. Posing
Jurnis
Lorbe
Cronay
S. Martin
Petterlingen
Moret
Font
Grandcourt
S. Aubin
Wiflisburg
Murten
Berfisch
Montanach
Friburg
Sanen
Bendicht
Gr fanson
Lorbe
Lorbe fluv.
Broye fluv.
Broye
Arbogne fluv.
Arbogne
Venoge fluvius
Venoge fluv.
Venoge
Aubonne
Lussy
Morges
Arzier
Bursing
Rolle
Geurins
Bonmo
Arnex
Nyon
Dou luna
Coppet
Versoix
Genue
Nerny
Yuoire
Ripaille
Meileiria
Euian
S. Gingau
S. Pol
Villeneufue
Noville
Clarens
Vivey
Corsier
S. Saphorin
Aclaus
Lustry
Cuilly
Montbouian
Rossiniere
Oesch
Joux
Affletschen
Granduillar
Gyres
Bossonens
Sempsale
S. Catherine
Montheron
Penta
Bottens
Echalens
Oulens
Berchie
Pompaplo
La Serra
Le chaux
Cossonay
Vuillion
Romanoſſier
Les eles
Valorbes
Iuerdon
Mente prior
Roche foan
S. Maria abb.
Vaulgondru
Fognie
Fourtegrand
Effurt
S. Posing
Jurnis
Lorbe
Cronay
S. Martin
Petterlingen
Moret
Font
Grandcourt
S. Aubin
Wiflisburg
Murten
Berfisch
Montanach
Friburg
Sanen
Bendicht
Gr fanson
Lorbe
Lorbe fluv.
Broye fluv.
Broye
Arbogne fluv.
Arbogne
Venoge fluvius
Venoge fluv.
Venoge
Aubonne
Lussy
Morges
Arzier
Bursins

ſanna, Cives Lauſannenſes interim ſingulari familiaritate fuerunt juncti Bernatibus, uſque ad annum MD XXXVI, quo Lauſanna cum omni circumjacente Regione ad dominium Bernatium pervenit. At cives fruuntur interim omnibus ſuis privilegiis & juribus. Reliquæ ſunt, *Germanicæ* quidem XXXI, quarum IV Suburbanæ, quibus totidem Vrbis ſigniferi præſunt, &ſub eorum ſignis, ſingulæ Præfecturæ in bellum proficiſcuntur. *Haſelia Vallis*, *Haſli*: *Underſea* Opidum *Underſeuwen*: *Simmia Vallis ſuperior*: *Simmia Vallis inferior*; *Fryſingen*; *Sana*; *Aelen*; *Thun*; *Louppen*: *Signaw*; *Drachſelwald*; *Emmæ Fluvii Vallis*; *Brandis*; *Sicomiſwald*; *Burgdorff*; *Biereneck*; *Landſhuot*; *Arberg*; *Nidow*; *Erlach*; *Bippium*; *Wangen*; *Arwangen*; *Arburg*: *Biberſtein*: *Schenckenberg*: *Lentzburg*. Item III Libera Opida in Pago Verbigeno Bernenſium Imperium agnoſcunt: *Zoffingen*, *Araw* & *Bruck*: Item Cœnobiorum Præfecturæ IX, quarum VI Civilem quoque Iuriſdictionem habent. *Gallicæ* IIX, quæ ſunt, *Aventicum Wiflispurg*: *Minnidunum*, *Mouilden*: *Yverdon*: *Morges*: *Novidunum*, *Nyon*: *Oron*: *Zilia* cum *Vibiſco* ſeu *Vivey*: item tres Cœnobiorum Præfecturæ. Ad alteram hujus Tabulæ partem tranſeo, in qua *Friburgi* Præfecturæ etiam Bernatibus communes a Mercatore recenſentur: quæ ſunt *Morten*: *Schwartzenburg*; *Granſon*: *Chalan* ſive *Scherlin*. his Bernates & Friburgenſes alternatim per quinquennium Præfectos conſtituunt, ſic ut Præfecto ex una urbe conſtituto, provocationes ad alteram fiant, & ab eadem rationes Præfecti examinentur. *Friburgum* Opidum apud Nicitones ſitum in Vchtlandia ad Sanam fluvium, a Berchtoldo IV Zeringenſium Duce paucis ante Bernam annis conditum. Regnante ſiquidem Lothario anno Domini MCXXVII *Gulelmus* Vchtlandiæ Comes mortuus eſt, ut Nauclerus ſcribit, quo tempore ab Imperatore Lothario Vchtlandia Conrado Zeringenſi Principi committitur. Quo mortuo anno MCLII, ſucceſsit ei Filius ejus Dux *Berchtoldus* Zeringenſis ejus nominis IV. Is utrjuſque *Friburgi*, *Briſgoiæ* & *Vchtlandiæ* fundamenta poſuit, ut ſupra quoque diximus, Anno poſt Chriſtum natum MCLII, non ſine privilegiorum ampliſsimorum donatione. Quemadmodum & ſubſequentes ex ordine Imperatores, utrumque Opidum non minore favore proſequuti ſunt, quam ſi Imperii membra eſſent. Anno deinde Domini MCC XIIX *Berchtoldo* V Zeringenſium Duce, è vivis ſublato, Friburgum Vchtlandiæ privilegiis omnibus illæſis, ad *Comites Kiburgenſes* devenit. Anno vero Chriſti M CCLX *Eberhardus Comes Habſburgenſis*, iſtius Vrbis habenas tenuit. Is anno Salutis M CCLXX Regi Rudolpho ab Habsburg, peringenti pecunia ſuum in hanc Vrbem, jus vendidit. Hinc Æneas Sylvius, Friburgum nobilem Auſtriæ domum nuncupat. Incolæ tandē earum mutationum pertæſi, non ſine maxima pecuniarum vi, libertatem ab Auſtriæ domo redemerunt. Itaque hoc tempore, Helvetici juris eſt. Ejuſcemodi in Friburgenſi muro epitaphium invenitur:

Dum bis ſexcentis ter denis jungitur annus,
In Friburg moritur, Berchtoldus Dux Alemannus.

Opidum ipſum mirabilem Situm obtinet, partim enim monti præcipitibus petris ſuffulto impoſitum eſt, partim jacet in valle acclivis Montibus clauſa, circumfluitque montem, in imo per deſidentem civitatem amnis *Sana* mediocris magnitudinis. Prætorium ſitum eſt in præcipiti rupe, ubi olim Arx fuit, a qua temporum ſucceſſu

ſucceſſu crevit Civitas ipſa, ſupra & infra. Oppoſiti montes ſuſtentant mœnia, tametſi in Orientali Monte, nullæ fere domus, præter munitiones exiſtant. Quocumque pergis in Civitate, eſt tibi, vel aſcendendum vel deſcendendum. Ager ejus profert omnia neceſſaria præter Vinum, quo non niſi importato utitur. Et hæc de hujus Tractus Civitatibus: nunc nonnulla de adminiſtratione Reipublicæ harum Vrbium addamus. Genus Reipublicæ eſt in his, quale in iis Vrbibus Helvetiæ quæ non ſunt diſtributæ in certas Tribus ex quibus Magiſtratus pari numero deligantur. *Ratio gubernandi.* In his autem Vrbibus ſummum Magiſtratum & Caput publici Conſilii vocant, *Ein Schuldtheſſen.* Vox hæc Germanica in Longobardorum legibus uſurpatur, & *Schuldahis* ſcribitur: videtur autem etymon vocis eſſe a debito, id enim *Schuld*, & jubendo, quod videlicet *Schuldahis* debitoribus imperet ut creditoribus ſuis ſatisfaciãt. Iſte in hiſce urbibus ſummam auctoritatem & potentiam obtinet. Conſilia hic publica etiam duo ſunt, Majus & Minus. Majus conſilium Bernæ ſicut & Tiguri nomen habet ducentorum, quamvis plures ſint ducentis. Minus vero conſilium Bernæ eſt hominum XXVI. Senatus eligendi ratio hæc Bernæ ſervatur: Quatuor Vrbis Signiferi ex omni Civium numero viros XVI expertæ fidei & virtutis ſibi adjungunt: atque hi XX viri una cum Conſule Majorem Senatum deligunt: ac poſtea etiam Minorem. Conſules quorum præcipua dignitas eſt, ab utroque Conſilio communibus ſuffragiis eliguntur. Friburgi itidem Majus Conſilium CC hominum, minus XXIV. Adminiſtrantur autem a Minore Senatu Res urbanæ, ac provocationes ſubditorum audiuntur, præterquam ex Præfecturis Sabaudicis poſtremo bello captis. Quæ autem ad totam Rempub. pertinent, maximique ſunt momenti, ad ducentos ſeu Majus Conſilium referuntur. Conſul qui utrique Conſilio præſidet, ab univerſo populo deligitur. Comites in hac parte, *Nuenburg*, *Nudow*, *Arberg*; & *Balm* Baronatus.

Chorographia, seu descriptio Lacus Lemani & locorum circumjacentium.

Authore Jacobo Goulartio.

Lacus Lemanus.

Nomina Regionum circa Lacum.

IN hac Tabula prima fronte *Lacus Lemanus* in confiniis Ducatus Sabaudiæ, Comitatus Burgundiæ, Dominatus Helvetiæ & Episcopatus Valesiæ conspicitur. Circa Lacum vero nomina Regionum, Præfecturarum, Baronatuum, Ditionum, Itinerum, Fluviorum, Montium, Vrbium, Pagorum, Castellorum & Castrorum leguntur. Sabaudiam incolunt Populi Cisalpini linguæ Gallicæ non imperiti. Qui olim *Allobroges* teste Iulio Cæsare Commentariorum initio, ab *Allobroge* Galliarum Rege qui florebat anno Mundi circiter 2433 ac postea *Bagaudæ*, teste præstantissimo Antistite Fauchetio, & tandem *Sabaudi* nuncupati sunt, Gallice *Savoysiens*, Sabaudice *Savoyarde*. Illam Regionem ab anno Domini 1126 Comites, & ab anno Domini 1420 Duces hactenus rexerunt. Eadem Regio fertur a Legione latronum primum diuque culta. Verum hodie tuta sunt ibi & secura tempore pacis itinera. De Cœli temperie conqueruntur Incolæ dicentes ut plurimum, ô quam frigus viget! vel, quam æstus ingens est! Et tamen fere nunquam congelatur Lacus nec Rhodanus. Æstus vero non solet ibi esse tam ingens quam in Delphinatu, nec frigus tam vehemens quam in Inferiori Germania, ubi flumina congelari solent. Solum est aratione facile & fertile. Abundat enim Vvis, Tritico, Pisis, Rapis, Caulibus, Faseolis, Melonibus, Porris, Cepis, Fabis & Lentibus: nec non Hordeo, Fœno & Avena, atque aliis Frugibus. Fructus vulgares hi sunt, Nuces, Poma, Pyra varia, Cerasa dulcia & acida, Mora nigra & alba, Castaneæ & Amygdalæ, rariores sunt Ficus. Iucunda quoque adest varietas tum cœlestium, tum aquatilium, tum terrestrium Animalium. Vvandalæ Helvetici Lausannam & vicina loca colentes subditi sunt Illustriss. Dominorum Bernensium ditioni, quorum nomine Præfecti per quinquennium magna cum authoritate clavem & clavum Rerumpublicarum tenent. Secundum vetusta Chronica, anno Mundi 2790 Lausannæ fundamenta jecit Arpentinus Herculis Centenarius, a quo derivatum est antiquum ejus nomen *Carpentras*, quod mutatum est cum transferretur in montem Civitatis circa tempora Martini Episcopi Lausannensis, anno Domini 593. Vrbs *Neviduni*, olim *Benevis* vulgo dicta, ante adventum Iulii Cæsaris desolata & diruta, Imperatoris Flavii Vespasiani tempore restaurata fuit a quodam ejus Centenario nomine Nyon. *Cossonex* anno Domini 442 structum est. *Albona* vero anno Domini 456 & sequentibus condita. *Geneva*, civitas equestris, libera & Imperialis, in qua cuditur Moneta alba & nigra satis nota & probata, primum vocata est *Genevra*, ut nonnulli existimant, quoniam Iuniperi loco in colle sita est, quem situm ei dedit *Lemannus* (pater Alemannorum seu Germanorum) Priami nepos, Paridis filius, anno mundi 2994. Postea vocata est *Aurelia* ab Aureliano Imperatore, quoniam Restaurator fuit ejusdem Civitatis, quæ Heliogabali temporibus funditus combusta fuerat. A Iulio Cæsare seu a Latinis vocata est *Geneva*, & a Poëtis, metri causa *Gebenna*, nec non a Notariis. A Germanis *Genf*. A Gallis *Geneve*, cujus anagramma peraptum est VENGER. Etenim multoties ab hostium injuriis & proditorum astutiis cœ-

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Vrbes.

litus


LACVS LEMĀNVS
Lac de Geneve, Helvetis
Genffer Zee
Lacus Lemānus
Milliaria Germanica
BVRGVNDIAE PARS
FAVS
SIGNI
Pays de Gavot
LE PAYS DE VAVD
Bay
Lausanne
Genève
Orians
Meridies
Occidens
Sept.
Abbaye d'Abondance
Abondance
Aigle
Prevalay
Chambon
Villeneufve
Monstrol
Ch. chillon
Bernex
Chastelar
Latour de Pil
Veuay
Cuzi
Bossonens
Lac de Bre
Maraffon
Montagny
Savigny
Lutry
Cully
Chenaux
Esserte
Escotaux
Ouchy
Lausanne
Pelmont
Riue
Mercier
S. Sulpr
S. Germain
Apreilly
Cressy
S. Catherine
Esculens
Mesiere
Chesaux
Villaret
Vuiellerz
Bussy
Penthaz
Goillon
Clarmont
Mont prenere
Cossonay
Lonay
S. Saphorin
Vcens
Vcleus
Yens
Perroy
Rolle
Fee
Aubonne
Gemel
Begnin
Berola
Vaux sur Bus
Bursin
Gland
Loin
Bonilly
Nion
Prangins
Genoully
Gingin
Chevry
Arbere
Villar
Villars
Cheseray
Croset
Serray
Avenison
S. Genis
Poullly
Villarlacco
Le Chavanes
Marnay
Condigny
Mie
S. Loup
Bossy
Nostre Dame
Meyrin
Peuey
Puits
Genton
Coler
Verfoy
Copet
Cologny
Vandœuures
Corsinge
Nemace
Corniere
Vesy
Lefort
Pla des Ouetes
Crevin
Lullin
Lamure
Moiran
Sapay
Rigny
Thoreus
La Roche
Tournavent
Arbuſigny
Arantou
Contamine
Chaſteleret
Pers
Gonuvy
Marcossay
Felinge
Bougine
Verex
Montorchez
Entreverge
S. Lyre
S. de Toulonc
C. de Seroche
Marcla
La bonne Ville
Thonon
Ripaille
Armoy
Borly
Solier
Creſte Molins
Lefort des Alinges
Meyrge
Marcla
Thully
Sus
Singe
Lovertenne
Rairros
La Coſte
Lecor
La Perriere
Le Lairou
La Place
Taramon
Aoutre Brenz
Le Freſne
Belleveaux
Le Paſ
Haut de Iher
Vacheresse
Chavane
Fesserne
S. Poll
Macilly
Cdc Blanmer
Lugrin
Maman
Hermance
Aquaria
Prior de Filly
Dovena
Cuzi
Cadrio
Balaiſon
Foncenay
L'Abbaye du lieu
Langin la Ville
Bonne
S. Sergue
G. Juſty
L'Eveſque
Montou
Vegi
Bellerive
S. Maurs
Miolan
Greſt
Hermance
Nerniu
Feuillerie
Pont moren
Abbre
Roſy
Bougine
Marcouſſay
Felinge
Verex
Montorchez
Entreverge
Gonuvy
Rigny
Sapay
Lamure
Moiran
Lullin
Crevin
Vesy
Lefort
Pla des Ouetes
Corsinge
Nemace
Corniere
Meyrin
Peuey
Puits
Genton
Coler
Verfoy
Copet
Cologny
Vandœuures
Bossy
Nostre Dame
Villarlacco
Le Chavanes
Marnay
Condigny
Mie
S. Loup
Selegny
Nion
Prangins
Doully
Gland
Loin
Genoully
Gingin
Chevry
Arbere
Villar
Villars
Cheseray
Croset
Serray
Avenison
S. Genis
Poullly
Le martiner
Gex la Ville
Le Landeron
Chastelet
Pers
Sapay
Rigny
Thoreus
La Roche
Tournavent
Arbuſigny
Arantou
Contamine

litus vindicata est, ac præsertim 12 seu 22 Decembris 1602. *Castellum Morgiarum* anno Dom. 1135 ab Imp. Clotario constructum est. *Aquianum*, vulgo *Evian*, a Petro Sabaudiæ Comitis Amedæi fratre & Vicario conditum est anno 1237. Lacus ille Genevensis ex parte Helvetiæ in longitudinem XVI, ex parte vero Sabaudiæ XII & in latitudinem IV milliarium sese extendit. Portus habet frequentes ad minimum 16. Ex portu Morgiensi & Rotulensi, vulgo *Rolle*, Vinum optimum: ex Portu vero Promontoii, vulgo *Pormenton*, & Neronis, vulgo *Nerny*, magna copia ligni & carbonis Genevam advehitur. *Rhodanus* Lemanum interfluens ab origine sua usque ad introitum Lacus non est patiens navium, neque a ponte Helvetico suburbii Genevensis usque ad proximum Opidum nomine Sessel, quod 7 milliaribus ab urbe distat. Idem fluvius certo loco 5 milliaribus ab urbe distante in Barathrum subterraneum labitur. *Jurassius* Mons tantæ est longitudinis, ut ejus Incolæ a Germanis olim *Longimani* dicti sint. Nam ex ejus extremis cacuminibus conspiciuntur Templa Genevæ & Basileæ, quatuor aut quinque dierum itinere ab invicem distantia. In eo spectatur cum admiratione *Petra pertusa*, quam Sebastianus Munsterus in sua Cosmographia describit: Item *Castellum Puellæ*, seu *Virginis* a Iulio Cæsare conditum: Item *S. Claudii Opidum*, quod a Claudis è longinquo nomine Religionis invisitur: Item Fons Niveus æstivo tempore: Item Puteus naturalis instar theatri latus, instar Templi mediocris altus, & instar antri obscurus, perpetuo nive & glacie ac forte Cristallo plenus. Non procul a Lacu Lemano ex parte Sabaudiæ conspiciuntur Montes media æstate nive cooperti. Est quidam Mons uno milliari ab Vrbe Geneva distans, quem nonnulli non sine horrore conscendunt per gradus arte plus quam humana è rupe scissos, strictos, & fere innumeros. Sunt qui supremo gradui pedem adponentes, identidem a conspectu horrendi præcipitii regressi sunt. Est alius Mons non procul ab Aquilæ opido versus Valesiam, de cujus stupendo casu & effectu legatur Historia in Historiis memorabilibus nostri temporis capite Terræmotuum, nuper Gallice in lucem editis, Lutetiæ Parisiorum. *Mons S. Sergii* fertilissimus est inter cæteros Chablasii, inter quos alter etiam fertilis. Cæteri nihil nisi ligna seu arbuscula ferunt cum pascuis Vaccarum, quæ in planitie Montium æstivo tempore saginantur, & lac ubere reddunt. Cæterum quis enumeret casus & res memorabiles in iis tempore belli gestas? Quantum & quam formidabile præcipitium montis Mustruaccnsis, in quod singulis annis multi Equi onusti ac nonnulli Mercatores præcipites ruunt? De rupibus instar dentium aut ensium acutis acutiori stilo est scribendum aut silendum. De radicibus Aquianensium montium notum est eas ignotas esse, propter altitudinem Lacus, è cujus imo originem trahunt. Silvarum maxima pars pauperibus & divitibus Castaneas suppeditat, Porcis & Suibus glandes, igni ligna vili precio, agricolis curricula & aratoribus aratra. In his locis nullæ aut paucæ sunt ædiculæ Sanctorum reliquiis venerabiles, propter exulatam Idololatriam. Supersunt quidem Templa sumtu & artificio magnifica, imprimis Lausannense Marmore nigrescens interius, necnon Genevense perantiquum albo ferro refulgens, semel atque iterum fulmine ictum, ita ut crux plumbea combusta sit & turris alta demissa; quæ ante Caroli Magni adventum exstabat. Adde Templum Viviacense inter Vineas extra urbis mœnia locatum,

Portus.
Flumina.
Montes.
Silvæ.
Opera publica.

& Morgi-

& Morgiense nuper adornatum. Sed ibi simulacra deleta sunt. Non deest Genevæ *Orphanotrophium* nec *Nosocomium* : sed utrumque includitur *Xenodochio*, in quo habitat Catechista & Pædagogus in consolatione ægrorum & precibus vigilans, quod etiam proprium Medicum & Pharmacopolam habet. Curia Municipalis Genevensis in qua quotidie viginti quinque prudentes & pii Senatores Reipublicæ causa conveniunt, in qua etiam membranæ scriptæ cum codicibus asservantur, noctu a Civibus ipsis custoditur. Ex una parte Portæ collocata est Sedes Iudicii, vulgo *Tribunal*, magnifica. Ex altera parte Portæ prostat Monumentum notatu dignissimum de tempore, occasione & mediis renovati status. Armamentarium egregie instructum prope Curiam ostenditur. In eadem Civitate multa sunt propugnacula eminentia & bombardis munita. Arces multæ sunt & fuerunt in hac Regione, quarum una *S. Catharina* dicta in qua reposita erant instrumenta bellica ad obsidionem Genevæ parata & illuc adducta anno 1590. Capta est a Rege Henrico quarto ejusque jussu diruta, anno Domini 1601. Altera quæ oportune in oppositum ab ipsis Genevensibus erecta erat, pacis & parcimoniæ causa in Chaos redacta est. Tertia, vulgo *Ripaille* dicta, auxilio Gallicarum cohortium in potestatem Genevensium venit anno 1589 & desolata est, ut & quarta, quæ erat Versovii quum ab iisdem Genevensibus capta est. Nonnullæ ibi sunt Turres affabre & ingeniose erectæ, inter quas una dicitur *Turris Magistra*, quæ Genevam ex parte Lacus & Sabaudiæ defendit : alia dicitur *Turris Insulæ*, vel *Cæsaris*, quæ in alta Insula sita est ad defensionem Pontis olim ad Helvetios pertinentis, & ut fertur abeodem Imperatore constructa est. Statuta & Leges Reipublicæ Collegiique Genevensis leguntur in libro impresso. Magnus est in his locis Nobilium Familiarum numerus. Quod attinet Viros ingenio & artium scientiarumve professione celebres, non pauci sunt qui suis scriptis Theologicis & Philosophicis claruere: Petrus Viretus Verbigenensis, Gulielmus Farellus, Ioannes Calvinus, Antonius Sadeel, Petrus Cevalerius, Nicolaus Colladonus, Cornelius Bertramus, Alberius, Alizetus, Sequierius, Bucanus, qui omnes superiori seculo Genevæ, Lausannæ, Morgiis & Albonæ Pastorum atque Professorum munera diligentissime diuque obierunt, quibus successere in scribendo clari Theodorus Beza Veselius, Simon Goulartius, Silvanertinus, Antonius, Fatius, Ioannes Lacomotus Pastores, Iacobus Lectius Senator, Ioannes Deodatus Genevensis Linguæ & Theologiæ Sacræ Professor, Isaacus Casaubonus Regius Linguæ Græcæ Professor & Gasparus Laurentius ejusdem linguæ Professor. Cæterum Bibliotheca publica Genevæ multis eximiis manuscriptis ornata est. Lausannensis vero Patrum & aliorum præstantiss. Theologorum opusculis instructa est. Quod vulgus attinet, a barbarie videtur alienum : etenim magno amore & honore advenas colit & excipit: peregre Trutas ponderosas, Capones pingues, Caseos bonos, aurea Fila & Setam inter cæteras Merces mittit.

Curia. Senatores. Prophana.

Leges & instituta. Nobiliores familiæ. Bonarum artium studiis celebres viri.

Bibliothecæ.

Vulgi mores. Mercimonia.

Argow.

ARgovia, vulgo *Argow*, pars fuit *Regni Transjurensis*, quod quidquid a Iura monte, ad Alpes usque excurrebat, (cui quondam Helvetii, Rauraci & Allobrogum pars, hodie vero Sabaudiæ Ducatus, ac Vchtlandia, Brisgovia, Suntgovia, Cremerlandia & Tigurinensis Præfectura sive Helvetiorum hodiernorum pagi tenent) comprehendebat. Hac autem Tabula *Lucerna, Uren, Swytz, Underwald, Glarona* pagi pro maxima sui parte continentur. *Lucerna* Helvetiorum urbs quam Meyerus *Lacocernam* nominat, sita est ad fluvium Rusam qua is effluit ex Lacu amplo, & per quem ad tres pagos navigatur, ad pedem altissimi montis, quem *Fractum* & *Pilati Montem* vulgo nuncupant. Lacus urbi commodus est, quod hac iter sit in Italiam per Alpes Lepontias, quem *Montem S. Gothardi* hodie nominant; hinc merces ad Alpes subvehuntur, indeque in Italiam clitellariis Iumentis, & vicissim Italicæ Merces per Lacum & Rusam fluvium in Rhenum ac porro in Oceanum descendunt. Habent autem Lucernates, majorem fere commoditatem ex Lacu, quam ex adjacente solo, tametsi eximia quoque habeant prata, & pabula pecoribus nutriendis idonea. Vrbs est satis amœna & elegans, dignitate ac opibus permultis, commune Emporium Suitensium, Vranorum & Transilvanorum. Origo urbis incerta est: utrinque ad flumen extitisse castella singula traditur (hodie sunt Civium ædes) quæ ab Alemannis extructa creduntur. Nomen accepisse videtur a Lucerna quæ forte illic in usum navigantium noctu ponebatur, atque huic rei credibile est, inserviisse turrim illam vetustam, quæ ad superiorem pontem hodie ab aquis nomen habet, qualis & Tiguri cernitur a fluctibus *Wellenberga* dicta: *Pharos* antiqui turres hujus generis appellarunt. Tradunt Annales domestici Lucernates Carolo Magno adversus Saracenos militasse, & ab eo cum privilegia quædam consequutos, tum Cornuum usum, quibus adhuc classicum tempore belli canunt. Penes Canonicorum Collegium maxima hic quondam potestas fuit. Quod in potestatem deinde Abbatis Murbacensis ex donatione Pipini Regis pervenit. Tum *Albertus Austrius* Imperator, Lucernam a Murbacensi Abbate emit. Sed non ita multo post, Lucernates sub Austriorum Imperio, gravibus oneribus pressi, pacis & libertatis amore anno MCCCXXXII fœderi nomen subscripsere. Præfecturæ Lucernatum quæ a Mercatore recensentur, duæ sunt, in quibus Præfecti ibidem Loci habitant, *Wikensis*, *Wiken*, opinor: & *Sempach*. Sed Præfectus hujus nullum jus in Opidum habet, tantum Lacui & Piscationi præest. Reliquas administrant Senatores in Vrbe manentes, quæ sunt: *Willisow*, *Entlibuchia Vallis*; *Rotenburg*, forte *Rott*, aut locus aliquis illi proximus: *Habspurg*: *Berona* cum vicino Agro *Chelamt*, id est *Michaelis Præfectura*, dicto; *Merischwanden*; *Waggis*; *Ebicona*; *Horba*; *Krientz*; Item II Vrbes *Sursium* & *Sempachium* in Clientela sunt Lucernatum: habent tamen proprium Consilium, quod Causas tam Civiles, quam Criminales judicat: sed Princeps Consilii Sursei *Sculthes* dictus, Iusjurandum dat Lucernatibus. Sempachii vero a Senatu Lucernate deligitur, attamen ex Civium Sempachianorum numero. Sequuntur *Pagi*, *Uriorum*, *Uraniorum* sive *Uraniæ*. Hujus Incolas tempore Iulii Cæsaris, appellarunt Romani *Taurisces*, & nomen *Uri* quo hodie nuncupantur, putatur originem duxisse ab *Uranis*, quos Veteres

Taurisces

Lucerna urbs.

Imperium majorum.

Uriorum pagus.


Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
ARGOW
Thuner see
Lucerner see
Zuger see
Ober see
Der wale see
ZURICH
GOW
Ober Walde
Vnder Walden
Ober Wallis
Der Luckmanier mons
ARGOU
Millisare Helvetiæ comitu.
Bern
Thun
Zug
Cham
Lucern
Sarnen
Stantz
Sarnen
Kerns
Sarnen
Brienz
Meiringen
Hasli
Vf Lucgen
Imboden
Gestonda
Vf Bui
Obermat
Vf soch
Gestinum
Petri boden
Goms
Vesch
Morel
Mangental
Borgo
Arum
Fisse
Pecia
Ayrolum
Gestelt
Spital
Hospital
Vesern
Tawesch
Rinckenberg
Disentis
Rhenus flu.
Scheckental
Altdorff
Swanden
Glarus
Millis
Wesen
Lachen
Richterschwyl
Rapperswyl
Hurden
Arth
Steinen
Schwitz
Brunnen
Gersow
Waggis
Küssnach
Küsnach
Ober wyl
Nider wyl
Emsideln
Pfeffikon
Wurmspach
Ander March
Vznach
Limat flu.
Nuols
Schwitz flu.
Linth flu.
Sarnen flu.
Aar flu.
Reuß flu.
Emmis flu.
Gürbe flu.
Sense flu.
Saane flu.
Simmen flu.
Kander flu.
Engstlen flu.
Aabach flu.
Rotten flu.
Lonza flu.
Visp flu.
Rhodan flu.
Thorberg
Ruderswyl
Walckringen
Worb
Biglen
Signau
Choulsingen
Minsingen
Wichtrach
Diesbach
Vttingen
Burgistein
Blumenstein
Eschlenbach
Wimmis
Spiez
Leissingen
Schwende
Saxeten
Wyssenburg
Zimmeneck
Mannenberg
Blanckenburg
Ander matten
An der Leuck
Leugerbad
Brigantiner bad
Naters
Gresto
Ghyss
Suomiswald
Draahtswald
Wagende stud
Langnaw
Frauch
Ramoos
Im Schachen
Wicken
Marbach
Veitenz
Tschagnaw
Gisinel
Brienz
Wasserwende
Wolfenschiessen
Bruder Clas
Kamboltz
Aar
Zu eilet schiwy
Scheidegk
Petronel
Landeshern
Morel
Maugental
Vischer
Vesch
Goms
Gestelt
Borgo
Arum
Fisse
Pecia
Ayrolum
Der Lukmanier mons
Rhenus flu.
Rinckenberg
Disentis
Tawesch
Spital
Hospital
Vesern
Aufeck
Gothart
Scheckental
Altdorff
Swanden
Glarus
Millis
Wesen
Lachen
Richterschwyl
Rapperswyl
Hurden
Arth
Steinen
Schwitz
Brunnen
Gersow
Waggis
Küssnach
Ober wyl
Nider wyl
Emsideln
Pfeffikon
Wurmspach
Ander March
Vznach
Limat flu.
Nuols
Schwitz flu.
Linth flu.
Sarnen flu.
Aar flu.
Reuß flu.
Emmis flu.
Gürbe flu.
Sense flu.
Saane flu.
Simmen flu.
Kander flu.
Engstlen flu.
Aabach flu.
Rotten flu.
Lonza flu.
Visp flu.
Rhodan flu.
Thorberg
Ruderswyl
Walckringen
Worb
Biglen
Signau
Choulsingen
Minsingen
Wichtrach
Diesbach
Vttingen
Burgistein
Blumenstein
Eschlenbach
Wimmis
Spiez
Leissingen
Schwende
Saxeten
Wyssenburg
Zimmeneck
Mannenberg
Blanckenburg
Ander matten
An der Leuck
Leugerbad
Brigantiner bad
Naters
Gresto
Ghyss
Suomiswald
Draahtswald
Wagende stud
Langnaw
Frauch
Ramoos
Im Schachen
Wicken
Marbach
Veitenz
Tschagnaw
Gisinel
Brienz
Wasserwende
Wolfenschiessen
Bruder Clas
Kamboltz
Aar
Zu eilet schiwy
Scheidegk
Petronel
Landeshern
Morel
Maugental
Vischer
Vesch
Goms
Gestelt
Borgo
Arum
Fisse
Pecia
Ayrolum
Der Lukmanier mons
Rhenus flu.
Rinckenberg
Disentis
Tawesch
Spital
Hospital
Vesern
Aufeck
Gothart
Scheckental
Altdorff
Swanden
Glarus
Millis
Wesen
Lachen
Richterschwyl
Rapperswyl
Hurden
Arth
Steinen
Schwitz
Brunnen
Gersow
Waggis
Küssnach
Ober wyl
Nider wyl
Emsideln
Pfeffikon
Wurmspach
Ander March
Vznach
Limat flu.
Nuols
Schwitz flu.
Linth flu.
Sarnen flu.
Aar flu.
Reuß flu.
Emmis flu.
Gürbe flu.
Sense flu.
Saane flu.
Simmen flu.
Kander flu.
Engstlen flu.
Aabach flu.
Rotten flu.
Lonza flu.
Visp flu.
Rhodan flu.

63.

Tauriſcos nominaverunt, ſicut & in hunc uſque diem *Siebentalenſes* Tauros vocant *Uros* more veterum Germanorum. Deinde & Regio iſta habet nigrum Tauri caput, in campo croceo, quo pro inſignibus utitur.

Suiciorum pagus Suicia opidum.

Uriorum. Pagus in x Partes, ſive Communitates dividitur, quas ipſi vocant *Gnoſſamimem*, quaſi dicas participationes, quod ſoli ex his electi Senatores omnium munerum participes ſint, & ad annuos conventus vocentur. *Suitiorum*, ſive *Suitiæ*: *Suitia* ſive *Suicia*, Opidum univerſæ Helvetiæ nomen communicat, nam ab iis primum ædificatum eſt, qui novis quærendis ſedibus ex Sueciæ regno huc profugerant. Ex tribus pagis eſt unus, qui contra Nobilium inſolentiam fœdere conjuncti fuerunt; robuſtos, belloque potentes homines edit, qui frequenter hoſtibus incuſſerunt terrorem. Ex iis rebus, quæ terra compaſcua ex ſe fundit, fere omnes vitam ſuſtentant. Ab hoc Opido ſive pago, exteri Helvetios *Suitzeros* vocant, vel quod primo pro libertate in ipſorum agro pugnatum ſit: vel quia diutiſsime cum Eremitanis contenderunt, & primi omnium ex pagis tribus Auſtriorum irruptioni expoſiti fuerunt, & inter tres pagos maxima eorum fuit potentia, nomine eorum, ut celebriori, reliqui etiam pagi ſunt comprehenſi, & ab his deinde nomen, ad omnes fœderatos dimanavit: vel denique quod initium fœderationis fecerint Vri, Silvani, Suitenſes, in horum Opido. *Suiciorum.* Regio diviſa eſt in partes VI, quas *Quartas* vocant, veteris diviſionis nomen, in recentiori & ſenaria retinentes.

Underwaldiæ pagus.

Et *Inferioris Silvaniæ* quæ vulgo dicitur *Underwaldia*. Hic liberæ conditionis pagus, mutuo ſocietatis fœdere Suitiæ & Vraniæ junctus, anno Domini MCCCXV. Naturali Alpium vallo circumſeptus, paſcua habet amœna pecoribus alendis perquam idonea, unde magnas opes Silvaniæ Incolæ percipiunt. Cæterum Vri, Suitenſes, Silvani ſeu Vnderwaldenſes, etſi monaſticarum familiarum Abbatibus certis pactionibus ſubditi erant, tamen ſua quadam libertate gaudentes Præfectos accipiebant ab Imperio, quos *Voitos* appellant, fortaſſe Græco nomine, prorſus ut olim Præfecturæ Romanorum. Horum idem munus erat, quod in his terris *Burggraviorum*. Penes illos enim ſumma judiciorum publicorum, & vitæ neciſque poteſtas erat. Formam gubernationis reliquam manſiſſe ex antiqua Romanorum Monarchia conjicio, in qua Præfecturæ ſuis non vivebant legibus, neque ex ſuorum numero creabant Magiſtratus, ſed hos a Senatu aut Monarchis accipiebant. Cæterum *Underwaldia* Pagus in 2 Conventus diſtributus eſt, per Silvam *Kernwald*, *Superiorem* videlicet & *Inferiorem*, tota Regione Vnderwaldiæ nomine nihilominus comprehenſa. Supereſt *Glarona*

Glarona.

vulgo *Glaris*, Helvetici fœderis vallis ac Regio, juxta Limagum fluvium non admodum ampla, longitudine III milliariorum Germanicorum, nomen habens a præcipuo totius regionis vico, cincta tribus partibus altiſsimis Alpibus, a Meridie & Oriente Rhetos, ab Occaſu Vrios & Suitios attingit, a Septentrione caſtra

Imperium majorum.

Rhetica dictam regionem, qua Limagus vallem egreditur. Hujus regionis juriſdictio, una cum quibuſdam proventibus, fuit tempore S. Fridolini per Comitem quendam donata monaſterio Seckingenſi, tempore ſcilicet Clodovei primi Francorum Chriſtiani Regis, nempe anno Domini 10 qui primus Francorum Rex fuit, qui in Rhetia, Alemannia, & Helvetia imperavit. Conſecuta eſt hæc terra poſteris temporibus ſuam libertatem, & propriam juriſdictionem, adjunxitque ſe fœderi Helvetico, anno Domini MCCLII. Vivunt Incolæ

colæ Lacte, Caſeo, Butyro, & Carnibus. Ibi inter anguſtias montium nulli, aut pauci ſeruntur Agri, raræ plantantur Vites. Hortos pomiferos habent, & prata lætiſsima. Vinum & Frumentum aliunde invehuntur. Piſces Lacus ſubminiſtrant. Aues carneſque ferinas Montes ſilvoſi ſuppeditant. Patriam hanc Henricus Glareanus & Ægidius Tſcudus, doctiſsimi Viri, ortu nobilitarunt. His accenſentur *Hamburg Comitatus*, *Humberg Baronatus* & *Ringenberg*. Eſt autem *Glarona* in XV partes diſtributa, quas vocant *Tagwan*. Imperat Werdenbergen Comitatui, quem emerunt, anno 1517. Cum Suitiis alternatim Præfectos mittunt Vzenacum, Viſnac, & in Caſtra Rhetica Weſom. Sed hæc hactenus, nunc generalia quædam de hac Helvetiæ parte ſubjungamus, inter quæ Lacus primum ſeſe offerunt, inter quos miraculi cauſſa memorandus *Lacus Pilati* cognomine, qui in Monte, quem *Fractum* vocant, haud procul Lucerna pene in ſummo montis jugo, paludinoſo ſolitarioque ſitus, Silvis vndique circundatur, ne ſcilicet a quoquam irritetur. Ferunt enim, quæ in eum de induſtria injiciuntur maximas ciere tempeſtates, omniaque undis opplere, qui ſæpe tentarunt & experti: quæ vero caſu incidunt nihil adferre periculi. Locus eſt viſu horrendus, aqua ſuo alveo incluſa, nec exitum habet nec flumen in ſe recipit aliquod, nec nivibus nec pluviis augetur. Vento etiam minime agitatur, quin ſemper ſibi ſimilis nigras ſuas tuetur undas, nec fas eſt peregrinis eum adire locum, ne temere quid injiciant, unde vicina periclitetur regio. Inter flumina vero quibus hæc Helvetiæ portio irrigatur, ſunt *Limagus*; hic apud Glaronenſes oritur, ac in media ipſorum regione *Serniphium* alterum ex altera valle delapſum amnem accipit. Deinde infra *Urnas* (duorum vicorum nomen eſt) ſupra *Latericium Pontem* (ita vocant) ex Lacu Veſenio accepta aqua, *Marcham* (qui fuit olim Helvetiorum in Rhetos finis, & Helvetii ita *Terminum* vocant) ac Caſtra Rhetorum & huic loco etiamnum nomen manet *Caſtra*) diſterminat. Hinc Lacum Tigurinum ingreſſus, ad oſtia ejus Tigurum ampliſsimam Helvetiorum urbem dividit: mox *Aquas*, memorabilem in Helvetiis locum propter calidas illic aquas, Græci *Thermas* vocant, delabitur. Deinde haud ita longe Vrſæ ac Arolæ miſcetur. *Urſa* ſane, quem fluvium tranſpoſitis duabus prioribus literis vulgo *Ruſam* vocant, in ſummis Alpibus, quibus hodie S. *Gothardi* nomen eſt, oritur, ac recta ad Septentrionem labitur, quum contra *Ticinus* ex eodem jugo per Lepontios in Meridem, Vrſulam ſive Vrſellam primum vallem Rheticam, deinde Vriam Tauriſcorum, gentis Gallicæ reliquias, venit, ubi lacui miſcetur, qui Vros, Suizos, Silvanos ac Lucerinos, quatuor Silvæ Civitates (nam ita appellant hodie) alluit. Porro deinde Tuginis amnibus ſuſceptis Bremgarten ac Melligen (Opida ſunt ditionis Helveticæ) lapſus infra Brugas Arolæ commiſcetur. Ad Confluentem autem tria Helvetiorum flumina *Limagus*, *Urſa* & *Arola* in Rhenum exonerantur. Sed de Helvetia, ejuſque partibus quæ dicta ſunt hactenus ſufficiant, ad Inferiorem Germaniam tranſeamus.

Lacus.

Flumina.

EAm Galliarum Partem quam obtinet Hiſpaniarum Rex deſcripturus, idem quem in Francorum Regno conſtitui, ordo ſequendus mihi erit. Primum ergo ea quæ de Inferioris Belgii politico ſtatu mihi in ſtudioſorum gratiam communicavit vir clariſsimus D. Dominicus a Burmania accipe, poſtea Provincias Dominiaque enumerabo & deſcribam.

Politia Belgii ſub Burgundionibus.

OMNIS Gallia ſecundum Iulium Cæſarem diviſa eſt in Belgicam, Celticam & Aquitanicam. Belgicæ mediam forte partem Hiſpaniarnm Rex aliquot iam poſsidet ſæculis: alteram, Picardiam ſcilicet, Campaniam, Normandiam (quanquam hæ duæ poſtremæ non in totum ſub Belgio continentur) & reliquam Belgii partem poſsident Dux Lotaringiæ, Iuliæ, Cliviæ, Archiepiſcopus Trevirenſis, Moguntinenſis, Colonienſis, Epiſcopus Leodienſis & alii. Produxit hæc Belgica, teſte Iulio Cæſare, illuſtriores ſemper ac fortiores milites quam reliqua Gallia, ita ut non modo illius tempore, verum etiam noſtro ſæculo omnem belli molem ſuſtinuerit.

Continet autē circiter 320 urbes munitas, & circiter 230 Opida privilegiata, pagos vero plus minus 12000.

Et quanquam tota hæc Belgica propter diverſas Imperiales & Regales dignitates, Electoratus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, coronationem tam Imperatoriæ Majeſtatis Aquiſgrani, quam Regni Franciæ Seſſionæ mire inclareſcat, illa tamen pars, quæ Regi Catholico ſemper paruit longe nobiliſsima eſt: tum propter ortum ac natalem quamplurium Monarcharum, Regum, Principum, Ducum; tum etiam propter frequentes in ea & opulentiſsimas urbes, infinita Opida, & innumerabiles pagos, adeoque inhabitatorum admirandam frequentiam, eorum divitias, civilitatem, ac animi fortitudinem. Quibus etiam Carolum v Imperatorem motum fuiſſe ferunt, ut in deliberationem multoties traxerit, in Regnum eas Provincias eſſe erigendas: verum propter privilegiorum, Morum, atque Legum in ſingulis Provinciis diverſitatem, tum continuorum bellorum difficultates, quibus opprimebatur, ab inſtituto revocatum fuiſſe.

Hæc pars in circuitu habet fere 340 milliaria Flandrica, Italica 1000. Continet urbes clauſas 208 & circiter 150 Opida, urbibus propter ſplendorem & privilegia haud inferiora: pagos vero plus minus 6300 majores: minores autem infinitum numerum fere, ſicut & diverſa Dominia ac Principatus merum aut mixtum imperium habentia.

De Præſide aut Gubernatore totius Belgii.

Eadem in hoc Belgio eſt adminiſtrandæ Reip. ac juſtitiæ ratio, quæ in Regno Galliæ, eadem Magiſtratuum nomina, eademque auctoritas Provinciis omnibus. Vnus a rege Catholico ſemper eſt generalis cum ſumma

summa auctoritate Præfectus, qui & Burgundiæ quoque Comitatui præest, neque enim præ multitudine Regnorum ac Provinciarum ipsius eam, sicut Burgundiæ Duces solent, administrare valet. Quapropter tempore Maximiliani Cæsaris ejusque filii Philippi, summæ rerum præfuit ad tempus Georgius Saxoniæ Dux. Caroli v Imperatoris tempore primum Margareta Austriæ, Imperatoris Matertera, qua defuncta soror dictæ Cæsareæ Majestatis Maria Vngariæ Regina ab anno 1531 ad 1555, quo Imperatoria Majestas totum Belgium filio Philippo renunciavit, qui successive easdem Provincias demandavit suo nomine regendas Emanueli Philiberto Sabaudiæ Duci Consobrino, puta ex duabus sororibus Regis Lusitaniæ utroque nato, qui a Rege Ducatui suo Sabaudiæ restitutus Præfecturæ renunciavit, itaque in ejus locum surrogata est Regis soror Margareta Parmæ ac Placentiæ Ducis uxor, cui præter alia consueta assignati fuere in singulos annos 36 millia coronatorum. Hic Præfectus licet summam adeoque plenissmam haberet per totum Belgium auctoritatem, cuncta tamen majora munera ac officia, ut sunt, Præsidatus, Cancellariatus Statuum, ita omnes leges, decreta & negotia sub Regis nomine distribuuntur, atq; emanant. Scire autem hic oportet, antequam de singulis consiliis seorsim quid dicamus, olim duo illa consilia Statuum & Privatum unum tantum apud Principem fuisse, quod Privatum nuncupabatur: verum excrescentibus negotiis in duo diversa idpartiri necesse fuit.

De Consilio Statuum.

Consilium Statuum, ut vocant, quod apud Gubernatorem residet, incerto constat Consiliariorum numero, pro arbitrio enim Principis negotiorum necessitate plures vel pauciores adhibentur. Constat vero ex diversis Provinciarum Belgii Præfectis, nonnullisque doctoribus, qui propter doctrinam, integritatem, ac virtutes subinde adhibentur. Huic ordini unus præest judex seu præses consilii. Cum hoc consilio deliberat Belgii summus Præses super rebus Principis & publicis, puta de bello & pace deque generali totius patriæ regimine. Eodem in deliberationem veniunt, quæ ab omni parte adferuntur. Item fœdera cum Principibus ac vicinis, an dimittendi uel retinendi sint belli Duces. Item de propugnaculis, munitionibus, provisionibus armorum, qui demandandi & recipiendi legati, cunctaque huc referuntur ex consiliis magis ardua negotia: denique ut summatim dicamus, quicquid conservationem ac protectionem totius patriæ intus & foris concernit, in hoc consilio deliberatur. Solent & extraordinariis & magis arduis negotiis adhiberi quoque omnes Ordinis aurei velleris, & ex aliis gubernatoribus Provinciarum, officiariisque Regiis nonnulli.

De Consilio Privato.

Consilium quod vocant Privatum seu Secretum similiter apud Gubernatorem residet. Constat ordinarie 10 vel 12 Cõsiliariis, iisque Doctoribus aut Licentiatis a Rege vel ejus Locum-tenente electis. Hoc cum divisum sit propter multitudinem negotiorum a præcedente consilio Statuum, sibi reservavit quicquid ad justitiam, jus, & politiam pertinet, & inspectionem aliorum consiliorum. Hujus itaque est concedere privilegia, consensum,

gratiam,veniam,remiſsiones. Item condere leges,ordinationes,ſtatuta,edictaque,unde & Magiſtri ſupplicationum vocantur. Hujus item conſilii eſt cognoſcere de limitibus,ac confinibus Provinciarum, deque partibus principalibus dominii, ſuperioritatis & authoritatis Principis, Dominorum & aliorum aulicorum immatriculatorum. Denique conſilium hoc robur eſt ac conſervator Iuſtitiæ, cæterarumque rerum omnium inſpector, quanquam ſubinde magis ardua conſilio Statuum communicet,ac viceverſa illud quæ politiam ac Iuſtitiam aliquo modo concernunt cum hoc conferat ac communicet. Habet & hoc Conſilium ſuum Præſidem.

De Conſilio Finantiarum.

In eadem curia reſidet & aliud Conſilium, quod vulgo Finantiarum vocant. Huic communiter præfecti ſemper fuere tria ex prudentioribus dominis patriæ capita, unus Theſaurarius,unus Receptor generalis & tres Commiſſarii docti ac prudentes,cum duobus Greffiariis aliiſque officiariis. HocConſilium curam habet bonorum patrimonialium & redituum Principis, ſubſidiorum ordinariorum & extraordinariorum, Cameræ rationalis,Receptorum aliorumque Officiariorum Regias pecunias tractantium.In eodem fiunt taxationes, rationes aſsignantur ſolvendi quidquid concernit pacem vel bellum,fortificationes,munitiones,proviſiones,adeoque omnes expenſas, tam ordinarias quam exrraordinarias pro conſervatione Status patriæ. Hoc item bona Principis elocat, facit moderationes ac reſtrictiones contentas ejus ordinationibus. Breviter totam agit curam Regii Theſauri univerſi.

De Conſilio Cameræ Rationalis.

Eſt alius Bruxellæ Magiſtratus Regius, qui eſt tanquam membrum Conſilii Finantiarum, appellaturque Camera rationalis,cui præeſt unus Præſes & ſeptem Magiſtri rationum, quatuor ſcilicet ordinarii & tres extraordinarii,cum nonnullis aliis officiariis.Reddunt huic rationem adminiſtrationis pecuniarum regis omnes Theſaurarii & Receptores Brabantiæ & adhærentis ditionis.Item agri Lutzenburgici, recipiuntque omnes hic ſuas quitantias. Præter hanc vero Cameram ſunt adhuc in Belgio tres aliæ Cameræ rationales,in Flandria ſcilicet, Hollandia & Geldria,quę omnes ſummarie rationem reddere coguntur FinantiarumConſilio tanquam omnium inſpectori. Atque hæc ſunt Conſilia & Magiſtratus vel Officiarii,qui perpetuo generalem Belgii Præfectum comitantur vel apud eum reſident.

De Conſiliis Provincialibus.

Eſt & aliud in hoc Belgio Conſilium in ſingulis fere Provinciis, quod Parlamentum Regium vulgo nominant,quale eſt Mechliniæ,in Brabantia vero Cancellariam vocant. Præſunt huic communiter ſecundum diverſa loca vel 12 vel 16 vel 18 Conſiliarii Doctores & Licentiati, unuſque Præſes ſeu Cancellarius tanquam Iudex. Adſiſtunt pariter Advocatus & Procurator Fiſci, Greffiarii, Secretarii,aliique Officiarii,omnes a Locum-tenente Regio electi, & a Rege ſtipendiati. Hic Magiſtratus ſumma pollet auctoritate cunctarum civilium & criminalium cauſarum, & omnium in hiſce Provincialibus, Dominiiſque Regiis contraverſiarum, cognitionem habens. Habet & activam & paſsivam cognitionem fundamentorum,confiniũ ac differentiarũ,

quæ a

quæa prælaturis eorumque jurisdictionibus procedunt, exceptis bonis mortuis, vulgo *amortisez*, eorum enim cognitio ad curiam Ecclesiasticam pertinet. Similiter observari facit privilegia, exemptiones, officia, beneficia, ac provisiones a Principe concessa, salvis nihilominus semper jurisdictionibus & privilegiis locorum particularibus. Huc vocantur in jus non solum omnes regii Officiarii, & ministri provinciales, sed & Rex ipse, pro quo respondent ejus Procurator & Advocatus, minimeque summa ejus authoritas, aut dignitas cuiquam præjudicio ac damno est. Quinimo accidit jam pridem in Geldria regnante Rege Philippo, ut cum Majestas ipsius in causa quadam gravissima contra Dominum de Anholt succumberet, nullusque Officiariorum sententiam executioni mandare auderet, Rex ipse eam realiter executus sit. Ad hoc tribunal cunctæ devolvuntur appellationes inferiorum cujusque Provinciæ judiciorum, neque hoc ullam econtra appellationem admittit, sed duntaxat Syndicatum, quem Revisionem vulgo vocant. Rarius vero fit ut non revisionem petens, & maximarum expensarum, eo scilicet nomine faciendarum, & ipsius causæ jacturam patiatur. Sed nec per revisionem hanc sententiæ prioris executio differtur. Iudicatur in omnibus hisce summis Curiis secundum Ius commune, salvis tamen legibus municipalibus singulorum locorum constitutionibus, quæ plurimæ quidem sunt, decretisque Principum vulgo Mandamentis, quæ quatenus privilegia non lædant, cæteris legibus omnibus præferuntur. Veruntamen antequam hæc publicantur in deliberationem & cognitionem prædicti Consilii trahuntur, suntque eatenus in jure fundata, quatenus cum legibus scriptis conveniunt.

Præter jam dicta deputat etiam Regis nomine Præses certos singulis annis legatos per singulas fere Provincias, qui revisorum funguntur officio, ut scilicet rationes proventuum seu redituum aliaq; patriam concernentia revideant animadvertantque, & specialiter in Brabantia, ubi Rex singularem habet in loca sacra auctoritatem. Quapropter mandat etiam ut animadvertant in rationes Ecclesiarum, Monasteriorum & Xenodochiorū, & si indebite administratum quid deprehendatur, relatione facta ad Curiam, severe corrigitur & reparatur, adeo ut licet singulæ Regiones & Civitates suis etiam legibus & privilegiis vivant & gaudeant, summa tamen administrationis Iustitiæ ratio a Rege dimanat, atque in eum redundat, fitque ab omnibus Officiariis suæ Majestati fidelitatis juramentum.

Militia Belgica.

Tempore pacis Rex non nisi paucis utitur in solis confinibus Regni præsidiariis militibus, ea autem loca sunt numero 26 maximi quidem momenti propugnacula. Alia deinde equestris militia ab omni antiquitate observata a Carolo v anno 1547 prudenter restituta & reparata est, quam ordinarias Bendas seu Legiones vulgo vocant, trium millium electorum Equitum, qui distributi in 14 Bendas præcipuis Provinciarum dominis committuntur, atque hi suos habent Locum-tenentes, aliosque Officiarios. Vnus est generalis Quæstor militiæ, qui Regis nomine hisce legionibus ordinatiis solvit, is fuit *Art Molikeman*.

Præterea nullam fere habet Rex pacis tempore classem maritimam instructam, sed quia omnes regni Portus navibus diversis abundant, necessitatis tempore omnes eas naves, vel quot & quas ex iis libet sisti iubet:

ſuiſque eas ſumptibus ad bellum adornat, ſoluto navium domino quod æquum eſt. Atque in hunc finem toti rei maritimæ unum præfecit ſummum belli totiuſque claſsis Ducem, quem *Admiralium* vulgo vocant. Is fuit Comes Hornenſis, hic omnis prædæ belli tempore, omnium confiſcationum, omnis denique generalis mercaturæ, quæ cum licentia Regis ex hoſtili ſolo ad nos defertur, ſuam habet partem. Hanc vero Regis licentiam Admiralius ſua manu approbare & confirmare debet antequam indēnitatem ſibi promittere Mercatores queant. Eſt & alius maximæ quidem dignitatis Præfectus tormentorum bellicorum, & quicquid id genus armorum concernit, quæ quidem arma ordinarie Mechliniæ aſſervari ſolent, atque horum cura Domino de Glaion Aurei velleris Equiti demandata fuit.

De Dominiis ſeu bonis patrimonialibus Principis.

Venationes, aucupia & piſcationes per haſce terras pro diſtinctione Iuriſdictionum ſunt Principis, Civitatum propriorumq; Dominiorum, excepta Brabantia, ubi quinque tantum ſilvæ Principi ab omni venatione & aucupio liberæ ſuut; per reliquam totam Provinciam unicuique cum Canibus & Avibus, non retibus, libera eſt venatio, aucupium & piſcatio. Princeps inſingulis fere provinciis ſuos venationi Præfectos habet, & nominatim per Brabantiam, magnæ dignitatis officium eſt, cui præeſſe ſolet Marchio Bergenſis, eoque nomine vulgo, Magnus Brabantiæ Venator appellari ſolet.

Præcipuæ quæque earum regionum Silvæ ad Regis uſum non modo venandi, ſed & lignandi ſpectant, eſique non minima ſuorum redituum pars. Reliqui reditus in civitatibus, villis, caſtellis, terris, molendinis, aliiſque ab omni antiquitate Principibus patriæ attributis conſiſtunt, qui vulgo *Domaines*, Latine *Dominia*, vel proprius *bona patrimonialia* vocantur: ſed & vectigalia quædam mercantiarum tam mari quam terra inter eos reditus connumerantur, ſimiliter & reditus quoſdam in præcipuas civitates Rex habet, puta in Antverpiam, ubi præter partem ſuam omnium confiſcationum: habet & monetæ, carcerum & piſcationum locationem, aliaque nonnulla quæ Regium dominium, ut vocant, mire adaugent.

Modus convocandi Status.

Princeps petiturus quid, vel novum tributum, novaſve leges impoſiturus, convocare ſolet, certo aſsignato die & loco, qui communiter Bruxellis eſſe ſolet, tum propter Regiam Curiam, tum quod Brabantini extra ditionem ſuam nihil deliberent, omnes totius Belgii Ordines, qui ſic debite interpellati haud gravate comparent, vel ſaltem ſecundo ſub mulcta aliqua pecuniaria appellati legitimo numero plures vel pauciores, prout citati ſunt, pro cauſa neceſsitatis conveniunt. Sunt autem qui communiter Bruxellis comparere ſolent hi: Brabātini, Flandri, Arteſii, Hannonienſes, Valentii, Ryſſel, Dovay & Orchies, Hollandi, Trajectenſes, Zelandi, Namurcei, Tornaci & Tourneſii, & Mechlinienſes. Reliquarum Provinciarum Ordines ut ſunt Geldri, Friſii, Luxeburgii, quia remotiores ſunt a ſuis Gubernatoribus (niſi graviſsimæ ſint deliberationes) convocantur, & cum eo tranſigunt. Cæterū Ordinū generalium tres ſunt ſtatus: 1 Eccleſiaſticus, 2 Nobilitas, 3 præcipuæ Civitates. Horū ſtatuum membra, perſonæ ac deputati ii qui ſemper ad id electi fuerunt comparent, vel ſuos deputant Legatos.

Verum

Verum non omnium regionum idem est in hac parte usus & consuetudo. Exempli gratia: Brabantini, Hanonienses, Artesii, Namurcenses, & Zelandi diversis Commissariis rem expediunt, puta Ecclesiastici Abbatem; Nobilitas Ducem, Marchionem, Principem, Baronem, & Nobiles; Civitates vero Consules, vulgo Burgimagistros, & duos vel tres Scabinos, unumque civitatis Pensionarium, plures vel pauciores pro facti exigentia delegant. Flandri per unum solum Legatum vel Commissarium vulgo, ratione quatuor Membrorum comparent, quæ quidem IV Membra omnes tres supradictos Status repræsentant. Quanquam & hi seperatim suos delegare queant, qui inspectionem in factum Legati 4 Membrorum habeant, ne quid præjudicii illis pariat. Verum communiter quod quatuor ea Membra statuunt id ratum firmumque habetur. Hollandi duorum tantum Statuum nomine, Nobilitatis scilicet & Civitatum Legatos deputant, iique totam Provinciam repræsentant. Hoc modo coacto Consilio in præsentia Præfecti Regii Præses, vel quis Statuum Consiliarius Principis seu Regis nomine petitionem ejusdem perpulchro huic Ordini humanissime exponit. Illi post consuetas deliberationes singuli pro se in scriptis res dependunt, quo equidem responso si Regi non sit satisfactum, multis conatur rationibus Ordines ad suam petitionem permovere, nec enim illud hic tyrannicum locum ullo modo habet, *Sic volo sic jubeo*: quin etsi ad unum pene omnes Ordines Regis voto consensissent, sola tamen Antverpia hunc consensum infringere & annullare poterit, siquidem Ordines omnes ea lege & conditione consentire semper censentur, si in eam omnes Status, atque singula eorum Membra id comprobant, & in suam portionem consentiant. Quocirca omnino necesse est non modo omnes Ordines seu Status generaliter consensisse, sed & omnium statuum singula quoque Membra consensum suum unanimiter dedisse. Vnde plerunque fit, ut non attentis quibusvis Regis demonstrationibus, justisque rationibus, nihil pene unquam Regi propter votorum diversitatem concedatur, quo quidem casu Rex pro eo tempore patienter acquiescit, & in commodius tempus differt. Attamen rarius est, ut non moderatus Princeps a subditis discretis ac placidis voti sui tandem compos fiat. Si quam pecuniam Principi promiserint, neque eam commode in parato habere queant, aliam ineunt, inter se, cum consensu tamen Principis conquirendi rationem, decimam, vel vectigal quoddam rebus communibus ad tempus imponendo, vel alio quodam commodo modo pro ratione loci, temporis & occasionis, quæ juxta modum, taxam & proportionem consuetam suo tempore dependitur. Ecclesiastici suam portionem seperatim solvunt, Nobilitas & Civitates propter affinitatem commerciorum & utilitatis inter se simul solvunt; Brabantini quidem ut primi, propter antiquitatem & dignitatem Ducalem, suam dependunt partem in florenis 20 stuferorum. Flandri propter opulentiam suam in florenis 24 stuferorum, & sic reliquæ quoque Provinciæ juxta consuetas taxas, quæ non facile immutantur vel transgrediuntur.

Quod Pontificum jus in hasce ditiones attinet, non majus illud est quã in Regno Franciæ; cunctæ enim nominationes & ordinationes Prælaturarum, Episcopatuum, & c, ad Principem pertinent. Pontifex solam habet confirmationem & expeditionem, nec ullum cujuscunque status laïcum vel sæculare propter quodvis delictum,

vel causam extra patriam evocare potest. Quare si quid ejusmodi prætendat, Legatum expressum expediat, de facto vel jure cogniturum, necesse est. Nullum præterea conferre beneficium potest, nec gratiam vel bullam expedire, quæ sortiatur effectum: nisi exequendi potestas, ex Principis placito quod vulgo nuncupant, supplicanti concedatur. Quantum ad decimas, eæ fere per totam ditionem solvuntur, sed diversis modis: alibi enim solis Ecclesiasticis, alibi vero partim his, partim Loci Dominis, alii undecimam tantum partem dependunt, alii minus, secundum diversarum Provinciarum & Locorum consuetudines & privilegia: extatque prudens Caroli v Imperatois Decretum, ne liceret in posterum ullis Ecclesiasticis personis, vel Locis Sacris ullam Rem immobilem absque Principis licentia coëmere.

INDEX TABVLARVM BELGII INFERIORIS.

I Belgii universalis	II Flandria	III Brabantia
IV Hollandia	V Zelandia	VI Geldria & Trans-Isalania.
VII Artesia	VIII Hannonia & Namurcum	IX Lutzenburgicus Ducatus & Trevirēsis Provincia.

Ad Regimen Belgii hujus pertinet etiam Frisia, quæ inter Germaniæ Tabulas, prima est.

Belgium sive Germania Inferior.

Regio. Nomina & unde deducta.

REGNVM *Galliæ*, qua potui fide, hactenus perlustravi: *Germania Inferior* nunc adeunda est: quam ut patriam mihi longe charissimam, adibo perquam libens. Vt autem ab ipso nomine ordiar: Partem Europæ, quæ hoc tempore *Germania Inferior*, *Belgium* dictam Cæsari nonnulli volunt, in quo scribit se tres legiones collocasse, Hircius quatuor. Marlianus tamen & Glareanus pro Vrbe, non pro Regione accipiunt. Vnam Vrbem capacem esse quatuor Legionum fortasse vix credet Vegetius. Ipse etiam Cæsar sub Belgio plures Civitates comprehendi, lib. v docet; ubi dicit Britanniæ maritimam partem ab iis incoli, qui prædæ ac belli inferendi caussa ex Belgio transierant, qui omnes fere iis nominibus Civitatum appellantur, quibus orti Civitatibus eo pervenerunt. Non tamen sub Belgio totam Belgicam intelligit. A Belgio enim, (eodem libro) Nervios, Morinos & Essuos, Belgicæ populos, distinguit. Partem Belgicæ itaque secundum Ortelium videtur vocare Belgium, eam fortean, quæ versus Septentriones est, quæ Hollandiam, Zelandiam, Flandriam, Geldriam & Cliviam complectitur. Alii Belgicam quam tertiam Galliæ partem constituit Cæsar, nuncupant. Quam vocem nonnulli ab Vrbe hujus Regionis celeberrima, nonnulli a Belgio quodam Belgarum Duce, alii aliunde derivant. Hadrianus Iunius Belgarum appellationem ad Nationis ferociam referendam autumat, ut sint *Belgæ* quasi *Velgæ*, hoc est atroces & violenti: nisi mavis, inquit, *Belgas*

Belgas mutatione secundæ vocalis in primam, dici velut *Belgas*, a dimicandi pugnandique ardore ac studio: est enim *Balgen*, conserere manus, ac confligere. Regio tamen quæ nobis præ manibus, est tantum dimidia circiter ipsius Belgicæ pars. *Germania Inferior* nuncupatur hodie. *Germania* quidem quod lingua, moribus, legibus, & vitæ institutis parum ab Alemannis & reliquis Germanis discrepet. *Inferior* vero quod Mari propior sit reliqua Germania, & Superioris Germaniæ respectu Campos Agrosque situ humiliores habeat. Vulgo *Nederlant*, Gallis *le Païs Bas*. Appellatur quoque per universam fere Europam *Flandria* Synecdochice, vel propter illius Regionis potentiam & splendorem præ reliquis partibus: vel propter prima & celebertima illic commercia, & Nundinas Brugenses vetustissimas, notissimaque Emporia, vel denique quod Galliæ, Angliæ, Hispaniæ & Italiæ finibus propior, nota magis & divulgata sit. Atque hæc de nominibus: sequitur Situs sive Quantitas. *Germaniæ Inferioris*, *Belgii* vel *Belgicæ* (nam voces has promiscue usurpabo) Termini, ab Aquilone Oceanus: a Meridie Lotaringia, Campania & Picardia: ab Ortu Rhenus & Mosa Fluvii: ab Occasu Mare. Vicinos autem habet hos Principes, Comitem Frisiæ Orientalis, Episcopum Monasterienssem, Ducem Cliviæ, Archiepiscopum Colonienssem & Trevirensem, Regem Galliæ. Is igitur est Situs: sequitur jam nunc Qualitas; cujus caussa plurimum Clima. Subest Germania Inferior medio Septimi, totique Octavo Climati; inter Gradus Longitudinis quidem XXII cum semisse, & XXX; Latitudinis autem inter XLIIX cum semisse & LIII cum sem. Maxima Dies Æstatis ad medium Climatis hor. est XVI & ad initium Noni hor. XVI cum tribus quartis. Continet vero omnes Parallelos, qui sunt inter XVI & XXI. Aër in Belgio humidior est, sed tamen qui Incolarum sanitati conducat. Æstates jucundæ, peramœnæ, & temperato calore tolerabiles: non fervent æstu, non abundant Muscarum Culicumque examinibus, non tonitru quatiuntur. Terræ motus vero rarissimi. Hyemes longæ, ventosæ. Spirante Aquilone vel Euro subitum excitatur & arctum gelu: Austro vero & Zephyro tepescit Aër, frigusque in pluvias convertitur. Ager multis locis fabulosus: qualis est, magna pars Flandriæ Teutonicæ, & Brabantia fere omnis, Frumenti tamen aliarumque Fruguum mediocriter fertilis, ac nonnullis locis fertilissima, ut Zelandia, Flandria Gallica, Hannonia, Artesia, Geldria. Ac Frumento, Hordeo, Siligine, Lino, Cannabi abundat. Fructus etiam omnis generis profert magna copia, Mala, Pira, Pruna, Cerasa, Mora, Mala Persica & Armeniaca, Nuces Avellanas, Mespila, ac nonnullis locis Castaneas. Rubia item Tinctorum hic abunde colligitur, & per omnes Europæ oras cum magno lucro distrahitur. Fodinæ Metallicæ magni momenti nullæ. Quod ad Arbores aliaque id genus, jucundum præbent adspectum densæ, bene ordinatæ & fructibus onustæ Arbores, nec non materiam ædificiis & igni præbentes, omnis generis altissimæ & miræ crassitiei, quæ hic magno numero, reperiuntur. Lauri & Cupressi rariores. Tiliarum vero copia maxima, vulgo *Linden*, forma & foliis ulmis simillimæ sunt, sed proceriores ac citius proveniunt. Nam XVI aut XIIX annorum spatio viri medii crassitudinem adæquant. Harum quoque in ædificando mediocris est usus: fiunt præterea ex iis carbones, pulveri nitrato saligneis aptiores. Inter corticem & lignum reperitur lanugo quædam instar Cannabis, unde funes & vincula confici solent. Ejus tamen

Situs.

Aëris tẽperies.

Soli fertilitas.

folia quamvis tenera, Animalia multa respuunt, ut Virgilius hoc carmine indicat: *Nec Tiliæ leves, nec torno rasile Buxum.* Et Ovid. *Nec Tiliæ molles, nec Fagus & innuba Quercus.* Habet & magna copia Taxum, arborem venenatam. Hæc materiem conficiendis arcubus præstantissimam suppeditat. Ex ejus succo venenum conficitur, quo se exanimasse Cattivulcum Eburonum Regem memoriæ prodit Cæsar. Est & aliud Arboris genus, quod alibi fortean non reperitur. (Incolæ numero plurali *Abeelen* nuncupant) quæ species Populi Albæ videtur. Magna ejus in Brabantia copia succrescit, ejusque ad res varias usus, imprimis Bruxellæ. Soli præterea bonitatem in alendis armentis extollere Belgis licet. Boves, Equi, Oves, Pecora Armentaque nusquam terrarum felicius nascuntur, aut aluntur. Equi imprimis grandes, robusti, bello apti. Boves opimi, præsertim in Hollandia & Frisia, quibus unus bos pondere sæpissime mille ducentas libras excedit. Ludovicus Guicciardinus homo Italus, cui nostra Belgica ob accuratissimam verissimamque descriptionem plurimum debet, refert Comiti Hoochstratensi Mechliniæ bovem dono datum, cujus pondus fuerit bis mille quingentarum viginti octo librarum: quem is propterea depingendum, in Palatio suo curavit. Laxos capaceseque uberum vaccarum sinus, lactisque copiam quid ego commemorem? Constat namque aliquibus Hollandiæ partibus eas æstivis diebus, quatuor & quadraginta lactis heminas in mulctralia refundere. Multa hic ne prolixior sim, prætereo. Ad venationes exstimulant, cum alia, tum Damæ, Cervi, Capreæ, Capreoli, Apri, Meles sive Taxi, Lepores, Cuniculi, quibus abundat. Ad aucupia autem invitant cum aves aliæ, tum Ardeæ, Accipitres, Vultures, Perdices, Phasiani, Turtures, Coturnices, Turdi, Ciconiæ, Anates, Anseres & Scolopaces, quas *Rusticulas* Plinius, *Rusticas Perdices* Martialis vocat, vulgus *Sneppas*. Nemesianus eas ita describit:

Animalium varietas.

——Præda est facilis & amœna Scolopax
Corpore non Paphiis avibus majore videbis.
Illa sub aggeribus primis, qua proluit humor,
Pascitur, exiguos sectans obsonia vermes:
At non illa oculis, quibus est obtusior, etsi
Sint nimium grandes, sed acutis naribus instat
Impresso in terram rostri mucrone, sequaces
Vermiculos trahit, atque gulæ dat præmia vili.

Non desunt etiam Gallinæ Africanæ & communes magna copia. Sed de his satis, ad alia pergamus. Quomodo Belgicæ Provinciæ conjunctæ sint, inque unum corpus coaluerint, quomodo item ad Carolum V & Filium ejus Philippum devolutæ sint, operæpretium est cognoscere. *Ludovicus Malanus* Comes & Dominus Flandriæ, Niverniæ, Rastellæ, Salinarum, Antverpiæ & Mechliniæ, post Matris vero obitum Comes Burgundiæ & Artesiæ, uxorem duxit Margaretam, Filiam Ioannis Ducis Brabantiæ, quo cõjugio ipse Dux Brabantiæ, Limburgi & Lotaringiæ factus est. Ex hac unicam Filiam genuit *Margaretam*, Ditionum paternarum hæredem: quæ anno CIↃCCCLXIX Gandavi nupsit *Philippo Valesio* Duci Burgundiæ, cui ob virtutem singularem cognomentum fuit *Audacis*. Vixit is annos LXX. Obiit Hallæ juxta Bruxellã anno Christi CIↃCCCCIV. Liberos reliquit Ioannem, Antonium, Philippum Valesios: Catharinam, Mariam, & Margaretam. Hi omnes conjugio res patrias auxerunt. Catharina Lupoldo Duci Austriæ nupsit: Maria Amedæo, Duci Sabaudiæ: Margareta Comiti Hollandiæ & Hannoniæ. *Antonius Valesius* a patre constitutus Dux Brabantiæ, Lotaringiæ & Lim-

Imperium majorum.

& Limburgi, uxorem duxit Elizabetham Duciſſam Lutzenburgi, ex qua filios ſuſcepit Ioannem, maritum Iacobæ Comitis Hollandiæ, & Philippum, ambos Brabantiæ Duces. Antonius cum fratre natu minimo Philippo Valeſio periit in bello Gallico ad Teroanam anno CIↃ CCCCXV. Filii Antonii ſine liberis poſtea exſtincti, patruum *Ioannem Valeſium* hæredem reliquerunt. *Ioannes* igitur *Valeſius* qui *Intrepidus* dictus eſt, quum eſſet è tribus natu maximus, anno CIↃ CCCCIV patri ſucceſsit, auctuſque Fratrum Nepotumq; obitu multis & amplis ditionibus, miſere & præter fas trucidatus eſt anno CIↃ CCCCXIX a Carolo Delphino propter Ducē Aurelianenſem, cū quo capitales inimicitias & quidem apertas quamdiu vixit, ſuſceperat. Liberos reliquit Philippum, Margaretam, Iſabellam & Catharinam. *Philippus* cognomento *Bonus* vel *Pius*, XXIII ætatis anno Patri ſuo ſucceſsit in Ducatu Burgundiæ, Comitatu Flandriæ, Burgundiæ, Arteſiæ, Marchionatu Imperii, Salinarum & Mechliniæ: Hic Atrebati cū Carolo VII & cum Duce Aurelianenſi pacem contraxit, eumque è carcere in quo annos jam XXV ab Anglis detentus fuerat, liberavit, ſoluto inſuper pretio redemtionis, & ſorore Maria ipſi in uxorem data. Hic obitu Theodorici Comitis Namurcenſis factus eſt ejus Comitatus hæres: obitu Philippi, auctus eſt Ducatibus Brabantiæ, Lotaringiæ & Limburgi: obitu Iacobæ, Comitatibus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ & Friſiæ. Ducatus quoque Lutzenburgicus ei acceſsit ab Elizabetha, Antonii Patrui ſui Vidua. Ita factum eſt, ut unius Philippi Boni imperio ſubjectæ fuerint ampliſsimæ & opulentiſsimæ Provinciæ Burgundiæ utriuſque, Brabantiæ, Limburgi, Lutzenburgi, Flandriæ, Arteſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, Friſiæ, Mechliniæ & Marchionatus Imperii. Vxorem is habuit Iſabellam Portugalliæ Regis filiam: vixit annos LXXII, obiit anno CIↃ CCCCLXVII uno Filio tot Provinciarum hærede relicto *Carolo Audace*, qui non tantum patrium Imperium ſervavit, verumetiam auxit, adjuncta Geldria, Zutphania & Ducatu Iuliacenſi. Atque hic eſt Carolus ille *Caroli* V Abavus nati anno MD ex Ioanna Ferdinandi Regis Aragonum filia, Philippi Auſtriaci uxore: qui Philippus filius fuit Maximiliani Auſtriaci, ex Matre Maria Filia Caroli Audacis. Sub his Provinciæ quæ antea plures Dominos habuerant, conjunctæ, in unum quaſi corpus coaluerunt, atque hodie communi Belgicæ vel Inferioris Germaniæ nomine cenſentur. Bello autem jam olim nobiles Belgæ. Cæſar I Commentar. de bello Gallico libro, omnium Gallorum eos vocat fortiſsimos. Sic enim ſcribit: *Gallorum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ: propterea quod a cultu atque humanitate Provinciæ longiſſime abſunt, minimeque ad eos ſæpe Mercatores commeant, atque ea quæ ad effœminandos animos pertinent, important: proximique ſunt Germanis qui trans Rhenum incolunt, quibus cum continenter bellum gerunt. Qua de cauſa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute præcedunt, quod fere quotidianis prœliis cum Germanis contendunt, cum aut ſuis finibus eos prohibent, aut ipſi in eorum finibus bellum gerunt.* Horum quantum robur quantumque libertatis defendendæ ſtudium fuerit, ex eo cognoſci poteſt, quod Romanorū Imperium ſumma vi avertere etiā C. Cæſ. tempore annixi ſint. Itaq; cōtra ipſū copias diſtributim cōſcripſerunt. Bellovaci LX M armatorum; Sueſſiones LM. Nervii (quorum adeo fuit indomita feritas, ut nunquam in id temporis Mercatores paſsi ſint ad ſe Vina aut res alias venales deferre) etiam LM. Atrebates & Ambiani XM. Morini XXV M. Menapii IXM. Caleti XM. Velocaſſes & Veromandui æque XM. Aduatici XIIX millia. Condruſi, Eburones, Cæmani XL millia. Vt ſumma

fuerit

fuerit CCLXXII millium armatorum lectiſsimorum teſte Oroſio: vel ut Cæſar ipſe prodidit CCCLVIIX. Bello ergo jam olim nobiles, ut ex Cæſare didicimus. Idem Cæſar II Commen. Solos eſſe ait qui patrum memoria omni Gallia vexata Teutones Cimbroſque intra fines ſuos ingredi prohibuiſſent: eaque re factum, uti rerum iſtarum memoria magnam ſibi auctoritatem, magnoſque ſpiritus in re militari ſumerent. Experti id etiam noſtro ſęculo tot peregrini exercitus, qui tanquam tirones cum veteranis congreſsi, in civibus, ruſticis, nautis, ferociam, & vim veteranorum deprehenderunt. Belgii XVII ſunt Provinciæ, quas Carolus V Imperator omnes poſſedit: in quibus ſunt Ducatus IV, *Brabantiæ*, *Limburgi*, qui cum Comitatu Dalem & Dominiis Valckenburg ac Rode le Duc, Brabantiæ annexus eſt, & a Iuſtitia, & Cancellaria Brabantiæ dependet: *Lutzenburgi* & *Geldriæ*. Comitatus VII, *Flandriæ*, *Arteſiæ*, *Hannoniæ*, *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, *Namurci* & *Zutphaniæ*: Marchionatus *Sacri Imperii*, qui IV Civitates principales habuit, *Nivellam*, *Lovanium*, *Bruxellam* & Metropolim *Antverpiam*, nunc Brabantiæ pars eſt: Dominia V, *Friſiæ Occidentalis*, *Mechliniæ*, *Ultrajecti*, *Trans-Iſalaniæ* & *Gruningæ*. Vrbes habet Belgium plurimas, eaſque munitiſsimas, quarum numerum, ut & Opidorum & Pagorum apud Mercatorem habes. Inter urbes autem maxime excellunt, *Lovanium*, *Bruxella*, *Antverpia*, *Silva-Ducis*, *Gandavum*, *Brugæ*, *Hipra*, *Mechlinia*, *Cameracum*, *Atrebatum*, *Tornacum*, *Mons*, *Valencena*, *Inſulæ*, *Durdrechtum*, *Harlemum*, *Amſtelodamum*, *Lugdunum Batavorum*, *Namurcum*, *Neomagum*, *Trajectum*, & aliæ. Lacuum, ſtagnorum & paludum maximus in Belgio numerus, quæ præter Piſces quos magno numero ſuppeditant: Regiones iſtas adverſus hoſtium impetus muniunt. Flumina in hac Regione perpauca oriuntur, ſed alibi orta maxima non pauca ſcindunt eam beantque plurimum. Præcipua ſunt, *Rhenus*, *Moſa*, *Scaldis*, *Amiſis*: Minora *Moſella*, *Liſa*, *Aa*, *Sambra*, *Dela* & alia permulta. De Rheno & Amiſi dicemus in Germania. De Moſella diximus in Lotaringia. Reliqua hic deſcribamus. *Moſa* profluit ex Monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum, haud longe ab Araris Matronæque fontibus: & in Septentrionem procurrens *S. Theobaldi Fanum* (S. *Tibaut*) radit, ubi navigabilis eſſe incipit: inde Virdunum perlabitur: ab eo in Cœciam vergens, Moſonem & Maſeriacum pergit. Inde ad Septentrionem ſe convertens Carolomontem, Boviniacum, Dinantum & Namurcum luſtrat: ibique *Sabi* auctus & tumidus ad ventum Grœcum ſe flectit, atque Hoyum contemplatus, & Leodium, Trajectum perlapſus, ac Stochemum, Ruremundam & Venloium præterlegit: ubi ad Occidentem converſus Cuickam, Graviam, Raveſtienum & Megenam adluens: poſt apud Herwerdum pagum recepta Rheni, traditaque viciſsim ſui parte, cum Vahali commiſcetur: & continuo ſervatis nominibus ſuis iterum disjunguntur, & ſeparatim Loveſteinum labuntur: ubi Inſulam Bomelianam includunt, ac rurſus confluentes junguntur, & priſtino amiſſo Merovæ nomen accipiunt: atque ita Worcomium & Gorcomium præterlapſi, maximo ſinu Durdrechtum perveniunt, ibique facta Inſula Iſelmonda, Moſa proprium nomen recipit, idemque retinens Roterodamum & Vlaerdingam, præterlapſus nobili oſtio circa Brielam Oceanum tam violenter ingreditur, ut longo ſpatio curſum retinens aquam ſuam dulcem conſervet, idque maximo cum fructu. Præter alios enim piſces viam aperit Acipenſeribus,

Urbium nomina

Lacus.

Flumina.

feribus, qui in mari dulcem hanc aquam, quam maxime expetunt, invenientes, ejusque ductum donec in flumen perveniant sequentes, facillime capiuntur. Quod aliis fluviis innumeris non contingit, quod placide mare ingredientes & cursum suum non servantes, aquam suam salsam efficiant, quales sunt Sequana, Iberus, Tamesis, aliique permulti quamvis maximi. Contra Eridanus, Tiberis, Rhodanus, Garumna, aliique fluvii rapacius longiusque Mare ingredientes, idem efficiunt quod Mosa, alliciunt nempe & adducunt Acipenseres, sed non tanta copia. Præterea Mosæ, aut ut alii Viri docti malunt, propter utriusque fluvii affinitatem, Rheni Acipenseres, meliores, gustui ac palato gratiores & majores videntur, quam Maris Mediterranei. Colore sunt argenteo, & lucidiore, & mira magnitudine. Inveniuntur enim qui 400 librarum pondus excedant. Memoriæ prodit Guicciardinus, se vidisse Acipenserem in foro Antverpiensi 420 librarum, eundemque longitudine x i i pedes Antverpienses excelsisse: & alio die mane ibidem l x x simul vidisse, quorum minimus v pedum longitudinem superabat. Piscis hic in Hollandia, Zelandia & Frisia mense Aprili primum conspicitur, & tres menses continuos, vel diutius quoque invenitur: quo tempore magnus ejus capitur numerus. Atque inde in regiones alias, inprimis in Angliam mitti solet: sale etiam conditur, idque magna copia, quo pacto facile a putredine conservatur, & præter id quoque tempus, toto fere anno, minores quidem, sed delicatissimi capiuntur. Ex hoc mari Mosæ ostium quoque subeunt, dulcis aquæ illecebra, qua mire pinguescunt Salmones, Trutæ, & toto hic fere reperiuntur anno: item Lampetræ, Alosæ, Mugiles, Congri & alii optimi quique Pisces, quos hic brevitatis gratia omittimus. Id autem non caret admiratione, quod viles fere sint isti pisces, si in Mari capiantur: optimi vero & pingues ubi dulces ingressi sunt aquas. Fluvius hic præterea, sponte & natura sua producit præter alios Pisces, Trutas genuinas, & Lampetras alias majores quidem excellentes, alias vero minores & delicatas. *Scaldis* Ptolemæ *Tabuda*, Belgis *Schelt*, Gallis *Escault*, oritur in Veromanduis, prope Abbatiam, ut vocant *D. Martini*, quo inter *Castelletum* (*Chastellet*) & *Bellivorum* (*Beau-revoir*) duo Gallorum propugnacula, placidus incedens, Cameracum urbem Imperialem adit, eamque perlabitur: Hinc Hannoniam regionem petens, Valencenam urbem nobilem suis aquis ditat: hinc navigiis vehendis se commodum præbens, ac Hania recepto, Condatum præterfluit: ac deinde flumine Scarpa auctus S. Amandum lustrat: ab eo in Septentrionem vergens Tornacum, Aldenardam, & Gandavum urbem celeberrimam perlabitur, ubi flumina duo Lisam & Liviam, aliasque aquas recipit. Sinuosis inde flexibus multisque Mæandris Teneramundam pergit, ibique Tenera amne recepto, ad dextram fluens, Rupelmundam petit: ibique Rupelam, ac paullo post Delam suscipit, unde auctus & tumidus, mox Antverpiæ mœnia adluit: Emporioq; huic Portum insignem, & tutam navium stationem efficit: deinde paullo longius progressus bipartito cursu Brabantiam ac Flandriam a Zelandia discriminat: siquidem sinistra in Austrum contortus ac deflexus, Flandriæ oras ac littora persequitur, alioque nomine insignitus *de Hont* a latratu ac fremitu vocatur, quo per Zuytbevelandiam ac Walachriam in Oceanum occidentalem patet aditus, ac rursus in has oras accessus: dextra vero relictis Brabantiæ sinubus continuato cursu, servatoque veteri

alveo per Scaldiæ Insulæ littora violento vastoque gurgite in Oceanum devolvitur. Cæterum flumen hoc æstum Oceani reciprocantis sentit Gandavum usque, ab ostio Milliaribus (hisce tamen adnumeratis ejus anfractibus) plus quam xxx. Subeuntque flumen hoc Acipenseres, Salmones, Trutæ, Lampetræ ingentes, Rhombi, Congri, Alosæ, Cuculi, Mugiles, Cammari, Soleæ, Locustæ admirabiles, Sardæ, aliique permulti Pisces delicatissimi qui ex Mari adverso amne in Scaldim penetrant, ibique pascuntur & ova pariunt, quod ejus aqua ipsis ad id aptissima sit. Atque hinc duobus aut tribus mensibus, inter ver & æstatem præter majores Pisces, tantus numerus pisciculorum minutorum, vix natorum, capitur, ut incredibilis inde hominum multitudo victitet. Flumen hoc quoque plurimi Canes Marini, & Tursiones ingrediuntur; quæ duo genera Piscium ex eorum numero sunt, quæ non ova, sed membris propriis fœtus jam formatos & perfectos pariunt. Canes Marini suos terra gignunt, & suis uberibus, dum ad mediocrem magnitudinem pervenerint, lactant. Præterea Fluvius hic ex se, nullo Maris adminiculo, varia toto anno Piscium producit genera, quorum hæc sunt præcipua: Lucii, Barbi, Tincæ, Cyprini nobilissimi & commune pondus excedentes, ut xx sæpe librarum reperiantur, Gobiones, & alii Pisces permulti majores & minores. Anguillæ variæ, varia Cammarorum genera, & in Fluminis Ostio Ostrea nonnulla, quæ tamen eo ex Mari subeunt. Itaque Fluvius hic subsidio Maris, Piscium multitudine & varietate nulli, non modo Galliæ, sed nec totius Europæ Flumini cedit. *Aa* prope Teroanam oritur, & in Cæciam vergens, Fanum S. Audomari perlabitur, ac Grevelingam delatus (prope quam anno CIↃ IↃLIIX inter Burgundos & Gallos celebris illa pugna commissa est) in Britannicum Mare se exonerat. *Lisa* vulgo *de Leye*, in Artesia oritur, in Pago Lisburgo (*Lisbourg*), qui hinc nomen obtinet, prope Teroanam: & Ariam, Armenteriam, Wervicum & Meninas (*Meenen*) contemplatus, inde Cortracum medium secans, Gandavi cum aquis Scaldis commiscetur: Piscibus plurimis illique optimis abundat. *Sambra* vulgo *Sambre*, *Sabis* Cæsari; in Hannonia prope Pagum Novionem (*Novion*) nascitur, & in ventum Hellespontium conversus, lustratis Opidis, quæ vulgo, *Landrecy*, *Sassene*, *Barlaymont*, *Maubeuge*, *Merne*, & *Chassele*, tandem Namurcum perlapsus in Mosam se exonerat, pisces delicatos subministrans. *Dela* in Brabantia, prope Pagum Tilam oritur, & versus Septentrionem tendens Waveram petit: deinde Lovanium permeat tribus inde Milliaribus distitum; & cursum istum tria circiter Milliaria servans, postea in Occidentem flexus, multis Brachiis Mechliniam perlabitur, ac tandem quatuor Milliaribus a Rupelmonda, admodum auctus in Scaldim desinit. *Sena* (*la Seine*) nomen, ut videtur, obtinuit, a Senonibus Britanniæ populis, cum in hasce Regiones ad vexandam Galliam venissent. Nascitur prope Opidum *Soyon* in Hannonia: & ad ventum Hellespontium vergens, Hallam petit: & Bruxellam perlapsus Vilvordam permeat: inde ad Cæciam flexus, dextra Mechliniam relinquit, ac paullo ulterius progressus in Delam se effundit. *Dira* apud Leodienses prope Opidulum *Per* oritur: & in Septentrionem conversus Eindovam interluit: inde pristinum cursum servans Silvam Ducis petit, infra quam in Mosam evolvitur. *Demera*, prope Tungros in Leodienſi quoque Diœcesi, scaturit, & in Occidentem versus Bilsenum, inde Hasseletum (*Hasselt*) & Diestum interluit,

interluit, unde Sichenum & Arschotum perlapsus, in Delam effunditur. *Netha* prope Pagum *Rheti* originem habet, & ad ventum Africum conversus opidum *Herentals* perfluit, unde cursu suo servato, ad Dominium Grobendonkianum defertur, receptoque fluviolo *Aade* Liram transit, Dufflenum & Walemum adluit, & paullo post Delæ miscetur. *Rueur*, vel *Rhoer*, forte *Adrana* Tacito, ut scribit Ritheimerus, prope Pagum *Bulinge*, in agro Iuliacensi, oritur, & Cæciam sequens Duram & Iuliacum perlabitur, & tandem Ruremundæ, cui nomen indit, in Mosam delabitur. Sunt & alia minorum gentium Flumina, quibus delineandis brevirati studens, supersedeo. Quæ cum Torrentibus & Rivis, quos etiam, ne lectori tædium pariam, prætereo: Præterquam quod incredibilem Piscium copiam subministrant, regionesque ipsas ornant & muniunt, magni quoque momenti sunt in commeatu & mercibus transportandis. Rustici præterea horum fluminum adminiculo multas aquas inter se connectentes, magna industria fossas aliquot milliarium, easque Navigiorum patientes ducunt: ita ut vix ulla Civitas aut locus inveniatur, qui Navigia & quidem magna, non admittat. Vivis tamen aquæ Fontibus, ut plurimum Regio hæc caret, exceptis locis montosis. Monstratis autem, quæ per Inferiorem Germaniam sunt, Fluminibus: sequitur ut aliquid etiam de Oceano dicamus: cum & propter affinitatem aliasque causas non tantum Membrum, sed & Provinciæ ipsius Caput sit. Magnam igitur immo vastam & superbam Oceani dico esse faciem: & si intumescat & commoveatur formidabilem. Nam tanta sæpe vi, tantoque furore commovetur ac tempestatibus horrescit agitaturque, ut spatiosos campos & totas aliquando regiones abluat ac mergat: inprimis autem circa Zelandiæ oras, magnas sæpe irruptiones fecit. Incolarum autem industria, illi aggeres & Chelas opponentium, tandem periculum fere omne est amotum: nisi forte Cauri cum summo Maris æstu & aquis vivis collisio fiat. Venti qui Mare præ cæteris turbant, ideoque regioni maxime noxii, sunt Caurus, Zephyrus, & Libs. Novilunio quoque & Plenilunio præter duo Æquinoctia quibus maxime, (Cornelio Tacito teste) intumescit Oceanus, acerrime vexatur. Quoties enim cum Sole congreditur Luna, atque innovari incipit, aut in orbem circumducta plene conspicitur, maximos excitari æstus, fluctusque attolli in immensum, ac maximas cieri tempestates cernimus. Effectus Æstus alios novimus & experimur commodos, alios incommodos. Illos quidem quod Aquas purget, ne stantes & quietæ (docet hoc experientia) æstu & putrefactione corrumpantur: quod item promoveat Navigantes. Nam ut inquit Veget. lib. IV de re militari cap. XLII, *hæc reciprocantis meatus ambiguitas Cursum Navium secunda adjuvat, retardat adversa.* Hos autem, Inundationum & perruptionum violentia. Nam tanta sæpe vi terris immittitur Oceanus, ut etiam vasta Flumina retroagat, inundans abluensq; spacioſos campos, ut supra quoque attigimus. Scribit hoc Pomponius Mela; clamantque tot multorum seculorum calamitates. Sed hæc hactenus: cum autem indicaverimus quantum nonnullis hujus Provinciæ Regionibus detrimentū adferat Oceanus, ubi commoveri cœpit, etiam aliquid dicendum est de commodis, quibus dum tranquillus manet, universam Provinciam adficit, quibus si carendum ipsi esset (tot & tanta sunt) vix dimidiam Incolarum partem alere posset. Atq; hinc fit ut Provincia hæc totius fere Europæ sit quasi Portus & Forū, ita ut ibi infinita Mercatorum & Ne-

Mare.

Commoditas maris.

& Negotiatorum ſit multitudo & veluti Chaos quoddam tam Incolarum, quam extraneorum. Emolumentum, præter hæc, Oceanus, dignum certe ſua magnitudine regioni adfert, quod, ut quivis per ſe videt, in copioſa Alecum, Piſciumque omnis generis captura, fidem omnem ſuperante conſiſtit, qui non tantum potentiorum voluptatibus, ſed etiam tenuiorum hominum ſuſtentationi inſerviunt: nec ſolummodo victum, ſed & opes Incolæ inde ſibi parant. Quod enim ipſis ſupereſt, magnæ parti Galliæ, Hiſpaniæ, Germaniæ, Angliæ, aliiſque regionibus ſufficit: imo in ipſam uſque Italiam plurimi ab ipſis Piſces muria conditi mittuntur, inprimis Salmones & Aleces. Cum autem hæc negotiatio piſcium muria conditorum maximi momenti ſit, tres eorum ſpecies præcipuas recenſebo, nempe Alecem, Aſellum majorem & Salmonem. Primum de Alecibus quarum proventus præcipuus, agemus. Aleces in nullo reperiuntur fluvio, vel Mari Mediterraneo, Hiſpanico, aut alio (niſi fallor) ſed in hoc ſolum Oceano Septentrionali: earum magnitudo, forma & bonitas neminem latet. Hæ poſtquam ex Arctöi Maris latebris diſcedentes, id quod præcipitante jam vere ſolet fieri, velut commutatis natalibus in æſtiva contendunt, tanta interdum multitudine, ut oppoſitis retibus ſiſti nequeat impetus, quin illa rapiantur ac liquidi Æquoris faciem offuſcent: (quæ cauſſa eſt cur tam copioſa ſit illarum in retia infuſarum captura:) tum vero claſſes variæ, inter quas Hollandica, Zelandica, Friſica, Gallica, Britannica & Scotica, quaſi ex condicto ad evitandas ſimultates & contentiones partitæ inter ſe certas ac definitas ſtationes ſub Britannia, Scotiæ ora & Orcadibus, ſingulæ pro viribus iſti piſcium generi inſidiantur navigiis rotundis, alvo panda, obtuſa prora, quas *Buſas* nuncupant. Hi piſces vivi, quoad ejus fieri poteſt (nam ſimul cum deſerto ſalo vitam quoque protinus expirant) per jugulatorem eundem & eviſceratorem, cui præ cæteris omnibus liberaliſsima merces datur, aperto prius jugulo exenterantur, dein per ſalitorem condiuntur, feſtinatis operis, inde conduntur fallamentariis cadis: (*Orcas* Latini dicunt) poſtea venditi, per Alecarios Cupariosque de integro ſtipantur, inani turba quæ lactibus aut ovis caret, numero ſubmota, nova muria obruuntur, poſtremo per delectos juratoſque arbitros bonitatis fides exploratur, ſigilloque addito obſtringitur, non abſimili religione a vetere, qua Dianæ Sacerdos *Lemniam Rubricam* probatæ notæ ſigillo impreſſo inſigniebat, uti Galeni teſtimonio conſtat. Atque iſtud quidem primum genus Alecum eſt, conditaneum ſeu muriaticum nominandum cum Plauto: alterum eſt quod leviter ſalitum in fumario fumo duratur, ubi auri vel æris potius colorem ducit, unde *Soretum* nuncupant, quod ſubruffus ad atrum accedens color ea lingua *Sorus* vocitetur. Iſta Alecũ piſcatio quantum operæpretium, quantam reipub. inprimis Hollandicæ & Zelandicæ utilitatem præſtet, quo ore efferam ignoro, quando non unius, ſed plurium Civitatum ſalus inde pendere videatur: inde plebs urbana pariter & ruſtica victum quærunt, æs alienum diſſolvunt, familias ſuſtentant, opes qualeſcunque conquirunt, aut partas tuentur. Alterum præcipui piſcis genus, quod condiri ſolet Latinis vocatur *Aſellus Major*, ad differentiam Minoris, vulgo *Cabeliau*. Hic certe piſcis inter minimos habendus non eſt: & reperitur aliquando lx librarum, atque optimus eſt. Multis anni temporibus, ſed potiſsimum tempore quadrageſimæ locis huic Mari proximis, inprimis in Mari

Friſio

Frisio capitur, magnaque ejus copia sale condiri solet, magnum emolumentum regioni quotannis adferens. Tertium genus Piscium præcipuum, quos sale conspergi dixeram, Latinis vocatur *Salmo*: optimus quoque tam recens quam conditaneus. Piscem hunc Hollandia & Zelandia proferunt, omnibus fere mensibus, sed maxime Aprili, Majo & Iunio: cujus tanta sale conditur copia, ut collectum in caput fœnus annuum 200000 Coronat. excedere credatur. Sed de his satis, ad reliqua pergamus. Planum & æquum est Belgii solum: pauci in eo reperiuntur Colles, Montes pauciores, præterquam in Lutzenburgo, Namurco, & nonnullis Hanoniæ locis, ubi densiores sunt, & apud Leodienses sunt quoque plurimi. Nemoribus Silvisque, quantum voluptati aut venationi satis est, aut regionis decor exigit, sparsim ornatur. *Arduenna Silva* tempore Iulii Cæsaris (ut ipse scripto mandavit) totius Galliæ maxima erat, & ingenti magnitudine per medios fines Trevirorum a flumine Rheno ad Nervios (nunc *Tornacenses*), & Rhemorum pertinens, millibus passuum amplius quingentis in longitudinem patebat. Et hoc quoque tempore nulla totius Galliæ Silva cum ea adæquari potest: sed cum hodie sit bene culta regio, multum ipsam de pristina magnitudine amisisse videmus: ita ut pars quoque superstes sæpius interrumpatur, & mutato nomine ab agricolis colatur. Pars autem ejus maxima & minus interrupta, est a Theonis-Villa prope Leodium usque, quod spatium ad xxx milliaria se in longitudinem extendit. In medio sita est urbs *S. Huberti*, quæ Gemma Frisio teste, Longitudinis continet grad. 26 & min. 40. Latitudinis vero grad. 50 & min 4. Arbores habet hæc Silva omnis generis amœnas, altitudinis ingentis & latitudinis, quæ eam non minus fructuosam quam jucundam efficiunt. *Arduenna* Str. Adcolis *Ardenne*, Rhenano *Luitticherwald*, (quod sonat *Leodiensium Nemus*) dicitur. *Mormavia* (*Mormau*) Hannoniæ Silva amplissima, initium sumit prope Quercetum (*Quesnoy*), & ad Meridiem se longius in Veromanduos extendit: ac multa in se continet Opida, Pagos & alia loca fontibus & aquis perennibus amœnissima. Carbonum hic magna conficitur copia: unde eam nonnulli partem Silvæ Carbonariæ esse arbitrati sunt: alii tamen Silvam Carbonariam magis in Orientem Solem spectasse asserunt, inter Mosam & Sabin, & amœnam Archiæ Silvam ex ejus esse reliquiis, in qua Pagus cognominis egregia arce munitus continetur, ibique domicilium Dominorum Berlaymontiorum esse solet. Amœnissima *S. Amandi Silva*, in Hannonia quoque sita est: dicitur etiam *Silva Raymensis*, ob earum affinitatem. Initium capit in finibus Flandriæ Gallicæ prope Pagum *S. Amandi*, unde nomen habet, & ad Orientem Valencenas usque excurrit, magna latitudine & spissitudine. *Silva Raymensis* est Domini *d'Emery*, qui propterea magnus est Hannoniæ Venator: Hæc enim dignitas hujus Silvæ propria est. *Silva Faignensis* (*le bois de Faigné*) in Hannonia quoque sita, prope Avēnas initium habet Magetobriā (*Masieres*) usque fere pertingens, spatio xvi milliarium, & antiquitus major erat. Videtur adhuc retinere nomē, quāvis corruptū a Faunis & Satyris: qui forte hinc a Poëtis, cornua & pedes caprinos habere fingebantur, quod hujus silvæ primi Incolæ tam essent feri & immanes, ut non multum a brutis differrent. *Sonensis* Silva duobus aut tribus teli ictibus Bruxella distat, in Meridiem Brennam usque Alleudam & Brennæ Castellum excurrit, spatio iii milliarium. Magna est certe & non contemnenda

Montes.

Silvæ & Nemora.

temnenda Silva, ita ut in circuitu amplius septem passuum milla pateat: & tot in ea sunt Vrbes, Pagi, Abbatiæ & Monasteria, ut miraculum videatur: ideoque non pauci æstate Nobiles & Cives honestiores cum tota familia se eo recreationis gratia conferunt ibique ad septimanas tres aut quatuor remanent. *Saventerlou*, Lovanio, Bruxella & Vilvordia includitur. Silva amœnissima est, nomenque accepit a Saventria pago illi adjacente. *Grootenhout* itidem Brabantiæ Silva est, non multum supra Turnholtum sita, in qua nascitur fluvius Ada, qui postea in Flumen Netham se exonerat. Silva est magna, in qua Regina Maria, ad quam Turnholtum pertinebat, multum venari solebat. *Marlaigne* Namurci silva, prope Namurcum Vrbem initium sumens: & ingenti latitudine ad ventum Africum porrecta, Philippopolin versus: prope Mosam usque se extendit. *Niepa* Flandriæ silva primaria, non procul ab Artesiæ finibus, duobus a Flumine Lisa, Castello Morinorum & Baliolo distat milliaribus, quamvis diversis sui partibus: amœna est, ampla, & antiquissima Silva, arcem & opere, & Natura continens munitissimam. *Nonnen* itidem in Flandria sita est, ac prope Hipram maxima in Septentrionem latitudine se extendens multos Pagos, & Abbatias nonnullas complectitur. *Poodisbergia*, silva inter Flandriam & Hannoniam non procul a Gerardimontio & Lesina, magna est, & ob rorum ditatem jucunda. *Guilielmi-Silva* in Artesia posita est, prope Rentiacum, ubi pugnam Imperator cum Galliæ Rege commisit, anno CIↃ IↃLIV. *Engelerwallia*, Geldriæ prope Arnhemum, Silva amœna, in ventum Hellespontium vergit. *Septem-Silvæ*, sunt VII ingentes & Trans-Isalanis finitimæ Silvæ, quæ uni ex quatuor Frisiæ partibus nomen dederunt, quæ hodie dicitur *Sevenwolden*, quasi dicas *Septem-Silvæ*: quarum singulæ multum spatii continent, & pagos plurimos adspectui jucundissimos. Sed hæc hactenus de Silvis. Ad Opera publica venio. Innumera in hisce regionibus magnifica Templa, plurimæ Abbatiæ, innumera Cœnobia & Monasteria, plurima Xenodochia, Nosocomia, Ptochodochia & Orphanotrophia. Certe in una urbe Antverpia duo & quadraginta ejusmodi loca numerantur: inter ea augustissimum, *Templum Cathedrale D. Virginis* capacissimum, cum Turri excelsa CCCCXX pedum, ex candido Marmore, ex qua prospectus in urbem opulentissimam, in Fluvium navibus tectum, in vicinam regionem pagis urbibusque abundantem, amœnissimus patet. Quid reliqua Templa, Monasteria, & ejuscemodi loca describam, quæ hic & in aliis urbibus & pagis magno numero conspiciuntur? Quid Ducum Comitumque & Illustrium Procerum sumtuosa Palatia? Quid reliqua tum publica tum privata Ædificia? ea si commemorare pergam tempus me citius & locus quam materia deficiat. Quare de his silere melius quam parum dicere. Status harum Ditionum Politicus, ut de eo etiam nonnihil dicamus tam generatim quam speciatim fere triplex est: Primus est *Ecclesiasticus*, in quo præcipui sunt Abbates. Secundus *Nobilitatis*, ut sunt Duces, Comites, Marcgravii, Principes, Barones & magni Domini. Tertius *Civitatum*, quem primariæ cujusque Ditionis Civitates repræsentant. Hi Status a Principe convocantur, quoties de rebus ad Principem, aut ad Principatum, aut ad conservationem & utilitatem ditionum pertinentibus deliberandum est. Status vero Ecclesiasticus ita se habet: Quatuor sunt in

Opera publica.

Ratio gubernandi.


INFERIOR GERMANIA
Oceanus Germanicus
Miliaria Germanica
Septentrio
Meridies
Zeelant
Holla
Brabant
Flandria
Artois
Hannonia
Luxemburg
Luyck
Gelderland
Cleve
Westphalia
Frisia
Trier
Lutzenburg
Lotharingia
Britannici Maris pars
Bourbonnois
Picardi
Champagne
Brie
Lorraine
Alsatia
Wetteraw
Palatinat
Hessen
Mentz
Francfurt
Spira
Worms
Emden
Bremen
Diepholt
Osnabrug
Paderborn
Lippe
Munster
Warendorp
Dortmund
Arnsberg
Wesel
Duysburg
Düsseldorp
Cölln
Aken
Gulick
Limburg
Namur
Valckenburg
Maestricht
Dinant
Mons
Tournay
Lisle
Douay
Arras
Amiens
Calais
Boulogne
Hardelot
Dieppe
Pont Asselan
Pont de Remy
Abbeville
Montdidier
Noyon
Soissons
Laon
Coucy
Rheims
Epernay
Chaalons
Vitry
Bar au bery
Joinville
Metz
Thionville
Montmedy
Longwy
Luxemburg
Diedenhofen
Saarbrug
Zweybrucken
Creutznach
Oppenheim
Bingen
Coblentz
Andernach
Bonn
Cöln
Neuss
Crefeld
Wesel
Emmerich
Arnhem
Nimmegen
Utrecht
Amsterdam
Haerlem
Leyden
Delft
Rotterdam
Dordrecht
Gorcum
Schoonhoven
Gouda
Utrecht
Amersfort
Deventer
Zutphen
Arnhem
Zutphen
Kampen
Enchuysen
Medenblick
Horn
Texel insula
Vlieland
Schellinck
Leeuwarden
Groeninge
Oldenborn
Sneeck
Sloten
Gagst
Steenwyck
Rolde
Wedde
Bylen
Drent
Coeverden
Meppen
Lingen
Bramsche
Tecklenburg
Rheine
Burgsteinfurt
Borkelo
Grol
Doesburg
Zutphen
Lochem
Aemelvoort
Hattem
Swolle
Genep
Grave
Ravenstein
Bommel
Heusden
Gertruydenberg
Breda
Bergen op Zoom
Antwerpen
Mechelen
Vilvorde
Brussel
Louvain
Diest
Thienen
Tirlemont
Hannut
Huy
Namur
Dinant
Philippeville
Marienburg
Thuin
Charleroy
Binche
Ath
Oudenarde
Ryssel
Courtray
Menin
Furnes
Dixmude
Nieuport
Ostende
Sluys
Middelburg
Walcheren insula
Vlissingen
Goree
Putten
Schouwen insula
Duveland insula
Tholen
Bergen op Zoom
Calais
Guines
Hardelot
Boulogne
Montreuil
Abbeville
Doullens
Bapaumes
Peronne
Roye
Chaulnes
Ham
Guise
Vervins
Marle
Laon
Coucy
Soissons
Rheims
Epernay
Chaalons
Vitry
Joinville
Bar au bery
Chaumont
Langres
Dijon
Beaune
Chalon
Autun
Nevers
Bourges
Sancerre
Gien
Montargis
Nemours
Melun
Provins
Meaux
Paris
Pontoise
Mantes
Evreux
Lisieux
Caen
Bayeux
Falaise
Vire
Coutances
Avranches
Mont St Michel
St Malo
Dinan
Rennes
Fougeres
Vitré
Laval
Mayenne
Le Mans
Alençon
Argentan
Dreux
Chartres
Etampes
Orleans
Blois
Amboise
Tours
Chinon
Saumur
Angers
Nantes
Ancenis
Clisson
Machecoul
Sables d'Olonne
Rochelle
Rochefort
Brouage
Marennes
Oleron insula
Blaye
Bourg
Libourne
Bordeaux
Cadillac
Langon
Bazas
Agen
Marmande
Tonneins
Clairac
Nerac
Condom
Auch
Lectoure
Fleurance
Lisle Jourdain
Toulouse
Montauban
Moissac
Castelnau
Montpellier
Lunel
Frontignan
Agde
Narbonne
Leucate
Perpignan
Elne
Collioure
Port Vendres
Cerbere
Rosas
Figueras
Gerona
Barcelona
Tarragona
Tortosa
Lerida
Balaguer
Cervera
Solsona
Manresa
Vich
Hostalrich
Blanes
Tordera
Mataro
Arenys
Granollers
Martorell
Esparraguera
Igualada
Cardona
Berga
Ripoll
Olot
Besalu
Puycerda
Urgel
Seu
Andorra
Foix
Pamiers
Mirepoix
Carcassonne
Limoux
Alet
Quillan
Rennes les Bains
Axat
Castelnaudary
Revel
Sorrese
Castres
Lavaur
Gaillac
Albi
Rabastens
Montauban
Moissac
Castelnau
Caussade
Montauban
Realville
Lauzerte
Montcuq
Cahors
Figeac
Puy Laurens
Lombez
Samatan
Mirande
Masseube
Plaisance
Vic Fezensac
Condom
Nerac
Agen
Tonneins
Clairac
Marmande
Bazas
Langon
Cadillac
Bordeaux
Libourne
Bourg
Blaye
Brouage
Marennes
Oleron insula
Rochefort
Rochelle
Sables d'Olonne
Machecoul
Clisson
Ancenis
Nantes
Angers
Saumur
Chinon
Tours
Amboise
Blois
Orleans
Etampes
Dreux
Chartres
Alençon
Argentan
Falaise
Vire
Coutances
Avranches
Mont St Michel
St Malo
Dinan
Rennes
Fougeres
Vitré
Laval
Mayenne
Le Mans
Meaux
Provins
Melun
Nemours
Montargis
Gien
Sancerre
Bourges
Nevers
Autun
Chalon
Beaune
Dijon
Langres
Chaumont
Vitry
Joinville
Bar au bery
Rheims
Epernay
Chaalons
Soissons
Coucy
Laon
Marle
Vervins
Guise
Ham
Roye
Chaulnes
Peronne
Bapaumes
Doullens
Montreuil
Abbeville
Hardelot
Guines
Calais
Ardres
Gravelines
Bergues
Dunkerque
Furnes
Dixmude
Nieuport
Ostende
Sluys
Middelburg
Walcheren insula
Vlissingen
Goree
Putten
Schouwen insula
Duveland insula
Tholen
Bergen op Zoom
Breda
Gertruydenberg
Heusden
Bommel
Ravenstein
Grave
Genep
Hattem
Swolle
Kampen
Enchuysen
Medenblick
Horn
Texel insula
Vlieland
Schellinck
Leeuwarden
Groeninge
Oldenborn
Sneeck
Sloten
Gagst
Steenwyck
Rolde
Wedde
Bylen
Drent
Coeverden
Meppen
Lingen
Bramsche
Tecklenburg
Rheine
Burgsteinfurt
Borkelo
Grol
Doesburg
Zutphen
Lochem
Aemelvoort
Deventer
Amersfort
Utrecht
Gouda
Rotterdam
Dordrecht
Gorcum
Schoonhoven
Amsterdam
Haerlem
Leyden
Delft
Goree
Putten
Schouwen insula
Duveland insula
Tholen
Bergen op Zoom
Breda
Gertruydenberg
Heusden
Bommel
Ravenstein
Grave
Genep
Hattem
Swolle
Kampen
Enchuysen
Medenblick
Horn
Texel insula
Vlieland
Schellinck
Leeuwarden
Groeninge
Oldenborn
Sneeck
Sloten
Gagst
Steenwyck
Rolde
Wedde
Bylen
Drent
Coeverden
Meppen
Lingen
Bramsche
Tecklenburg
Rheine
Burgsteinfurt
Borkelo
Grol
Doesburg
Zutphen
Lochem
Aemelvoort
Deventer
Amersfort
Utrecht
Gouda
Rotterdam
Dordrecht
Gorcum
Schoonhoven
Amsterdam
Haerlem
Leyden
Delft

ſunt in hac Inferiore Germania Epiſcopatus *Cameracenſis*, *Tornacenſis*, *Atrebatenſis*: hi tres ſubſunt Archiepiſcopo Rhemenſi, & *Vltrajectinus*, qui Archiepiſcopo Colonienſi ſubeſt. Ad Academias pergo quas hic quatuor *Lovanienſem* & *Duacenſem*, *Lugdunenſem* & *Franekeranam* numero. *Lovanienſis* frequentia Collegiorum, Studioſorum, Doctorum celeberrima. Collegia potiſsima ſunt *Lilium*, *Caſtrenſe*, *Porci* & *Falconis*, quibus Philoſophia traditur. Eſt & trilingue *Buſlidianum*, in quo Græca, Latina, Hebraica docentur. Vniverſitas iſta flagitatione Nobilium Brabantinorum primum conſtituta eſt ornataque privilegiis a Ioanne IV Brabantiæ Duce, anno MCCCCXXVI Pontifice Martino V. Reliquæ noſtra memoria erectæ ſunt. Ex his tanquam ex Equis Trojanis innumeri Viri docti prodierunt, & quotidie prodeunt. Viros enim doctos, & omnium facultatum & ſcientiarum peritiſsimos Belgium habet: & ut olim, ſic & hodie celeberrimos producit. Quos omnes uno ductu enumerare, nimis longum foret. Bibliothecæ hic, variis locis variæ, optimis rariſsimiſque refertæ libris. Inter quas Lugdunenſis non poſtremi loci. Incolæ ſunt formoſi, quieti, parum cholerici, parum ambitioſi, parum ſuperbi: non admodum Veneri dediti, civiles, aperti, comes, blandi, ad omnia prompti, ſalſi & interdum dicaces: laborioſi, induſtrii, fideles, grati in bene meritos, artium omnium ſcientiarumque capaces, libertatis & privilegiorum avitorum præfracte etiam ad mortem uſque ſtudioſi. Id etiam in genere dici poteſt vere & cum laude, Belgas eſſe frugi, & attentos œconomos, patreſque familiâs: qui formicæ exemplum ſequuti condunt ſub hyemem, quæ illius anni partis injuria negatura videtur, coëmptis piſcibus carnibuſque, quæ vel muria domant, vel fumo durant. Vix etenim eſt honeſtior ulla domus, quæ pro ratione capitum familiæ (ut quæque eſt vel numeroſa vel exigua) non mactet in Autumno Bovem integrum, aut dimidiatum ſaltem, præter Porcum, quorum carnes bonam anni partem eſui futuras, dum ver ſinum plenum effundat, ita ut dixi, condiunt. Complures tamen plus æquo avari, Aurique avidi ſunt. Mulieres formoſæ, geſtu decenti, & comes. Solent enim more regionis a prima ætate familiariter cum quovis converſari: ideoque & in agendo & loquendo aut alia re promptiſsimæ: nec vero libertas hæc ſeu licentia honeſtatem ipſarum minuit. Nec tantummodo peragrant ſolæ civitatem, ſed etiam exiguo comitatu in vicina Opida commeant, ſine ulla vel leviſsima criminis ſuſpicione. Sunt admodum continentes, & ad quidvis agendum adpoſitæ. Nec ſolum rei familiaris ſtudioſiſsimæ ſunt (de qua viri parum ſolliciti ſunt) ſed etiam mercaturam exercent: imo & negotiis reliquis ad Viros ſpectantibus os & manus adhibere ſolent: idque tanta dexteritate & diligentiâ, ut multis ejus provinciæ locis, velut in Hollandia & Zelandia, Viri rem omnem eis committant. Atque hac vivendi ratione Mulierum dominandi aviditati adjuncta, ipſæ plerumque nimis imperioſæ, imo moleſtæ & ſuperbæ redduntur. Moris eſt tam apud Principes, quam inferioris ſortis homines, ut etiam apud nationes reliquas Ciſalpinas primogenitis parentum, licet adhuc viventium, & ætate vigentium indere nomina. Et Nobiles, cujuſcunque ſint qualitatis aut ſortis, Dynaſtarum more, plus ſemper Filiæ natu maximæ tribuent, quam reliquis minoribus, licet parem omnes dotem habeant: ita ut reliquas alicui ſæpe deſpondeant, cui illam denegarent, ipſam meliori conditioni aut marito reſervantes. Atque hoc nomine laudandi, quod facile (ut & eos tempore Iulii Cæſaris, & ante, ſeciſſe comperio) cum exteris matrimonia contrahant, ſi id

Scholæ.

Bibliothecæ.

Mores.

quomodo dimidiatum mactabit?

si id occasio postulet nec patriæ soli adstringuntur. Quæ sane res utilissima & commodissima est : hæ enim affinitates & ipsis & Reipub. non parum conducunt. Indecens autem est, imo absurdum videtur, Adolescentes vetulas, Senes contra puellas ducere : item ignobilem nobili, Herum ancillæ, Dominam famulo matrimonio jungi. Inprimis vero Belgæ dediti sunt artibus Mechanicis, non sordidis quidem & servilibus, sed nobilioribus : panni contexendi, lanificia & telas tractandi, aulæa tapetiaque conficiendi : quæ non tantum propriis regionis usibus inserviant : sed etiam ulterius in Galliam, Hispaniam, Germaniam, reliquamque Europam, atque adeo in Asiam & Africam deportentur. In Picturis nulla æque natio excellit: nulla in Musicis: nulla in variarum linguarum cognitione acquirenda. Oleo colores miscere primus docuit *Joannes Eickius* Belga. Vix estquisquam in Flandria, Brabantia, Zelandia, qui non & vernacula, hoc est Germaniæ Inferioris lingua loqui possit, & Gallica : Nautæ, Mercatores, & Viri litterati, etiam Italicam, Hispanicam, Latinam, Græcam plerique norunt : sunt etiam qui Hebraicam, Chaldaicam, Arabicam. Rei etiam navalis Belgæ peritissimi sunt. Ad victum venio; Usus est apud Belgas Tritici, Secalis, Avenæ, Farris & Hordei. Legumina, præter Fabas & Pisa, non sunt magni momenti : Viciæ quoque parum habent, Panici & Milii nihil. Venti enim vehementiores ea sternunt & deturbant. Sobrie ac frugaliter vulgus familiam educare solet. Potus fere est Cervisia, quæ conficitur decoquiturque ex ea quam *Maltam* vocamus : inde adjicitur postea triticeum far mola fractum, cum lupo salictario. Atque hic potus bonus & sanus iis est, qui se ei adsuefacere possunt. Multum quoque bibunt lactis. Opulentiores Vino utuntur. Pane vulgo vescuntur secalitio. Solent etiam veluti festis præcipuis, inprimis nomine ipsorum indigetatis, item Bacchanalibus, convivia instruere, parentes, consanguineos, & amicos invitare, & cum eis pollucibiliter commessari : natura enim amant oblectationes, epulas & convivia : Potentiores vero splendide & magnifice epulantur, seque vere magnanimos ostendunt. Nitidas & abstersas conservant domos, ab omni supellectile, & quidem commodissima, instructas, ita ut merito in iis nihil desiderari possit. Et certe pulchrum & gratum habet aspectum ista bene ordinata, munda & copiosa supellex : qua in re fortasis (imo sine dubio) omnes totius Mundi nationes facile superant. Hoc autem habent Belgæ vitii, ut potu se nimio ingurgitent, quo maxime delectantur : ita ut sæpe nec interdiu nec noctu bibendi finem facientes, præter incommoda reliqua, maximo corpus & ingenium adficiant incommodo : idque sine dubio illis immaturæ sæpe mortis adfert causam, juxta illud Prop. *Vino forma perit, Vino corrumpitur ætas*. Et ipsi id quoque norunt, fatentur, & seipsos reprehendunt : sed quid agas? vincit mala consuetudo. Quamvis aliquo modo possint excusari. Cum enim humidus & melancholicus fere semper sit aër : nulla forte re alia melancholiæ isti odiosæ, & sanitati infestissimæ mederi possent : quod Horatius indicasse videtur, inquiens : *Vino pellite curas*. Illud tamen Terentii nobile quoque dictum servarent : *Ne quid nimis*. Quod quidem ab omnibus, honestioris existimationis & conditionis viris fieri jam cœpit. Incolæ scito commodoq; sunt vestitu, & pulcre formato. Magnâ deniq; & copiosam exercent Mercaturâ, cujus quæcunq; etiã ea sit, pertissimi sunt. Atq; ipsa Belgica, maxima parte, Mercatura & Artibus nititur.

Opificia.

Victus.

Vestitus.

Mercimonia.

Regio.
Unde dicta.

FLandriæ nomen quamvis non magnæ antiquitatis nulla tamen ejus certa ratio reddi poteſt. Sunt, qui ab urbe ejus nominis appellationem deducant, ſita ubi nunc Ardenburgum; ſunt qui a Flandberto Filio Bleſindæ, quæ Soror fuit Clodionis, Regis Galliæ: Vixit autem Flandbertus Anno Chriſti CCCC. XLV. Sunt qui a Lyderici primi Comitis ſponſa *Flandrina* nomen regioni datum arbitrantur. Sunt qui a flatu & fluctibus, quorum magna ob vicini Oceani impetum vis huic terræ incumbit. Adeo ut etiam anno MCC CXL in agrorum cenſu venditioneque caveretur, ut ſi intra annos x Mare in ea loca exæſtuaret, caſſus irrituſque eſſet contractus. Ego rem in medio relinquo. Ejus hodierni limites ſunt, ad Auſtrum Arteſia

Situs.

cum Hannonia, & parte Picardiæ. Ad Ortum Hannonia & Brabantia, ad Septentrionem Oceanus, cum Honta ſive Oſtio Scaldis, quod Flandriam a Zelandia diſterminat: ad Occaſum Oceanus Britannicus ſive mare Germanicum. Longitudo patet itinere tridui, a Scaldi ſcilicet contra Antverpiam, uſque ad Novum Foſſatum mill. paſſ. xxx. Latitudo eſt mill. paſſ. xx. Aër Regionis totius eſt temperatiſsimus: Ager fertilis, po-

Aëris temperies.
Soli fertilitas.

tiſsimum qua Oceano & Galliæ eſt vicinus. Paſcua læta, cujus rei argumentum eſt, quod pulli equini ex vicinis regionibus in Flandriam quotannis delati ab Equiſonibus, ſoleant pabuli bonitate, Aëris ſuavitate, ex

Animalium varietas.

ſtrigoſis & macilentis reddi generoſiores. Alit item varia Animalia domeſtica, ſaporis delicati & exquiſiti: nec non Ferarum copiam pene incredibilem. Nec deſunt Aves cum aliæ: tum Phaſiani, Perdices, Pavones, Ardeæ, Ciconiæ. Regionis Incolæ ita olim bello addicti fuere, ut quieti pacative vix unquam viverent: ac Syriam etiam, Terramque Sanctam, ac Hieroſolymam, eorum arma pervaderent. Vrbes in Flandria muro ac foſſa cinctæ ſunt XXX. *Gandavum*, *Brugæ*, *Ypra*, *Inſula*, *Duacum*, *Tornacum*, *Cortracum*, *Aldenarda*, *Aloſtum*, *Hulſta*, *Teneramunda*, *Birfletum*, *Neoportum*, *Sluſa*, *Dunkercka*, *Gravelinga*, *Burburgum*,

Vrbiũ nomina.

Dammum, *Dixmuda*, *Furna*, *Ardenburgum*, *Ninova*, *Bergæ*, *Gerardimontium*, *Caſtellum*, *Donza*, *Orchianum*, *Lanoyum*, *Axella* & *Ooſtenda*. Præter has ſunt etiam Municipia patentia quæ urbibus neque nobilitate, neque privilegiorum dignitate, neque ſtructuræ magnificentia, neque frequentia municipum cedunt: *Bella*, *Poperinga*, *Hondtſcota*, *Eecloa*, *Giſtella*, *Middelburgum*, & alia viginti. Pagi in univerſum MCLIV: ut non immerito triviali proverbio dicatur, Flandriam omnes totius Chriſtiani Orbis Comitatus ſuperare, & Hiſpani quum in hanc Provinciam cum Philippo Rege venirent, judicaverint totam Flandriam continuam urbem eſſe. Hodie univerſa intres partes dividitur, Teutonicam, Gallicam & Imperialem. Primaria urbs eſt *Gandavum*, conditum vulgi opinione, tum Hiſtoricorum omnium recentiorum conſenſu (nam veteres de eo ſilent) tum Petrachæ aliorumque judicio, a C. Iulio Cæſare, quum in Morinis ageret. Enimvero Gordunorum meminit C. Cæſar lib. v. Com. de Bello Gallico. Poſtea a Wandalis dicta eſt *Wanda*, & litteræ primæ mutatione *Ganda*: ut Walli, Galli: hinc *Gandavum*: vernacule dicitur *Gendt*, Italis *Guanto*, Gallis *Gand*. Situm eſt quarto a mari lapide, quatuor fluminibus amœniſsime irrigatur. *Scaldim* enim ex Hannonia, *Liſam* ex Arteſia, *Liviã* ex portu Sluſano, *Moeram* ex quatuor Officiis quas *Ambactas* vocant, accipit.

Præterea



Lanstargius ponit Gonsa et Ganda rem sub ad. meridiano

65

Præterea Alveum habet manufactum magnorum etiam navigiorum patientem, per quem præter prædicta flumina quantam omnium rerum ab omni Orbis parte accipiat copiam, incredibile dictu est. Ex his enim in Mare patet via per alveum sive Aquæductum, qui se ad Ostium vulgo *t'Sas*, in Oceanum exonerat catarractis ad hanc rem stupendo artificio exstructis. Decem milliaribus distat Antverpia, totidem Bruxella, Mechlinia, Middelburgo. Ambitus intra muros est 45640 pedum Romanorum: hoc est Italicorum milliarium septem. Insulas habet XXVI. Pontes majores, XCIIC. Molas aquarias IV. Trusatiles infinitas: centum quæ vento aguntur. Ecclesias in universum LV. Abbatias V. Cives hujus civitatis frequentia, nobilitate, opibus, animis sunt eximii. Hæc *Carolum* V Imperatorem Orbi dedit. Hæc litteris *Judocum Badium*, *Jo. annem Cornarium*, *Lævinum Brechtum*, & alterum *Lævinum Torrentium*, *Balduinum Ronseum*, *Utenhovium*, aliosque protulit. Opificiorum genera in hac urbe LII. Textorum præterea ordines XXVII instituti primum a Comite Balduino, filio Arnoldi Magni, Anno IↃ.CCC.LXV. *Brugæ* (*Brugge*) vel a pontium frequentia nomen habent, vel a ponte *Brugstock* juxta Oldenburgum & Ardenburgum, e quarum urbium ruinis ante annos IↃCCC. prima arx Brugensis exstructa est; sita est tertio milliari a Mari loco plano. Ambitus intra muros est 26600 pedum Romanorum, hoc est Italicorum mill. quatuor cum dimidio. Vrbs est non Flandriæ tantum, sed etiam totius Belgicæ amœnissima: templa habet LX, quorum præcipuum & augustissimum est S. Donatiani, olim sacrum B. Virgini, exstructum a Liderico primo Flandriæ Comite, anno IↃC XXI. Opibus in tantum floruit, ut Ioanna uxor Philippi Pulcri quum huc veniisset Anno CIↃ CCCI vidisseque virginum & matronarum ornatum, stupore primum, postea muliebris æmulationis œstro percita, conquesta sit, non se solam reginam esse. Opificiorum genera exercentur LXIIX. Et in hac rerum copia neque flumen habet, neque Portum neque fontem. Fossa est humana ducta industria, ipsi *Reye* vocant, quæ per totam urbem divisa, ad Sluſam sese exonerat in Oceanum. Et quia hæc majoribus navigiis nondum sufficiebat, aliam in longe majorem altitudinem perduxerunt, oppositisque Catarractis a Mari discluserunt. Sunt & hujus urbis Cives bello, imperio, literis celebrati. Tanta etiam olim hujus urbis in mercaturis potentia fuit, ut cum quavis alia totius Europæ urbe conferri posset. Brugenses primi Cassiterides (Hispanis *Açores*) Insulas in Oceano invenerunt, quæ propterea *Flandricæ* vulgo dicuntur: iidem Bursam primi Mercurio sacram habuerunt, a qua postea Antverpiæ, Rhotomagi, Londini, & in aliis urbibus mutatis rerum vicibus loca mercatorum conventui destinata nomen traxerunt. *Ypra* a rivulo Ypra præterlabente dicta, vulgo *Yperen*, anno CMLX condita est. Hujus urbis fundus dicitur esse plumbeus, idque propter magnam plumbeorum tuborum vim, quibus aqua varie per Civitatem universam distribuitur. Atque hæ quidem sunt Urbes primariæ. Portus sequuntur: *Sluſa* a Catarracta nomen habet, quæ Flandris vocatur *Sluys*, urbs est maritima: Portum habet capacissimum, quo quingentæ naves commodissime recipi possunt. Ex adverso est Insula *Cadsant*, Georgii Cassandri patria. *Ostenda* ad Oceanum sita, obsidione Archiducis Alberti gravissima, quam ad annos tres & aliquot menses fortissime sustinuit, ac innumeris pæne utrinque cæsis, nobilis. *Neoportus* (*Nieuport*)

(*Nieupoort*) tertio ab Ooſtenda milliari, urbs eſt maritima, patria *Iodoci Clichthovei*, cui proxima eſt Abbatia *S. Bernhardi*, in qua Bibliotheca olim totius Belgii inſtructiſsima & celeberrima. *Dunkerka* exſtructa anno CMLXVI a Balduino Arnoldi F. Flandriæ Comite, Portum habet brevem admodum & Mari vicino infeſtum. Vrbis juriſdictio pertinet ad Regem Navarræ. Reliquas urbes Flandricæ Teutonicæ prætereo. In Flandria vero Gallica eſt *Inſula* a veteri poſitione ita dicta, erat enim ſtagnis & paludibus cincta: urbs frequentia civium, opibus, legibus ornatiſsima, & quidem poſt Antverpiam & Amſtelodamum potentiſsima. *Duacum* (*Douay*) ad Scarpam fl. ubi olim *Catuaces*, patria eſt *Roberti Gaguini*. Academiam habet paucis abhinc annis a Philippo II Hiſpaniarum Rege ibi conſtitutam. *Orchianum* (*Orchies*) etiam in hoc tractu eſt, & *Lannoyum* celebre dominis & cive *Franciſco Raphelengio*: præterea *Eſpinoyum*, *Armentiers* & *Tornacum*, *Tournay*. In Imperiali Flandria eſt *Aloſtum*, Civitas ampla & munita ad Teneram fl. Comitatus titulo inſignis. Pagos ſub ſe habet CLXX. Principatus II, Steenhuſenſem & Gaverenſem, Baronatus complures: Territorium etiam Waſiæ, cujus quatuor ſunt opida: *Hulſta*, *Axela*, *Bochoute* & *Aſſenede*. *Rupelmonda* ad Rupelam fl. arx eſt, hoc loco minime omittenda, vel propter *Gerardi* noſtri *Mercatoris* Illuſtriſsimi Mathematici & Coſmographi, ac noſtri ſeculi Ptolemæi, memoriam. Flumina ſunt *Scaldis*, *Liſa*, *Tenera*, *Livia*, *Ypra*, *Aa*, *Scarpa*, *Rupela* & alia: Montes perpauci: ſed Silvæ plurimæ eæque valde utiles, inter quas *Niepenſis* & *Nonnenſis* principes. Status vero Politicus Flandriæ, tribus conſtat Membris: Primum Membrum, *Prælati Eccleſiaſtici*, qui ſunt, *Ordinis S. Benedicti Abbates* VII: *S. Peter & S. Baefs* Gandavi, *S. Winnock* in Bergen, *S. Andries*, *S. Peter* Aldenardæ, *Ename*, *Marchienne*. *Ordinis S. Bernardi Abbates* V: *ten Dunen*, *Boudeloo*, *Doeſt*, *Clammere*, *Marchienne: & Prioratus in Waerſchot*. *Ordinis Præmonſtratenſis Abbates* III: *S. Nicolaes* in Vuerne, *Drongene*, *S. Cornelis* in Nicnove. *Canonicorum Regularium Abbates* VI: *Eechoute*, *Soetendale*, *Warneſton*, *Sunnebeke*, *Ciſoing*, *Falenpyn*. Ejuſdem Ordinis VI *Præpoſitura S. Marten* in Iperen, *Wormeſeele*, *Watene*, *Loo*, *Everſam*, *Petendale*. Secundum membrum, *Nobilitas*, in qua *Vicecomitatus* V: *Gendt*, *Yperen*, *Vuerne*, *Bergen*, *Haerlebeke*. *Principatus* III: *Steenhuſe*, *Gavere*, *Eſpinoy*. *Barones* IV, II in Comitatu, *Cyſoing & Heyne*: II in Dominio, *Pamele* in Oudenarde & *Boelare*. *Tribuni militares*, *Banderheerē*, in Comitatu Teutonico *Dominus de Nevele*, *de Dixmude*, *D. de Beveren*, *de Praet* prope Brugas: *Haeskercke*, *Watene*, *Heverghem*, *Waeſtine*, *Cuecten*, *Ingelmunſter*, *Pouke*, *Gruithuſe*, *Male*, *Maldegem*, *Ooſtcamp*, *Winendale*, *Colſcamp*, *Ghiſtele*, *Sevecote*, *Rouſſelare*, *Waeſtene*, *Hondſcote*, *Caſſel*, *Nortvrie*, *Haeveſkerck*, *Halewijn*. In Comitatu Gallicano, *Caſtellanus de Lille*, *D. de Waurin*, *D. de Comene*. In Dominio Flandriæ *D. de Rode*. *D. de Gavere*, *Sotteghem*, *Gontero*, *Scoriſſe*, *Poitz*, *Liekercke*, *Lumbeke*, *Rotſelar* in Meerbeke, *Wedergraet* in Neyghem, *Steenhuſe*. Tertium membrum ſunt præcipuæ *Civitates*. In Flandria Teutonica IV præcipuæ Civitates hoc membrum repræſentant, *Gandavum*, cujus ſortem ſequuntur, in Comitatu *Burgraviatus Gandenſis & Caſtellaniæ Cortracenſis ac Oudenarde & Biervliet*. In Dominio quædam ſunt Feuda Imperii, ut IV *Ambachten*, *dat Landt van Waes*, *t'Graefſchap van Aelſt*, ac alia libera dominia, ut *Bornhem*, *Dendermunde*, *Geerdſberge*. *Brugæ*, cujus ſortem ſequuntur in Cenſu & Armis, quæ ſunt poſt IV officia,

Flumina.
Montes.
Silvæ.
Ratio gubernandi.

uſque ad Nieupoort, totus videlicet *Franconatus* (*t'Vrie*) Opida ejus clauſa & non clauſa. *Ypra*, ad quam referuntur in Cenſu & Armis, *Yperen-Ambacht*, *Bellen-Ambacht & Caſſel-Ambacht*: *Franconatus Campeſtris* (*Het platte Vrie*) cujus ſortem ſequuntur in Cenſu & Armis *Vuern-Ambacht*, *Bergen-Ambacht & Broucborg-Ambacht*. In Gallicana III civitates principales *Lille* (*Ryſſel*) *Douay*, *Orchies*. *Tornacenſe Dominium* & Status Flandriæ adnexus, per ſe conſtat tribus membris: *Eccleſiaſtico*, *Nobilitate & VI Supremis Juſtitiis*. Vnum vero habet Flandria *Epiſcopum Tornacenſem*, Archiepiſcopo Remenſi ſubjectum, in V tamen Diœceſes Epiſcopales diviſa eſt. *Trajectenſi* ſubſunt IV officia, *Hulſt*, *Axele*, *Aſſenede*, *Bochoute*. *Tornacenſi* ſubſunt, *Gandavum*, *Cortracum*, *Aldenarda*, cum illarum Caſtellaniis; *Waes* territorium, *Brugæ*, *Franconatus & Inſula* cum ſua Caſtellania. *Atrebatenſis* comprehendit *Duacum & Orchianum*. *Cameracenſi* ſubeſt *Dominium Flandriæ* ultra Scaldim verſus Meridiem. *Tarvanenſis* habet Caſtellanias *Ypram*, *Caſſel*, *Vuerne*, *Bergen*, *Brouckborg*, *Belle*. In Flandria Teutonica ſunt XIV principales Curiæ Comiti feudales, *Vieſburg Gandavi*, *Burgus Brugis*, *Sala Ypræ*, *Caſtellū Cortraci*, *Curia in Harlebeke*, *in Tielt*, *Domus in Deinſe*, *Curia in Peteghem* dicta *Beau-lieu*, & Domui Deinſe ſubjecta, *Tribunal Aldenardæ*, *Burgus in Vuerne*, *Curia in Bergen*, *in Broucborg*, *in Caſſel & in Belle*. In Flandria Gallicana ſunt III Curiæ Comiti feudales, *Sala in Lille*, *Caſtellū in Douay*, *Curia in Orchies*. In Flandriæ Dominio ſunt IV Curiæ Comiti feudales, *Tribunal in Aelſt*, *Domus in Dendermonde*, *Prætorium Waſiæ* apud S. Nicolaum, & *Caſtrum Beveren*. Ex omnibus Curiis & Iuriſdictionibus dictis appellatur ad Conſilium Principis provinciale, quod eſt Gandavi, inde ad Parlamentum quod eſt Mechliniæ. Sed de his ſatis: ad Brabantiam tranſeo.

Status Eccleſiaſticus.

Jurisdictio.

DUCATUS BRABANTIÆ.

Regio. Unde dicta.

Brabantia maxima parte Aduaticorum, Ambivaritorum & Tungrorum regionem complectitur: cæterum quonam tempore Regio hæc Brabantiæ nomen nacta ſit, plane incertum eſt: aliis a *Brenno* Gallo decliccentibus, aliis ab urbe quadam ejuſdem nominis, cujus neque in terris neque in hiſtoriis veſtigium ullum: aliis a *Bratuſpandio* Opido Bellovacorum, cujus meminit Cæſar lib. 2. Alii novum Ducem comminiſcuntur *Salvium Brabonem* Arcadem, qui cum Cæſare in Belgicam profectus eſt, cujus uxor Suana Cæſaris Neptis. Sunt etiam qui a *Gotefrida* Barbato Comite Lovanienſi Barbantiam poſtea Brabantiam dictam ſuſpicantur: Nomen ſane nuperum eſt: quod ut certo conſtat, ita origo ejus non conſtat. Longitudo Brabantiæ a *Gembloux* ad D. Gertrudis uſq; ſacrum Montem eſt milliarium circiter XXII. Latitudo ab Helmontio Bergas uſque XX. Ambitus LXXX. Habet a Septentrione Moſam fluvium quo Geldria & Hollandia ſeparantur. A Meridie Hannoniã, Comitatū Namurci & Epiſcopatum Leodienſem, qui etiam ad Ortum fines ejus tangit. Ab Occaſu eſt Scaldis cum Comitatu Aloſtenſi. Regio gaudet Aere ſalubri, planitie fertili, Frugum inprimis feraciſſima, tametſi Campania ſive Campinia *de Kempen*, ob arenas ſit ſterilior. Quæ tamen pars non omnino infructuoſa exiſtit. Vrbes hujus Ducatus ſunt XXVI. *Lovanium* (*Loven*) antiquiſsima eſt, & prima Grudiorum ſedes, in qua Dux publico Sacramento ſe obſtringit: Comitatus quondam titulo inſignita. Vrbs eſt amœna prolatis aliquoties pomœriis extenſa; ejus ambitus intra muros eſt quatuor mill. paſſ. Fluvio irrigatur Dela, *Bruxella*

Situs.

Aëris temperies. Soli fertilitas.


Occidens
Oriens
Septentrio
Meridies
BRABANTIA
Milliar. Germanica
Antwerpen
Oudenbosch
Bergen op Zoom
Breda
Mechelen
Vuerne
Brussel
Vilforde
Chastelet
Genbloux
Namur
Tienen
Hannuye
Laden
Leeuwe
Lovere
Sichenen
Diest
Herentals
Tongenloo
Aerschot
Zamael
Gheel
Berlingen
Limmen
Hasselt
Peer
Brey
Bilsen
Luyck
Maestricht
Stockem
Weerd
Helmont
Eindhove
Wyck
Dalem
Valkenburg
Sittar
Nieustadt
Susteren
Maseyck
Grave
Nimmegen
Ravesteyn
Dordrecht
Worcum
Gorcum
Hoekum
Aspern
Bomel
Tiel
Wamel
Leuwen
Megen
Bartenberg
Nonnen
Genep
Cranenburch
Die Peel
Willemstat
Charlois
Westmas
Risoore
Werthe gem
Meuse
Schelde
Rhein
Maas

66.

Bruxella (*Bruſſel*) urbs ſplendida eſt & magnifica, duplici muro munita, ſita ſolo fertili, rerumque omnium abundanti. Mirum, tam numeroſæ Civitati, advenis quamplurimis, Ducis aulæ, & peregrinis Principibus cum univerſo ſatellitio illic agentibus, omnia ſemper benigne & copioſe potuiſſe ſuppeditari. *Antverpiam* vulgo *AntWerpen* vocant, Galli *Anvers*, Itali *Anverſa*, Germani *Antorff*. Petrus Appianus putat eandem eſſe cum Ptolemæi & Cæſaris *Atuacuto*. Nomen *Antverpiæ* creditur eſſe a projecta manu. Nam Gigas quidam Druo qui hæc loca ante C. Cæſaris adventum inſedit, prætereuntibus ſi dimidium ſuarum Mercium non ſolviſſent, manum dexteram præſcindebat, eamque in profluentem abjiciebat: argumento ſunt ipſius urbis inſignia, & oſſa quædam immania quæ in Curia hodieque adſervantur ipſius Druonis, quem alii Antigonum vocatum dicunt. Sed hæc fabuloſa. Illud vero ſimilius; nomen datum ab Indigenis ab aggeſtu terræ ad Scaldim, hoc enim Belgis eſt *Antwerpen*: nam aggeribus oppoſitis flumen pariter anguſtius reddiderunt & profundiorem ejus alveum. Sita eſt ad flumen qua id profundiſſimum, grad. Long. XXVI min. 42. Lat. LI. min. 58. Diſtat a mari IV. mil. paſſ. Mechlinia totidem; Lovanio octo: Gandavo X. Brugis XV; Bruxella IIX: Londino LX: Colonia Agrippina XXIX: Francofurto LX. Ter muro cincta fuit. Primum arctiore ambitu, Anno MCCI: Poſtea ampliore, Anno MCCCXIV, qui annus fame, ut ſequens peſtilentia notabilis fuit. Denique ad Septentrionem extenſa pomœria Anno MDXLIII. Ambitus eſt extrinſecus quatuor millium paſſ. octingentorum & duodecim. Foſſæ intra Vrbem ex fluvio derivatæ aptæque maximis plurimiſque nauibus recipiendis ſunt octo. Mercimonia omnem fere æſtimationem ſuperare ſolent. Guicciardinus eam inivit rationem, ut demonſtrarit ſingulis annis commercia excedere duodecim milliones coronatorum: cujus calculus rebus Antverpianis florentibus non modo non ſuperavit, ſed ne æquavit quidem juſtam æſtimationem. Proinde merito cecinit Iulius Scaliger:

Opida quot ſpectant oculo me torva ſiniſtro
Tot nos invidiæ pallida tela petunt.
Lugdunum omnigenum eſt, operoſa Lutetia, Roma
Ingens, yes Venetum vaſta, Toloſa potens.
Omnimodæ merces, artes priſcæque novæque,
Quorum inſunt aliis ſingula, cuncta mihi.

Buſcoducum ſeu *Silva Ducis*, vernacule *s'Hertogen Boſch*, Gallis *Bolduc*, nomen habet a Silvis. Vrbs eſt ampla, amœna, firmiter munita, ſita ad rivulum *Diſam*, altero lapide a Moſa, duodecimo ab Antverpia. Atque hæ ſunt quatuor urbes primariæ, quarum tres primæ cum *Nivella* Marchionatum conſtituunt ſacri Imperii. *Mechlinia* a quibuſdam Brabantiæ adnumeratur, revera tamen ab ea diſtincta eſt; urbs alias pulcherrima & nitida; Archiepiſcopatu inſignita, & ſede Ampli Conſilii ad quod ultima eſt in Belgica provocatio. Vrbes præterea in Brabantia ſunt *Trajectum ad Moſam*, vulgo *Maeſtricht*, *Lira*, *Vilvorda*, *Gemblacum* (*Gembloux*), *Jodoigne*, *Hannut*, *Landen*, *Halen*, *Leeuwen*, *Sichenen*, *Herentals*, *Emdoven*, *Helmont*, *Grave*. Sunt & Municipia complura, nondum muris cincta, *Ooſtenryck*, *Oorſchot*, *Turnhout*, *Duffel*, *Waelem*, *Merchtem*, *Aſche*, *Vueren*, *Duiſburch*, *Hulpen*, *Wavre*, *Breine*, *Genape*, *Gheele*, *Arendonck*, *Dormal* & *Iſca*. Sunt & pagi insuper DCC. Referuntur etiam ad Brabantiam Dominatus Raveſtein, Ducatus Limburgenſis, cum Dominatu

natu Dalem & Valckenburg. Lacus, Stagna, & Flumina non parum adferunt commodi Brabantiæ. Horum autem principes *Mosa & Scaldis*. Sunt & alia minora. Silvis quoque abundat regio, quarum præcipuæ sunt quinque, *Sonienſis*, *Saventerloo*, *Grootenhout*, *Grootenheiſt* & *Meerdal*. Opera publica tam ſacra quam prophana hic ſunt plurima. Inter ea Templum Lovanienſe præcipuum, eſt Divo Petro ſacrum, magnificum valde & ſumptuoſum. Bruxellæ templa ſumptu excellent, egregia & debita ſupellectili ornata. Ædes quoque ſacras habet Antverpia plurimas, inter quas Ædes B. Virginis ampliſsima. Alia hic & in aliis locis quæ pene innumera ſunt, prætereo: atque etiam Opera prophana plurima: Palatia, Nobilium domos, Arces, Caſtella & ejuſmodi. Cæterum Status Politicus Brabantiæ tria habet Membra: Eccleſiaſticos, qui ſunt Abbates, *Affligemenſis*, *Grimbergenſis*, *Tongerloo*, *Grunendalenſis*, *S. Gertrudis* Lovanii, *S. Bernardi*, *Vileer*, *Dieleghem*, *Parckenſis* prope Lovanium; *Vlierbekenſis* prope Lovanium; Prior magnus Ordinis, *S. Auguſtini* in Leewe, *Gemblacenſis* (*Gemblours.*) Nobiles qui ſunt, Abbas *Gemblacenſis* Comes; *Dux Arſchotenſis*; *Marchio Bergenſis ad Somam rivulum*. Barones, *Dieſtenſis*, *Bredanus*, *Boxtelenſis*, *Gaeſbeeckenſis*, *Weſemael*, *Peterſem*, *Perweys*, *Hoochſtratenſis* nunc Comes; *Renes*. Domini, *Aſchenſis*, *Merchtenſis*, *Vuerne*, *Gheel*, *Lummen*, *Thurnout*, *Ooſterwiick*, *S. Oedenroy*, *Walem*, *Duffel*. Civitates IV principales, *Lovanium*, *Bruxella*, *Antverpia*, *Buſcoducum*, de quibus ſupra. Statum ejus Eccleſiaſticum quod attinet. Partim paret *Leodienſi Epiſcopo*, partim *Cameracenſi*: *Leodienſis* Curiam & Magiſtratum Eccleſiaſticum habet Lovanii; *Cameracenſis*, Bruxellæ. Academiam habet Lovanium celeberrimam: de qua in generali Belgii deſcriptione uberius. Brabanti hilares, feſtivi, in ſcenicis corniciſque moribus immodici, teſte Lemnio. Præter Brabantiam continentur hac Tabula *Ducatus Juliacenſis & Clivenſis*. Horum ergo Statum Politicum ex Mercatore adjiciamus. Status Politicus *Juliacenſis* conſtat ſimiliter III Membris quæ ſunt Eccleſiaſtici, videlicet Abbates, & Collegia Canonicorum ac Monaſteriorum: Nobilitas: Civitates. Præfecturæ ditionis 24, *Caſter*, *Brugge*, *Born*, *Boiſſeler*, *Euſskirchen*, *Munſtereyffel*, *Monjou*, *Eſchweiler*, *Grevenbroich*, *Waſſenberg*, *Geilenkirchen*, *Henſbergh*, *Durem*, *Thonberg*, *Berchem*, *Heimbach*, *Wilhemſtein*, *Gladbach*, *Millen*, *Raugenrayd*, *Norvenich*, *Nuenar* Comitatus, *Juliacun*, *Nideken*. *Clivenſis* ſimiliter tres Ordines continet, Eccleſiaſticum, Nobilitatem & Civitates. Satrapa autem ſive Præfectus Provincialis Cliviæ has ſub ſe habet Civitates 8: *Cliviam* Metropolim, *Calcariam*, *Sonſbeke* ubi reſidet, *Santen*, *Burick*, *Udem*, *Griet*, *Griethuſen*. Præfecturæ vero hic ſunt 14, *Cranenburg*, *Duffel*, *Gennep*, *Goch*, *Orſoy*, *Hueſſen*, juxta Arnhem, *Lymers*, *Emmerick*, *Hetter*, *Aſpel*, *Ringenburg*, *Biſſelick*: *Dinſlaken* Præfectura, in qua ſunt IV Civitates, *Dinſlaken*, *Weſel*, *Duyſburg*, *Schermbeke*, *Holte*. *Dominium Raveſteyn* adnexum eſt Curiæ Clivicæ.

Lacus. *Flumina.* *Silvæ.* *Opera publica.* *Schola.* *Mores.*

Regio. Unde dictus.

HOLLANDIÆ nomen a Silvarum Saltuumque frequentia quidam deducunt, lignum enim & Silvam promiscue *Holt* & *Hout* vocamus, ut *Hollant* sonet regionem silvestrem: omnia enim arbustis olim inhorruisse refertaq; prædicant, toto quaqua patet Hollandiæ tractu. Alii a cavitate dictam putant, quasi *Hol-landt*. Est enim universa regio palustris ac pedum pulsu vacillans. Alii a fœno *Hollandiam* quasi *Hoylandiam* nominatam arbitrantur. At eruditissimus Iunius aliam sententiam indicat, Hollandiam Gothicæ Danicæve gentis coloniam esse, ut & Zelandiam, Danosque & Normannos desertis in Codano sinu Insulis Olandiæ Zelandiæque in hæc loca migrasse, & a sua patria Hollandiam Zelandiamque cognominasse, plane, ut de Heleno Priamide refert Maro, qui in Epiro Opidulum Troiam cum arce Pergamo exstruxit, addita & imagine Scææ portæ & rivulo Xanthi Troiani amnis nomine: & ut in Indiis novam Hispaniam, novam Franciam Europæi effecerunt.

Situs.

Eam a plaga mundi Occidua Britannicum mare, a Septentrione Cimbricum ambit & littora pulsat, ab Ortu Solis fretum amplum Frisiam procul aperit, ad Euronotum Trans-Isalana & Velavia, ad Austrum Trajectina ditio obtenduntur. Ambitus ejus ad LX milliaria extenditur, Latitudo perexigua est, quandoquidem è meditullio ejus creditur viatori patere aditus ad extremos ipsius fines in latum trium horarum spatio: vel etiam hinc ad Oceanum, illinc ad maris sinum, est, ubi Latitudo non æquat milliare.

Soli fertilitas.

Habet regio ista agros frugiferos, ac luxurioso & opimo Frumento supra modum scatentes, sed qui tantillo in spatio & in regione, qua vix populosiorem invenias ad suppeditandam tantæ multitudini alimoniam sint impares. Sed palcuorum ubertas summa est: qua Boum alit armenta infinita: Vaccas quoque corporum vastitate, lactis copia, eximias. Constat sane, aliquibus Hollandiæ partibus Boves æstivis

Animalium varietas.

diebus, quatuor & quadraginta lactis heminas in mulctralia singulas refundere. Ioannes etiam Benningus Consiliarius Curiæ Hollandicæ referente Guicciardino, certa observatione & minime fallente calculo ostendit, tantum Assendelphi, & quatuor vicinis pagis Lactis uno anno è vaccis colligi, quantum è Germania superiore Rhenensis Vini devehatur Durdrechtum. Ex hac lactis optimi copia, Butyrum conficiunt, non barbararum modo gentium, ut Plinius vult, sed Regum etiam & Principum cibum laudatissimũ. Conficiunt etiam Caseos Parmensibus aut Placentinis nihilo inferiores. Primæ tribuuntur Tessalico & Gravesandico; Secundæ Ediamensi, quem imprimis vetustas commendat. Equos etiam generosos profert. In collibus arenariis Cuniculorũ innumeram multitudinem habet. Cervorum etiam, Damarum & Leporum frequentiam, inque Hagiensi nemore Capreolorum greges, Avium quoque capturã quæstuosam, imprimis Anatum, Anserum, & autumnalibus

Imperium majorum.

mensibus Scolopacum, quas Plinius rusticulas, Martialis rusticas perdices, nostri *Sneppen* vocant. Habet & cespitem fossitiũ qui ex intimis haustus terræ penetralibus, ipsisque adeo ex aquis eductus, ventoque & sole exsiccatus, ad focos adhibetur. Hollandia olim suos reges habuit, quorum meminit Suetonius in Caligula cap. 44.

Verum


Occidens
Oriens
MARE GERMANICUM
HOLLANDIA
Tabularia Germanica
1 2 3
Scheveringen
olim hic ostium Rheni et ave Britannica
Northwyckerzee
Texel
Helder
Ropelpath
Westerland
Struc
Medeblick
Middelgrondt
Breesant
Twie
DE ZUYDER ZEE
Reed sant
Vrek
Staveren
Sloten
FRI SIAE PARS
Ysst
Sneek
Amsterdam
Utrecht
Leyden
Delft
Rotterdam
Dordrecht
Gouda
Haerlem
Alckmaer
Enchuysen
Hoorn
Campt op zee
Petten
Wyckerzee
Egmot
Velsen
Benn
Beverhorn
Dewaart
Aerswout
Spanbrouck
Nublixwout
Houdaert
Westcrout
Warwarshouk
Grootebrouck
Leack
Tsuydergadt
Kattedijck
Hasselaerssluys
Vlietergat
Oldegaet
Spanjaerdsgat
Den hondtsbosch
Ysselmuyden
Gorcum
Schoonhoven
Oudewater
Woerden
Montfoort
Amersfort
Naerden
Hilversum
Muyden
Weesp
Ouderkerck
Amstel
Vecht
Lek
Yssel
Rhyn
Maes
Waal
Merwede
Texel
Vlieland
Wieringen
Oosterland
Wadden Zee
Oosterlingh
Schermer
Beemster
Purmerent
Edam
Volendam
Monnickendam
Ilpendam
Broeck
Oosterdyck
Zuyder Zee

67.

Imperium majorum.

Verum anno Christi IↃCCCLXIII a Carolo Calvo Francorum Rege in Comitatum redacta est, eique praefectus est *Theodorus* è Regio stemmate ortus. Patri *Theodoro* successit *Theodorus* filius, huic *Arnoldus*, Arnoldo *Theodoricus*, atque huic alii ex ordine, quorum seriem apud Munsterum & alios habes. Bellica olim gloria clari admodum fuerunt. Hoc enim praesidio cum fide conjuncto in fraternitatem Imperii Romani accepti sunt Batavi. Hac Duce benevolentiam sibi apud Principes conttabilierunt, & stabilem sui fiduciam plerisque illorum Tyrannis impresserunt. Per hanc vulgo formidabiles, invictae virtutis opinionem acquisiverunt. Per hanc denique vera laudis imagine conspicui esse ambierunt. Vrbium nunc nobis est proponenda descriptio: sunt autem *Durdrechtum*, *Harlemum*, *Delphi*, *Lugdunum*, *Amstelodamum*, *Gouda*, *Naerdenum*, *Muda*, *Wesopum*, *Edamum*, *Monachodamum*, *Purmerenda*, *Almeria*, *Enckhuysa*, *Horna* &c. *Durdrechtum* Vrbs totius Hollandiae primaria est. Facies ejus oblonga exit ad modum triremis: ipsa opulenta & copiosa, imo eorum omnium quae in annonae reique alimentariae usum venire atque expediri possunt, locuples quoddam penu est. Ius habet sistendi & retrahendi ad se Merces exoticas, quaecumque secundo amne importantur, ut nimirum eo loco stabulentur, ac conquiescant, donec venditae sint: & inde rursum non aliis quam popularibus navigiis alio devehantur. Hoc privilegium a *Stabulo* vocant *Stapulam*. *Harlemum* amplitudine urbis, aedificiorum cultu, situs amoenitate nobile est. Templum habet totius Hollandiae pulcherrimum firmissimis innixum columnis, foro imminens. Vrbem *Sparnus* interlabitur. Exstructa creditur a Frisiis, circiter anuum IↃ VI. Huic urbi inventae typographicae artis gloria debetur. Est & altera hujus urbis gloria, capti novo consilio *Pelusii*, quam Damiatam vocant, cujus rei symbolum habet nolas binas ex aere Corinthio quae a re *Damiata* appellantur. *Delphi* sequuntur non Apollinis tripode, sed Cereris & Bromii munere insignes. Coquitur enim in hac urbe Cerevisia post Britannicam optima. Nomen habet a fossa, quam Batavi *Delf* vocant, ducta a Mosa ad urbem usque. Anno CIↃ IↃXXXVI, V Non. Maii, ignis nato ex favillis forte incendio, luctuosam ac funestam urbis faciem reddidit, absumta deformataque pleraque urbis parte: ex quo incendio postea pulchrior emicuit. *Leida*, Ptol. *Lugdunum Batavorum*, urbs est sita ad medium Rheni ostium Plin. & Ptol. nominatum. Sustinuit anno CIↃ IↃLXXIV gravem obsidionem, sed pulsis hostibus divina ope & aquarum stagnantium vi liberata est. *Amstelodamum* nobilissimum hodie totius Orbis Emporium ab Amne *Amstela* nomen habet, paucis initio piscatorum tuguriis habitatum, jurisdictionis fuit Dominorum Amsteliorum. Hanc urbem postea Giselbertus Amstelius ante annos ducentos octoginta plus minus, communiri propugnaculis, portis ac turribus fecit: quibus per invidiã vicinorum cõflagratis, muro cingi cœpit anno CIↃ CCCCXXCII. Ex eo perpetuo aucta & Hollandici juris fuit. Nunc vero non Hollandiae solum, sed omnium vicinarum regionum ad Sarmatas usque Gothos & Cimbros est apotheca. In hac urbe stabulantur non solũ Itali, Hispani, Lusitani, Britanni, Scoti, Galli, Sarmatae, Cimbri, Sueci, Norwagi, Livones, Germani: sed etiam Indi Americani, Orientales, Mauri, aliique ex omnibus paene Orbis plagis. *Gouda* a Cimbrica voce *Gow* nomen habet, quae & fossam & aggerem fossae oppositum denotat: Sita ad Iselam, urbs copiosa & rebus omnibus affluens, ac multa Opida. Sunt & Municipia

Majorũ virtus.

Vrbes.

quędam

quædam, inter quæ primaria est *Haga* Comitis, in quo & Sanctiori Principis Ordinumque Consilio locus est, & forum litibus solvendis dicatum. Quod ad Statum hujus Comitatus Politicum, eum tres Ordines constituunt, quorum Primus sunt Equites aurati (*Ridderheren* vocant) eorum præcipui sunt Comites *Egmond; Ligne* cujus sunt Dominia, *Wassenar*, *Valckenborch* & Vicecomitatus *Leidensis* Civitatis. Invenio & hos Comitatus in Hollandia, *Maesland*, *Texel*, *Goylandt*, *Kennemerlandt*, *Steenberge*. Domini & Barones, *Brederode* cujus est & Dominium *Vianen*; Baronatus de *Liysfelt*. Invenio & inter Baronatus in Chronico Hollandiæ numerari hæc dominia, *Lecke*, *Sevenbergen*, *Voorn*, *Isselstein*, *Stryen*, *Teylingen*, *Puttem*, *Harlem*, *Leerdam*, *Asperen*, *Arckel*, *Altena*, *Botterfloet*. Secundus ordo est Dominorum, quorum qui nomine Statuum in Haga Comitis comparere solent, sunt hi præcipue, *Poelgeest*, *Polanen*, *Lockhorst*, *Assendelfft*, *Warmont*, *Sparwoude*, *Matenes*, *Schooten*, *Noortwyck*, *Verdoes*, forte, *Does*, *Myne van Amstel*, *Spangen*, *Alckemade*, *Benthuysen*, *Kenenborch*, *Raaphorst*, *Sweten*, *Heemskercke*, *Ruven*, *Duyn* & *Sprangen*. Sunt præterea & hæc in Hollandia Dominia *Hoesden*, *Oudthoesden*, *Papendrecht*, *Wyngarden*, *Ghisenborch*, *Ameyde*, *Woerden*, *Waterlandt*, *Schagen*, *Purmerende*, *Goude*, *Naeldwyck*, *Ryswyck*, *Schoonhoven*, *Wateringen*, *Soetermeer*, *Heemstede*, *Heichtwoude*, *Merwen*, *Haestrecht*, *Dalen*, *Spyck*, *Hardichsvelt*, *Bardtwyck*, *Wyck*. Tertius Ordo sunt VI magnæ Civitates, quæ nomine omnium Hagam convocantur, quæ sunt *Durdrechtum*; hæc habet Prætorem & Magistratum, cui Cives parent, & Baillivum cui exterius territorium, tam in Civilibus, quam in Criminalibus. *Harlemum*, Prætorem & Magistratum domi habet: Ruri Baillivum, qui in Civilibus & Criminalibus præsunt. *Delphi*, Prætorem & Magistratum pro Civibus, Baillivum pro Rusticis habent, in Civilibus & Criminalibus Iurisdictionem habentes. *Lugdunum*, hic Prætor & Magistratus intus, foris Baillivus præsunt, qui in Civilibus & Criminalibus Iurisdictionem habent. *Amstelodamum*, intus Prætorem & Magistratum, ruri Baillivum habet qui Civilia & Criminalia judicant. *Gouda*, Prætorem & Magistratum habet pro Civibus & Incolis, Baillivum quoque & Arcis Præfectum.

Episcopatus Vltrajectinus. Vrbs & Opida.

Nunc de Episcopatu Vltrajectino paucula subjiciamus. Trajectum quondam *Antonia*, nunc *Utrecht* dicitur. Id Iunius ex eo factum putat, quod ibi quintæ tricesimæ legionis stativa essent. Itaque quum imperitum vulgus legeret V.TRIC.LEG.STAT. fecit ex eo VTRIC. quod postea abiit in *Utrecht*. Templa in hac urbe permulta sunt, primaria vero quinque. Inter Opida vero quæ Vltrajectinæ Provinciæ subdita sunt, primum occurrit *Batavodurum* ad Rheni elicem Leccam, cujus mentionem Tacitus facit lib. v. Histor. postea vero nomen habuit *Durostati*, Incolis *Wyck te Durstede*; Vrbs fuit potens & opibus florens: sed a Normannis fæde excisa dirutaque. Trajectensis ditio per se Statum habet III Membris constantem. Primum Membrum Clerus primarius v Collegiorum Vrbis: Secundum Nobilitas: Tertium v Civitates capitales, *Trajectum*, *Amersfordia*, *Batavoduru*, *Rhenes*, *Monfortium*. Ex omnibus vero Diœcesibus juridicis prima instantia provocatur ad Consilium Provinciale in Hagam Comitis, ubi summa est Hollandiæ Iurisdictio & Comitis Consilium. Inde ad Magnum Consilium Mechlinense solebat fieri appellatio.

Regio. Unde dicta. Zelandia nihil aliud ſonat quam terram ac ſolum maritimum, a terra ac mari conflatum nomen. Mari enim undique cingitur. Hanc veteribus non fuiſſe incognitam ex Tacito colligit Lemnius, non hoc quo nunc innoteſcit nomine, ſed ex uſu ac vulgata alloquendi conſuetudine ac compellatione, nempe *Maet*, qua populares & indigenæ inter ſe ſunt uſi. *Mattiacorum* enim illos nomine deſignat, cum inquit, *Eſt in eodem obſequio Mattiacorum gens Batavis ſimilis, niſi quod ipſi terræ ſuæ ſolo ac cœlo acrius animantur.* Zelandiæ nomen accepit a Danis & Nortmannis, qui ex illa Inſula Cimbrica quæ in Dania Zelandiæ nomine inſcripta eſt, profecti ad novas terras quærendas, quum gravi Indigenarum multitudine laborarent, Britanniæ ac Galliæ oras invaſerunt, ac Walachriam vicinaſque Inſulas a patrio ſolo Zelandiam vocaverunt. *Situs.* Harum Inſularum ſitus eſt inter Moſæ & Scaldis fluminum oſtia, a Septentrione Hollandiam, ab Oriente Brabantiam, verſus Meridiem Flandriam vicinas habent regiones, ab Occidente mare Germanicum reſpiciunt. *Aëris qualitas.* Aëris clementia deſtituitur Zelandia, qui in nonnullis partibus paullo aſperior eſt, & quam vicinarum gentium minus ſalubris, præſertim æſtate ob paludum & ſtagnorum graves halitus, & quod regio arboribus minus conſita. *Soli fertilitas.* Hoc tamen habet commodi, quod contagioni ac peſtiferis morbis minus ſit obnoxius ac ſerius inficiatur: at infectus immaniter in hominum corpora graſſatur, nec facile conquieſcit. Magna vero hic ſoli ubertas, pingues ac glutinoſæ glebæ, feraces, ac fœcundi agri Tritico quo nuſquam gentium candidius aut magis ponderoſum, aliiſque frugibus: Coriandro item & Rubia vulgo *Meedecrappe* nominata, adornandis pannis, ne color defloreſcat, eumque intime concipiant neceſſaria: ut inſignes atque immenſum faſtigiatas Lauros perpolitis maturitate baccis onuſtas: ut efficaces & ſalubres Herbas, cum mendis morbis, tum eſui accommodas ſileam. *Animalium varietas.* Vberrima etiam hic ſaginando pecori paſcua, non ſolum intra exporrectos aggeres ac ambitus, ſed etiam extra littora, in ipſa Oceani crepidine, in quibus oberrant Pecudum aliquot myriades maximo negotiatorum emolumento, quæſtuque uberrimo, non ſolum ſupra vulgarem magnitudinem, ſed ſaporis etiam delicati atque exquiſiti, ſoli ac graminum beneficio, quod ſaluberrimum iis pabulū ſuppeditat, adeo ut exteri quoq; ſummopere iis delectētur. Anno autē Domini IↃCCCLXIII imperante Carolo Calvo apud Batavos illiſque affines Zelandos, principatus primum conſtitui cœpit, ac Comitatus nomine deſignari, primuſque Comitis nomine inauguratus *Theodoricus* Filius Sigisberti Principis Aquitaniæ, qui annos octo & triginta in eo dominatu verſatus, ſucceſſorem *Theodoricum* ſecundum herilem Filium conſtituit, a quo ad noſtra uſque tempora hæc Regia poteſtas longa heroum ſerie ad Hiſpaniarum regem Philippum devoluta Comitatus nomine cenſetur. *Imperium majorum.* Inſulæ Zelandicæ numero ſeptem ſunt, tres ultra Scaldis oſtia, Bataviam & Orientem verſus quæ propterea dicuntur Orientales, *Scaldia*, *Duvelandia*, & *Tolen*. Quatuor cis Scaldim, Occidentem verſus, *Walachria*, *Zuytbevelandia*, *Nortbevelandia*, & *Wolferdijck*.

Omnium


GERMANICUM MARE
Septen.
PARS HOLLANDIÆ
Vianen
Schoenrewort
Leerdam
Hoekelum
Noordeloos
Herlo
Meerkerck
Goudriaen
Brantwyck
Souburg
Gorcum
Vueren
Herwynen
Poyeroyen
Acht
Dussen
Eeten
Huesden
Honfort
Donck
Cuyck
Spranghe
Venlo opt sant
Berckele
Dunghen
Dierien
Waspyck
Elshout
Sgrauen moer
Teteringen
Oisterhout
Ramsdonck
Drunelen
Honte
Heide
Leghe Sualu
Wagenbergen
Sevenbergen
Terloer
Elten
Breda
Sprudel
Nieucloister
Galdere
Cleinsundert
Mersel
Grootsundert
Niemoer
Minderhout
Hoochstraten
Woestwesel
Wesdoren
Hoochstraten
Achterbroeck
Calmthout
Santvleit
Stabroeck
Lillo
Ordam
Calloo
Vorhoute
Hulst
Axele
Noten
Andyck
Casinweele
Saeftingen of weele
Valckenisse
Tbat
Gawegen
Creeck
Enerswart
Hilderniße
Hogerheid
Woensdrecht
Osondrecht
Nissen
Hoerle
Wouttle
Bergen
Halteren
Slot te Halteren
Steenbergen
Cruyslant
Gastel
Roosendale
Nieu Gastel
Dindel
Stant der buyte
Cloender
Hillen
Cackersstelle
Pannoirt stelle
Hoenstelle
Duuelant
Zeerianslant
Sierickzee
Scouwen
Nortwellant
Bromwershaue
Zuytwellant
Preischer Syon
Coudekercke
Dutdorp
Goerede
Briel
Voorn
Geervliet
Bleynckvliet
Alsmdlant
Flackee
Somersdyck
Middelbergh
Dierickslant
Stad
Herkinge
Oudetonge
Voorn
Oelkensplaet
Bommeni
Pierstal
Myns
Maesdam
Westmaese
Stryen
Stein
Charloo
Vschmonde
Lansdam
Perniß
Roon
Sonteveen
Vlaerdingen
Schiebroeck
Hillersberge
Cralingen
Rotterdam
Tweer
Stolwyck
Berckow
Thienhouen
Schoonhouen
Ammerstol
Oudekerck
Crimpen
Leckercke
Brantwyck
Souburg
Wyngarden
Papendreck
Giessenoukerck
Slydreck
Dordrecht
Altenvoet
Munsterkerck
S. Geertruydeberge
Crae stein
Werkendam
Worcum
Giesen
Wtwyck
Dussen
Meewen
Eeten
Huesden
Honfort
Donck
Cuyck
Spranghe
Venlo opt sant
Berckele
Dunghen
Dierien
Waspyck
Elshout
Ramsdonck
Oisterhout
Teteringen
Terloer
Elten
Breda
Sprudel
Nieucloister
Galdere
Cleinsundert
Mersel
Grootsundert
Minderhout
Hoochstraten
Woestwesel
Wesdoren
Achterbroeck
Calmthout
Santvleit
Stabroeck
Lillo
Ordam
Hoerle
Hoeve
Ruckvee
Roosendale
Gastel
Nieu Gastel
Steenbergen
Cruyslant
Slot te Halteren
Halteren
Bergen
Hilderniße
Hogerheid
Nissen
Woensdrecht
Osondrecht
Tolen
Martensdyck
Cattendyck
Goes
Versicken
Ter niße
Z. Beveland
Oydekenskercke
Coudorpe
Vlaecke
Creeck
Enerswart
Tbat
Gawegen
Valckenisse
Noortbeuelant
Cats
Cortkee
Dombureh
Walcheren
Westcappelle
Veer
Mariekercke
Werendyck
Middelburch
Coudekerck
Armuiden
Vlissingen
Nieuvliet
Beesken
Ter nieuwerhaue
Gaternesse
Nieukercke
Scoondyck
Oostborg
De honte
Vremdyck
Biervleit
Coxie
Erdenburg
Middelburg
Bentille capelle
De Shelde fl.
De Mast
Septen.
Miliaria Zeelandica
1
2
3
ZEELANDIA
BRABANTIÆ PARS

68.

Omnium ultra Scaldim Insularum maxima & prima est *Scaldia*, Indigenæ vocant *t'Landt van Schouwen*, cujus ambitus nunc est septem mill. olim tamen major fuit, ac tantum exiguo freto distincta a *Northbevelandia*.

Vrbes. Vrbes in ea primariæ sunt *Ziriczea* & *Brouwershavia*. *Ziriczea* omnium Zelandicarum urbium creditur esse antiquissima, circa annum IↃCCCXLIX exstructa a quodam Siringue: nobilis diu fuit mercatu omnium rerum, propter celebrem Portum, frequentiamque aduenarum: sed obstructo arenis Portu multum de antiqua gloria remisit: spes est tamen, eam novo portu effosso paullatim vetus nomen recuperaturã. In hac urbe natus est vixitque *Levinus Lemnius* doctrina & arte medica clarus. *Brouwershaviam* piscatores incolunt, & qui mari victitant. Secunda Insula Scaldiæ est DUVELANDIA, a Columbarum frequentia sic denominata, patetque ejus Circuitus mill. pass. quatuor. In hac tantum pagi sunt & vici, urbs nulla. Anno CIↃ IↃXXX Oceani fluctibus obruta fuit, cum magna Mortaliũ jactura, sed aggeribus confirmatis excluso que mari, haud multa post facile illud damnum compensatum est. Tertia Insula est *Tolen*, Brabantiæ contermina, exiguo tantum freto discreta, in qua consistit *Teletum* a vectigali & portoriis (Belgis *Tollen*) ita appellatum, vetustum Opidulum: a quo non procul abest *Martinianus agger*, vulgo *S. Martens Dyck*, locus amœnus atque arboribus undique consitus, in quibus maxima alitum, præsertim Ardearum copia nidificat. Cis Scaldim ad Occidentem (Indigenæ vocant *Beweester Schelt*) primaria Insula est *Walachria*, vel ad ejus cultore denominata, aut a Wallis vel Gallis. Insula hæc ab Ortu Brabantiæ obversa est, a Meridie Flandriæ, ab Aquilone Bataviæ, ab Occasu æquinoctiali Britanniæ. Hæc totius Zelandiæ Caput, situ, opibus, Incolarum frequentia, urbium & pagorum splendore, mercimoniis eminentissima, decem in ambitu milliaria complectitur. Vrbes in ea sunt *Middelburgum*, *Veria*, *Flissinga*, *Arnemuda*. Pagi complures. *Middelburgum* a situ nomen habet, est enim burgus in meditullio Insulæ. Vrbs est ampla publicis privatisque ędificiis, pontibus, turribus, propugnaculis ad usum & cultum egregie exornata: omniumque Zelandicarum urbium primaria, atque emporium Negotiatorum frequentatione celeberrimum.

Paulus a Middelburgo Huic ortum suum debet *Paulus* a Middelburgo Mathematicorum ævi sui Princeps: *Nicolaus* quoque *Everhardi* Curiæ Hollandicæ primum, postea etiam Mechlinienſis Præses, quo in munere obiit anno CIↃ IↃXXXII. Filios is habuit ob singularem eruditionem hoc loco commemorandos, *Petrum Everhardi* doctorem Theologiæ, *Everhardum Nicolai* Præsidem Curiæ Frisicæ, postea etiam Mechlinienſis, *Nicolaum Nicolai* Grudium, *Adrianum Nicolai* Marium & *Joannem Secundum* Poëtam. *Veria* sive *Campoveria* nomen habet a trajectu, qui Zelãdis dicitur *Veer*. Muro cincta primum est anno CIↃ CCCLVII. Ex eo cœpit etiam esse Scoticarum Mercium Emporium. *Flissinga* nomen & signum habet lagenæ, Belgis *een Fleſſche* nominatæ. Vrbs est novitiola, sed potens & mari imperans: ac strenuis piscatoribus, atque exercitatis Naucleris, quos *Pilotas* vocant, referta. *Arnemuda* Middelburgensium est Municipium, & statio navium tutissima. Post Walachriam secunda est *Zuidbevelandia*, quam alii a tremoribus & concussionibus nomen habere existimant, nos a Bavaris, quorum etiam insignia in ejus Insulæ scutis spectantur. Hæc spatiosissimo amœnissimoque versus Flandriæ ac Brabantiæ oras tractu exporrigitur, tametsi

tametsi paucis abhinc annis maximam jacturam passa, dimidio jam sit angustior. Ab hac avulsa est civitas non ignobilis *Romerswalia*, quam nullis excultam agris, nullis exornatam pomœriis Oceanus undique alluit, ita ut unica salis negotiatione subsistat. In hac urbe Comites Zelandiæ solenne juramentum præstant: quod quum ex more etiam Philippus Hispaniarum Rex esset facturus anno CIↃ IↃXLIX, *Nicolaus de Conflicte*, cujus ædibus Princeps excipiendus erat, hos versus ostio suo adscribi jussit:

Vidimus adsueto privatum lumine Solem:
Pallida turbato vidimus astra die.
Vidimus undantis horrendos æquoris æstus
Nos miseros Belgas quum obruit Oceanus.
Vidimus ast postquam te Gloria nostra Philippe,
Cæsarea proles, Semideûmque decus:
Cuncta refutamus transacti tristia secla,
Quod præsens nostrum testificatur opus.
Sit licet exiguum, sit pro ratione voluntas,
Nil facit ad nostrum parva carina fretum.

In Occidentali vero Insulæ parte sita est *Goesa* civitas, ad ostium unum Scaldis quod *Schenge* vocant. Vrbs non tam ampla quam amœna & divitiis pollens, quum unica nunc sit in ea Insula: Cives habet morum humanitate perpolitos, Senatum prudentem. Tertia Insula Zelandiæ cis Scaldim ad Occasum spectans, est *Nortbevelandia*, in qua Vrbs *Cortgeene*, pagi permulti: tota hæc cataclysmo anni CIↃ IↃXXXII periit: nunc tamen paullatim restituitur. Quarta Insula est *Wolferdyck*, quasi dicas agger Wolfardi: exigua admodum, utpote in qua duo duntaxat pagi sunt. Decem igitur sunt *Zelandiæ* urbes, pagi plures: centum scilicet atque amplius. *Mores.* Incolæ sunt ingenioſi, sagaces, providi. Statura Incolis media. Referunt tamen Annales a Wilelmo Bono Hollandiæ Comite ad nuptiarum solennia Caroli Pulchri Franciæ Regis, adductam fuisse inusitata corporis mole fœminam, natione Zelandam, præ qua proceri etiam viri pusiones videbantur: tanto enim erat virium robore, ut bina dolia cerevisia referta ambabus utrinque manibus portaret, quæ singula quadringenta pondo Italica appendebant, trabemque cui attollendæ impares octo viri fuerant, quo vellet, transferret. Navigandi artis sunt peritissimi: Salem atrum & sordidum qui ex Occidentalibus regionibus adfertur, singulari artificio excoquunt, magnis atque amplis lebetibus, redduntque ita purum & candidum, ut cum nive etiam certare possit. *Opificia.* Rudi Hispanico vel Armorico adfundunt aquam marinam, decoquunt, colliguntque pro centum salis Hispanici, centum quadraginta quinque libras puriores. *Mercimonia.* Hunc Salem per Galliam, Angliam, Daniam & reliquam Europam divendunt. Ex re præterea frumentaria, lectissimoque Tritico, atque ex Rubia, Salsamentis, Pecorumque & imprimis Ovium copia, magnos quæstus faciunt. In re familiari ac domestica omni elegantia nitidi sunt & expoliti: in rem attenti, in Mercatura industrii, in pauperes benefici ac liberales. Status Politicus Zelandiæ solebat constare tribus Membris, uno Prælato, qui totius Ecclesiastici Ordinis locum supplebat, eratque Abbas *S. Nicolai* Ordinis Præmonstratensis Middelburgi. Vno Nobili pro toto Ordine, *Marchione Verensi*: Et Civitatum communitate, quarum præcipuæ eæque a nobis supra memoratæ: *Middelburgum, Zirizæa, Veria, Flissinga, Tola, Martinianus agger, Romerswalia* & *Goesa*. Sed de Zelandia hæc pro loci angustia sufficiant.

Gelriæ Ducatus, complectens Zutphaniæ Comitatum & Overyſſel Dominium.

Regio.
Unde dicta.
Situs.

Gelria a *Gelre* arce, quam Wicardus a Ponthe una cum fratre Lupoldo ædificaſſe fertur, nomen retinuiſſe dicitur: quamvis complures a *Gelduba* Opido cujus meminit Tacitus appellatam credant. Aliam etiam nominis rationem referunt alii. Hæc a Septentrione Friſiam & Sinum Germanici Maris, vulgo *Zuyderzee* habet: ab Ortu Cliviæ Ducatum, a Meridie Iuliacum attingit: Brabantia & Hollandia eam ab Occidente reſpiciunt. Aër regionis ſalutaris & purus: Ager fertiliſsimus & ad quamvis culturam aptus, Frumenti inprimis ferax: paſcuis item fœcundus, unde Pecorum ingentes alit greges: quin & ex remotiſsima Dania eo paſcendi ſaginandique gratia, numeroſi greges aguntur: Lætiſsima namque ac ampliſsima, præſertim circa Rheni, Vahalis & Moſæ defluxus prata habentur. Initio recta gubernataque Gelria eſt a Præfectis: inde a Principibus. Martini enim Auſtraſiæ Præfecti ex Lamberto nepos *Leopoldus*, ſive ut alii memorant *Guidus*, his locis præfuit. Poſt Caroli Magni tempora *Domini de Ponte* eam rexerunt, ſub titulo præfecturæ. *Otto* inde *Naſſovius* Princeps ejus dictus eſt anno M LXXIX, ſi Lazio eſt fides. Sequuti ſunt *Gerardus*, *Henricus*, *Otto*, *Reinaldus*, cujus tanta fuit apud Imperatorem gratia, ut comitiis Francofurtenſibus anno M CCCXXXIX die XIV Aprilis Gelriæ Dux a Ludovico Cæſare Auguſto fuerit renunciatus. *Eduardus* Reinaldum Fratrem poſt varia prælia cepit, vinctumque in carcere detinuit totos annos decem: ſucceſsit *Gulielmus*, huic frater *Reinaldus*, *Reinaldo Gulielmus Arculanus*. Hic ſine liberis Gorichemi periit. Ejus ſoror Ioanni Egmundano nupſit: ac tandem poſt varias rerum mutationes eo res delapſa eſt, ut anno M CCCCXCII Carolus filius Adolphiè Gallia ab Ordinibus Gelriæ revocatus hæredem inſtituerit Gulielmum Ioannis Cliviæ Ducis filium, qui etiam cum maxima Caroli Quinti Imperatoris offenſione rebus Gelricis aliquandiu præfuit, donec anno M DXLIII maxima Iuliacenſis parte exutus Imperatori ſupplex factus eſt in caſtris ad Venloam: hac tamen lege, ut totius Gelriæ poſſeſsione cederet, & ſubditis jusjurandum remitteret: Cæſar autem territorium Iuliacenſe ipſi redderet, duobus tantum Opidis exceptis Hensbergo & Sittarto. Atque hoc pacto Gelri initio liberi, poſtea ſub Principibus vixere: ſervata tamen Legum Ordinumque ſuorum auctoritate. Hodie iidem Optimatum ſolum agnoſcunt Imperium, ac pro libertate ſua contra Hiſpani impotentiam fortiter pugnant.

Aëris temperies.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.

Imperium majorum.

Ducatus


Septentrio
Coevorden
De Zuyder Zee
GELDRIA et Transisulana
Dickeling
Swartesluys
Rouveen
Hardenberg
Gramsberg
Eyßchelburg
Laerwolde
Embrichum
Ben them
Hasepen
Gassum
Geelmuiden
Hasselt
DLANT VAN OVERY:SEL.
Steenwijck
Dalfsen
Vilsas flu
Sipkelo
Land.
Comi tat.
Eyssche
Velthuisen
Witmarsum
Lingen
Seepdorp
Northern
Elberg
Ingden
Swol
Camperen
Hattem
Ellburgh
Heerde
Harderwyc
Stauerden
Twolde
Deuenter
Holwel
Rysen
Hellendorn
Veesten
Rachte
Ham
Widerden
Almelo
DE TWENTE.
Borren
Oldezel
Benthem
Ochtdorp
Schutdorp
Hardorpe
Emsluren
Saltzburg
Groenouw
Ermelen
Arlar
Patten
Frien
burg
Wellop
Kenna
Garderen
Apeldorne
Nyenbeck
Voorthuisen
Almen
Lochem
Deelden
Ghoor
Haexbergo
Enschede
Burchsteyn
Nyenburg
Alstede
Soeppingen
Wisschem
Ottenstein
Wuelen
Ahuisen
Beeckbergen
Boerll
Zutphen
Heckeren
Borckelo
Stift van Utrecht
GEL DERLAND
Barnefelt
Loene
Hall
Vorden
Brummen
Scarpezeel
Otterloo
Wonweberg
Dogrn
Sterckenburgh
Lunteren
Dieren
ZUT PHEN
Bronchorst
Doesburg
Lichtenfoort
Keppel COMIT.
Grolle
Vreede
Stadtloo
Holtwyck
Daer
Arnhem
Harten
Leede
Ameron gen
Wageninge
Hue ßen
Jzelem
Doetechem
Bredefort
De Betou: Culenburg we
Rhenen
Leerdam
Bueren
Tiel
Heuenen
Burg
Sherenberg
Varsseuelt
Vuck
Groote Boerl
Geischer
Ransdorp
Cesfelt
STIFT
Leedt
Opter Cluysen
Dulmen
Laesem
Mael wael
Officrden
Drumd
Hernen
Neumagen
Wal flu
Meteren
Asperen
Beeck
Wilree
Cranenburg
Cleue
Emmerick
Iselburg
Griet
Ress
Boecholt
Borcken
MUNSTER
Ringelborg
Miharia Germanica
Niewaal
Bommel
Roßum
Loon
Graue
Hoemen
Heel
Huesden
Herpe
Herto
Geffen
Bachem
Schaick
Cuyck
Gennep
Calcar
Meridies
27
28
1 2 3

69.

Urbes. Ducatus hic Vrbes complectitur duas & viginti, quarum præcipuæ *Noviomagum*, *Ruremunda*, *Zutphania* & *Arenacum*, quod nunc vocant *Arnhemum*. *Noviomagum* vel *Neomagum* (*Nyemeghen*) urbs est antiqua, sita ad sinistram Vahalis ripam, cujus eo loco profundissimus est alveus: videtur Batonis quondam regia fuisse, certe Batenburgum Arcem vicinam habet, & intra urbem Hessi Montem, a Filio (ut opinio est) Batonis Hesso cognominatum. Vrbs vero ipsa situ atque opere permunita est, prædives, rerumque omnium affluens: qua Clivensem ditionem propinquam respicit, in arduum collem assurgit, cum vetustissima Arce, Iuliano, ut vulgo, creditur, opre, a qua parte nemorosis Montibus & frequentibus fontium scatebris amœna regionis facies se aperit: diversa urbis ora in paludes depressior sidit, reliquum solum tumulo ferme perpetuo acclive est. *Ruremunda* ad ostium Ruræ amnis, qua se in Mosam exonerat, urbs est amœna, dives, potens, in veteribus Menapiorum sedibus. *Zutphania* ad dexteram Isalæ ripam Comitatus titulo insignis est, de qua postea. *Arenacum*, Tacito, quod posteri mutatunt in *Arnheimum*, ceu aquilæ domicilium: Vrbs est Gelriæ primaria & Consilii Senatorii sedes, copiosa, elegans & omnibus modis munitissima: ad Rheni Ostium dextrum sita. Sunt & minores urbes, *Hattem*, *Elburgum*, *Hardervicum*, *Wageninga* quæ *Vada* Taciti, *Tiela*, *Bomelium*, *Bronchorstum*, *Doesburgum*, *Doetecomium*, & aliæ complures. *Gelria* tribus celeberrimis fluviis, *Rheno* nempe, *Mosa* & *Vahali* irrigatur. Præter hæc & alia quædam ignobiliora flumina eandem perluunt, ejusmodi sunt *Worm*, *Roer*, *Sualm*, *Isala vetus*, *Berckel*, *Niers*, *Regge*, *Aa* & *Vidrus*. Ad Septentrionem respicit Sinum Maris quem hodie *Zuyder-zee*, velut Australe fretum, quod in Meridiem vergat, nuncupamus, ubi sicut Hollandia patente gremio accommodat se commercio Orbis. Terra plana ac humilis, montes rarissimi sunt, iidemque silvis saltibusque consiti. Quod ad Statum hujus Ducatus Politicum, is tria habet Membra, quæ sunt Baroniæ, Nobiles & Vrbes. Baroniæ sunt *Velavia*, (*de Veluwe*) *Batavia*, (*de Betuwe*) *Bommelerweert*, *Tielerweert*. *Zutphaniæ* Comitatus sub quo sunt *Bronchorst* Comitatus, & *s'Heerenbergensis*. *Superior Gelria* in qua sunt *Ruremunda* & *Gelder*. Nobiles sunt Comites *Bronchorsti* & *s'Heerenberg*. Domini *Batenborch*, *Groesbeek*, *Montfort*, *Wel*, *Wachtendonck*, *Grol*, *Anholt*, *Keppel*, *Bredefort*. *Buren*, Comitatus sui juris est in Gelria. Civitates IV primariæ *Neomagum* Vice-Comitatus & Feudum Imperii, Civitas Libera Metropolis totius Ducatus Gelriæ, quæ habet sub se, *Bataviam* (*de Betuwe*) Superiorem & Inferiorem, *Bommelerweert*, *Tielerweert* & *Maeswael*, Territorium inter Vahalim & Mosam. *Ruremunda* Superioris Gelriæ Caput, quæ habet sub se *Venlo*, *Gelder*, *Vagedie*, *Stralen*, *Wachtendonck*, *Erckelens*, *Montfort*, *Echt*, *Nieustat*, *Kessel*, *Midler*, *Grieckenbeke*. *Zutphania*, cui subsunt *Dousburgum* &c. *Arnheimum* sub qua sunt *Wagheninge*, *Hattem*, *Harderwyck*, *Elborch*, & tota *Velavia*. *Arnheimi* Sedes Consilii Senatorii & Præsidis totius Gelriæ, ad quos referuntur judicia IV dictarum Civitatum, sine ulteriore appellatione, ad has quoque eorum Opidorum & Locorum quæ ipsis subesse dictum est. Status Ecclesiasticus ejusmodi. Gelria Episcopis IV subjecta erat: *Neomagum* cum suo Territorio suberat Episcopo Colonienſi; *Ruremunda* cum suis Leodienſi; *Zutphania* cum suis Monasterienſi; *Arnheimum* cum suis Trajectenſi.

Flumina.

Mare.

Montes, Silvæ.

Incolæ

Incolæ bellicosi ac armis mirum in modum addicti erant, paullo ante nostra tempora: hodie humanitatis studia majore industria sectantur. Mercaturæ quoque negotiationique insistunt, magna ex parte, reliqui mechanicis partim Artibus addicti, partim Agricultutæ, ob Soli benignitatem inhiantes, uberrimos Fructus consequuntur. Complectitur hic Ducatus, præter alios Comitatus & Baronias Comitatum Zutphaniæ. Hæc nomen a ratione Soli, si Goropio Becano credendum, accepit, a Paludibus nempe, quas *Venen* vulgo vocant. Hujus Regionis Incolæ ut vicini Proavorum indolem ac genium referunt, fortes sunt belloque ut plurimum apti. Gelriam quippe, & Zutphaniæ potissimum Comitatum, *Sicambri* multorum sententia, quondam obtinuerunt, quibus præcipua feritas, & bellandi præ cæteris Germanis studium inerat, unde perpetuis incursionibus, Gallias infestabant. Qua de causa, pacato jam Orbe Terrarum, aliquamdiu portas Iani claudere non poterat Octavianus Augustus, quod intellexisset Sicambros adhuc Galliis infestos esse. *Otho* autem *Nassovius* Gelriæ Dux præter Filium Gerardum qui ipsi in Ducatu Gelriæ successit, ex Sophia Zutphaniæ Comitis Filia *Gerlacum* genuit, quem in Zutphaniæ Comitatu successorem habuit. Quo improli è vivis sublato, Zutphaniæ Comitatus Gelris adscriptus fuit, a quibus postea nunquam descivit. Vrbem habet cognominem quam *Vsipetum* civitatem esse autumat Iunius, frequentem, copiosam & Aquis munitam, ad dexteram Isalæ fluvii ripam. Eam Berckel amnis perfluit, & ibidem Isalæ miscetur. Comitatui porro Zutphanico assignatæ sunt Vrbes & Præfecturæ ordine sequentes, *Dousburgum*, *Doetecomium*, *Lochemum*, *Grolla*, *Bredevorda*, *Bronckhorst*, hæ quidem Vrbes; Præfecturæ autem eæ, quæ nomen ab his ipsis urbibus sortiuntur. Atque his rursum præest Summus unus Præfectus, quem lingua vernacula Zutphanici Comitatus *Drossartum* appellitant. Huic quoque parti adscribitur, urbs *s'Herenberoenſis*, & ipsa Comitatus nomine insignis.

Mores.

Mercimonia.

Comitatus Zutphaniæ.

Etymon.

Majorũ virtus.

Imperium majorum.

Vrbes.

Restat nunc ut pauca de *Trans-Isalania* subjungamus, ob situm Isalæ sic dicta. Hæc a Septentrione Frisiam Occidentalem: ad Meridiem Gelriam respicit: qua Oriens est Westphalia est: qua Occidens Sinum amplissimum (hodie *Zuyder-zee*) & Fluvium Isalam habet. Regio plana est ac humilis: Ager feracissimus, Frumenti in primis: Pascuis item fœcundus. Trans-Isalania Provincia multis seculis Vltrajectensibus Episcopis subdita fuit: donec anno MDXXIIX hortatu Henrici Palatini Episcopi Vltrajectensis sese Carolo v ejusque successoribus submisit. In hac Provincia urbes mœnibus cinctæ octo sunt, videlicet *Daventria*, *Campi*, *Swolla*, *Steenwyckum*, *Vollenhova*, *Hassela*, *Oetmarsia* & *Oldeseela*. *Daventria* (*Deventer*) omnium primaria & maxima, Anseatarium Civitas, unde manet notum illud omnibus & lippis & tonsoribus, *Anſenſtadt*, urbs rerum omnium copia circumfluens, opulenta & beata ac valide munita: ad dexteram Isalæ ripam sita. Reliquas prætereo. Habet præter Isalam *Vidrum*, aliaque minora flumina. Præterea amœna & utilia Nemora quamvis exigua & sine nomine. Status Politicus Trãs-Isalaniæ in duobus Ordinibus consistit, qui sunt Officiarii Principis cum Nobilitate, in qua sunt *Almelo*, *Ghoer* & c. idque per tres ditionis partes, *Isselland*, *Twent* & *Drent*. Summus Magistratus & Parlamentum est in Vollenhove, unde appellare non licet.

Situs.

Soli fertilitas.

Imperium majorum.

Vrbes.

Flumina.

Regio. Unde dicta. Arteſia maximam partem complectitur eorum, qui Cæſari *Atrebates*, ab urbe primaria, quam ipſe vocat *Atrebatum*. Marius tamen Niger hic conſtituit *Ambianos*. Ptolemæus etiam Atrebatios inter Sequanam & Phrudium qui nunc dicitur *la Somme*, collocat. Nomen autem recens *Arteſia* a voce *Arras* qua nunc Metropolis nuncupatur, quaſi *Arrateſia* per ſyncopen extrita ſyllaba formatum: vulgo *Artois*. *Situs.* Termini hodie ſunt, a Septentrione Flandria, a qua diſcreta eſt fluvio *Liſa* & nova Foſſa: ad Auſtrum & Occaſum *Picardia*, ad Orientem *Flandria Gallica* & ager Cameracenſis. *Aëris temperies. Soli fertilitas.* Aër ſuavis & ſerenus, regio fertilis, imprimis Tritici, cujus copiam non ſuis tantum abunde ſuggerit, ſed vicinis quoque Flandris, Brabantis, aliiſque. Antverpienſium & Mechlinienſium hoc unicum horreum eſt. Vino caret, ignava potius Incolarum ſocordia, quam vel Cœli vel Soli injuria. Ditio hæc olim Flandrorum: Totam enim *Balduino Ardennati* dotis loco dedit Carolus Calvus, quum is Iuditham uxorem duceret. *Imperium majorum.* Poſtea Philippus Alſatius quum Neptem ſuam Iſabellam locaret Philippo Ludovici VII Galliarum Regis filio dotem ei dedit Flandriam Occiduam, hoc eſt tractum eum qui eſt a nova Foſſa, uſque in Picardiam. Eum Philippus anno MCXCV fecit Comitatenſem, deditque filio ſuo *Ludovico*, qui primus Arteſiæ Comes fuit, poſtea Galliæ Rex, & pater Ludovici Sancti. Anno vero MCCC XXCII *Ludovicus Malanus* Comes Flandriæ poſt Matris obitum factus eſt Comes Arteſiæ: atque ita rurſum uterque Comitatus conjunctus fuit. Obitu autem Caroli Audacis Burgundiæ Ducis, *Ludovicus* XI Galliæ Rex iterum Arteſia potitus eſt: quæ poſtremum pacto & fœdere Caroli VIII Galliæ Regis & Maximiliani Imperatoris ceſſit *Philippo Auſtriaco* Maximiliani F. patri Caroli V anno MCCCC XCII. *Urbes.* Vrbes præcipuas habet *Atrebatum*, *Fanum S. Audomari*, *Bethuniam*, *Ariam* & *Bapalmam*: cæteræ minores ſunt. *Atrebatum*, vulgo *Arras*, *Atrecht*, ad Scarpam fluvium ſitum eſt, ingens, propugnaculis foſſiſque munitiſsimum, ſpeciem refert duarum urbium quarum alteram vocant *la Cité*, eſtque juris Epiſcopalis: alteram *la Ville* eſtque juris Principalis. Minor illa eſt, ſed amœna, habetque templum cathedrale elegantiſsimum, ſacrum B. Virgini. Hic magna religione, & egregio cum peregrinorum lapidum apparatu, certum Manna adſervatur, quod D. Hieronymus ætate ſua, ad hanc regionem pluiſſe, ſuis in Epiſtolis, refert. Hæc major, ædificiorum platearumque capacitate & fori amplitudine vehementer laudata. Domus omnes fornicibus ſubterraneis capaciſsimis ſuſtentantur, adverſus obſidionis vim excavatis. Habet præterea Bibliothecam Manuſcriptorum librorum omnis generis, ſed potiſsimum Theologici. Patria hæc fuit Fr. Balduini, Iuriſperiti celeberrimi, cujus Pariſiis Monimentum in æde Maturini eſt tale: CUIACI, BALDUINUS HIC JACET. HOC TECUM REPUTA ET VALE, MORTUIS NOBIS JURISPRUDENTIAM GRAVIS CORRIPIET SOPOR. *Franc. Bald. Juriſc. ob. anno æt.* LIV. XI *Novemb. a partu Virginis* MDLXIII *Papirius Maſſonus Balduini auditor P.* In eadem civitate natus clariſſ. CAROLUS CLUSIUS eruditionis omnis atque elegantiæ decus, qui poſt regiones plurimas peragratas in Batavico Athenæo ſenex leniter conquieſcit, manumque extremam imponit dignis immortalitate operibus. Vrbs ſic ſatis frequentata, quorum alii Mercatores, alii Opifices. Horum ſunt multa Collegia, quorum maxima pars Lanariæ ſtudet.


ARTE
SIA
Septentrio
Meri.
Occidens
Oriens
Maris Britannici pars
Bolonienſis comitatus pars
Hannoniæ pars
Laonnois
La Tiraſſe
Comte de Hesdin
bailliage
Ponthieu
comte
PICARDIA
Camberesis
Miliaria Germanica

70

ſtudet. *Fanum S. Audomari*, prius vocatum fuit *Sithiu*, teſte Meiero, poſtea a S. Audomaro S. *Omer*. Audomarus iſte Morinorum dicitur fuiſſe Epiſcopus circa annum DCLXX, & eo loco Cœnobium exſtruxiſſe ad fluvium *Aa*. Vrbs nitore & frequentia Civium eximia. Quiduſdam *Itius Portus* cenſetur, ut in Deſcriptione *Bononiæ* diximus. Tertio inde lapide ad flumen Liſam fuit antiquiſsima Morinorum Metropolis *Teroana*, de qua eadem deſcriptione. *Bethunia* nobile quoque in Atrebatibus Opidum, annonæ Frumentariæ horreum, magnæ olim celebritatis in Atrebatibus, ſive Flandris Occiduis, Dominatus, antequam in Atrebatium nomen Comitatumque una cum aliis concederet. Mercimoniis, rei frumentariæ negotiatione aliarumque rerum, quæ vitæ humanæ uſui ſunt, & exportari ſolent, varietate, eſt pro re nata, florentiſsima. *Aria* ad Liſam ſita eſt, qui eam mediam ſecat: diſtat *Teroana* II milliaribus: Opidum nobile & munitum. Arcem habet antiquiſsimam, & ædificia ſatis commoda. Eſt & *Heſdinum* nobile Gallo objectum vallum ac propugnaculum, quod proſtrato a Cæſarianis ejuſdem nominis Opido, occaſione belli inter potentiſsimos Europæos Principes excitatum. Situm habet commodiſsimum ad ripam fluminis Cantchiæ, uno milliario propius Galliam, diſtans quatuor milliaribus Monſtrolio & quinque a S. Paulo. Rigatur & altero fluvio, vulgo Blangis a loco in quo oritur. Ita ut propter loci commoditatem, munimentum habeatur validiſsimum, & propter tranſlationem juris & omnium privilegiorum, quibus olim gaudebat Heſdinum vetus, brevi tempore habitatoribus repletum fuit. Iuxta Fanum Audomari Lacus eſt piſcoſus, in quo aliquot Inſulæ narantes, quæ funiculo arboribus alligato, aut contis quo libeat impelluntur attrahunturque: quales in Lycia *Calaminas* Plinius recenſet. Et ne quis nugas putet, aut exiguas aliquot terræ particulas: ſcire debet, etiam Boves in iis paſci aliaque Pecora poſſe. Sub hiſce Inſulis, brumali tempore, & æſtivo maxima latet Piſcium copia, dum gelu devitant & calorem. Fluvii ſunt præcipui *Liſa*, *Scarpa*, *Aa*, *Canchia* & *Authia*: præter alios rivos etiam navigabiles. Eſtque non procul *Teroana* ingens Canalis, quem Foſſam novam indigetant: eum alii putant humana induſtria effoſſum tempore Balduini Comitis, ſive adverſus hoſtium excurſiones, ſive ad confinia Flandriæ Arteſiæque diſtinguenda: alii Sinum eſſe exiſtimant maris intercluſi. Certe Morinos Oceano vicinos fuiſſe agnovit etiam Virgilius, quum eos *hominum extremos* dixit. Atqui nunc Teroana octo millibus paſſ. a mari diſcreta: Præterea ex fundo Foſſæ novæ ſæpenumero educuntur partes anchorarum, aliaque ferramenta nautica, certiſsima argumenta vicini olim & adluentis Oceani. Silvis etiam non omnino deſtituitur, præcipue Meridiem & Occidentem verſus. Status autem Politici in Arteſia tres ſunt Ordines: Eccleſiaſtici, Nobiles & Civitates præcipuæ. I Membrum ſunt Eccleſiaſtici, in quibus ſunt Epiſcopi II, *Atrebatenſis* & *Audomarenſis* (*S. Omer*): Præpoſiti II, *Bethunienſis & Arienſis*. Abbates XX, quorum hæc Monaſteria: Ordinis S. Benedicti VII, *Atrebatenſe*, *Aquicinctenſe Auſcin.*, *Audomarenſe*, *Blangiacenſe Blangis*, *Montenſe*, *Hamenſe Hames*, *Alſiacenſe*. Ordinis S. Auguſtini VII, *Auriaſienſe*, *Mons S. Elegii* (*S. Eloy*), *Choquenſe Choques*, *Henninenſe Hennin Lietard*, *de Raſelli Villa*, *Mareolenſe* (*Mareul*), *Aquicurtenſe in Eaucourt*. Ordinis Ciſtercienſis, *Cervicampenſe* (*Cherchamp*), *Clarimarenſe* (*Clommeres*). Ordinis Præmonſtratenſis, *Dammartinenſe*

Lacus.

Flumina.

Dammartinense (*Dammartin*), *Santandreanum*, *Auguatianum*. Collegia Canonicorum x, *Atrebatense*, *Audomarense*, *Bethunienſe*, *Arienſe*, *Heſdinenſe*, *Lenſienſe*, *Sanpaulitanum*, *Lillerienſe*, *Falckobergenſe*, *Dourienſe*. II Membrum ſunt Nobiles, in quibus Princeps unus *d'Eſpinoy*: Marchio unus *Rentinenſis*, Comites VII, *S. Pol*, *Falquenberg*, *Harlienſis*, *Buſquetenſis*, *Henninenſis*, *Arquenſis*, *Blangiacenſis*. Sed hi duo poſtremi pridem in dotem Monaſteriorum S. Bertini & Blangis ceſſerunt, nec in Conventum Ordinum accerſuntur. Caſtellani præcipui IV, *Atrebatenſis*, *Audomarenſis*, *Bapalmenſis*, *Lenſienſis*. Equeſtres Familiæ Ordine Alphabetico ſunt hæ: *Auſſi*, *Averdoin*, *Aubigny*, *Aix*, *Annequin*, *Annezin*, *Averoult*, *Avion*, *Allennes*, *Anuin*, *Bailleul*, *Beaufort*, *Beaumez*, *Beaurains*, *Beauſart*, *Bellone*, *Berles*, *Billy*, *Boffles*, *Boiſleux*, *Bonnieres*, *Boncourt*, *Boubers*, *Bours*, *Brias*, *Buiſſi*, *Caumont*, *Conroy*, *Contes*, *Coupigny*, *Croiſilles*, *Cunchy*, *Divion*, *Douvrin*, *Enne*, *Erin*, *Eſquerdes*, *Eſtree*, *Foſſeux*, *Frevin*, *Fleſchin*, *Gomiecourt*, *Govy*, *Greboval*, *Geuleſin*, *Habarcq*, *Hachicourt*, *Hamelaincourt*, *Helfault*, *Houchin*, *Houdin*, *la Vieſville*, *la Plancque*, *Lignereul*, *Licques*, *Longaſtre*, *Malanoy*, *Maiſnil*, *Mammez*, *Marles*, *Mes en Conture*, *Mingoval*, *Motry*, *Nedoncelles*, *Neufville*, *Noielle*, *Noircarmes*, *Ococh*, *Olham*, *Oignies*, *Oreſmiaux*, *Plancques*, *Plouich*, *Pronville*, *Querecques*, *Ranchicourt*, *Ranſart*, *Recourt*, *Rebecque*, *Regnauville*, *Rely*, *Rolancourt*, *Rumenghien*, *Sains*, *S. Aldegonde*, *S. Venant*, *Sombrein*, *Souaſtre*, *Tieuloie*, *Tramerie*, *Vaulx*, *Villers*, *Vrolant*, *Wancourt*, *Warluzelle*, *Waurans*, *Willerval*. III Membrum Civitates præcipuæ: Regiæ VII, *Atrebatum*, *Fanum S. Audomari*, *Bethunia*, *Aria*, *Heſdinum*, *Lens*, *Bapalma*: Privatorum Dominorum, *S. Pol*, *Perne*, *Lillers*: Item Pagi Vrbium prærogativa utentes, qui etiam ad Conventus Ordinum evocantur XXIIX, *Arques*, *Aubigny*, *Aveſnes*, *Auſſi*, *Beaurains*, *Blangy en Ternois*, *Buſquoy*, *Carvin*, *Caumont*, *Choques*, *Douvrier*, *Fauquenberghe*, *Freſſin*, *Fleurbay*, *Frevene*, *Frages*, *Gorgue*, *Hennin Lietard*, *Heuchin*, *Hoſdain*, *Labroie*, *Libourg*, *Oiſy*, *Pas*, *Richebourgh*, *Tornehen*, *Ventie*, *Vitry*. Consilium provinciale eſt Atrebati, unde appellationes ad Parlamentum Mechlinienſe deferuntur. Cæterum Atrebatenſis Epiſcopus in ſpiritualibus toti Comitatui præeſt, & Archiepiſcopo Rhemenſi ſubeſt.

Continet hæc Tabula etiam *Picardiam veram* & *Ducatum Cameracenſem* (*Cambreſis*) dictum, qui eſt Principatus Imperii, & ab Epiſcopo qui Cameraci reſidet in temporalibus ſimul & ſpiritualibus, regitur. In ſpiritualibus tamen Archiepiſcopo Rhemenſi ſubeſt, & in temporalibus ſub protectione eſt Regis Hiſpaniarum. Atque hæc de Arteſia ſufficiant: ad Hanoniam pergamus.

Hannoniæ Comitatus. Cui adjungitur Namurcensis Comitatus.

Regio.
Nomina & unde deducta.

HAnnonia Nerviorum olim sedes, quorum caput hodie dicitur Tornacum, quod Ptolemæus Βάγαρον vocat. Sæpius hæc Regio mutavit nomen: initio dicta est *Pannonia*, Lessabæo teste, a Panonum cultu: postea *Saltus Carbonarius*, inde *Inferior Picardia*: postremum Hannonia, ab Hania Fluvio qui mediam regionem secat, vernacule *Hainault* vel *Henegouw*, ab eodem fluvio, Gallis *Hayne*, sive *Hene* dicto, & antiqua voce Germanica *Gouw*, quæ Regionem vel Pagum significat.

Situs.

Habet a Septentrione Brabantiam, & Flandriam: ab Austro Campaniam & Picardiam, ab Ortu Namurcenses & Leodienses, cum dicta Brabantia: ab Occasu Flandriam cum Artesia.

Cœli temperies.
Soli fertilitas.

Longa est universa Regio viginti milliaribus: Lata XVI. Aër temperatus, suavis & serenus: Solum fertile, ac cæterarum Frugum, sed præcipue Frumenti præstantissimi ubertas maxima. Abundat Pratis, Pascuis, Pomariis, aliisque ad vitæ usum rebus necessariis. Habet & Metalla Ferri optimi, & Plumbi: præterea Lapidicinas variorum Marmorum, atque etiam duri Silicis quem Ovidius Indicem, & *lithanthracon*, *Houlles* vernacule Leodienses vocant. Ignem flammamque concipiunt foventque, ut carbones: nec alius eorum usus quam focis exstruendis, lignis aliquot adjectis. Conflantur hic quoque Vitreæ illæ laminæ pellucidæ, quibus omnem cœli injuriam ex templis & ædibus propellimus, hæque præ aliis quæ alibi locorum fiunt, palmam præstantia ferunt. Omne item vitreorum vasorum genus, & supellex hic conficitur.

Imperium majorum.

Provincia hæc frequenter Dominos mutavit, ac tandem a stirpe Montensium ad Flandriæ Comites, inde ad Batavicam, deinde ad Bavaricam, ex hac in Burgundicam, postremo ad Austriacam familiam devoluta est.

Urbes.

Vrbes in Hannonia fossa valloque munitæ sunt XXIV, inter quas primariæ *Montes* & *Valencenæ*. *Montes*, *Mons* vulgo, urbs ad Trullam fluviolum, navium tamen capacem, fita, amplitudine & vallatis mœnibus inclyta est. Fontes in ea vivi permulti: opes amplæ ex mercimoniis, opificiis & agricultura. *Valencenæ* vel *Valencena*, seu, ut quidam volunt, *Valentiniana* (*Valenciennes*) ab ejus nominis Imperatore, ut autor est Sigebertus Gemblacensis, ad Scaldim sita est, planitie peramœna, eoq; tuta ab hoste. In ea est Armamentariũ ad belli usus instructissimum. Templa duo, unum Sacrũ B. Virgini, structura antiqua, cujus columnæ, ex Marmore & Lapide Porphyretico: alterum S. Ioanni recentius, opus Pepini, Patris Caroli Magni: Cœnobia plura: unum præ cæteris nobile Franciscanorum, quo Comites Hannoniæ & Domini Valencenæ seorsim sepeliuntur. Curia amplissima cum Horologio celeberrimo, opus Guilielmi Boni Comitis Hannoniæ, Hollandiæ & Zelandiæ. Sunt præterea *Condatum* (*Condé*) ad dexterã Scaldis ripam duobus milliaribus Valencena distans, Opidum elegans: *Landresium* (*Landresy*) ad Sambrã, celebre obsidione Caroli V. Anni M.D.XLIII qui tamẽ eo per vim potitus non est: *Avesnæ* (*Avesnes*) Vrbs & Munimentum Gallorum finibus oppositum; ad fl. Hepram: *Chimacum* (*Chimay*) urbs ad fluvium *Blancam* in media Silva, id nuperis bellis sæpiuscule incensum, dirutum; tamen ad extremum ita restitutum, ut multo elegantius renatum videri possit.

Palatium


HANONIA
Miliar. Germanic.
SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
FLANDRIÆ PARS
NAMUR
LEODIENSIS EPISCOPATUS PARS
BRABANTIÆ PARS
La Thrasse
Mons
Valenciennes
Cambray
Bouchain
Condé
Maubeuge
Beaumont
Chimay
Binch
Thuin
Lessines
Ath
Leuze
Tournay
Lille
Douay
Arleux
Bouchain
Quesnoy
Landrecies
Avesnes
Le Quesnoy
Le Cateau
Bavay
Le Rœulx
Soignies
Nivelle
Genappe
Fleurus
Charleroy
Namur
Dinant
Philippeville
Marienbourg
Florennes
Walcourt
Couvin
Rocroy
Givet
Fumay
Revin
Mezieres
Sedan
Carignan
Montmedy
Stenay
Dun
Damvilliers
Ivoy
Longuyon
Arlon
Virton
Chiny
Orchies
Marchiennes
Douay
Lens
Bethune
Aire
Arras
Cambrai
Bapaume
Peronne
Roye
Montdidier
Compiegne
Noyon
Ham
St Quentin
Le Catelet
Guise
Vervins
Hirson
Rocroy
Maubeuge
Avesnes
Landrecies
Le Quesnoy
Valenciennes
Condé
Mons
Binch
Thuin
Charleroy
Namur
Dinant
Philippeville
Marienbourg
Florennes
Walcourt
Couvin
Rocroy
Givet
Fumay
Revin
Mezieres
Sedan
Carignan
Montmedy
Stenay
Dun
Damvilliers
Ivoy
Longuyon
Arlon
Virton
Chiny
Orchies
Marchiennes
Douay
Lens
Bethune
Aire
Arras
Cambrai
Bapaume
Peronne
Roye
Montdidier
Compiegne
Noyon
Ham
St Quentin
Le Catelet
Guise
Vervins
Hirson

71.

Palatium habet principale cum horto & Labyrintho singularis artificii : *Halla* Brabantiæ finibus contermina : *Bouchain* municipium est situm ad ripam Scaldis fl. inter Cameracum & Valencenas , exstructum a Pepino in memoriam nobilis victoriæ quam hoc loco retulit ab exercitu Theodorici Gothorum Regis : *Quercetum* (*Quesnoy*) Opidulum est, tertio lapide a Valencena, mercimoniis nobilitatum: *Bellus Mons* (*Beaumont*) Opidulum perelegans, a re nomen habet. *Philippopolis* (*Philippe-Ville*) a Rege Philippo ; *Mariæ-burgum* a Regina Hungariæ Maria nomina habent : loca munitissima ad Gallos reprimendos condita. *Bavacum*, (Gallice Bavais) quod nonnulli *Baganum* vel *Bagacum* Ptol. esse arbitrantur : nonnulli illud *Belgium* Cæsari in Commentariis dictum volunt : sed refelluntur ab iis, qui in Bellovacis seu Picardiæ quodam loco firmioribus argumentis eandem collocant. Sunt & *Maubeuge*, *Bins*, *Reux*, *Soigny*, *Braine le Conte*, *Engien*, *Lessine*, *Chevre*, *At*, *S. Guillein* & *Leuze*. Pagi sunt præterea CCIOI. , quorum plerique omnes pulcri, amœni, opulenti. Regio Lacubus, Stagnis, Fontibus, ac Fluminibus undique irrigua ; fluminibus *Scaldi*, *Sambra*, *Tenera*, *Hania*, & aliis. Silvas habet & Nemora admodum jucunda; præcipua vero sunt *Mormau*, & *S. Amandi*. Porro Respublica Valencena tanta prudentia constituta, & tam bonis legibus ornata est, ut Noribergenses ad ejus exemplum celeberrimam suam Rempublicam voluerint componere, missis ad hanc rem aliquot viris prudentibus; quod & Romanos fecisse accepimus in Rep. Athenienſi. Proinde non est mirum si ex tam præclara Politia orti fuerint Cives per universum Orbem virtute celebres; inter quos primas ferunt , Henricus VII Imperator , Dux Lutzenburgicus: Maria Filia unica & Hęres Caroli Audacis, Avia Caroli V. Ioannes Froisardus, Historicus Nobilissimus, qui etiam hoc ipsum initio sui operis testatus est.

Lacus. *Flumina.* *Silvæ.*

Status Politicus Hannoniæ V constat Membris quæ sunt, I Pares XII, videlicet *Longueville*, *Lens*, *Filly*, *Chievre*, *Avesne*, *Chimay*, *Levreux*, *Barbanson*, *Baudour*, *Rebaux*, *Walecourt*. II Prælati Ecclesiastici nimirum Abbas & Comes I, *S. Wauldrut* . Abbates XXVI, *S. Guislain*, *Marchiennes*, *Cambron*, *Hasnon* , *Marville*, *Ancin*, *Haultmot*, *Liessy*, *S. Denys*, *Vicogne*, *Feullien*, *Crespin*, *Bonne Esperance*, *S. Jean*, *S. Aldegonde*, *Geilenghien* , *Spinleu* , *Ath* , *Fontenelle* , *Beaumont*, *Denain*, *Quesnoy*, *Watiebraine Lolive*, *Billiay*, *Leture*: & Collegia Canonicorum. III Nobiles, in quo sunt Principatus unus, *Chimay* ; Comitatus X , *Lalain* , *Beaumont* , *Ostervant* , cujus Civitas primaria est *Bouchain*, *Barbanson*, *Avesne*, *Berlaymont*, *Bossu*, *Montigny*, *Reux*, *Terrache*. Baroniæ XXII, *Enghien*, *Leuze*, *Havre*, *Ligne*, *Anjoing*, *Vuarchin*, *Fontaine*, *Havaide*, *Kimrain*, *Barlaymont* , *Ville*, *Gomegnie*, *S. Aldegonde* , *Senzelle*, *Condet* , *Haurdain*, *Belleule*, *Fagneille* , *Bousie*, *Roesin*, *Frasne*, *Harchies*. Maresçallus unus ; Senescallus unus ; Venator Magnus unus ; Camerarius perpetuus unus. IV Officia Ordinaria (Castellaniæ opinor) *Valenchene* etc. V Civitatum Communitas.

Namurci Comitatus. *Cœli temperies.*

Restat *NAMURCI COMITATUS*. Hic situs est inter Brabantiam, Hannoniã & Leodiensem Diœcesim : exiguo territorio & montoso, sed peramœno. Aërem habet salubrem & temperatum. Solum ferax Rerum quibus ad sustentationem sui vita humana indiget. Habet & Ferri Plumbique Fodinas, & Latomias, in quibus varii generis saxa exscinduntur , atque imprimis Marmora subnigra , & quæ Iaspidem referunt.

Neque

Neque ita pridem cœperunt effodi saxa illa ad ignem idonea (*Lithanthracas* nominare possumus) de quibus diximus in præcedenti Descriptione. Porro ditio ista omnis initio Dominum habuit titulo Marchionis: postea Dominum sæpius mutavit. Marchio fuit *Philippus*, Frater Balduini Comitis Flandriæ Anno MCC. Comes fuit *Theodorus*: cujus obitu tota ditio cesit *Philippo Bono* Burgundiæ Duci, quemadmodum in Germaniæ Inferioris descriptione a nobis explicatum est. Vrbes in hoc Comitatu muro cinctæ sunt quatuor, *Namurcum*, *Bovinæ*, *Carlomontium* & *Valencourtium*. Pagi CXXCII. *Namurcum* (*Namur*) urbs est primaria, cujus nomen unde ductum sit, ignoratur: alii putant a *Nano* Deo Gentili, qui quum antea oracula fundere solitus esset, sub adventum Christi Servatoris obmutuit. Ergo a Nano muto *Namurcum*: alii a Novo Muro illic Romanorum opera exstructo. Vrbs sita est inter duos Montes, in læva Mosæ ripa, qua Sambram recipit. Distat IIX mill. Lovanio, X Leodio & totidem Bruxellis. Dives est, & splendida publicis privatisque ædificiis, Arce etiam instructissima bene munita. Quarto milliari a Namurco sunt *Bovinæ* (*Bouvines*) opidum exiguum, quod bellorum injuriis jam aliquoties vastatum, postremum vero ab Henrico II Galliæ Rege Anno CIↃ IↃ LIV magna parte destructum est. Id ex eo tempore Civium industria restitui & restaurari cœpit. *Carlomontium* (*Charlemont*) exstructum est a Carolo V Anno CIↃ IↃ LV adversus Gallos, qui tunc Mariemburgo potiebantur. *Valencourtium* opidum minime aspernandum Namurco VII milliarium intervallo distans. Flumina habet hæc regio piscosa: inter quæ primas obtinent *Masa* & *Sambra*: Fontes vivos & largos. Silvas non tantum ad delectationem, verumetiam ad venationem aptissimas, Feris refertissimas. Multa sunt in hoc Comitatu Templa, & Cœnobia splendida Namurcensium Comitum sumtibus olim constructa, & opimis honorata reditibus. Tertio Milliari a Namurco dives est pagus *Audennas*, in quo vetustissimum Monasterium Canonicarum nobilium Fœminarum exstructum institutumque a Begga filia Pepini veteris, a qua primum creduntur dictæ Vestales *Bagginæ*. Status Politicus Comitatus Namurcensis tribus constat Membris, quæ sunt Ecclesiasticus Ordo, Nobilitas, Civitates præcipuæ. In Ecclesiastico Ordine sunt Abbates *Floref*, *Grampré*, *Anden*, *Bonef*, *Wassore*, *Hastieis*. Nobilitas *Done* Vicecomitatus etc. Civitates præcipuæ *Namur*, *Bovinæ*, *Charlemont*, *Valencourt* sive *Walencourt*. In vrbe Namurcensi sedes est Consilii Regii, a quo appellatio est ad Curiam Mechlinienſem. Est & Sedes Episcopi, cujus Templum Cathedrale sacrum est S. Albino. Cives armis adsueti sunt, Gallicus iis sermo, sed corruptus. Mercatores pauci & opifices: Nobilium magna turba: sed qui nothi sint Illustrium Principum, velè nothis oriundi.

Soli fertilitas.
Imperium majorum.
Urbes.
Flumina.
Silvæ.
Opera publica.

Regio.

Unde nomẽ habeat.

Situs.

Soli fertilitas.

Imperium majorum.

Urbes.

Restant in Inferiori Germania duæ Provinciæ, *Ducatus Lutzenburgicus & Trevirensis Provincia*, paucis explicandæ. Ducatus *Lutzenburgicus* nomen habet a primaria totius regionis Civitate: hæc (ut nonnulli opinantur) a fluvio *Elza Alisontia* forte Antonini. Ab Elza fit Elzen-burch; inde *Lutzenburch*. Petrus Divæus aliam de Lutzenburgo sententiam notat his verbis: *Leucorum gentem* (inquit) *juxta Treviros, Mediomatrices, ac Lingonas habitasse indubitatum est: Opida eorum Tullus ac Nasium, Ptolemæo celebrata nomen servant, Toul & Nancy; vernacule crediderim appellatos, de Lutzen, & late imperasse, ut ab iis Lutzenburgii celebris Opidi nomen ortum sit, quasi der Lutzen burch.* Hæc ille. Terminant hunc Ducatum ad Septentrionem Leodienses & Namurcenses; ad Austrum Lotaringi; ad Ortum Mosella cum Episcopatu Trevirensi; ad Occasum Mosa cum Silva Arduenna. Ambitus totius regionis est LXX milliarium. Regio hæc licet montosa & saltuosa, bona tamen, benignaque ac fertilis est. Dividitur in duas partes, quarum altera *Famenna*, altera *Arduenna* dicitur. *Famenna* fertilior est Segetis & Vini. *Arduenna* asperior; sed quæ asperitatem venationum bonitate & Ferarum optimi generis mirifica abundantia compensat. Metalla Ferri sunt non procul a *Manderscheid*, in dominiis *Keyla*, *Cronenberch* & *Sleida*, ad vallem cui nomen est *Hellenthal*: Conflantur hoc loco ab istis Cyclopibus incudes, fornaces ferreæ, pyreteria, quæ per totam Germaniam ingenti lucro distrahuntur. Titulum duntaxat Comitatus initio habuit, atque adeo *Henricus Septimus* Imp. Comes fuit Lutzenburgicus non Dux. Postea in Ducatus dignitatem, qua hodie adhuc utitur, evecta fuit. Hoc alii Wenceslao Romanorum Regi, alii Carolo quarto tribuunt; Conradus autem Vercetius Henrico VII adscribit primo ex ea familia Romanorum Imperatori. Primum hujus Comitem *Sigifridum* fuisse, in schedis manu exaratis se reperisse scribit Ortelius: eumque Filium fuisse Tacuini Ducis Mosellani. Fuit olim Lutzenburgum Trevirorum portio. Vrbes habet viginti, vallo & fossa munitas, quarum nomina hæc sunt: *Lutzenburgum*, *Arlonum*, *Rodemachera*, *Theonis villa*, *Gravemacherum*, *Coningsmacherum*, *Dierichum*, *Virtonium*, *Echternachum*, *Vianda*, *Bastonacum*, *Mommedium*, *Novum Castrum*, *Danvillerium*, *Marvilla*, *Roccha*, *Durbis*, *S. Viti urbs*, *Marza* & *Salma*. Sunt & Vrbes aliquot quarum mœnia solo æquata: sunt & Arces Vrbium pene æmulæ, *S. Joannis* & *Manderscheid*, quibus titulus est Comitatus. Vrbs primaria *Lutzenburgum*, aliis *Lucemburgum*, & *Leuceburgum*, Ptolemæo *Augusta Romandiorum*. Guicciardinus dictum vult quasi Lucisburgum, hoc est, arx Solis: quemadmodum pleraque alia hujus tractus loca a Gentilium Diis denominata videri possunt: *Arlon* ab ara Lunæ, *Ivois* a Iove, *Marche* a Marte: sed an hæc vera origo sit, alius esto arbiter. Vrbs sita est loco peramœno, parte altera montoso, altera plano. Hanc Elza fluvius interluit, partem Vrbis superiorem & montanam, ab inferiori & plana dirimens. Ædificia in ea domusque utcunque splendidæ, verum belli injuriis varie afflictæ: ac Templum sacrum Nicolao: Cœnobium Francisco, in quo sepultus Ioannes Lutzenburgicus Rex Bohemiæ, filius Henrici VII Imperatoris & Pater Caroli IV. Vrbs hæc etsi Martis frequenter deformata furoribus, cui nihil cum Musis otio & tranquillitate gaudentibus


SEPTENTRIO
MERIDIES
ORIENS
OCCIDENS
Namur
Recourt
Metz
Lotharingia Pars
Palatinatus Pars
Trier
Luxemburg
Triers Lutzenburg
Miliaria Germanica

72.

gaudentibus commune, illustres tamen eruditione viros edidit. Atque inter multos Nicolaum Naviun hominem usque adeo doctrina & rerum prudentia magnum, ut Curiæ judicialis apud Lutzenburgum Præses, non ante munus quam vitam, Elium autem reliquerit sibi cognominem, qui paternas æquans virtutes, tantum apud Carolum v Cæsarem gratia valuit, ut in toto Imperio Cancellarii Vicarius ab eo constitutus, id muneris cum vita finierit. *Arlonum* vernacule *Arlon*, situm est in Montis vertice, Opidum satis elegans. Lunam Deam hic olim gentilitio more cultam, & inde nomen habere putatur. Hic multa antiquitatis Monumenta erua quæ Comes Petrus Ernestus hinc ad ædes suas amplissimas, quas habet in Pomœrio urbis Lutzenburgensis, transferri curavit. Patria hæc fuit Bartholomæi Latomi, Viri egregie docti. Fluminibus regio omnis rigatur plurimis. Eorum primum nobilissimumque est *Mosella*, de quo in Lotharingia diximus. Reliqua sunt *Chier*, *Mosa*, *Bemoy*, *Houl*, *Lech*, *Alsatus*, *Atardus*, *Sourus*, *Prumeus*, *Mineus*, *Ghomeus*, *Orto*, *Albis*, ac innumeri pene rivuli. Montibus regio undique attollitur, Silvisque innectitur densissimis, Eæ omnes Arduennæ totius Galliæ Silvæ maximæ, rami sunt. Status Politicus, ut in cæteris III habet Membra, quæ sunt, I Ecclesiasticus Ordo; II Nobiles, in quo Comitatus *Vianden*, *la Roche en Ardenne*, *Salme*, *Durby*, *Marche*, *S. Vit*, *S. Jansberg*: Barones complures, & Dominia multa. III Membrum Civitates principales, *Lutzenburgum*, *Arlonum*, *Theonis Villa*, alias *Dietenhove*, *Rodemachera*. Curia totius Provinciæ in urbe Lutzenburgo jus dicit, sermone vel Gallico vel Germanico, pro locorū ratione quibus jus dicitur. Germanice enim loquuntur Lutzenburgi, Arloni, Rodemacheræ, Theonvillæ: Gallice vero Ivoys, Mommidy, Marveil & Danvilliers, atque ob hanc causam necesse est & Iudices & Advocati & alii curiæ Ministri utramque Linguam calleant. Ab hac autem Curia provocatur Mechliniam, ubi quæ scripta sunt Germanice bona fide Gallice redduntur.

Flumina.

Montes.
Silvæ.
Ratio gubernandi.

Trevirensis Provincia.

Regio.
Situs.

HÆc de Ducatu *Lutzenburgico*, sequitur *Trevirensium* antiqua admodum ditio, cui ab urbe nomen. Terminatur a Septentrione Comitatu Nassavienſi, Ducatu Montensi & Episcopatu Colonienſi: ab Ortu Ringovia & Hasia: a Meridie Westrichia & Bipontino Ducatu: ab Occidente Ducatu Lutzenburgensi.

Aëris temperies.

Aër frequenter hic est nubilus & pluviosus, ut quidam huc accommodent cloacam Planetarum, verum id propter convallem, ubi nebulæ suspenduntur, evenire nonnulli asserunt.

Soli qualitas.

Regio ipsa inæqualis est: alicubi enim Montibus sterilibus aspera est: ob idque silvestris & squalida, & præter Avenam vix quicquam proferens: alicubi vero fœcundior est versus Rhenum & Mosellam. Metalla generat varii generis, Argentum, Æs, Ferrum, Plumbum. Proprium semper Ducem legitur habuisse.

Imperium majorum.

Nunc autem Archiepiscopum in Electorum ordine agnoscit Dominum. Armis autem Trevirenses ita potentes fuere, ut duce Ambiorige Cottam & Sabinum legatos Cæsaris apud Eburones interfecerint, tota funditus legione deleta. Sed capti postea sunt a Labieno. Fatetur Cæsar, Trevirorum civitatem propter

propter Germaniæ vicinitatem cotidianis exercitatam bellis, cultu & feritate non multum abſimilem a Germanis fuiſſe, neque imperata unquam niſi exercitu coactam feciſſe. Tantum ſcilicet antiquitus fuit Belgis libertatis ſtudium.

Vrbs primaria *Auguſta Trevirorum*, vulgo *Trier*. Hæc cum antiquiſsimis Europæ urbibus de antiquitate contendit atque hujus antiquitatem trecentis & mille annis, ante urbem Romam perſcrutatus eſt Æneas Silvius. Eam Moſella mediam perlabitur. Natura loci (ut Simon Richwinus ad Munſterum ſcribens teſtatur) ſatis eſt ad delitias & amœnitatem facta, ſive montes & valles, ſive flumina & rivos pratis interjectis ſpectare velis. Montes Bacchico cultu virent. Ager ſatis hic eſt fœcundus: omnis generis piſces & ferina hic abundant. In Trevitenſi Provincia hæc ſunt: Abbates, *Prumienſis*, *S. Maximini* proxime Treviros, *Metloch*, *Himmelrodt*, *Toley*. Comitatus qui ſunt intra Trevirenſem ditionem, *Manderſcheyt*, *Keihel*, *Weimenborch*, *Gerreſteyn*, *Veldentz*. Baroniæ *Winnenberg* & *Bulſtein*. Dominia *Paſſenheim*, *Saffich*, *Zur Leyen*, *Eltz*, *Permont*, *Wildenborgh*, *Eerenborch*, *Waldeck*, *Hertelſtein*, *Kerpen*. Præfecturæ *Schoinbergk*, *Schoinecken*, *Hildeſheim*, *Daune*, *Over-Manderſheidt*, *Kylborch*, *Ulmen*, *Cocheim*, *Kempenich*, *Meyen*, *Monreal*, *Keiſers Eſch*, *Munſter*, *Meivelt*, *Over-Hammerſtein*, *Welſch Billich*, *Broich*, *Pfaltz*, *Witlich*, *Sarborch*, *Grimborch*, *S. Wendel*, *Bleiſcaſſel*, *Hunelſtein*, *Baldenaw*, *Berncaſtel*, *Cell*, *Baldeneck*, *Schoineck*, *Coblentz*, *Boppart*, *Over-Weſel*, *Eerenbreitſtein*, *Montabour*, *Vilmar*, *Brechen*, *Caemborck*. Vrbes præter Auguſtam Trevirorum ſunt ad Moſellam: *Nivomagum divi caſtra inclyta Conſtantini*, *Veldentz*, *Cella Beilſtein*, *Confluentia*, & alibi aliæ. Comitatus confines Provinciæ Trevirenſi in hac Tabula comprehenſi ſunt, *Blanckenheim*, *Arnſberg*, *Nuenar*, *Reiferſcheidt*, *Sleiden*. Dominia *Cronenburg*, *Smidheim*. Duo hic ſunt Lacus miræ profunditatis, nempe *Ulmenſis* & *Laichenſis*, in quorum poſteriore reperiuntur Lapides viridis, crocei & rubicundi coloris, qui Smaragdos & Hyacinthos æmulantur. Majori autem ex parte fluviis, torrentibus, ac rivulis irrigatur, qui omnes Moſellæ commixti ad Rhenum deferuntur: unde omnis generis Piſces hic abundant. Inter fluvios ſunt *Kil* qui & *Gelbis*, *Pruin*, *Ur*, *Sara*, *Ahra*, *Sura*, & alii. Montes *Meliboci*, *Agnobi*. Silva *Arduenna* varie hic diffunditur, diciturque pro locis modo *Weſterwalt*, modo *Eider-Waldt*, modo *Ebers-Waldt*, quæ Silvæ Feris refertiſsimæ ſunt. *Palatium* Treviri eſt ſpectandæ antiquitatis. Aliæ inſuper moles adhunc exſtant, aliæ ſub cæcis terræ ſpeluncis ſepultæ jacent, quæ cum indies eruuntur admirandam exhibent vetuſtatem. Antiquiſsima etiam totius Germaniæ Academia inſignitur. Artium & linguarum ſtudia quæ hic floruerunt, commemorare nihil attinet, quum ex media etiam Italia eo contendiſſe pleroſque, certum ſit. Mores hominum hic natorum plerumque triſtes ſunt, & ad Melancholiam proclives, ſed tamen manſueſcunt paullatim commercio extraneorum, & Stoicum illud ſupercilium convictu ſeu recreatur.

Vrbes.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Silvæ.

Opera publica.

Scholæ.

Mores.

In univerſum Moſellanorum corpora laboribus induruerunt ad miraculum uſque. Per Montes aërios, veluti Capræ reptare & evadere ſpectantur. Reſiduum Provinciæ Trevirenſis, quod hac Tabula contineri non potuit, invenies in III Tabula Weſtphaliæ.

IN GERMANICAS TABVLAS
Vtilis & prænoſcenda
INSTRVCTIO.

QVandoquidem Imperium Romanum penes Germanos eſt, & politice admodum in ſua Membra diviſum, operæ precium exiſtimavi ejus diſpoſitionem & ordinem, qualis in ſcripto, quod Matriculam Imperii vocant, extat, hodieque in uſu eſt, oculis ſubjicere: deinde in tabulis ſua quæque Imperii Membra commonſtrare, quo ubi terrarum quæque ſedem habeant, ſtudioſus Politiæ lector facile reperire poſsit. Duo autem ejus Matriculæ exemplaria ſum nactus, unum ſcriptum, alterum Venetiis Italica lingua excuſum; utrumque plus ſatis depravatum, & multo aliam hujus Matriculæ formam nunc in Imperio extare intelligo, proinde nemo quæſo mihi vitio vertat, nemo offendatur oro, ſi quæ Imperio hic adſcripta inveniat, quæ illius non ſunt, aut ſi quæ ſunt omiſſa; non enim mea eſt intentio de omnibus ſinguliſque Imperii Membris definite dicere, neque id mihi ex corruptis admodum exemplaribus fuit poſsibile, præcipue cum ſciam multa quæ olim Imperii fuerunt, poſt in privatum Principum jus ceſsiſſe, ſive permutatione, ſive oppignoratione, ſive donatione ob inſignia erga Imperium merita, ſive redemtione, ſive aliis de cauſis; neque vero iſta quæ Politicorum ſunt non Geographorum ſtudia proſequi meum eſt, ſed ex qualicunque Matriculæ exemplari hoc tantum quæro, ut elegantiſsimam Imperii diſpoſitionem, & per Germaniam diſtributionem oſtendam, quoq; ſtudia, Geographiæ & Politicę adminiſtrationis quomodo ſe mutuo illuſtrare poſsint, declarem. Eſt ergo talis Imperii conſtitutio & ordo.

Imperator caput eſt Imperii,

Et tria ſub ſe habet Membra, quorum Comitiis de omnibus Imperii negotiis conſulitur & concluditur, videlicet Electores ſeptem, qui ſub Gregorio x, anno Domini circiter CIↃCCLXXIII primum inſtituti, & a Carolo quarto Imperatore confirmati ſunt, ut oſtendit Onuphrius in Comitiis Imperatoriis, & Ioannes Aventinus lib. 5. hiſtoriæ Bavaricæ. His ſolis competit Imperatoris electio. Secundum Membrum ſunt Principes Eccleſiaſtici & ſæculares. Tertium Civitates liberæ.

Primum igitur Membrum Imperii ſunt VII Electores.

Archiepiſcopus

Archiepiſcopus Moguntinus Imperii Romani Archicancellarius per Germaniam.
Archiepiſc. Trevirenſis Impe. Rom. Archican. per Galliam & Regnum Arelatenſe.
Archiep. Colonienſis Imperii Rom. Archicancellarius per Italiam.
Rex Bohemiæ Imper. Ro. Archipincerna.
Comes Palatinus Rheni Imperii Romani Archidapifer.
Dux Saxoniæ Imp. Rom. Archimarſcalcus.
Marchio Brandeburgenſis Imperii Romani Archicamerarius.

Secundum Membrum eſt Principum Virorum & Nobilium.

Nomina locorum vulgaria ponam, ut ſunt in Tabulis, & numeros apponam Circulorum in quibus poſtea repetuntur, quo facilius in Tabulis inveniri queant.

Archiepiſcopi.
Magdeburg
Saltzburg
Beſançon
Bremen

Epiſcopi.
Bamberg
Wurtzpurg
Worms
Spier
Strasburg
Eichſtatt
Pr. Augſpurg
Coſtnitz
Hildesheim
Paderborn
Chur
Halberſtatt in 9. opinor circulo.
9 Ferden
2 Munſter
5 Oſenbrug
9 Paſſaw
Friſingen
1 Kempſe
1 Gurck alias Goritz
5 Seckaw, Segovia
5 Havandt
5 Baſel
1 Sitten ſive Wallis
4 Regensburg
4 Maiſſen
9 Naumburg
7 Minden
4 Lubeck
Vtricht 7
7 Camin 8
7 Swerin 9
7 Geneve 5
2 Camerick 7
2 Verdun 5
Loſan 5
3 Metz 5
3 Toul 5
5 Luyck 7
5 Trent 3
5 Brixen 3
2 Merſpurg 8
8 Labach 3
8 Vienna 5
7 Brandenburg 8
8.9 Ratzenburg 9
Schleſwick 9
Havelburg

Havelburg. 8

Sæculares Principes & Nobiles.

Dux Bavariæ 2
Archidux Austriæ 3
Dux Burgundiæ 10
Dux Saxoniæ 8
PalatinusBavariæ 2
Dux Iuliæ,Cliviæ,Bergæ 7
Marchio Brandeburg 8.1
Dux Brunswick 9
Dux Lunenburg 9
D.Pomeren 8
D.Mekelnburg 9
D.Lawenburg 9
D. Holsten 9
D.Lotringen 5
Landgr.Hessen 5
D.Wirtenberg 4
D.Zweibrug 5
D.& Co.Spanheim 5
Marchio Baden 4.5.7
Landgr.Luchtenberg 2
Princ.Anhalt 8
Com.Hennenberg 1
Burggr.Meissen.

Gallici Principes.

D.Meis.alias Massa
D. Savoye 5
D.Chalon,forte Calim in circulo. 5

Ecclesiastici.

Pr.Abbas Fuld. 5
Pr.Ab.Hiersfeldt 5
Pr.Ab.Kempten 4
Ab.Reichenaw 4
Pr.Præpos.Wissenburg 5
Pr.Ab.S.Galli 4
Pr.Ab.Saltfeldt 8
Pr.Præpos.Elwangen
Teutsch ordens Maister 3
Iohans ordens Maister 5
Ab.Waingarten 4
Ab.Salmansweiler 4
Ab.Kreutzlingen 4
Pr.Ab.Murpach 5
Ab.Walkenriedt 8
Ab.Schuttern 4
Ab.Weissenow,sive Minderaw 4
Ab.S.Blasi 4
Ab.Maulprun 4
Pr.Ab.Corbey 7
Ab.Schussenriedt 4
Ab.Rittershausen 8
Ab,Stein am Rhyn 4
Pr.Ab.Scafhausen 4
Ab.Kempeseck 2
Ab.Waldsachsen 2
Ab.Finsideln 4
Ab.Rockenburg 4
Ab.Ochsenhausen 4
Præpos.Seltz 6
Ab.S.Gilgen Norinbergæ 1
Ab.Nuenburg
Ab.S.Maximini juxta Trier 6
Ab.Heveldshausen
Ab.S.Iohans zu Curtel
Ab.Gengenbach 4
Ab.Konigsbrun 4
Ab.Rodt,alias Roden 4
Ab.Markthal
Ab.Rockenhausen 4
Ab.S.Peter im Schwarztwald 5
Præpos.Odenheim 7
Pr.Ab.Stablo 4
Ab.Disidiense
Ab.Berkenhausen 4
Ab. Elchingen
Ab.Hentzlingen
Ab.Vrssenis
Ab.Planckenburg 4
Ab.Yssui 4
Ab.Pfeffers 4
Ab.S.Iohan im Thurtal 4
Ab.Petershausen Constantiæ 5
Ab.Pruim 1
Præpos.Camberg 2
Ab.Reishaim 2
Ab.S.Heimeran Ratisbonæ 2
Præpos.Berchtolsgaden 5
Ab.S.Gregorii Munster 4
Ab.Muncherode 7
Ab.S.Cornelis Munster 7
Ab.Werden 4
Ab.Aursperg 4
Ab.Yrse
Ab.Brun 7
Ab.Echternaken 7
Ab.Hervorden.

Abbatissæ. 8

Quedelnburg 7
Essen Als

Alt Munſter to Regensburg 2
Pr. Ober Munſter to Regensburg 2
Kauffingen 5
Lindaw 4
Pr. Gernrode 8
Buchaw 4
Rotenmunſter 4
Hippach 4
Guten zel 4
Beundt 4

Baley
- Coblentz 6
- Elſas 4
- Oſterich 3
- In der Etſch. 3

Comites Barones & Domini.

Com. Helfenſtein 4
Co. Kirchberg 4
H. Tuſſen 4
Co. Wiſenſtaig 4
Co. Lauffen 4
Co. Montfort 4
Co. Furſtenberg 4
Co. Zimmeren 4
B. Gundelfingen 4
H. Stutgart 4
H. Iuſtingen 4
H. Schenſlingen 5
Marckg. Eberſtein 4
B. Gerolt zeck 4
B. Ober Hewen 4
Co. Otingen 4
B. Rapoltſtain 5
H. Rapoltzkirchen 5
B. Stauffen 2.4
H. Hohen Rechperg 5
H. Berletzick 4
H. Hohen Konigſperg 4
H. Hohenfeldt & Tipoltzkirch 4
C. Sultz 4
Co. Hohen Zollern 4
H. Braides 1
B. Sonnenberg 1
Com. Caſtel 1
Co. Vertheim 1
Co. Rheineck 1
Co. Hohenloe 1
H. Reichelſperg 1
H. Limburg 1
Co. Erpach 1
Co. Leiningen 5
Co. Falckſtein 5
Co. Hanaw 5
Co. Luchtenberg 5
Co. Naſſaw, Breda, & Dillenborg 10.7
Co. Wisbaden & Iltzſtain 5
Co. Sarbrucken 5
Co. Waldtpurg 4
Co. Naſſaw in Weilpurg 5
Co. Beilſtein 6
Co. Konigſtein & Epſtein 5
Co. Eiſenberg ſuperius 5
Co. Eiſenberg inferius 6
Co. Merſen
Co. Budinghen
Co. Wirnenberg 7
Co. Solms 5
B. Vinnenberg aut Vanenberg forte 7
Co. Arnsberg 7
Comites Rhenenſes 5
H. Falckenſtein 4
H. Kunſeck 4
H. Kunſeckerberg 4
Co. Horn 10
Co. Seyn 7
Co. Vintzlingen
Co. Reyen
Co. Bitſch 5
Com. Salm 5
Co. Veldentz 5
Co. Dengen 4
Co. Rappin 8
Co. Hardech 3
Co. Hohenſtein 8
Co. Wolkenſtein 3
Co. Schaumburg & Giengen 7.3
Co. Dierenburg & in Someraw 7
Co. Mansfelt 8
Co. Stolberg 8
Co. Buchlingen 8
Co. Barbey & Mullingen 8
Co. Gleichen 8
Co. Schwartzenburg 1.8
Co. Suenberg, Schonberg opinor 8
Co. Iude H. im Ruech
H. Geraw

Co.

Co.Ples	5	Co.Witgenſtein		H.Haber,alias Havere	5
Co.Plawen	8	Co.Spigelberg		H.Wildenfels,aut Widersfels forte	8
Co.Weda & Ringelberg	7	Co.Biverſdorff			8
H.Reichenſtein		H.Ridberg	7	B.Tautenberg	4
Co.Olnbrug		Co.Teckelnborg	7	Co.Tubingen	
Co.Lœbenſtain	4	H.Linge		Co.Blankenberg ſive Blammont	5
Co.Regenſtain		Co.Dortmund	7		5
Co.Weſtfreiſlandt		Co.Winſdorff		Co.Kirchingen,Krehanges	3
Co.Oſtfreiſlandt	7	Co.Ortenberg	2	H.Senſter	3
Co.Van der Lippe	7	Co.Ripperſhoden		H.Roggendorff	
Co.Oldenburg	7	Co.Hagen	2	H.Alendorff	
Co.Delmenhorſt	9	Co.Hoonfels	2	H.Kunigfuckerberg	5
Co.Hoya	7	Co.Leiſeneck	8	H.Morſpurg & Befort	
Co.Weſtenburg	5	Co.Bergen	10	H.Brandenſtein & Ranſs.	
H.Muntzenburg	5	B.Degenberg	2	H.Wolfſtein	
Co.Lemgow		B.Oberſultzberg	2	H.Permont	
Co.Waldeck	5	H.Somiriſſ.		H.Fronsbek	
H.Loſtenſtein		Co.Manderſcheid	7	H.Flackenſtein	
Co.Diepholt	7	Co.Reiferſcheidt	6	H·Witten	
Co.Steinfort	7	Co.Egmont & Iſſelſtein	10	Ritt.Fridberg	
Co.Benthem	7	H.Bergen & Waelheim	10	Ritt.Gleichauſen.	
Co.Brunchorſt	7				

In hoc ſecundo Membro quædam numeris carent, quia poſtea in circulis non repetuntur. Pr. Principes, Ghe. furſten, prelaten ſignat, D. Duces, Co. Comites. H. Herrſchafften Dominia, B. Barones.

Tertium Membrum Imperii eſt Civitatum liberarum. 5

Rheiniſche Banck.					
Coln	6.8	Worms	5	Hagenaw	5
Aken	7	Spier	5	Weiſſenberg	5
		Turckheim	5	Straesburg	Ober

Ober Ebenhaim	5
Rosthaim	5
Schlettstat	5
Colmar	5
Altach	5
Basel	5
Kaisersberg	5
Mulhausen im Suntgow	5
S.Gregoris Munster	5
Metz	5
Toul	5
Verdun	5
Landaw	5
Kaufmans Sarbruck	5
Besançon	5
Camerick	7
Franckfort	5
Fridberg in Wederaw	5
Gelnhausen	6
Wetzlar	5
Alen	4
Lubeck	9
Hamborg	9
Dortmund	7
Mulhusen im Duringou	9
Northausen	9

Gosler	5
Gottingen	5
Brakel	5
Wartburg	5
Lemgow	5
Duysburg	5
Dantzick	5
Elbinghen.	5
Schwabische Banck.	5
Regensburg	5
Nurenberg	5
Rottenburg an der Tauber	5
Weissenburg an Nortgaw	5
puto	5
Donawerd	7
Winshaim	5
Schweinfurt	5
Wimpfen	6
Hailbrun	5
Hal in Schwaben	4
Norlingen	9
Dinckelspuel	9
Vlm	7
Auspurg	9
Gengen	9
Bopfingen	4

Gemundt in Schwaben	4
Esslingen	4
Reutlingen	4
Weyl	4
Pfullendorff	4
Kauffbeurm	4
Northausen	8
Vberlingen	8
Wangen	4
Ysui	4
Lewkirch	2
Memmingen	1
Kempten	1
Buchorn	2
Ravensburg	4
Bibrach	4
Lindaw	1
Costnitz	1
Rotweil	4
Offenburgk	4
Gengenbach	4
Zel in Hamersbach	4
Schafthausen	4
S.Gal	4
Buchaw am Federsee.	4

Præter hanc trium Membrorum ordinationem, ad vitanda schismata in Imperio, ad mutuam Principum Germaniæ defensionem ac pacem communem servandam, divisæ sunt Provinciæ Imperii in ditiones aliquot, quas Circulos appellant, inque iis instituta sunt particularia Imperii consilia, Circulorum videlicet. Primum sex anno CIↃ IↃ Augustæ, deinde X anno CIↃ ƆXXII Norimbergæ. Eligit autem quisque Circulus sibi ex suo corpore Præfectum sæcularem, qui sit Princeps, Comes, Baro, aut ex præcipua Nobilitate, cui ex eodem corpore IV Consiliarii, viri sæculares, honesti & prudentes adjunguntur. Numerabo & distinguam hic Circulos, verum in Tabulis eorum Principes & Membra describam.

Primus

Primus Circulus eſt Franconiæ & in Tabula Franconiæ declarabitur.
Secundus eſt Bavariæ & in ejuſdem Tabula explicabitur.
Tertius eſt Auſtriæ & in Auſtriaca Tabula deſcribetur.
Quartus Sueviæ, in Tabula Wirtenberg.
Quintus eſt Circulus Rheni, qui in Alſatiæ inferioris Tabula exponetur.
Sextus IV Electorum Rheni, in Palatinatus Tabula.
Septimus Germaniæ inferioris ſive Weſtphalicus, Tabula Weſtphaliæ prima.
Octavus Saxoniæ ſuperioris, in ejuſdem Tabula.
Nonus Saxoniæ inferioris, in ejuſdem Tabula.
Decimus Burgundiæ, in Burgundiæ ſuperioris Tabula.

Camera Imperialis.

Præter hæc Circulorum Conſilia, ad cauſas graviores, quæ per Imperium accidunt jure decidendas, inſtituta & Sipræ Camera Imperialis, cui præeſt Iudex Princeps, aut ut minimum Comes, vel Baro, iſque ſæcularis, ſi ad hoc munus idoneus reperiri poſsit. Aſſeſſores huic & conjudices ab Imperatoria Majeſtate duo ex Comitibus aut Baronibus, duo ex Iuriſperitis, duo item ratione terrarum, quas hæreditarie in Imperio poſsidet, aut ab Imperio habet, ex equeſtri ordine Nobiles, hoc eſt, ſex in univerſum dati ſunt. Ab Electoribus item ſingulis unus, & ab unoquoque Circulo duo ſuperadditi ſunt, quorum dimidia pars ex Iuriſperitis, dimidia altera ex Equeſtri ordine ſunt electæ.

CATALOGUS TABULARUM GERMANIÆ.

I	Germaniæ univerſalis.	XVI	Haſsia.
II	Friſia Occidentalis.	XVII	Thuringia.
III	Emdenſis Comit.	XIIX	Franconia.
IV	Weſtphaliæ tabula 1.	XIX	Bavaria.
V	Weſtphaliæ tabula 2.	XX	Palatinatus Bavariæ cujus extrema ad Septentrionem vide in tabula Franconiæ.
VI	Weſtphaliæ tabula 3.	XXI	Saxonia ſuper.
VII	Comitatus Meurſenſis &c.	XXII	Brandeburg.
IIX	Leodienſis Diœceſis.	XXIII	Rugia.
IX	Waldeck.	XXIV	Bohemia.
X	Palatinatus Rheni.	XXV	Moravia.
XI	Wirtenberg.	XXVI	Auſtria.
XII	Alſatia inferior.	XXVII	Saltzburg.
XIII	Alſatia ſuperior.	XXIIX	Polonia.
XIV	Saxonia inferior.	XXIX	Hungaria.
XV	Brunſwick.		

Sic

Sic se habet & universim & speciatim *Germania Inferior* : jam nunc flumine Rheno transito, Germania *Regio.* vulgo *Superior*, Ptol. *Magna*, se offert, Europæ latissima regio, Romanique Imperii decus. Hanc, qua fere illam Methodo percurram: Generalia priore loco indicaturus, inde Specialia. Vt autem a nomine ipso ordiar: *Germaniæ* sive *Germanorum* nomen varii varie derivant. Hic namque *Germanos* quasi *Gaarmannen* i. prorsus viros, ob Martium ac virile virtutis robur: ille a certa obstinataque fide quam sibi mutuo integram præstabant, æternum nomen inveniisse existimat: neque perperam divinasse creditus est, qui ab honorata militia nominis Etymon deducere voluit, quasi ‚Geert-man', contracta vocis mole, *German*, dictus populus fuerit. Alius pure puteque Latina voce, veluti genuinos & gnesios dictos censet, quod priscæ integritatis & rusticanæ simplicitatis nulla fere gens plus retinuerit: cujus somnii auctorem in aures populi influere, & ad gratiam loqui voluisse apparet: quamvis simili errore involutus cum Livio Geographus Strabo summo jure inditum illi genti a Romano populo illud nominis putat, quod pene legitimi ac Germani Fratres Celtarum essent, sive mores & vivendi ritum, sive proceritatem corporum & rutilam cæsariem spectare quis velit. Ioannes Goropius Becanus, a cogendo militem & ad se colligendo non absurda ratione deducit a *Geren*, quod est, cogere. Cujus opinioni adjumento esse & adminiculi vicem præbere videtur Tacitus, qui in Commentario de moribus Germanorum profitetur, *Germaniæ vocabulum recens esse, & nuper auditum, quoniam qui primi Rhenum transgressi* (ut ejus verbis dicam) *Gallos expulerant, nunc Tungri, nunc Germani vocati fuerint, ita nationis nomen, non gentis evaluisse paullatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox a seipsis invento nomine Germani vocarentur.* Neque desunt qui Germanos convenas & collectitium populum interpretantur, a *Geren* quod congregare significat. Sunt & qui bellicosos & præliorum amantes innui autumant a *Gerra*, sive *Guerra*, cujus vocis notior est significatio, quam ut hic apponi debeat. Vir in gente Saxonum doctissimus a Carmanis Asiæ populis, Lucano etiam memoratis, vocabuli auspicium deducit, uti a Saxonis Saxonum: alibi Hebræo Etymo illos dedicat, ut sint quasi *Gerimani*, quod lingua illa significat advenas, inopes & egenos. Vlterius etiam provectus plenis velis, & quadam studii in patrium nomen voluptate delibutus Peucerus Germanos, quasi *Hermenner* hoc est militares viros dictos existimat. Eruditissimus Iunius hujus nominis originem ad famosum illud aquarum diluvium, quo totus interiit Orbis, revocat: quando Noachus in ternos liberos Orbem Terrarū partitus est, quo tempore Iephetho (ut de Schemo & Chamo nihil dicam) in sortem cessit Europa. Huic natum esse masculam prolem, nomine Gomerum, constat ex Moyse. Ex hoc triplex propago exstitit, *Aschcenaz*, *Riphat & Thogarma*. Ex his *Thogarma* Germanorum progenitorem fuisse contendit: quamvis *Aschcenazim* communis Rabbinorum opinio teneat Germanos esse. In *Thogarma* enim sive per secundam vocalem *The-germa*, manifeste elucet origo nominis Germanorum, rejecta tau adjectitia, & secunda vocali sumpta pro prima, ac siquis nostrate lingua per articulum *the*, efferat *the germans*, id est, Germani: & respondet voci Etymon aptissimum & genti quod est, *garam* sive *geram*, quod

Nomina & unde deducta.

quod os significat & metaphorice robur, quod ossea sit gens tota, & solidarum virium firmamento ac robore prædita. *Alemanniam* etiam vocant hanc Europæ partem nonulli, ejusque incolas Alemannos, quo nomine sub inclinati Imperii tempora vocari cœperunt. Berosus ab Hercule Alemanno nomen accepisse fabulatur, quem hisce populis præfuisse scribit. Alii a Manno Deo patrio Tuisconis F. *Alemanniam* appellatam volunt. Asinius Quadratus inclytæ fidei Historicus, Alemannos velut collectitiam gentem, aut convenarum colluviem qui longe lateque patentem regionem inundarant, nuncupatos scripto prodidit; qui parum exacte peregrinæ vocis vim perspexisse creditur, propiusque ad verum collimaturus fuisse, si universos bellatores, & a virtute viros ejus nominis ambitu contineri censuisset. Qui a Lemanno derivant Alemanniam, nescio quo jure Germaniam velint appellatam a lacu qui est extra eorum Limites in Sabaudia: nisi forte quis Acronium lacum putet esse Lemannum, cujus in utraque ripa Alemannos habitasse auctor est Ammianus lib. XV. Et quamvis utramque hanc, Germanorum inquam & Alemannorum gentem nonnulli confundant: tamen observatum est, distinctas eas fuisse. Spartianus in vita Marii: *Omnis Alemannia, omnisque Germania, cum cæteris quæ adjacent gentibus.* Flavius Vopiscus in vita Probi: *Testes sunt Franci, inviis strati paludibus, testes Germani & Alemanni, longe a Rheni semoti littoribus.* Aliorum testimonia, ne prolixior sim, prætereo. *Teutoniam* etiam a nonnullis appellatam invenimus, a Teutone quodam eorum Duce. Alii *Teutonas* qui vernacule *Teutsche*, Italis *Tedeschi*, & a quibus Teutonici vocantur, & regio *Teutschland*, nomen habere a Thuistone, quem alii vocant Tuisconem, creduntq; filium fuisse Noachi. Hujus meminit Tacitus: *Celebrant carminibus antiquis (quod unũ apud illos memoriæ & Annalium genus est) Thuistonem Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis, conditoresque.* Eos Strabo collocat in Norico: quidam opinantur fuisse contra Coloniam Agrippinam locumque eum idcirco *Teutsch* denominatum. Incolis ipsis nuncupatur hodie *Teutschlandt*, exteris *Alemagna*. Sclavones *Nimiecha*: Græci *Elamags* hodie vocant, & Turci *Alaman*. Sed de Germaniæ Etymo ejusque variis appellationibus satis copiose: nunc ad Situm sive Quantitatem venio. Porro in Limitibus Germaniæ adsignandis non consentiunt inter se omnes. Antiquissimi Germaniam definivere Rheno, Danubio, Oceano, Tanaï & Ponto Euxino. Posteriores quos inter Strabo, Ptolemæus, Mela, Plinius, ac plerique Scriptores Græci & Latini, Rheno claudunt & Vistula: Tacitus non tam Vistula quam mutuo metu aut montibus Germanos scribit a Sarmatis Dacisque separari. Hodie adcensentur Germaniæ omnes regiones, quarum Incolæ lingua vel Dialecto utuntur Germanica. Itaque extra Ptolemæi fines, ultraque Danubium continet Rhetiam, Vindeliciã, superiorem Pannoniam, partemque Illyrici, ad Tridentina usque claustra. Vltra Rhenum quoque occupaverunt Germani Romanorum Colonias & Præsidia, Constantiam, Augustam Rauracorum, Argentinam, Nemetes, Vangiones, Moguntiacum, Confluentiam, Bonnam, Coloniam Agrippinam, aliaque loca ad Mare usque. Nam ut testatur Ambrosius 11 Hexaem. Rhenus olim Romani Imperii limes fuit: inque ejus ripa Gallica Præsides Romanorum perpetuo Germanos oppugnabant, partim ut eorum excursiones prohiberent, partim ut in eos ipsi infesti excurrerent, partim etiam ut deficientes ad se Germanos in ea loca reciperent. Atque hæc causa est, cur in

Situs.


OCEANUS GERMANICUS
De Oostersche See
PRVSSEN
POLONIA
GALLIAE PARS
GERMANIA
Mil. Germanica
Mer. 34
Se 34 p. 35

73.

cur in altera Rheni ripa multæ admodum & pervetuſtæ Civitates conſtitutæ ſint, in altera vero nullæ: quod etiam in Danubii ripa obſervari debet. Helvetii quoque Germanis hodie adnumerantur: & Pruteni ultra Viſtulam: ut hodiernus Limes Ptolemaica multis modis amplior ſit. Nam ab Occaſu Rhenum tranſgreſſus, uſque ad Picardiam & Burgundiam, Galliæ partes, extenditur: a Meridie, ultra Danubium ab Alpes uſque: ab Ortu, ultra Viſtulam Pruſſos continet: Septentrionalis limes eſt Oceanus. Suntque Germanicæ Ditionis præcipuæ & primariæ partes, quæ ſub hoc titulo cum minoribus ſubjectis aut conjunctis deſcribentur: Regna, *Bohemia* Electoratus: ac *Poloniæ* Regnum, etſi alterius quam Germanicæ ſit linguæ, nec in Imperii Matricula comprehenditur, tamen quia intra veteris Germaniæ Limitem Viſtulam fluvium eſt ſitum, Germaniæ Tabulis apponemus. *Hungariæ* Regnum, quod extra veteris Germaniæ Limites ſitum eſt, quia multos inſignes Imperatores dedit, & pluribus ſub Imperio ſitis regionibus dominatur, Germaniæ illud adjungemus. Ducatus: *Saxonia Superior* Electoratus, *Auſtria* Archiducatus eſt. Ducatus *Holſt*, *Mecklenburg*, *Pomern*, *Lunenburg*, *Lauwenburg*, *Brunſwyck*, *Meiſſen*, *Schleſen*, *Moravia*, *Cleve*, *Berge*, *Franconia*, ſive *Francia Orientalis*, *Bavaria*, *Wirtemberg*; *Suevia* Comitatus; Palatinatus *Rheni* Electoratus, Palatinatus *Bavariæ*; Landgraviatus, *Heſſen*, *Duringen*, *Superioris & Inferioris Alſatiæ*. Marckgraviatus *Brandenburg* Electoratus, *Baden*; Comitatus, *Embden*, *Oldenburg*, *Benthem*, *Lip*, *Dicpholt*, *Huy*, *Mansfelt*, *Anholt*, *Stolberg*, *Tirol*. *Livonia* quia Germanis ſubeſt, inter Germaniæ Provincias recenſetur, ſed quia latius intra Sarmatias recedit inter illas deſcribitur. Situ expoſito in medium prodit Qualitas, cujus cauſa plurimum in Climate, Situque Cœleſti. Subeſt Germania Sexto, Septimo, Octavo Climatibus, inter Gradus, Latitudinis quidem XLVII & LV: Longitudinis autem inter XXIV & XLVI. Maximus dies Æſtatis in Auſtrali Parallelo horarum eſt quindecim cum dimidia: In Boreali horarum ſeptemdecim cum quadrante. Licet autem Cornelius Tacitus Germaniam aſperam Cœlo ſcribat, atque apud Germanos perpetuas eſſe hyemes memoriæ prodat Seneca: Cœlo tamen ſatis clementi gaudet ac temperato, frigidiore quidem, ſed ad ſanitatem & robur conferente. Solum Hordeo, Tritico, Siligine, Farre, Milio, Avena, ac omni Frumentorum ac Leguminum atque Obſoniorum genere fœcundum: Campi uberes, Prata læta. Optanda eſt ubique ubertas Soli, ac Frumenti magna copia. Germania dives quoque variis in locis, precioſiſsimis Argenti, Æris, Ferri, Plumbi, aliorumque Metallorum Theſauris: atque alibi etiam Auri: Metallorum fertilitate nullis cedit terris. Sunt & Salis præſtantiſsimi nobiles Fodinæ plurimæ. Veteri quoque Germaniæ a Plinio tribuuntur Lapides Cadmia, Callais, Chryſtallus, Onyx, Topazius, Adamas & Ceraunius; Herbæ: Corruda & Britannica. Mille hic jam Hortorum ac Villarum deliciæ; nulla Viridaria Pomariave magna pomorum ubertate ſcatētia deſiderātur.

Cœli qualitas.

Aëris temperies.

Solifertilitas.

Quid

Quid Vina commemorabo, optimi saporis odorisque? Passim quidem admodum generosa leguntur, aliis tamen & aliis locis præstantiora. Varii præterea generis videre hic est Animalia, magnamque Pecudum & Ferarum copiam, quibus recensendis omnibus ne tempus teram: scribit Cæsar *multa in Silva* Hercynia *genera Ferarum nasci, quæ reliquis in locis visa non sint: ex quibus quæ maxime*, inquit, *differant ab cæteris & memoriæ prodenda videantur, hæc sunt: Est bos Cervi figura, cujus a media fronte inter aures unum cornu existit excelsius, magisque directum his quæ nobis nota sunt cornibus, ab ejus summo sicut palmæ ramique late diffunduntur; est fœmina marisque natura eadem forma, magnitudoque cornuum. Sunt item quæ appellantur Alces. Harum est consimilis Capris figura, & varietas pellium, sed magnitudine paullo antecedunt, mutilæque sunt cornibus & crura sine nodis articulisque habent, neque quietis caussa procumbunt, neque si quo afflictæ casu conciderunt, erigere sese aut sublevare possunt. His sunt arbores pro cubilibus, ad eas se applicant, atque ita paullum modo reclinatæ quietem capiunt: quarum ex vestigiis, quum est animadversum a venatoribus, quo se recipere consueverint, omnes eo loco aut a radicibus subruunt, aut abscindunt arbores tantum ut summa species earum stantium relinquatur: huc cum se consuetudine reclinaverint, infirmas arbores pondere affligunt, aut una ipsæ concidunt. Tertium est genus eorum qui Uri appellantur; ii sunt magnitudine paullo infra Elephantos: specie & colore & figura Tauri. Magna vis est eorum, & magna velocitas: neque Homini neque Feræ quam conspexerunt, parcunt: hos studiose foveis captos interficiunt.* Hæc ille. Ad Imperiũ Majorũ venio. SACRA ROMANI IMPERII SEDES, quæ in Occidentem Orientemque divisa variis multarum gentium excursionibus labefactata, dissidiis lacerata, mole sua ruinam minitabatur, relicta Italia, non alia potius regione, quam Germania, præsidium, robur, salutem quæsivit, electo in Imperatorem *Carolo Magno* Francorum Rege, quem *Ingelheimii* (pagus est secundo milliari a Moguntiaco) natum ferunt, atque ibidem nobile exstruxisse Palatium, cujus rudera adhuc visenda sunt. Mansit Imperium in stirpe Carolina annos centum, & quod excurrit: qua deficiente, translatum est ad *Conradum* Franconiæ Ducem: quem *Henricus Auceps* sequutus est: hunc *Ottones* tres: quorum ultimus quum intelligeret Romanos Crescentio Consule rursum adfectare Imperii titulum, coacto exercitu Romam cepit, impetravitque a Gregorio Pontifice, ut jus eligendi Romanum Imperatorem perpetuo apud Germanos permaneret. Impetravit autem hac lege, ut electus primum vocaretur Cæsar & Rex Romanorum: postea vero accepta a Pontifice corona haberet titulum Imperatoris Augusti. Electores constituti sunt septem: è quibus Archiepiscopi tres; Quatuor Principes quos vocant sęculares: ab his post excessum Ottonis primus lectus est in Imperatorem *Henricus* cognomento *Sanctus*. Eandem electionis formulam postea Imperator *Carolus* IV in Bullam auream, quæ hodie exstat, redegit. Insequentibus temporibus varia officia in Germania constituta sunt, ad augendum Imperii decus, de quibus Mercator. Germanorum fortitudinem Tacitus qui sub Vespasiano Præses Belgarum fuit, brevi ornat elogio: *Nemo bellum Germanis* (inquit) *intulit impune*. Experti id quondam tres sub Augusto Legiones superatæ. Experti Carbo, Cassius, Scaurus, Aurelius, Servilius Cæpio,

Animalium varietas.

Imperium majorum.

Majorum virtus.

Cæpio, Manlius, magni Imperatores, quos modo cæsos, modo fugatos vidit Germania. Ac Rhythmi veteres noti sunt:

Welcher im Krieg wil ungluck han
Der fang es mit den Deutschen an.

Fortes vocat Iosephus, Martiales Dionysius, Bellaces Arrianus. Germano, nihil animosius, nihil ad incursum acrius, nihil armorum cupidius est, teste Seneca de ira. Est porro hodie Germania regio, adeo amœna, adeo pulcherrimis nitidissimisque urbibus, castris ac pagis exornata & exculta, ut non Italiæ, non Galliæ, non Hispaniæ ipsa cedat. Civitates liberæ in ea numerantur XXCIV: inter quas *Colonia Agrippina, Wirtemberga, Lubeka, Luneburgum, Francofurtum, Brema, Lipsia, Spira, Argentina, Friburgum, Augusta Vindelicorum, Tubinga, Heidelberga, Ratisbona, Vienna, Praga, Buda* &c, de quibus suis locis. Tot etiam ac tantis Germania (ut de Lacubus & Paludibus, quibus eam abundare frequentibus testantur Veteres, nihil dicam) irrigatur Fluminibus: ut etiam hac parte facile cum optimis regionibus certare possit. Hujus Fluviorum crebritatis caussam indicat Seneca lib. Natur. Quæstion. III, *At contra*, ait, *constat Germaniam Galliamque, & proxime ab his Italiam abundare rivis, & flumininibus; quia Cœlo humido utuntur, & ne æstate quidem Imbribus carent.* Fluvii autem Germaniæ celebriores sunt *Danubius, Rhenus, Amasis, Mœnus, Neccarus, Albis, Suevus, Visurgis, Vistula. Danubius* Ptolemæo & cęteris: *Ister* quoque Plinio & Straboni dicitur, hic horum nominum mutationem ponit ad ejus cataractas: ille ubi primum Illyrium alluit; Ptolemæus ad Axipolim urbem: Appianus ad Savi fluminis cum eo confluentiam: itaque ut superior pars *Danubius*; inferior vero *Ister* vocetur. Stephano Ματόας quondam dictus fuit: item *Danubis*, & *Danusis*: *Addubanus* nominatur apud Festum, nisi locus depravatus sit. Antiqua Numismata *Daunvius* legunt: *Done* & *Donaw* hodie appellatur, ab undarum sono & strepitu, ut habet Althamerus. Hunc secundum Nilum Amnium maximum qui in Mediterraneum pelagus fluunt, Sallustius scripsit: ac Fluviorum maximus Arriano lib. I de rebus gestis Alexandri dicitur. Oritur in silva Hercynia, in pago *Don Eschingen* ex terræ visceribus magna scaturigine ebulliens. Veteres vocant Montem, unde prodit Abnobam, quanquam itinere unius horæ, ut scribit Munsterus oculatus testis, nullus Mons ad scaturiginem ejus pertingit: sed effunditur copioso aquarum meatu & nunquam deficiente, ex colliculo quodam cujus eminentia vix habet, XV aut XVI Cubitos, id quod se diligenter lustrasse, addit. Hujus fontem Tiberius visendum sibi existimavit. Herodotus è Pyrenæis jugis oriri credidit, cujus fidem Aristoteles sequutus est II Meteorologicor. Pyrenæos istos Maginus ponit in Germania ut errorem excuset gravissimorum Scriptorum. Fonte suo prolapsus, divagatur in palustria, mox in alveum receptus & subinde allabentibus rivis auctior, multas gentes, Suevos, Pannonas, Dacos, Bulgaros adit, donec sexaginta amnibus receptis, medio numero navigabilibus in Mare Euxinum evolvitur, Ostiis ut Dionysius, Strabo, Herodotus prodiderunt, V: ut Plinius VI; ut Ammianus & Solinus VII: tanto impetu & undarum copia, ut XL Millium passuum longitudine, intra amaras Maris undas, dulcem exhibeat haustum quærentibus. *Et constat ab ultimis nostri finibus Maris, agminatim pariendi gratia petere Pisces*

Urbium nomina.

Flumina.

(Ammiani

(Ammiani verba sunt) *ut aquarum suavitate salubrius fœtum educant, nec intercipiantur* Super hunc fluvium Trajanus Nerva Pontem miri operis in Mœsia constructit, quem denuo Adrianus demolitus est, Dione Cassio referente. De Danubio Georgius Fabritius in quodam itinerario suo sic:—— *Ister,*

Qui centum populos & magnas alluit urbes,
Euxinum irrumpit bis terno flumine Pontum.

Nam in Mare tandem pleraque Flumina celebriora omnium terrarum deferuntur, quod etiam Ovid. lib. 11 x Metamorph. hoc versu prodidit: *In quo desinimus, sacri in quo currimus amnes.*

Rhenum secundo loco nominavi, ab Cæsare aliisque nobilitatum: hodie *Rhyn*. Hic è Lepontiis, ut Cæsar, ex Adula monte summarum Alpium brachio quodam, vulgo *Etzel* dicto, sicut Strabo & Ptolemæus voluerunt: è Rhetia, ut Claudianus, oritur. Rhenus autem initio ex Alpibus (ut sentiunt Strabo & Ptol.) sumpto, ab Orientali quidem earum parte ubi Adulæ Monti conjunguntur, populique Lepontii habitant, duobus nascitur Fontibus, unius, ut minimum, diei itinere, propter Montium juga distantibus. Altero magis Occiduo magisque Septentrionali, qui *anterior Rhenus* vulgo: altero magis Orientali magisque Australi, qui *Rhenus posterior* Adcolis dicitur. Hi tandem confluunt, & efficitur è duobus Fontibus tandem unus Rhenus, qui prope a capite duos efficit lacus *Acronium* sive *Constantiensem*, a Constantia ad eum sita, de quo in Helvetiæ descriptione: alterum *Venetum* hodie *Cellensem*, a Cella Opidulo, omnis generis Piscibus abundantem. Hinc conversus ad Occasum Opidum *Rhinfelden* alluit, eundemque tractum Basileam usque sequitur: ibi vero prorsus ad Septentrionem convertitur, donec Argentoratum attigerit: inde multas regiones interluens, urbibus multis lustratis, amnibus ubique magnis & exiguis receptis: *Spiram*, *Wormatiam*, & *Moguntiam*, altus admodum & tumidus pervenit. Hinc ad Occasum conversus *Bingium* alluit. Inde ad Cæciam vergens, termgo *Confluentia*, *Bonna* & *Colonia* relictis, demum circa initium agri Batavi (qui locus nunc Clivici juris est, & *Lobeco* vetusta arce & telonio nobilitatur) scindit se bifido cursu in diversa labens: quam divisionem eleganter Mamertinus *Divortium*, Frontinus *Divergium* amnis nominant, ille a divertendo, hic a vergendo in diversum. Apud Lobecum igitur bipartito cursum suum dividit, ita ut pars altera Rheni nomine appellata *Arenacum* recta petat urbem Gelriæ primariam. Inde non multum sinuosis meandris flexuosus *Vadam* properat. Abeo se flectit *Rhenam*, *Rinnes* Tacito nominatam: hinc *Batavodurum* decurrit. Inde Rhenus mutato nomine Lecca dici incipit, quondam rivulus elicis potius cognomento tunc dicendus: at nunc revera è rivo flumen factus. *Culenburgum* & *Vianam* præterlapsus, lustrataque *Schoonhovia*, in Merovam amnem, priusquam Mosæ nomen induat, se effundit. Pars Rheni altera ad lævam se flectit, & *Neomagum* urbem antiquam prætexit, urbisque mœnia areamque navalem radit, Vahalis jam nomine clarus: longo inde agmine *Tielam* pergit: istinc anfractuoso meatu *Bomelium* ad lævam relinquit: deinde nō procul Woricomio Mosam accipit, mox apud *Goricomium*, Lingæ amnis incredibili lenitate segnis, incremento auctus,

Merovæ

Merovæ nomen accipit, a Merovæorum arce: quam ubi præterierit, Durdrechtum nobiliſsimam ex urbe Inſulam prælabitur: demum receptis Lecca & Iſela Rheni brachiis, Iſelmondam præterfluens, ſub Roterodamo Moſa appellari incipit, ubi recedentibus latius terris, vaſto jam ore Sciedamum & Vlaerdingam ad dextrum latus relinquit, deinde Gervlietum Opidum & Brielam a læva præterlabitur, ibique mox Oceano miſcetur. *Amaſius* Ptol. *Amaſias* Strab. *Amiſia* Tacito, *Amiſius* Plinio & Pomponio, hodie *Eems*. Hic paullum infra Paderbornam Weſtphaliæ urbem Caput Fonteſve ſuos ducit, atque ad Cæciam converſus, Varendorpium, Grevam, Rhenam, Lingham perlabitur: inde Meppenum & Nebuiſum pergit: hinc in Septentrionalem Oceanum exiens apud Embdam Chaucorum minorum Emporium, nomen illi ſuum mutuatur, *Eems* dictus. Quartum locum tenet *Mœnus* Plinio, *Mœnis* Pomponio, *Menus* Ammiano: hodie *Meyn*. Hunc Regino Hiſtoricus, & ejus temporis Scriptores *Mogonum* vocant. Fortean *Julia* flumen eſt apud Velleium Paterculum. Niſi pro Iulia *Lupia* apud hunc legendum, ut Viri docti quidam ſuſpicantur. Oritur ex monte qui *der Fichtelbergh* dicitur, & Francofordiam, quæ inde ad Mœnum dicitur, Werthemiam, Herbipolin & Pabebergam præterlapſus, juxta Moguntiacum Rheno miſcetur: Germanoſque inferiores a ſuperioribus cis Rhenum diſpeſcit. Ejus litteræ Græco computo efficiunt CCCLXV, totidem quot ſunt in anno dies. Quintum in locum venit *Neccarus*, unde Vina Neccarina optima & laudatiſsima, antiquis *Nicer*, teſte Rhenano: fontes habet duarum pene horarum intervallo diſtantes a Danubio, lapſuſque per agrum Wirtebergicum Rheno recipitur ſupra Heidelbergam. *Albis* ſequitur ampliſsimum Germaniæ flumen, quod Suevos a Cheruſcis (ita enim legendum cenſet apud Vibium Sequeſtrum Iunius pro Cerveciis) dividit: Velleius Semnonum atque Hermundorum fines præterfluere teſtatur. Tacitus in Hermunduris Albin oriri flumen inclytum ſcribit, ac Conradus Celtes ex Hercynio inter Bohemos. Multas urbes claras præterlapſus tandem inter Chaucos minores & Cimbros Oceano inſinuatur. Hic eſt cujus in crepidine mulieris ſpecies humana amplior, Druſum compellans, pergere ulterius vetuit, Dione & Tranquillo referentibus. Barbari ſeculi Scriptores Latini *Albiam* vocant: Germanis *Elbe* dicitur. Bohemis vero apud quos originem ſumit, *Labe*. Nomen habere a numero indicat Fabritius in ſuis Rerum Miſnicarum libris, fontium nempe XI, ut Bohemi, ſive, ut Saxones dicunt, tot amnium influentium. Oritur enim, ut idem tradit, in tractu Hercyniæ ſilvæ, qui a Gigantibus nomen habet, vulgo *Riſenberg*, ex XI (quorum ſingula nomina adjicit) fontibus: qui tandem conflati, Albim fluvium conficiunt: *Elve* & *Elbe* Germanis XI ſignificante. *Suevus* ſeptimo loco eſt, quem alii *Viadrum* nominant, qui corrupta deflexaque voce *Odera* dicitur, quod ex Oderbergo monte cognomine fontes trahat ad Marcomanniam ſive Moraviam: qui multorum amnium acceſsione auctus Francofordiam Gymnaſio celebrem præterlabitur: tandem poſtquam hinc Stetinum Sidenorum ſedem, maritimum Emporium, illinc Caminum urbem Epiſcopalem prætexuit, ibi lacu ingenti effecto in Germanicum Oceanum eluctatur. Nam qui *Spream* (*de Spree*) (qui inter nobiliores quoque amnes habetur, & Brandenburgum inclytam Marchionum ſedem prætermeans, apud Haveloburgum in Albin decurrit) Suevum eſſe autumant, erroris comperti ſunt, quorum

è numero

è numero est Bilibaldus, qui in Oceanum abire Spream juxta Sundam maritimam urbem scribit. *Visurgis* sequitur, vulgo *de Weser* Variana clade nobilis, ut Paterculus ait, Dioni Σισυργῳ lib. 55. Hunc Ovid. *Iturgum* videtur appellasse eo versu, *Decolor infesta testis Iturgus aqua*: *Visurigis* Ptol. *Bisurgis* Straboni, *Visuris* in Adami Historia Ecclesiastica, *Vesatis* Sidonio. Hic ex Halsia venit, & juxta Mindensem, Werdensem, Gotingensem ac Bremensem Civitates præterlapsus, Veseræ nomine notior in Oceanum defertur. Vltimum *Vistulæ* dedi locum, sive *Istulæ*, quem etiam Bilibaldus *Vandalum* nominat. Hic Germaniæ terminus, quod ultra eum Sarmatiam Europęam Ptolemæus collocet: Iornandes Scythiam, qui Sarmaticis jugis decurrens, Cracoviam Polonici Regni Metropolim, alluit, auctuque Fluminum vastus in trina se fundit Ostia: hinc Gedanum (ea vox Heneto idiomate præsidium Danis objectum signat) nobilissimum Emporium Dantisci nomine notius: inde Elbingam Prutenici Borussorum Reguli Academiam: tertio Locstetum Opidum præterfluit, sicque trifido agmine in Venedicum sinum effunditur. Sunt & alii complures nobiles Fluvii, qui vel in Mare vel in grandiorem aliquem Fluvium deferuntur, quos ne prolixior sim, prætereo. Ad Mare quod a Germania Germanicum dicitur, transeo. Cum enim Germaniam universam hac descriptione exhibeamus, de Mari quoque ejus Littora alluente nonnulla subjicienda videntur. Cæterum cum de Mari universim fusius alibi, & proxime in generali Belgicæ descriptione egerimus: pauca de Æstu Maris, quæ loci angustia prohibiti ibi addere non potuimus, præfati: nonnulla Germanici Maris propria enumerabimus. Oceani Æstus excitare Lunam, causamque reciprocandi illi præbere, nunc constat inter omnes. Quemadmodum vero Luna varias in Motu vices sustinet, ita etiam dissimilibus vicibus agitantur Æstus. Nam Lunam sequentes bis inter duos ejus exortus adfluunt, bis refluunt, vicenis-quaternis semper horis: hoc est, Maria singulis diebus naturalibus bis inundant, bis recedunt: intumescentia, adscendente Luna supra Horizontem ortivum: relabentia vero, ipsa ab Meridiano fastigio in Occasum vergente: iterum exsurgentia, recedente subter ima cœli Luna, partemque meridianæ contrariam accedente: hinc subsidentia, donec iterum exoriatur. Vt item Luna non semper eodem tempore neque loco oritur: sed assidue aliunde, quam pridie, prodit: sic nec Æstus statis horis recurrunt, sed illo tantum tempore, quo ipsa iter facit per cœli cardines. Hoc etiam notandum, Lunam aliter Maria movere, quum plena: aliter, quum dimidiata. Major enim vis Lumini copioso, quam debili & velut exstincto. Nota nostratibus Plenilunii tempore vox, *Sprinckvloedt*, quasi Æstus altius solito exsiliens. Non minus vere, quam eleganter Agellius lib. XIV, Oceanum quasi Lunæ Comitem, cum ea simul & senescere, & adolescere solere, ait. Configurationes quoque nonnullius hic momenti. Luna enim, si Venerem, dicis gratia, in idoneo adspectu respiciat, & humidas percurrat mansiones, Accessum Maris pręter solitum auget: sin Martem & siccas permeet, minuit. Observanda & hic adscensio Signorum. Luna enim si fuerit in Signis Rectarum Adscensionum, longiore tempore producit Æstus: quam si in Obliquarum. Hoc namque animadversum viris magnis, nunquam Accessus Recessibus pares esse temporis duratione: nisi quum Luna in Signis Æquinoctia-

Mare.

noctialibus sine Latitudine. Neque hoc silentio prætereundum, alias Aquarum partes magis vi luminis & radiorum corporis Lunaris adfici, quam alias; vel ob rectitudinem radiorum, vel vim quandam aliam occultiorem. Quin & alia efficacia radios suos in Aquas demittit Luna, si Septentrionalis: alia, si Meridionalis: hic enim Accessus auget in Littoribus Meridianis: ibi in Septentrionalibus. Cæterum Æstus marini aliis aliisque locis manifestiores, obscurioresque aut pęne nulli sunt. Nam ut de nostro hoc Germanico Mari nonnihil dicamus: Certum est Æstus in eo vix ullos percipi, nisi quantum ventis concitatum nunc in hanc, nunc in illam partem undabundum rapitur: Coroque flante altius aliquando intumescit, neque usquam latius dominatur Mare, multum fluminum huc atque illuc ferens, nec littore tenus accrescit aut resorbetur, sed influit penitus atq; ambit. Cumque Hispanicus Atlanticusque Oceanus profunditatis pęne sit imperscrutabilis, ita ut demissa bolis ad CCC aut CCCC Orgyas necdum fundum pertingat: Germanicus tamen plerisque locis LX tantum cubitis depressus esse compertus est, aut vix usquam centum cubitorum altitudinem excedere, præterquam Norwegicis Littoribus nonnullis, ita in immensum abruptis profundisque, ut impervestigabilis censeantur profunditatis. Insuper & hoc memorandum, quod, quum reliqua Maria pęne omnia aquis constent amarissimis ac salsissimis, hoc nostrum Mare dulcibus potuq; haud omnino insuavibus undis conflatur: idq; ob divitem maximorum fluminum è Sarmaticis Montibus influxum: quodque Sol iis locis imbecillior videatur, quam ut id quod limpidius leviusque est aqueæ substantiæ, elevare queat: quam causam nonnulli adferunt præcipuam salsedinis in Mari. Quæ si sufficeret satisque esset idonea, *Amalchium* quoque & *Chronium mare* salsedinis expers foret, cujus contrarium contingit. Quare liquefactæ nives potius, dictique Fluvii è Sarmaticis Montibus profluentes, id Mare dulce limpidumque reddunt. Vnde illud quoque emergit, cur facilius reliqua Maria onerarias naves ponderibus maximis onustas sustineant, quam id de quo agimus. Solent quippe salsa Maria plus oneris ferre ob aquæ crassiorem substantiam: tenuitas siquidem levissimis ponderibus pervia est. Natatio quoque in hoc Mari facilior, quam in cæteris. Nauseam tamen navigantibus contingere solitam, vomitumque excitat majorem, ob vehementiores motus, quibus modo ad æthera usque attolli, modo in imum usque infernum deprimi videtur. Varias hoc Mare pro locorum varietate sortitur appellationes. Dicitur enim *Oceanus Germanicus* a vicina quam alluit Germania: & a Gallico Britannicoque qui Occidentalis est in Orientem Sarmatiam usque porrigitur. Dicitur & *Mare Septentrionale*, *Arctöum*, *Cimbricum*, *Balthicum*, *Codanium*, *Suevicum*, *Vandalicum*, *Scythicum*, *Sarmaticum* &c. Atque hæc de Mari pro hujus loci angustia paucis sint dicta. Non desunt Germaniæ Montes, inter quos nominatissimi sunt: *Rolbergus*, *Mons Isidis*, *Melibocus*, *Pinifer*, *Hessus*, *Ostbergus*, *Senus*, *Suevus*, *Pavonis*, *Rheticus*, *Sprulius*, *Vocetius*, *Vosagus*. Sunt & Silvæ plurimæ, longe autem maxima *Hercynia*. *Silvæ Hercyniæ* optimi & maximi quique autores cum Latini, tum Græci meminere: Pomponius Mela qui eadem fere cum Cæsare disserit: Strabo lib. VII aliquantum diversa: Plinius item multis in locis. Ejus cum sint haud dubie lata cornua, & varii tractus, ipsa tamen intra Germaniam, quod ad Occasum & Meridiē attinet, continetur. Ideoq; Arduēnam Silvam utillius partem neutiquam adnumeraverim, inquit Glareanus, quod quidam nostra ætate temere fecere. Cæsar lib. VI Com. de bel. Gal. scribit LX dierū spacio extēdi, secundum

Altitudo.

Montes.

Silvæ.

secundum latitudinem autem novem dierum iter expedito patere. Adsciscit sibi hac nostra ætate varia nomina: alicubi enim *Nigra Silva* a Pinuum immensa vi, *Der Schwarts Wald*: alicubi *Ottonis* a venationibus Imperatoris Ottonis in illa Silvæ parte frequentibus: a populis etiam, quos adit, nomina mutuatur, unde *Thuringica* & *Bohemica* dicitur. Apud solos autem Cheruscos hactenus constanter retinet nomen suum vetus, veteribus Græcis atque Latinis Scriptoribus celebratum Hercyniæ Silvæ, *Der Hartz Wald*, a resina: *Hartz* enim vocant resinam & Galli & Germani. Meminit hujus Silvæ etiam Pandulphus Collenutius Pisaurienſis in descriptione Germaniæ, his verbis: *Silva Hercynia ad Dacos & Getas diversa sibi nomina sumens defertur, donec ad extremos Tartaros perveniat, ubi obscuræ silvæ nomen accipit, ignotisque finibus, itineribusque impervia, & ob Ferarum immanitatem, & monstrificos Faunorum terrores penitus inaccessa.* Sed de his satis, ad alia pergo. Sequuntur Opera publica & privata inter quæ, ut infinita prætream: Templum Argentoratense celeberrimum elegantissima structura, præcelsa Turri conspicuum nequaquam silentio prætereundum. Inter totius enim universi Miracula, non immerito octavum obtinet locum. Cœptum est autem augustissimū hoc Templū jactis fundamentis ædificari anno Christi CIↃ XV. Anno autē Domini CIↃ CCLXXVII sub Episcopo Conrado a Liechtenberg, Erkuinus a Steinbach Architectus Turrim exstruere cœpit, opus nobile & ingens, cujus simile nec in Germania, neq; in Italia aut Gallia reperitur: quæ XXVII annis fere usque ad fastigium consummata. Hæc ab ipsis fundamentis usque ad supremum culmen quadris & pulchre figuratis lapidibus est erecta. Vbique aëri & vento est pervia, patetq; ascensus ejus quatuor cochleis. Vbi vero crassities ejus in fastigium incipit acuminari, ibi octo consurgunt cochleæ. Supremus nodus, qui inferius vix modii magnitudinem habere videtur, tantus est, ut capacitas ejus recipiat quinque aut sex homines. Longitudo ejus habet pedes Geometricos IↃLXXIV. Est & Horologium artificiosissimum atque inprimis admirandum. Et ad Statum Ecclesiasticum Germaniæ quod attinet, Archiepiscopatus VII per Germanicum Imperium numerantur, quorum provinciæ, excepta Livonia, sub hoc titulo describentur. Sunt autem *Moguntinus Mentz*, cui XII subsunt suffraganei, *Curia Chur, Constantia Costnitz, Argentina Strasburg, Spira, Wormacia, Herbipolis Wurtzburg, Augusta Ausburg, Aystett, Hildesheim, Paderborn, Halberstatt, Ferden. Colonienſis Colen*, V habens suffraganeos, qui sunt *Monasterienſis* olim *Mimigardevordenſis, Trajectenſis Utrecht, Leodienſis* olim *Tungrenſis, Mindenſis Minden, Osnaburgenſis, Osenbrug. Trevirenſis Trier*, cui III suffragātur, qui sunt *Metenſis Metz, Tullenſis Toul*, in Lotharingia & *Verdunenſis Verdun*. *Magdeburgenſis Meydburg*, Primas Germaniæ cui subsunt IV, *Morsenburgenſis Morsburg, Naumburgenſis Naumburg*, sive *Ciczenſis*, aut *Mamillenſis, Brandeburgenſis & Havelburgenſis. Salisburgenſis Saltzburg*, IX habet sub se Episcopos, qui sunt, *Tridentinus Trent, Brixienſis, Patavienſis Passaw, Frisingenſis, Viennenſis Vienna, Sekovienſis Seckaw, Gurcenſis Gurcx, Laventinenſis Lavenmund, Chiemenſis Chiemse. Bremenſis* cui VI sunt suffraganei, *Lubecenſis, Sucrinenſis, Lebussinenſis Lebus, Schlesvicenſis, Ratzenburgenſis, Hamburgenſis* olim Archiepiscopus. *Rigenſis Riga*, habet IV sub se, qui sunt, *Revalienſis Revel, Curienſis, Oeselienſis Oesel, Derptenſis*. Liberi & exempti Episcopi sunt *Misnenſis, Babenbergenſis Bamberg & Ratisponenſis*. Academias Merc. numerat *Basilienſem, Colonienſem, Dillingenſem, Moguntinenſem, Marpurgenſem, Lipsienſem, Ingolstadienſem, Heidelbergenſem, Gripswaldenſem, Fribur-*

Opera publica.

Status Ecclesiasticus.

Scholæ.

Friburgenſem Friburg Briſgoiæ, *Francofurtenſem* ad Oderam, *Erphordenſem*, *Pragenſem*, *Roſtochienſem*, *Coningſbergenſem*, *Trevirenſem*, *Tubingenſem*, *Viennenſem*, *Breſlavienſem*, *Wirtembergenſem* & *Herbipolenſem*: ex quibus tanquam ex multis Equis Trojanis innumeri viri eruditiſsimi exierunt. Teſtantur id permulti, omnium artium genere inſtructiſsimi: teſtantur Linguarum Græcæ, Latinæ, Hebraicæ peritiſsimi: hic diſerti Oratores, hic acuti diſputatores, hic abſoluti Arithmetici, hic Aſtronomi exactiſsimi inveniuntur: Geometras vero nulla Europæ vel Orbis Regio magis conſummatos dabit. Taceo Medicinæ accuratam cognitionem, atque alia id genus. *Studiis celebres viri.*

Nunc ad Mores venio. Germanis in univerſum ab auctoribus corporum moles & firmitas tribuitur. Truces & cœrulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valida, a Tacito; Immanes vocant Hegeſippus & Plinius; Truces & Feroces Sidonius; Superbos Pauſanias & Caſsiodorus; Immites Appianus; Barbari, Perfidi & Simulatores dicuntur a Cæſare: in ſumma feritate Verſutiſsimi, natique mendacio, a Paterculo. Sincerius qui inter hos vixit Tacitus, dicit milites hujus atrociſsimos & lætam bello gentem, ſed minime aſtutam nec callidam: aperientem ſecreta pectoris, atque detectam omnium mentem, & fidei commiſſæ patientiorem. Idem Iulianus Imp. in Miſopogone dicit ſe experientia didiciſſe gentem eſſe quæ adulari neſciat, ſed libere ac ſimpliciter cum omnibus vivere. Natura temperatos & placidos moribus hos eſſe docet, ex regionis quam incolunt qualitate, Ptol. 11 Quadrip. Quod ad Religionem attinet, qua mentes hominum velut illigantur tenenturque præſumpto Numinis metu. Germani *Sacrificiis*, ut ſcribit Cæſar, *non ſtudent: Deorum numero eos ſolos ducunt quos cernunt & quorum opibus aperte juvantur: Solem & Vulcanum & Lunam*. Poſtea tamen, ut patet ex Tacito qui vixit ſub Imp. Nerva, ſibi alios quoque Deos adſcivere: ut Mercurium, Herculem, Martem, Iſidem & Matrem Deorum: item Alcim quendam. Idem Tacitus addit, hic quoque Velledam & Auriniam loco numinis fuiſſe. Tanfanæ templi apud hos quoque meminit dictus Tacitus, qui & Suevos Terram Matrem colere ait, quam *Aertham* (ut legit Lipſius) vocant, ut hactenus, *Aerde*. At his nulla ſimulachra. Sacras quaſdam mulieres, quas Fatidicas Tacitus, Vates vocant Agathias & Polyœnus, eos etiam habuiſſe, docet Plutarchus, & ex eo Clemens Alexandrinus: quæ ex fluviorum ſonitu, vorticibus, ac circumvolutionibus futura prædicebant. Ælianus eos etiam per Aves, viſcera, ſigna & omina, futura prædicere, annotavit. Maxime vero Mercurium ſive Teutatem coluerunt, ab humanis non abſtinendo hoſtiis, teſte Tacito. In pace nullus communis erat Magiſtratus, tempore autem belli qui ei præeſſent deligebantur. Omnis vita in ſtudiis rei militaris: neque Latrocinia ullam habere infamiam apud Cæſarem legimus. Et ut placet Senecæ, armorum illis una cura: his innaſcuntur, his innutriuntur. Si Patria, teſte Tacito, longa pace torpeat, eas nationes ultro petunt, quæ bellum aliquod gerunt. Conducunt matres, pignora & uxores, quę pugnantibus hortamina & cibos geſtãt: nec plagas exſugere pavent. Prælium cantu, ſono armorum, tripudiiſque incipiunt. Scutum in eo reliquiſſe, præcipuum flagitium: ita ut multi ex bello ſuperſtites, infamiam laqueo finierint. Hos fluvios tranare, ajunt Dion & Herodotus: levitas enim armorum & proceritas corporum, eos teſte Tacito attollit. Eos mortis contemptores, *Mores.*

perſuaſione

perſuaſione futuri in vitam reditus, apud Appianum legimus. Severa his matrimonia, ſingulis uxoribus contenti ſunt: exceptis admodum paucis, qui non libidine, ſed ob Nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. Paucissima adulteria: quorum pœna præſens hæc: acciſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo Maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Sic Tacitus. Sua quemque mater uberibus alit, neque ancillis & nutricibus delegantur. *Hoſpites violare* (inquit Cæſar) *fas non putant, qui quaque de cauſa ad eos venerunt, ab injuria prohibent ſanctoſque habent: iis omnium domus patent victuſque communicatur.* *Nemo apud Germanos*, inquit Tacitus, *vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi, ſeculum vocatur. Pluſque ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.* *Victus.* *Major pars victus eorum*, Cæſare memorante, *in lacte & caſeo & carne conſiſtit.* Non alia pulte quam ex avena vivere, Plinius teſtis eſt: in egeſtate crudis contentos, Appianus. Crudis etiam carnibus veſci, addit Mela. In prandio, auctore Athenæo, adferunt carnem membratim aſſam, & ſuperbibunt Lac Vinumque merum. Cibi ſimplices, recens Fera, agreſtia Poma, aut Lac concretum. Potus, humor ex hordeo aut frumento eſt, Tacito. *Veſtitus.* Neque ulla gens in hoſpitiis aut convictibus effuſius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur. Sed, ut nemo ſine vitio naſcitur, diemque noctemque continuare potando, nulli probrum. Quod ad veſtitum, *Tegumen*, inquit Tacitus, *omnibus Sagum, fibula, aut ſi deſit, ſpina conſertum*, qua refixa refibulatave diffluebat de humeris ſagum. Idem Germanos non fluitante veſte, ſed ſtricta artuſque ſingulos prope exprimente & quaſi corpori aſſuta, dicit fuiſſe uſos, qualem & Francis dat Sidonius oculatus teſtis. Idem Fœminis habitus qui & Viris. Tunicæ erant illis ſtriatæ, ruſticis etiamnum apud nos alibi uſitatæ: Ferarumque pelles in honore & uſu fuere. Quondam etiam Germani corpore quidem robuſtiſsimi, animo vero rudes & ad artes inepti fuere. *Opificia.* Nunc vero omnis generis opificia ſtudioſe & cum laude exercent: & (ut vulgares omittam) ſpecta æris fundendi cudendique peritiam, ſpecta metallorum tractandorum ſcientiam & ſimiles Artes. Hæc primum machinas tormentaque ahenea invenit, prima Typographiam noſtro Orbi dedit: prima horologiorum confectionem demonſtravit: denique ita Germania omnium Artium aſylum facta eſt, ut nullam elegantiorem ſcientiam admiſerit aut artem, quam non exornarit, auxerit, poliverit, multas vero ipſa invenerit. Larga etiam manu confinalibus ſuis aliiſque remotioribus populis ſubminiſtrat, Vina præſtantiſsima, Aurum, Argentum, *Mercimonia.* Cuprum, Stannum, Plumbum, Argentum vivum, Vitriolum, Alumen, Colores pictorum varios, Lamellas, Frumentum, cunctaque Fabrilia ex Ferro & Cupro aliaſque Merces.

HActenus in genere Germaniam descripsi: postulat Methodus, ut speciatim & per partes eam perambulem: earum omnium, quo ordine a Mercatore proponuntur, delineationem, quam potero fidelissime, proponam. Offert se primo loco Frisia Occidentalis.

Regio & unde dicta.

Frisiam a Phrygia genitali patria dictam, sunt qui scribunt; alii a gelu extremo, quo ditio rigeat, nomen derivant. Abbas Spanheymus auctoritate Hunibaldi, teterrimi historicæ veritatis corruptoris, à Friso Clodionis criniti Francorum Regis filio nomen accepisse fabulatur, quasi non multis ante sæculis Plin. ac Tacitus illo nomine eos noverint. Hadrianus Iunius ad libertatem, cujus studio semper flagrarunt, nominis fontes referendos existimat. *Frisii* autem gens antiquissima Germanorum, Romanis ob bellicas virtutes nota, nomen nunquam mutavit. Hi Tacito duplices, Majores scilicet & minores. *Majoribus, inquit, minoribusque Frisiis vocabulum est ex modo virium, utræque nationes usque ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntque immensos lacus & Romanis classibus navigatos.* Majores Tacito sunt *Oostfrisii* proprie dicti, non ii qui hodie illud sibi nomen usurpant Embdani, hi enim sunt Chauci minores; sed ii in quibus numerantur Stauria, Sneca, Franicum, Harlinga Opida & Leovardia. Similiter *Westfrisii* qui in extrema Hollandiæ ora *Northollandi* appellantur, suntque continui Caninefatibus ex descriptione Pliniana: hæ namque duæ Frisiorum nationes usque ad Oceanum Rheno prætexuntur. Hodie vero dividitur Frisia Amisi fluvio in Occidentalem & Orientalem. *Frisia Occidentalis* sive *Westfrisia* a positu Orbis, sic hodie nuncupata quam hic ob oculos ponimus, Frisiæ nomen quasi proprium sibi antiquissimo jure vendicat, semperque præstantior fuit habita. Eam a plaga mundi Occidua, & a Septentrione Oceanus ambit & littora pulsat: a Meridie Sinu amplissimo, vulgo *Zuyder-Zee*, Trans-Isalanaque Provincia terminatur: ab Ortu Solis Amisi Fluvio præterxitur qui eam a Busactoris Westphalisque discriminat. Aër utcunque salubris est, nisi quantum paludum exhalatione inficitur, quanquam & id labis ventorum beneficio expurgatur. Estque hac tempestate Frisia Occidentalis regio longe maxima parte palustris, solo depressiore ac demerso plerisque locis, non in novum modo sed in adultum quoque ver: atque ob hanc aquarum multitudinem, Frumenti parum ferax. Inundationes enim annuæ, quæ præterquam quod mature accedant, tarde etiam recedunt, sementem aut extinguerent, aut per agros omnes dissiparent. Sunt tamen hic uberrima saginando Pecori ubique pascua, quorum bonitate cum aliis certare & verticem attollere Frisiis licet, unde præcipui reditus ac proventus existunt: siquidem è Caseis & Butyro, quæ exportantur in externa loca, in singulos annos quantum emolumentum ad Incolas redeat, dictu vix credibile videatur, præter ea quæ in quotidianum alimentum cedunt. Tot illa Boum armentis abundat, tam læta Vaccarum parens ac nutrix est. Equos etiam generosos, & præstantes producit. Silvas vero etiam si alicubi habeat, haud suppetit tamen tanta lignorum copia, quæ Martialis Flaccique votis responsura, perennem & larga manu exstructum focum onerare possit. Verum provida rerum parens Natura

Frisia Occidentalis.

Situs.

Cœli temperies.

Soli qualitas.


Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
MARE GERMANICUM
Emden
Com. pars
Emden
Duetel
Die Eems
Groeninger Wadt
Groeninger diep
Dat olde Groeninger diep
Dat Wadt
Bildt
Westergoe
Oostergoe
Groeninger landt
Den Dullart
Die Drent
OVER
YSSEL.
Die Seuenwolde
Westerwold
Op die Bretaing
Milliaria Germanica
FRISIA occidenta.

74.

Natura alia via Frisiis, ut & Hollandis, aftatim prospexit, qua inopiam lignorum levarent, & quidem melius quam nonnullis inter Scythas populis, qui lignorum egentes, ossibus ignes alere scribuntur; nimirum fossitio cespite, qui è terræ fodinis erutus, sole excoctus, ventoque arefactus, igni alimentum obvium, minimeque contemnendum præbet, estque tuendo igini fomes, quam Promethea illa ferula, paratior. Hujus tam copiosa materia & luxuries in lucem profertur, ut non tantum Incolis abunde sufficiat, sed & vicinis regionibus iis subvenire queant. Materiæ hujus cespititiæ plura sunt genera, quæ colore, levitate & pondere materiæ, adhæc cineris, quo se obruit, bonitate & candore, differunt atque examinantur. Primum genus vile est, rarum, inane, fungosum, valde leve, color illi impluviatus, qui rubiginem parietum è pluviæ defluxu natam mentitur: quod genus deterrimum est, neque usui Civium expetitum; servit fere cortinis cervisiariorum inflammandis & concoquendis: quod accensum vultus è vivido colore plumbeos, cadaverosos, larvisque asimiles homines facit, tetramque exahalat mephitim: quo odore non raro etiam animi defectus (uti præsentius in bituminosis carbonibus fit) conciliatur, quem sal insperfus tollit. Alterum densius est, furvum, segmentis virgultorum intermeantibus & palustribus cannis interciſum, gravitate mediocri, promiscui usus. Tertium ponderosum, laterum coctilium duritiem quandam imitans, quod cæteris natatu fluitantibus solum subsidit aquæ immersum, tardeque ignem concipit, sed conceptum diutissime continet, cinereum colore, sabulosoque solo effossum. Est & quod è salsuginosa terra conformatur in glebas, Zelandiæ domesticum, *Dariam* vulgus vocat. Præter hæc est quod verriculis è fundo aquæ extractum pingui luto constat, quæ materia in lacus quosdam quadratos, ubi aqua prius redundans diffluxerit, affunditur & complanatur, postea arefacta in metas rariores aggeratur, ut vento perflatæ solique penetrabiliores ad usum durentur. Habent & inopes rusticorum familiæ inter Cisrhenanos Frisios peculiare cespitum genus in tessellas, prius dictorum more conformatum, fimo bibulo constans, interspersis straminis, arundinum, fœni quisquiliis, ad solem æstivum excocto: sed cujus fumus infesta acrimonia sic urit oculos, ut lippitudinem facile conciliet. Frisia hæc olim Regio Diademate claruit, ad Caroli Magni usque tempora: a cujus obitu variis agitata fuit molestiis, tametsi & ante quoque ejusdem tempora durissimum Danorum & Norwegianorum senserit imperium. Tandem vero sub Carolo v Cæsare, Principe vere pacifico, halcyonios dies est adepta. Vrbes hujus Frisiæ sunt numero XII. *Leovardia*, *Leuwarden*, totius Frisiæ est Caput, urbs opulenta, & uti privatis Civium domiciliis decenter ornata ita aquarum ambitu, foveis & prævalida Arce, contra hostiles insultus egregie munita. Curiam habet Iudicialem, & Frisiæ Cancellariam, a cujus tribunali nulla ulterius permittitur appellatio. Huic vicinum est *Zuichemum*, patria Viglii. *Doccum* duobus inde milliaribus distat, agrum habet fertilem, pascua læta. Abest a Sinu Maris uno milliari. paruit olim Geldris. *Sneca* in Comitatu Westergoyensi tribus a Leovardia milliaribus loco humili & aquoso sita est, quo fit ut Segetem ager non ferat, pascuis sit lætissimus. Vrbs tota recens, vix ante ducentos annos donata jure civitatis: progressu tamen temporis in tantum crevit, ut nulli nunc totius Frisiæ urbi concedat. Bonorum ingeniorum alumna diu fuit: in hac natus est & educa-

Imperium majorum.

Urbes.

tus

tus Ioachimus Hopperus, non patriæ tantum Civitatis, sed Frisiæ etiam totius, atque adeo Belgicæ dum vixit, lumen & ornamentum. In eadem orti Petrus a Fritema I.C. Albertus Hero Philosophus & Theologus, aliique complures. *Stauria*, *Staveren*, in Littore maris Australis porrecta jacet: Ager finitimus planus est, fossis multis & paludibus intercisus. Hodie nihil magnificum habet Civitas, præter Arcem validam Portui Maris imminentem, cujus fundamenta jacta sunt a Georgio Schenck Frisiæ Gubernatore, nomine Caroli v anno CIↃIↃXXIV; ut Burgundi eo opportune possent militem & commeatum bello necessarium ex vicinis Hollandiæ Civitatibus transmittere. Plinius incolas videtur *Sturios* appellare lib. IV cap. XV. *Harlinga* ad fauces Maris Australis sita, unico milliari a Franico, agrum habet fertilem, Arcemque contra hostium impetus bene munitam, Portumque loci situ oportunum: nam venientibus ex Septentrionali Frisia & Germania Orientali primam commodamque stationem offert: quocirca plurimi eo confluxerunt, loci commoditate illecti, exque varia ista confluge hominum Civitas vehementer aucta est. *Franicum* a Francis denominationem sortitum, patria est Ioannis Vlpii trium linguarum peritissimi. Gymnasium publicum habet. Sunt præterea *Damma*, *Bolswardum*, *Ilsta*, *Sloten*, *Worchum*, *Hindelopen*. Insulæ Frisiorum plures sunt; præcipua vero est *Schellingana*, nobilis Canum marinorum venatione, qui in littore apricantes, saltu incondito rusticorum varie vestitorum longius protrahuntur, protracti dum mare repetunt, capiuntur dispositis in eam rem retibus. *Westfrisiæ* solet adcenseri *Groeninga*, Frisiis finitima, quæ sola cum suo territorio quod vocant *Ommelanden*, Provinciam constituit. Patria hæc fuit Rodolphi Agricolæ Viri suo seculo doctissimi.

Eidem civitati originem acceptam referunt Wesselus sive Basilius, & Reinerus Predinius Theologi & Philosophi celebres. Frisiæ solum lacubus ac paludibus frequentibus abundat (ut supra diximus) ac fluminibus rigatur *Laubaco* (qui aliis *Lavica* & *Labola*, hodie *Lauwers*) & *Amisi*. Habet & a Meridie Sinum longe amplissimum, quem hodie *Zuyder-Zee*, velut Australe fretum, quod in Meridiem vergat, nuncupamus. *Lacus.* *Flumina.* *Mare.*

Status vero Politicus Frisiæ tres habet partes principales, quæ sunt: *Oestergouw* Comitatus, cujus Metropolis *Leovardia*, & dividitur in *Grieteneyen*, id est Præfecturas has: *Leewarderadeel*, in qua *Leovardia*; *Tietzerckstêrdeel* in qua *Tietzarck*; *Ydarderdeel*, in qua *Ydaert*; *Rauwerderahem*, in qua *Rauwart*; *Ferwerderadeel*, in qua *Ferwert*; *Dongerdeel*, in qua *Wetzens*; *Dantummedeel*, in qua *Dantumma Wolt*; *Acht Kerspelen*, in qua *Suyrhusum*; *Colmerlandt*, in qua *Collum*; *Vesterlandt*, in qua *Beetz*; *Smalingerlandt*, in qua fuit *Smalingerlee* Abbatia Ordinis S. Benedicti. *Westergouw* Comitatus, in quo sunt *Grieteneyen*, *Wonseradeel*, in qua *Witmarssum*; *Franickeradeel*, in qua *Franicker*; *Banadeel*, in qua *Mimersgae*; *Meynaldummadeel*, in qua *Meynaldum*; *Baerderadeel*, in qua *Baerdt*; *Hennarderadeel*, in qua *Hennaert*; *Weynbritzeradeel*, in qua *Gawe*; *Gheesterlandt*, in qua *Wickel*. *Sevenwolden* Comit. in quo sunt *Grieteneyen*, *Donyewerstal*, in qua *Donigae*; *Lemster Vysgae*, in qua *Lemmer*; *Aenghewert*, in qua *Cathrybandt*; *Schotterlandt*, in qua *Nye* & *Olde Schotten*; *Wittingerdeel*, in qua *Olde-horn*; *Hasscher Vysgae*, in qua *Hasscherhorn*. Tota autem Frisia Occidentalis cum Groeningensibus Episcopo Trajectensi solebat subesse.

Comitatus Embdanus & Oldenburgenſis.

Regio & unde dicta.

SEquuntur in hac Tabula Comitatus duo, Membra Imperii in Circulo VII Weſtfalico, *Embdanus & Oldenburgenſis*: eos nunc ordine deſcribamus. *Comitatus Embdanus* appellationem ab Vrbe primaria habet: nunc etiam *Friſia Orientalis* dicitur: non aliam, ut videtur, ob cauſſam, quam quod Friſiis conterminatur. Non enim locum hunc *Friſii* olim, ſed *Chauci* tenuere, quos duplices commemorant Plinius & Ptolemæus, Majores & Minores. Majores ſunt qui Bremenſem Epiſcopatum incolunt: Minores ſunt Embdani & Oldenburgenſes. Siquidem inter Amiſim & Viſurgim etiam Ptolemæus ſedes illis conſtituit: cujus verba ſunt, *Cauchi Minores ad Viſurgin amnem extenduntur, at Majores Cauchi ad Albin uſque.* Chaucos autem ita deſcribit Plinius lib. XVI cap. I. *Sunt vero & in Septentrione viſæ nobis gentes Chaucorum, qui majores minoreſque appellantur. Vaſto ibi meatu, bis dierum noctiumque ſingularum intervallis effuſus in immenſum aguur Oceanus, æternam operiens rerum Naturæ controverſiam, dubiumque, terræ ſit, an in parte maris. Illic miſera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia ſtructa manibus, ad experimenta altiſſimi æſtus, caſis ita impoſitis, navigantibus ſimilis quum integant aquæ circumdatæ, naufragis vero, quum receſſerint, fugienteſque cum mari piſces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, ut finitimis, ne cum Feris quidem dimicare contingit: omni procul abacto frutice. Ulva & paluſtri junco funes nectunt, ad prætexenda piſcibus retia, captumque manibus lutum ventis magis quam Sole ſiccantes, terra cibos, & rigentis Septentrione viſcera ſua urunt. Potus iis non niſi ex imbre ſervato ſcrobibus in veſtibulo domus.* Hæc olim Chaucorum facies. Ea nunc quantum ab illa mutata eſt? Hodie enim, quænam terra uberius præbet Mortalibus alimenta? non Incolis modo, ſed vicinis, aliiſque exteris? At olim quam informis, quam triſtis cultu, adſpectuque, quam miſera Incolarum habitatio? Non Frumenti, non aliarum Frugum mentionem facit Plinius: jam ubi major ubertas? Frugiferarum arborum olim impatiens? nunc omne fere genus arborum producit. Non Pecudem habebant, non lacte alebantur; ubi major jam copia, & quis potior cibus? Agrum ſiquidem planum, & paſcuis fœcundum, Naturæ beneficio obtinent, cujus quidem quam glutinoſæ & pingues ſint glebæ, quam læta paſcua, quam numeroſi Armentorum & Pecudum greges, vix verbis explicari poteſt. Docet id exquiſiti, delicatique ſaporis Butyri & Caſei ad miraculum uſque copia, quæ uberrimo incolarum quæſtu & emolumento maximo ad varias regiones & per univerſam Germaniam defertur. Quinetiam non obſcure id comprobant pingues & ſupra vulgarem magnitudinem Boves, quorum aliquot myriades in paſcuis paſsim oberrare videntur, qui ſoli graminumque beneficio adeo impingueſcunt, ut exteræ etiam nationes iis potiſsimũ delectentur. Poſtremo ſi cum Feris non dimicarint: hodie aliter docet crebra Nobilium venatio. Eſt ergo ſolum hujus tractus hodie adeo dives, ut regionũ vicinarum ope indigere minime videatur; imo multis uſque adeo abundat, ut Equis, Bobus, Pecore, Carnibus porcinis, Lana, Butyro, Caſeo, Hordeo, Avena, Frumento, Fabis & Piſis, itẽ Sale, ut eorum quotannis magnã copiam larga manu Confinalibus ſuis aliiſq; remotioribus Populis communicet.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Porro


EMDEN et oldenbor
GERMA NI
CUM
MARE
Miliaria Germaniæ
Wanger
Wangeroge
Ackum
Langeroghe
Ossenbal
Accrie
Buti ada
Equarte
Stadtlu
Nuwe Cloister
Lee
Die Geist
Elm
Au
Olde Luriembergen
Lun
Ackstede
Beuerstede
Stotel
Ouelgunne
Nesse
Oestorp
Barmstede
Drepta flu
Scharincke
Hagen
Santstede
Vellerstnde
Meyenborch
Reken
Penningbuttel
Ridderwordt
Rastede
Berue
Demstede
Waerstliet
Ochtum
Surbroeck
Terburg
Bremen
Wester
Au
Indoorer
Delmenhorst
Nierstede
Ritterumolē
Epener
Herpstede
Grootcelte
Wilshuysen
Stedingen
Woest Landt
Wardenburg
Tatymoler
Westerburg
Littel
Holte
Knethen
Daben
Lohe
Campen
Fries Ochten
COMIT.
Oldenborch
Wester Tor
Cluys
Etzhorn
Kelle
Linderen
Nortloe
Capelle
Wester Ledle
Drayenburch
Brehorne
Petel
Cluys
Dekehusen
Husweyen
Nyebrouk
Mömekehof
Rima
Ouelgunne
Oldenborch
Herstein
Vreburg
Eisel
Godense
Abbetsoven
Middelsum
Broksetel
Witmunde
Hoze
Opzeel
Sandel
Wiseels
Fever
Oppum
Valscheburtum
Dickum
Boesterdiep
Bant
Griet
Hanswerum
Campē
Alant
Bro
Aurick
Basstede
Holtdorp
Ripp
Ylum
Oldendorp
Barthe
Lengerum
Marcus
Hoyels
Ingerōne
Ienlet
Ekel
Westlaren
Norden
Oostel
Neß
Emden
Knock
Watum
Holtwirde
Delfzyl
Borssum
Moer
Hesd mer
Alnen
Rhey
Hassel
Ter
Temerdum
Lutkewol
Stichusen
Dreven
Wyner
Oueral
Wedde
Vlachwedde
Ouste wedde
Vriesloo
Occidē
Frisiæ
Rars
Dam
Reyde
Emse flu
Dullart
Noorbroeck
Berte
Hamme
Saderland
Schatsloo
Opdiewater
Dyp
Borp
Meridies
Septen
Die Lade
Ostringia
Lade flu
Lade
Wa ger
Watvart
Tarnegeshuss
Oldenborch
Dwens
Eisinkius
Ber
Oosterbus
Ezes
Burmonde
Wirpels
Wester bolte
Westerzande
Ylum
Nortmore
Bazley
Lindeven
Wester Ledle
Wester Tor
Cluys
Etzhorn
Kelle
Demstede
Oldenborch
Wachtel
Tatymoler
Wardenburg
Westerburg
Littel
Holte
Knethen
Daben
Lohe
Campen
Fries Ochten
Wachtel
Fello
Wyner
Lutkewol
Stichusen
Dreven
Hube
Temerdum
Ter
Hassel
Rhey
Moer
Hesd mer
Alnen
Borssum
Emden
Knock
Watum
Holtwirde
Delfzyl
Dam
Reyde
Emse flu
Dullart
Noorbroeck
Berte
Frisiæ
Occidē
Vriesloo
Wedde
Vlachwedde
Ouste wedde
Hamme
Saderland
Schatsloo
Opdiewater
Dyp
Borp
Oueral
nen
Lant der
Oldenborch
Oldendorp
Barthe
Lengerum
Marcus
Hoyels
Holtdorp
Ripp
Ylum
Basstede
Aurick
Bro
Alant
Campē
Ingerōne
Ienlet
Ekel
Westlaren
Norden
Oostel
Neß
Griet
Hanswerum
Bant
Boesterdiep
Oppum
Valscheburtum
Dickum
Ezes
Oosterbus
Ber
Eisinkius
Tarnegeshuss
Oldenborch
Wa ger
Watvart
Burmonde
Wirpels
Fever
Sandel
Witmunde
Hoze
Opzeel
Middelsum
Broksetel
Herstein
Vreburg
Eisel
Godense
Abbetsoven
Ostringia
Rostruysen
Sicke
Lade flu
Lade
Dwens
Lā t
Die Lade
Rima
Ouelgunne
Oldenborch
Brehorne
Petel
Cluys
Dekehusen
Husweyen
Nyebrouk
Mömekehof
Drayenburch
Wester Ledle
Wester Tor
Cluys
Etzhorn
Kelle
Linderen
Nortloe
Capelle
Wester Ledle
Rastede
Ridderwordt
Berue
Demstede
Waerstliet
Surbroeck
Ochtum
Terburg
Bremen
Wester
Au
Indoorer
Delmenhorst
Nierstede
Ritterumolē
Epener
Herpstede
Grootcelte
Wilshuysen
Stedingen
Woest Landt
Wardenburg
Tatymoler

Porro *Fredericus* Imperator ejus nominis III anno CIↃ CCCCLXV cum variis Præfecturis hæc Provincia regeretur, Comitatus titulo auxit, totamque *Udalricho* cuidam attribuit. Inde ad noſtrum hoc uſque ævum continuo Comites ſuos habet. Vrbes in hoc Comitatu mœnibus clauſæ duæ ſunt *Embda* & *Aurichum*. *Embda* ſive *Emdena*, vulgo *Embden*, Vrbs hujus regionis primaria & Emporium celeberrimum ad Amiſis fluminis oſtiũ, Portus oportunitate nobile, cujus alveus ita profundus eſt, ut navigia maxima paſsis velis admittat. propterea amplitudine opum, ædificiis publicis privatiſque, & Civium multitudine omnibus non Germaniæ modo, verum etiam Europæ angulis innotuit. Inter ornamenta præcipua ſunt Comitis Ædes ſumtuoſę, Templum magnificũ & Domus Prætoria. Mira hic omnium rerũ & exuberãs copia videtur, non earum modo, quibus ſatis neceſsitati fieri, ſed quibus voluptatis ſtudium concitari queat. Præſtat hoc Civibus, tam Portus & importationis commoditas, quam nativa Friſiæ (de qua modo diximus) ubertas. Vrbs a fluvio *Ems* nomen habet, quem Tacitus *Amiſiam* vocat. Hic ille eſt fluvius ad quem Druſiana foſſa egreſſæ legiones Romanæ, latæque Oceano, ſecunda navigatione pervectæ ſunt, ut refert Tacitus II Annalium. *Aurichum* urbs altera, Nobilium jucundiſsimus receſſus ob Silvas & Nemora, in quibus aucupio vel venatione liberaliter ſeſe exercent. Cives potentes habet mercaturæ vel opificio alicui deditos. Arces & villæ in hoc Comitatu infinitæ ſunt. Pagorum tantus numerus eſt, ut alter alterum interdum contingat. Horum magna pars, ſive ædificiorum ſplendorem ſive platearum amplitudinem, ſive Incolarum frequentiam ſpectes, cum quibuſdam Germaniæ urbibus poteſt contendere. Neque vero in iis omnes ruſtici & agricolæ: ſunt & Mercatores, & Artificum varia genera; Nobiles etiam ſparſim interjecti. Sunt & hic duo alii Comitatus, qui Embdano Comiti ſubjecti ſunt, *Eſenſis* & *Jeverenſis* a primariis eorum Opidis ſic dicti. *Jeverenſis* ditio trans Iadam ad Occaſum ſita eſt, continetque pagos octodecim: ei Septentrionem verſus qua ſe Viſurgis in Mare exonerat, prætexuntur duæ Inſulæ, *Wangeroga* & *Spikeroga*, deſertæ magna ex parte. *Eſenſis* Comitatus ad littus Oceani contiguus eſt *Jeveriæ*: ab occaſu Berumenſi & Auricenſi tractu: a Borea mari terminatur. Ejus Dominus *Haio ab Huſeke* anno CIↃ CCCXXC quum petulantius vicinos infeſtaret, naveſque Bremenſium in Viſurgi interdum ſpoliaret, mariaque vicina piratis, terras prædonibus & graſſatoribus ſuis impleret, tandem poſt leviores cum Bremenſibus pugnas quibus inferior fuit, quum Eſenam confugiſſet, captus a Bremenſibus Edoni Wimmeke Capitaneo Ieverenſi traditus eſt. Qui eum fune canabino diu tortum ſtrangulatumque tandem fruſtillatim diſecavit, eo quod Sororem, quam in matrimonium duxerat nulla juſta de cauſa repudiaſſet. Eſt quoque in hac Tabula Comitatus *Delmenhorſt*. Et Dominia *Ezes*, *Norden*, *Aurick*, *Jever*, *Vredeburg*, *Ovelgaunne*, *Rheyde*.

Flumina. Flumina hic *Amiſis*, *Viſurgis*, *Jada* & alia. Incolæ hujus regionis Germanica utuntur lingua: ſed ad ſecretiora propria quadam & vernacula quam advenę non intelligunt. Omnis generis opificia ſtudioſe exercent,

Opificia. aut agros colunt; aut mercaturam faciunt. Veſtitus honeſtus: etiam ruſticorum: ita ut ex veſtitu eos pro opi-

Veſtitus. danis quis duceret. Fœmineus ſexus habitu multum ab aliis differente gaudet. Totam capitis comam in unum cirrum componunt, eumque multis argenteis deauratiſque ſphærulis vel nodulis ornatum in tergum de-

pendere

pendere ſinunt. Caput ipſum in æſtate reticulo ex rubri coloris ſerico contexto, argentoque deornato redimunt. Hyeme autem capitium ex panno viridi induunt, quo totum caput adeo cooperiunt, ut oculos tantum adſpiciendos præbeant: *Hatte* vocant hoc genus veſtimenti. Palla ſive veſtis exterior, quæ a capite ad talos uſque plurimis minutiſque plicis ſtriata eſt, argenteis deauratiſque laminis tam frequentibus undecunque rigeſcit, ut exuta, etiam erecta conſiſtat. Hæc conſtat ex rubro, interdum etiam ex viridis coloris panno.

Comitatus Oldenburgenſis.

HEc de Comitatu Embdano: ſuccedit *Oldenburgenſis*. Comitatui *Oldenburgenſi* impoſitum nomen ab urbe primaria Oldenburgo. Hunc tractum olim Chauci minores incoluerunt ſicut & Comitatum Embdanum, ut ſupra diximus. Comitum autem Oldenburgenſium ditio quam etiam hæc Tabula ob oculos ponit, ab Ortu ad Viſurgis ripam, Provincias Stegingiam (è regione Bremæ arci Delmenhorſtæ ſubjectã) Stadlandiam in quinque, Butiadiam in ſeptem Parochias tributam, & huic ſubjectam Ievetiam, Friſiæ partem, XXIII parochiis inſignem complectitur: ad Occaſum Amerlangiam ad Amiſiam fluvium porrectam, in medio Morinos habet. Ad Boream Friſia & Oceano: ad Meridiem diœceſi Monaſterienſi terminatur. Albertus Crantzius in ſua Metropoli 3 cap. 15 ſcribit hunc Comitatum eſſe ex omnium vetuſtiſsimis: *Widekindum* enim Saxoniæ Ducem (qui vixit Caroli Magni tempore) inter hujus Comites nominat, lib. II cap. XXX. Irenicus tradit urbem *Oldenburgum*, a Carolo inſtauratam, Eccleſiamque illic in honorem S. Ioannis Baptiſtæ dedicatam conſecratamque ab Adalgargo Epiſcopo. In eo autem ipſum errare puto cum Ortelio, quod hanc civitatem inter Wandalicas numerat, juxtaq; mare eam deſcribat. Hæc namque alia eſt ab illa in Wagria nempe, Holſatiæ regione. Hanc Wandali *Stargard*, Dani *Branneſiam*, quique pro ſuæ linguæ proprietate vocavere, ut idem Crantzius aſſerit. Laurentius Michaëlis putat *Ambrones* (quos quondam cum Cimbris in Italiam profectos, & a C. Mario cæſos, tradit Plutarchus) hinc originem habuiſſe, eorumque nomen adhuc exſtare apud Gentem quam *Amerlander* appellant. Idem de Alanis Saxonibus ſentit, quos ad ſtagnum Alanum, in hoc tractu, & ab utraque parte fluminis Alaniæ uſque ad arcem Oriam habitaſſe credit, hodieque *Lengener* id eſt *Alani*: & *Averlenger* quaſi *Ultralanos* vocari. Arx *Delmenhorſt* ad rivum *Delme* anno CIↃ CCXLVII exſtructa cum LXV annos in Epiſcopi Monaſterienſis poteſtate fuiſſet, ab Antonio Comite Oldenburgenſi, die Palmarum anno CIↃ IↃXLVII tacita militum manu, ſummo mane ſuperato aggere expugnata & occupata eſt, & Præfectus arcis Hermannus ab *Oer* in cuſtodia ſervatus. De Comitibus hujus regionis quædam habet Andreas Hoppenrodius, in ſuo ſtemmatum libro. Sed optime de ea David Chytræus in ſua Saxonica hiſtoria.

Regio & unde dicta.

Situs.

Imperium majorum.

Urbs.

Libet autem de Chaucorum moribus pauca hic Coronidis loco addere. Graviſsimus Scriptor Tacitus ita de his ſcribit: *Populus inter Germanos nobiliſſimus, quique magnitudinem ſuam malit juſtitia tueri. Sine cupiditate, ſine impotentia, quieti, ſecretique, nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. Idque præcipuum virtutis argumentum eſt, quod ſuperiores agant, non per injurias adſequuntur. Prompta tamen omnibus arma, & ſi res poſcat, exercitus. plurimum virorum equorumque, & quieſcentibus eadem fama.*

Mores Chaucorum.

Regio & unde dicta.

VVEstphalia, quæ in Methodo nostra sequitur, unde nomen acceperit, opiniones variant. Nonnulli eam a Vesta Dea sic dictam arbitrantur, quasi *Vestaliam*: quod ea hic olim fuerit culta. *Westphalos* ergo quasi Vestalios dictos esse volunt: Malunt tamen alii a vento Occidentali sic dictos credere: qui enim inquiunt ultra Visurgim fluvium Orientalem plagam occupant, *Ostvali Saxones* cognominantur, ab *Ost* vento Orientali, & *Valen*, quod lingua Saxonica pullum equinum significat, quem in militaribus signis habuerunt. Ætas id nominis abolevit in Orientalibus, & generalis illa Saxoniæ appellatio permansit. Sic Westphali, qui cis Visurgim versus Occasum habitant, ab *VVest* Occiduo vento, nuncupantur. Alij denique a campo id est *Veldt* potius quam *Valen*, *VVestphalos* dictos arbitrantur. Ea hodie ab Ortu habet Visurgim, ad Meridiem Hassiæ Montes, quos Ptolemæus Obnobios vocat: ad Occidentem Rhenus est: ad Septentrionem Frisiam, Hollandiam, Trajectensem ac Transisalanum tractum respicit. Aër est durus quidem frigidusque, at salubris. Regio satis est frugifera, sed earum rerum, quæ magis alendis gregibus quam hominibus conducunt. Arborum fructus generat varios, ut sunt Poma & Nuces, item Glandes quibus saginantur Porci. Fertilior est circa Susatum & Hammonem: fertilissima ad Paderbornam & Lippiam. Ad Amisim vero quibusdam locis deserta. Compascua est Monasteriensis Diœcesis, item is tractus qui alicubi Visurgim fluvium respicit. Nemorosa est per totam Surlandiam, & Bergensem Comitatum: Metallis non caret in ditione Colonienſi & Comitatu Marchico: Salinarum etiam fœcunditate alibi regio commendatur. Animalium domesticorum numerosissimos alit greges, & potissimum Porcorum quibus abundat, qui Principum mensis ob pernas delicatiores expetuntur. Ferarum quoque in Silvis affatim habet. Westphalos *Carolus Magnus* cognomine, primus devicit, & Christiana Religione imbui jussit. Episcopatus instituit, Monasterienſem, Osnaburgenſem, Paderbornenſem & Mindenſem. Quis vero post Carolum Magnum rerum status per Westphaliam, quis rerum summæ præfuerit, an tota Pontificibus paruerit, non reperitur in Annalibus. Equidem in Orientali Saxonia erant seculares Domini, qui rerum tenebant gubernacula: primo quidem Reges de stirpe Caroli Magni, sub quibus tamen Duces Saxoniæ de genere Wedekindi paullatim magis atq; magis increverunt usque ad Henricum primum Regem Romanorum, a quo tres per ordinem *Ottones*, deinde etiam Marchiones Saxoniæ nati ex Henrico Duce Bavariæ Fratre primi Ottonis. Westphalia vero quæ est Occidua Saxonia, quos habuerit Principes seculares illa tempestate rem cum Episcopis administrantes, omnino non legimus. Sequenti tamen ætate *Henricus Dux Leo*, & ante eum Avus illius *Luderus* Dux Saxoniæ inde Imperator, Westphaliam tenuisse leguntur. Nam ab eodem Henrico cum destituueretur per sententiam Imperatoris Friderici 1, Ducatus Westphaliæ titulum sibi Archiepiscopus Colonienſis vendicabat, tenentque eundem Duces Saxoniæ Inferioris de genere Comitum de Anholt. Tenet & jam dictus Episcopus bonam partem ejus Regionis, maxime Angriam; cui nunc Westphali parent, suisque Nobilibus, quorum fere Mancipia sunt, ac jugum durissimum sufferunt. Sedes hic olim habuerunt suas

Situs.

Cœli qualitas.
Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium Majorum.

Teutoni


westphalia cum Diœcesi Bremensi.
Miliaria Germanica
1 2 3
MARE GER MA NI CUM
HOLSA TIAE PARS
DIE DRENT
Die Britannische heyde
Emdensis
Comit:
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
28
29
30
31
53
54

Teutoni, *Busacteri*, *Chamavi*, *Angrivarii*, *Longobardi*, *Dulgumnii*, *Angili*, *Chauci* & *Cheruſci*. *Teutoni* Melæ & aliis, Ptolemæo *Teutones*: hi ab littore Balthico ubi ſedes eorum antiquiſsimas Ptolemæus collocat cum Cimbris in Galliam profecti, Teutoburgo, quod Tacitus in Weſtphalia collocat, nomen dediſſe exiſtimantur. *Buſacteri Majores* & *Minores* Ptolemæo; Tacito *Bructeri*. Hos habitaſſe Monaſterium ſcribit Wilichius. *Chamavi* Tacito: Ptolemæo *Camani* ut cenſet Villanovanus. Ab his nomen Opidi *Chamen* in Comitatu Marchiæ reliquum eſſe putat David Chytræus. *Angrivarii* verſus Orientem ad Viſurgim ſederunt: ubi nunc *Hervordia* & Comitatus Lippienſis, Ravenſpurg, Diephold & Diœceſis Mindenſis ſita eſt. *Longobardi* ſeu potius *Langobardi*, collocantur a Ptolemæo in hujus Provinciæ finibus in quorum extrema ora Bardewicum fuit: ſicut & *Dulgumnii* Ptol. *Dulgibini* Tacito; a quibus Opidum *Dulmen* in Diœceſi Monaſterienſi; item *Angili* quos circa annum CCCCXLIV, in Britanniam trajeciſſe, & Angliæ nomen dediſſe, tum ex aliis Hiſtoriis, tum ex D. Beda Scriptore Anglo conſtat: *Chaucos* vero, qui *Cauchi* Ptol. *Cauci* Suetonio, Lampridio & Straboni, *Chauci* Dioni, *Chayci* Claudiano: Tacitus a Friſiis incipientes, ubi nunc Bremenſis Diœceſis ad Viſurgim & Albim uſque pertingit, occupare, & omnium quas expoſuit gentium lateribus, donec in Cattos uſque ſinuentur, obtendi ſcribit. Ad horum latus *Cheruſcos* ſtatuit idem Tacitus: ex quo ditionis eorum ſitus facile innoteſcit: ſiquidem Dion Hiſtoricus eos ultra Viſurgim habitaſſe teſtatur, quod ex Tacito etiam manifeſtum fit. Continetur autem hac tabula prima Weſtphaliæ, Comitatus *Oldenburgenſis*, *Hoya*, *Diepholt*, vicinaque dominia. Cæterum VII Circulus Imperii Weſtphalicus ſive Germaniæ Inferioris III Ordinibus conſtat, quorum I Eccleſiaſticus: II Principum: III Civitatum liberarum. In primo ſunt Epiſcopi *Paderbornenſis*, *Leodienſis*, *Ultrajectinus*, *Monaſterienſis*, *Cameracenſis*, *Oſnaburgenſis*, *Ferdenſis*, *Mindenſis*. Abbates, *Werdenſis*, *Stablonenſis*, *S. Cornelis Munſter*, *Echternakenſis*, *Corbei*, *Hervordenſis*: & Abbatiſſa I *Eſſenſis*. In II ſunt Principes, Comites, & Domini: Dux *Cliviæ* & Comes *Marchiæ*, Dux *Juliæ* & *Bergen*: Marchio *Badenſis*: Comes *Friſiæ Orientalis* ſive *Embdanus*: Comes *Sein*: Com. *Dillenburg*: Com. *Vernenberg*: Com. *Manderſcheid*: Com. *Weida*, & *Ringelberg*: Com. *Muerſenſis*: D. *Brunchorſt*: Comites *Steinford*, *Benthem*, *Dortmund*, *Oldenburg*: D. *Ridburg*: Comites *Hoya*, *Diepholt*, *Seaumburg*: Domini *Spiegelberg* & *Vamenberg*: Comites *Arenberg*, *Dierenberg*, *de Lip*, & Dominus in *Somer auff*. In III qui eſt Civitatum liberarum ſunt *Colonia*, *Aquiſgranum*, *Weſalia inferior* (*under Weſel*), *Marcodurum* (*Duren*), *Cameracum*, *Tremonia* (*Dortmund*), *Suſatum*, *Duyſburgum*, *Hervordia*, *Brakel*, *Wartburg*, *Lemgow*, *Werden*. Sed hæc hactenus: flagitat ordo, ut nunc Vrbes & Opida Weſtphaliæ explicemus. Sed cum de Diœceſi Bremenſi hic nobis quoque dicendum ſit, quæ etiam ipſius Tabulæ titulo continetur, intermiſſa parumper Weſtphaliæ deſcriptione, quam ſequentibus Tabulis reſumemus, paucula de hac hoc loco ſubjungamus.

Bremenſis

Bremensis Episcopatus vulgo *Stift Bremen*, cui ab Vrbe nomen est, trianguli Isoscelis figura, cujus latera fere æqualia sunt Visurgis & Albis Fluvii, in extremo anguli apice ad Peninsulam, cui a novo opere seu turri ad securitatem navigantium ibi exstructa, nomen dederunt, coëuntes: Basis vero est linea ab Esta flu. per fines ditionis Luneb. & Verdensis, paullo infra Alleræ in Visurgim se exonerantis, Ostium deducta. Esta enim fluvius Limes est Regionis Bremensis & Hamburgensis, quam a reliquo Ducatu Luneburgensi Sevena fluvius exiguus primum, & tamen tribus Ostiis in Albim influens, disterminat. Hujus ditionis non eadem ubique qualitas, non idem solo genius. Duæ enim oræ Diœcesios Bremensis extremæ ad Albis & Visurgis aggeres, admodum opimæ & Frugum ac Fructuum feraces sunt. Medius vero tractus inter Stadam & Bremam quem Mercatores usitate transeunt, horridus & incultus, sterilibus arenis, paludibus, & ericis consitus videtur. Itaque pallio extenso Diœcesin Bremensem vulgo comparant, cujus duæ anteriores oræ, a capite seu Albis & Visurgis confluente, ad utriusque fluminis ripas adscendendo fructuosissimis agris & pascuis velut Holoserico prætextæ: reliqua latitudo Levidensi filo, aut Canabi contexta sit. Domicilium hic olim fuit *Chaucis Majoribus*, qui a Visurgi Albim usque ad Hamburgum sedes tenuerunt. Metropolis *Brema*, *Phabiranum* Ptol. Pl. Appiano, Peucero & Irenico, vulgo *Bremen*. Vrbs Hanseatici fœderis ad Visurgim flu. elegans, opere, arte & natura munita; Plateis Vicisque insignis, Civibus plena, Mercatorum commerciis dives. Forum habet amplum, in quo hebdomatim rerum victui necessariarum frequentes sunt nundinæ. Vnum fori latus Metropolitana Ecclesia respicit; alterum Senatoria domus condecorat, fundamentum habens preciosum ac gratum, cellam nimirum vinariam ac publicam, in qua sub Præfecti gubernatione, Senatus Vinum, tolerabili precio, & decenti elegantiq; œconomica ratione propinat. Quæ communis est multarum Wandalicarum & Westphalicarum consuetudo, ut ad publica ferenda onera, Vini popina penes Senatum maneat. Brema ignobilis primum vicus fuit, crescente vero Religione Christiana vires & incrementa sumere cœpit, quæ Episcopis suis potissimum debet, a quibus Metropolitica dignitate illustrata, Ecclesia Aquilonarium omnium Matrice condecorata & murorum ambitu cincta fuit. Episcoporum seriem in Ecclesiastica Historia M. Adami, vide. Est & *Stada* sive *Stadium* Archiepiscopatus Bremensis Civitas ad Zuingam fluvium in Meridionali Albis ripa, omnium Saxoniæ Vrbium antiquissima. Est etiam *Buxtehuda* Opidum. Fluminibus lætatur hæc regio *Visurgi*, *Albi*, *Esta*, quæ piscibus abundant, Anguillis, Murenis, Salmonibus, quos Bremenses ita Sale condire & fumo durare norunt, ut magno cum Lucro Civium ubique cari, grati & precioli sint. Bremenses natura bellicosi, indutii & aliquantulum ad seditionem propensi. Literarum studia, artesque liberales tum primum amant & promovent, quando earum venustate apud exteros poliuntur: Minus alioqui in studia & studiosos propensi, Mercaturam libentius exercent. Ex amplissima negotiatione, & remotissima navigatione opes sibi acquirunt. Vnde Cives pene omnes vel Mercatores, vel Opifices, & multi navium Architecti peritissimi sunt.

Regio & unde dicta.

Soli qualitas.

Urbes.

Flumina.

Urbes.

IN nostra Westphaliæ descriptione sequuntur urbes, inter quas offert se primum *Monasterium*, totius Westphaliæ Metropolis, *Mediolanium* Ptolemæo, ut censet Pyrchaimerus, vulgo *Munster*. Vrbs est omnium celeberrima & munitissima. In hac floruerunt litteræ & puritas Romanæ linguæ ante annos LX. Episcopatui appellationem urbs Monasterienſis præbet, & ab insigni Monasterio ibi fundato nomen appellationemque sortita est. Videndus Munsterus lib. III Cosmographiæ. Hic magna retinctorum (quos Catabaptistas nominant) orta est factio, anno CIↃ IↃXXXIII & sequente, undique illius sectæ hominibus eo tanquam ad acropolim confluentibus, tantumque eorum crevit conjuratio, ut nulla humana auctoritate potuerit comprimi, lecto etiam capite seditionis *Joanne* quodam *Bukholdo* opificio sarcinatore, genere plebeio, ad omnia parato, ingenio, audacia, facundia, fraudibus supra reliquos omnes præcellente. Hic se Regem non est veritus prædicare. Episcopus igitur vi sibi debellandos hostes ratus, opibus Archiepiscopi Colonienſis, & Ducis Clivienſis adjutus, post XIV obsidionis mensem urbe sua potitus est. Regem forcipibus candentibus laceratum, ferreaque corte inclusum, è turri suspendi jussit. *Susatum* (*Soest*) urbs Westphaliæ poli Monasterium opulentissima amplissimaque, decem populosis distincta Parœciis. Primæva fundatione castrum seu præfecturam fuisse perhibent, quæ in tantam paullatim urbem excreverit. Indeque Susati appellationem natam, quod ob loci situsque oportunitatem, ædificiorum aliquid ad castrum ipsum semper accesserit, ut a quotidiano incremento, *Susatum* quasi *ein Zusatz*, sit cognominatum. Complures pagos vicinos sibi subditos occupat, olim Præfecturas minores, quos populari nunc lingua, *die Burden* indigetant. Vrbs hæc nunc sub Cliviorum, Iuliacensium ac Montensium Ducis clientela est, quum ante fuisset Archiepiscopo Colonienſi subjecta. *Wesalia inferior* vulgo *Wesel*, urbs clara opibus, dignitate, ædificiis & mercatura. Ad alterius superioris differentiam quæ in sinistro Rheni latere sita est, Wesalia est dicta inferior. Ex præterfluente Lippia fluvio commoditates haud pœnitendas percipit, qui sinistrum ejus latus adluens, statim Rheno consociatur. Est Wesaliæ memorabilis misericordiæ ara, a Clarissimi viri ac D.D. Henrici Oliserii, cognomento Baers, D. Cancellarii Clivienſis &c. parentibus consecrata & posita: Gerontocomium nimirum, ubi senio & ætate confectis Viris vitæ necessaria liberalissime suppeditantur: cujus annuos proventus Filius, paternæ pietatis memor, adauxit. De Oldenburgo supra diximus. *Osnaburgum* sive *Offenburgum* insignis Civitas, a Comitibus de Engern erecta, auctore Hermanno. Alii a Iulio Cæsare hanc urbem inceptam esse perhibent, ut Annales Saxonum. Ferunt hanc a pellibus bovinis dictam, quibus urbs hæc fuerat circumdata. Situ amœnam obtinet vallem amnique Hasa irrigatur. Pinguem in ea coquunt Cerevisiam, *Buse* vocatam. Carolus Magnus Saxonibus triginta trium annorum bello edomitis, Widekindi etiam Arce, huicurbi vicina, expugnata, eaque impositio præsidio firmata decem in Saxonia Episcopatus instituit, quorum præcipuum Osnaburgensem esse voluit. Summe etenim hanc urbem præ cæteris coluit, cui privilegium novæ Scholæ concessit, in qua Græcæ & Latinæ litteræ a Viris doctis traderentur: ut scribunt Munsterus, Hamelmannus, & Argentinenſium


SEPTEN.
MERIDIE.
OCCIDENS
ORIENS
westphaliæ tabula. II.
Miliaria Germanic.

77.

tinenſium Chronica. *Minda*, vulgo *Mynden* urbs amœniſsima & munitiſsima eſt, ex navigio Viſurgis, ejuſque alluvione, amœnitatem, Piſces & alia commoda ſentiens; coquit bonam Cereviſiam, vicinis multis gratam, variiſque abundat mercaturis. De hujus primis initiis ita ſcribit Munſterus: Cum *Widekindus*, primarius Saxoniæ Dux, ad fidem Chriſti perveniſſet, permiſit Carolo Imperatori Arcem ſuam ad fluvium Weſeram, ut in ea firmaret Epiſcopo locum, capax enim amborum fuit, ita ut Epiſcopo diceret, mea atque tua erit communi jure Arx iſta, ut inde Saxonum lingua *Myndyn* diceretur. Sed temporum ſucceſſu ex *y* factum eſt *e*, vocaturque Civitas ipſa hodie *Mynden*. *Arnſpergum* vulgo *Arnſperg*, Metropolis Comitatus ejuſdem nominis. Situm eſt ad Ruram fluvium, Arcem editiore Monte adjunctam habet, gratum & commodum Epiſcoporum Colonienſium domicilium, ut quæ jucunda ſimul & utilia venationis exercitia, Piſcium item copiam ex præterlabente Rura præbeat. *Warburgum* non inelegans Weſtphaliæ Opidum ſitu inæquali, Dimulæ aquis inſtructum, Comitatus olim titulo, uti Hamelmannus perhibet, illuſtre, qui idem hoc Opidum a præſtanti commendat Cereviſia, gratiſsimo iis potu, qui cum parvo crumenæ diſpendio, genio indulgere cupiunt. *Tremonia*, *Dortmunt*, in meditullio Comitatus Tremonienſis. Hic Sacri Imperii Comitatus atque etiam urbs, earum ditionum albo recenſentur quæ ſine intermedio Romanorum Imperatorem agnoſcunt Dominum. Vrbs quondama Trotmannis Suevorum populis *Trotmannia*, poſteris temporibus *Tremonia*, vulgari autem dialecto, *Dortmundt* appellata eſt. Annales veterumque quæ exſtant Monimenta declarant eo loci, ubi poſtea urbs Tremonienſis exſtructa eſt, duos olim Pagos Veterem ſcilicet & Novum exſtitiſſe, qui Imperium caſtri Trotmannorum intermedii ſequerentur. Sub id vero tempus, quando Carolus Magnus haſce omnes Saxonicas Provincias ſubegiſſet, Ius Municipii accipere, paullatimque in Opidum coaleſcere cœpiſſe. Is enim perſpecta ſoli ubertate ſituſque non vulgari præſtantia, Colonias huc deduxit, ſedemque hic ſibi Aulæque Regiæ domicilium firmavit. Ex qua vetuſtatis memoria in agro ſuburbano fertiliſsimo equidem loco poſita latifundia (quorum poſſeſsio per Comites olim in Senatum tranſlata eſt) *Conings-Hoffs Landt*, & curtes ſeu villæ iſtæ ampliſsimæ per vicinos agros ditioneſque circumjectæ *Reichshofen* nuncupantur, quæ cenſus ſuos Frumentorum annuos ad Aulam ibi Regiam conferre tenebantur. Sunt & *Duſſeldorpium* & *Hervordia*. Et minorum gentium *Widenbrugge* & *Coeſvelt*. Suntque in hac Tabula Comitatus, *Lemgow*, *Benthem*, *Lingen*, *Tecklenborch*, *Diepholt*, *Schouwenberg*, *Ravenſberg*, in quo ſunt IV Præfecturæ, *Sporenberg*, *Ravenſberg*, *Vlothem*, *Lymberg*, *Lippe*. Epiſcopatus, *Monaſterienſis*, in quo ſunt Præfecturæ, *Walbeck*, *Saſſenburg*, *Stromberg*. Burggraviatus, *Werne*, *Bocholt*, *Ahus*, *Horſtmar*, *Bevegern*, *Rheine*, *Meppen*, *Nienhuys* deſtr. *Cloppenburg*, *Wilhuſen*, *Vecht*: & Comitatus II, *Steenverdt*, *Gemen* & *Erfmarſchalck Nortkercken*. *Oſnaburgenſis*, *Mindenſis*, *Paderbornenſis*. Sed de his ſatis, ad reliqua pergamus. Weſtphalia Stagnis, Paludibus, ac Fluminibus multis irrigua. Flumina ſunt *Viſurgis*, *Amiſis*, *Glaa*, *Neth*, *Haſia*, *Honta*, *Sala*, *Lippia*, *Stovera*, *Aa*, *Vidrus*: ad Amiſim pertinent *Dewera*, *Dexta*, *Glaa*, *Berckel*, quorum fontes plerique hic reperiuntur. Sunt & Montes in Weſtphalia colleſque plurimi, utpote *Baemberg* & alii. Nec deſunt Silvæ, inter quas: *dat Henſterholt*, & *de Avert* & *Holt markt*,

Flumina.

Teuto-

Teutoburgenſis ſaltus, ad Lippiæ ortum. Ad opera publica venio. Carolus Magnus multas Eccleſias in Weſtphalia erexit. Primam vero Oſnaburgi Epiſcopalem Eccleſiam in honorem Divi Petri, Criſpini ac Criſpiniani condidit. Eſt Suſati templum celeberrimum miræ magnitudinis, cum maximæ altitudinis Turri, S. Patroclo ſacrum, quem tutelarem Divum agnoſcit hæc Civitas. Reliqua cum Templa, tum Monaſteria, Noſocomia, Xenodochiaque quæ Monaſterii & in aliis urbibus conſpiciuntur, prætereo. Carolum Magnum Weſtphalos ad Chriſtianam Religionem vi compuliſſe, ſupra diximus. Cæterum cum ſæpius ſubactos, rebellando tamen refractarios, datam ſemper fidem violare animadverteret; viſum eſt illi ex re fore ſi diritate ſupplicii exemplorumque terrore caſtigaret illorum proterviam. Itaque judices arcanos conſtituit, quibus jus ac poteſtatem animadvertendi in perjuros, aut temerariæ fidei reos, aut facinoris compertos, inauditos atque indefenſos, delegavit. Ea ſeveritas & truculentia Weſtphalorum gentem in fide atque officio continuit, cum ſæpius in Silvis Magnates & non mediocribus fortunis Viros ſupenſos perfractis laqueo cervicibus vitam finiiſſe cernerent, nulla accuſatione præmiſſa. Scribit Æneas Pius ad ſuam uſque ætatem continuatum fuiſſe illud judicium, ſecretoſque ritus obſervari, quibus criminoſos judicant, & reos damnationis ſuæ inſcios, ubicunque reperti, fuerint, ſupplicio affici: eoſque Scabinos appellari, qui huic judicio cum poteſtate præſunt, teſtatur. Sed hæc hactenus. Weſtphalum ſe eſſe profitetur Ioannes Lewenclavius nobiliſsimus Vir doctrina multa atque linguæ utriuſque Latinæ atque Græcæ cognitione, converſo a ſe toto Xenophonte, omnibus Nazianzeni operibus, Hiſtoricis aliquot præterea Græcis, & aliis Græcorum libris feliciſsime reddendis & interpretandis celeberrimus. Gentem habet hæc regio venuſtam, elegantis & proceræ ſtaturæ, fortemque robuſtamque corpore & audacem mente. Militiam habet copioſam, promptamque ad arma & mox paratam. Ingenioſi etiam perhibentur Incolæ, ac proverbio dici ſolet, Weſtphalos plures aſtutos, ſubdolos, verſipelleſq;, quam ſtultos gigni. Adulteriorum ac ſpurcitiei omnis ſevera olim cenſura hic erat. Cibus panis niger & ceſeus: Carnes quoque tam bovillæ, quam ſuillæ, & quidem plurimæ, eæque plerumque fumo duratæ: Imprimis pernæ quas etiam crudas edere Incolis non inſuave eſt. Porus Cereviſia: opulentiores Vino utuntur ex Rheno advecto, licet magno ematur precio. Cum vero ager pleriſque locis minus gratus ſit cultori, fit ut Artibus Mechanicis ac Mercaturę ſe dedant Incolæ. Merces ſunt Lapides ſtatuariæ, ac ædificiis exſtruendis aptiſsimi, Molares etiam ac Cotes: imprimis vero pernæ delicatiſsimæ vel Principum menſis expetitæ. De hac regione hi verſus Rhythmici vulgo circumferuntur:

Opera publica.

Ratio gubernandi.

Mores.

Victus.

Opificia.

Mercimonia.

Hoſpitium vile,
Cranck broot, dun bier, langhe mile,
Sunt in Weſtphalia:
Qui non vult credere, loop da.

Regio & unde dicta.

TErtia & postrema Westphaliæ Tabula, sicuti titulus ipse præ se fert, tres partes graphice delineatas exhibet, *Ducatum Bergensem, Comitatum Marchiæ & Diœcesin Coloniensem*. Eas, eo quo propositæ sunt ordine, percurramus. Offert se primo loco *Ducatus Montensis* sive *Bergensis* qui a Bergo ripensi Opido nomen habens, incipit apud inferiorem Wesaliam, ascenditque juxta Rhenum magno spatio.

Situs.

Imperium Majorum.

De hujus autem Ducatus initio sic scribit Munsterus: Tempore *Henrici Aucupis* Rom. Regis, nempe anno CCIↃXXIV fuere duo Fratres, qui ob exhibitum ministerium honorati fuerunt a rege Henrico, qui designavit eis in Westphalia certam quandam regionem, in qua senior, nempe *Adolphus*, construxit Castellum quoddam prope Comitatum Arnsperg, nominavitque illud Volvesheghe: & temporum successu non parum cultiorem reddidit terram illam per circuitum, Opidis & vicis eam ornans. Alter quoque Frater, *Eberhardus* nomine, construxit & ipse Castellum, appellavitque illud Aldenburg. Crescentibus autem Fratribus illis in potentia & opibus, creavit Rex Adolphum in Comitem, & ditionem exrexit in Comitatum, qui dictus fuit Comitatus de Altena. Eberhardi quoque terram sublimavit in Comitatum Bergensem. Paullo post Eberhardus factus Monachus, tradidit Fratri suo ditionem suam, & constructo Monasterio juxta fluvium Dune, factus est Abbas in eo. Ab Adolpho & posteris ejus descenderunt Comites isti: *Engelbertus*, *Adolphus*, *Engelprechtus*, *Adolphus*. Is vero Adolphus cum nullam reliquisset prolem, cessit Comitatus Bergensis Filio Sororis suæ, nempe *Gerado* Comiti Iuliacensi. Post eum præfuit utrique ditioni Filius ejus *Wilhelmus*, & post Wilhelmum *Gerardus*, post Gerardum filius ejus *Wilhelmus*: atque huic succesit Filius ejus vocatus quoque *Wilhelmus*, Dux primus Iuliacensis, Bergensis & Dux Gelriæ. Successit autem ei in his Ducatibus Frater ejus *Rainoldus*, qui mortuus est anno Christi CIↃ CCCCXXIII: mansitque post hæc tempora ditio Montensis apud Ducatum Iuliacensem. Sunt qui aiunt Comitatum Montensem erectum eo tempore quando Henricus Superbus fuit depositus a Friderico I. Anno tamen Christi CIↃ CCCXXXVI fecit *Carolus* IV ex Comitatu Marchionatum, & Filius ejus *Wentzeslaus* sublimavit ad Ducatum. Hæc ille. Est hic Imperiale, sub Montensis Ducis tutela Opidum *Essendia*, in quo Alfridus IV Hildesheymensium Præsul Collegiatum ut vocant Virginum Vestalium ex paternis facultatibus fundavit Cœnobium, ut sub Abbatissæ educatione LII Virgines alerentur, & XX similiter Canonici sub ejus loci Decano, Canonicam viverent vitam. Asyli Privilegio Abbatia gaudet, & locus in ea maxime *die Borcht* nuncupatus. Villæ aliquot vicinæ, ejus subsunt dominio. Ecclesia ibi perelegans in qua Tabula exhibetur visenda Brunii illius Agrippinatis opus. Ager Frumenti & Tritici præstantissimi ferax, unde candidus Essendiæ panis in precio est. Opidani Negotiationem etiam remotam, alii Artem Textoriam, Fabrilem complures exercent. Non alium facile reperias locum, ubi plura conficiantur scolopeta. Fontibus abundat & atro carbonario Lapide quem territorium vicinum suppeditat, potissimum vero, qua Steltium est, ad Ruram Amnem Opidum. Est & *Dusseldorpium* a Duselo amne cognominatū.

Opida.

Atq; Præfecturæ XX, *Blanckenborch*, *Lewenberh*, *Huickeswagē*, *Bornfeldt*, *Salingē*, *Lantzbergh*, *Dusseldorp*, *Steinbach*, *Byenbach*,


Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
Iulia
censis
Ducatus
Pars
Stift
Coln
BERGE
MARCK
Walde
Hassiæ
Pars
Waldt
Wester
Issen
burgh
com:
Hanaw
com
Triuirēsis
Prouinciæ Prs
Rhin
gaw
Pa
lati
natus
West
phaliæ
tabula
tertia
Miliaria Germanica
1 2 3 4

78.

Comitat. Marchiæ.

Imperium Majorum.

Opida.

Diœceſis Colonienſis.

Urbes.

Byenbach, *Meyſenlo*, *Medman*, *Windeck*, *Syberg*, *Nuwenborg*, *Portz*, *Lulſtorff*, *Monheym*, *Angermondt*, *Everfeldt*, *Borck*. Sequitur *Comitatus Marchiæ*, vulgo *Marck*. Hunc & Ducatum Bergenſem *Ubii* olim inſedisse videntur, de quibus infra plura. Cæterum Comites Altena, eo titulo contenti fuerunt, uſque ad Adolphum Comitis Friderici Altena & Montis filium, qui cum Marck ſibi paraſſet, ſe Comitem de Marck vel Marchiæ inſcripſit, geſsitque inſignia circiter annum CIↃLIII tempore Wichmanni Comitis Cliviæ. Eſt autem Marchia Comitatus in Weſtphalia ampliſsimus a Lippiæ amnis ripa verſus Occaſum multis inſignibus Opidis, *Hammone*, *Unna*, *Suſato*, *Tremonia*, *Werdena* & aliis florens. De *Suſato* & *Tremonia* ſupra egimus. *Werdena* in Weſtphaliæ aditu, ad Ruræ amnem in ditione Marckenſi Opidum, occaſione Cœnobii, a S. Lutgero ibidem inſtituti, initium habet, a Gulielmo de Hardenberg XLII Cœnobiarcha anno CIↃ CCCXVII excitatum, & ab Engelberto Comite Marckenſi Civitatis privilegiis quibus etiamnum gaudet, donatum. Opidani rem pecuariam, unde & plurimum victitant, exercent. Agros habent lætos & compaſcuos, Montes præaltos & Silvoſos, in quibus incredibiles Porcorum greges oberrare quandoque videas, & rivulos gratiſsimo murmure ex montibus ſuſurrantes. Quin & ex præterlabente Rura, commoditates haud mediocres percipiunt, unde Piſcibus, & ſapidis pinguibuſque abundant Anguillis. Sunt autem in hoc Comitatu Præfecturæ XIV *Iſerenloe*, *Huerde*, *Altena Boeckum*, *Swartenberg*, *Wetter*, *Ham*, *Swerten*, *Lunen*, *Hunna*, *Nuſtat*, *Blanckenſtein*, *Ruede*, *Seyen*, *Werden*, *Camen*. Comprehenduntur etiam hac Tabula Comitatus *Waldeck*, *Naſſau* & *Dillenburg*, *Siegen*, *Limburg*, *Altena* in Comitatu Marchiæ, *Arnſberg*, qui ſubeſt Epiſcopo Colonienſi, *Kuningſtein*, *Hanau*, *Iſenberg*. Reſtat in hac Tabula *Diœceſis Colonienſis*, vulgo *Stift Colln*, cui ab urbe primaria nomen. Hanc olim coluerunt *Ubii*: quorum ſedes primum fuiſſe videntur trans Rhenum ditione Marchia & Bergenſi Clivienſis Principis propria: ſed a M. Agrippa in citeriorem ripam traductos ad victoris arbitrium ex Strabone conſtat. Horum ditio a Confluentibus incipiebat, ac etiamnum incipit. Dicuntur & *Agrippinenſes* Tacito Hiſtor. v. Veriſimile fit nominis Vbiorum veſtigium ſervari in pago Coloniæ objecto (inquit Iunius), quem *Tuiſch* vulgus nominat, olim fortaſſe *te Ubiſch*, & contracte *Tubiſch*, atque inde *Tuiſch* ubi nobile exſtat & vetuſtum Cœnobium, olim præſidiarium munimentum a Fl. Conſtantino conſtructum, & Divitenſe nuncupatum. Neque veri diſsimile videtur nobilem illam primi ordinis ſacerdotio aram, a Tacito non ſemel memoratam, eo loco exſtitiſſe, apud quam *Segimundus* (qui perperam Straboni *Semiguntus* vocatur) Segeſtæ Sicambrorum Principis Filius ſacerdos creatus fuerat, quem poſtea in defectione Germaniarum, Duce Arminio ad rebelles profugum, vittas abrupiſſe Tacitus ſcribit. Metropolis eſt, *Agrippina Colonia* Tac. COL. CLAUD. AUG. *Agrippinenſium* in antiqua inſcriptione, quæ exſtat in Aldi Orthographia: & *Col. Agrippina Ubior.* in nummo Claudii: *Col. Agrippina Ubior. Legio* XIX in nummo Vitellii: *Agrippinenſis Legio* eſt apud Ptolemæum: & *Agrippinenſis Colonia* apud Suetonium & Plinium. Hodie *Colln* incolis: *Cologne* Gallis. Coloniam dictam quidam fabulantur a Colono Trojano: alii, quod Romanorum fuerit Colonia dictam volunt: Cornelius Tacitus de ea re ſcribit in hunc modum: *Agrippa quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret,*

ostentaret: *in Opidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos Coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac forte acciderat, ut eam gentem Rheno transgressam Avus ejus Agrippa in fidem acciperet.* Ergo utrumque nomen *Agrippina* & *Colonia* huic urbi ab Agrippina muliere datum est atque ex eo tempore *Colonia Agrippina*, Cives vero *Agrippinenses* dici cœperunt. Romanorum deinde viribus sensim contritis ac debilitatis: Galli, *Childerico* Rege ductore, anno Domini CCCCXII iis omnibus profligatis & pulsis Coloniam vi occuparunt, eamque ad Ottonis I tempora suis habenis moderati sunt. At vero anno CCIↃXLIX Otto Imperator Aug. Coloniam armorum strepitu Francis ereptam, Romano Imperio reddidit. A quo tempore in hodiernum usque diem, libera Imperialis Civitas exstitit. Vrbs ad sinistram Rheni ripam sita, ambitu magna, forma primum quadrata, nunc semilunari, visu pulchra, splendore & elegantia excellens, Templis celebris, Ædium pulcherrimarum frequentia nitidissime culta, Plateis Vicisque insignis, Hortis Pomariisque hilaris, Mœnibus Turribusque valida, duplici fossa cincta, Civibus plena, Mercatorum commerciis dives, Mechanicis Artibus nobilis, Academia & studiis liberalibus illustris, atque opulentia sua plerisque Germaniæ Civitatibus anteponenda. *Novesium*, aliis *Novesum*, *Nuesium* Ptolemæo: Maliano *Nussia*, vulgo *Nuys*, insigne Diœcesios Colonienſis Opidum, IV Milliaribus ab Agrippinensi Colonia distans. Tacitus Legnorum gentem, Vbiis proximam constituit & in ea *Novesium*. Hæc urbs a primordio secundis Rheni fluctibus irrigata, sinistrum situ latus illustravit, donec Fortuna minus propitia, alveum Rheni immutans, urbemque non longo spacio adspiciens, brachium ejus usibus reliquerit. Sunt præterea in hac Diœcesi Opida & Civitates aliquot egregiæ, utpote *Andernacum*, cujus meminit Ammianus qui sub Iuliano Cæsare militavit, vocatque *Antennacum*, habet autem situm amœnum juxta Rhenum & inter Montes. *Bonna* sita in planicie amœna, ubi montes Rhenenses qui a Bingio descendunt Rhenumque includunt in planiciem evanescunt. *Sonnena*, non ignobile Opidum, & *Brula* vicus. In Episcopatu Colonienſi Præfecturæ decem, *Arnsberg*, *Fredeborch*, *Bylstein* prope Brilen ad Ortum Medebach, *Fredehardeskirchen*, *Hovestatt*, *Werle*, *Nehem*, *Balue*. Dominia *Wildenborch*, *Homberg*, *Hachnberg*, *Hardenberg*. Coloniæ porro Vrbis Politia florentem Reipublicæ Romanæ gubernationem adprime refert. Etenim si Consulum, Proconsulum, Censorum, Tribunorum, Vigilum, Quæstorum, Annonæ Præfectorum dignitatem consideres, si rectum & inflexibilem Iustitiæ Baculum, Fascium loco, uti vulgo existimatur, receptum: si Tribuum Ordines: si Civilem Senatorum Auctoritatem observes, quasi effigiem & vivum quoddam Simulachrum Romanæ Vrbis, hanc Agrippinensem videbis Rempublicam: ut non immerito, nativo quodam Iure, Romanorum dicatur Colonia. Sed hæc hactenus, ad alia transeamus.

Ratio gubernandi.

Comitatus Muercenſis, ſive de Muers, cum Regionibus circumjacentibus.

Comitatus Muercenſis. Situs.

Opidum.

Ducatus Clivēſis unde dictus.

Situs.

Aëris temperies.

Animaliū varietas.

Soli fertilitas.

Imperium Majorum.

Opida.

IN hac Tabula quæ *Comitatum Muercenſem* una cum Regionibus, Vrbibus & Fluminibus, quæ potiſsimum hunc Comitatum ambiunt, graphice delineatum exhibet: eas duntaxat regiones deſcribemus, quas alibi non deſcripſimus: has videlicet: primum *Comitatum* ipſum *Muercenſem*, deinde *Ducatum Clivenſem*, ultimo loco *Juliacenſem*. *Comitatus Muercenſis* ſive *de Muers*, vulgo *Graefſchaft Muers*, ab Opido cognomini nomen appellationemque accepit. Ad Ortum Ducatum reſpicit Bergenſem & Comitatum Markenſem: ad Occaſum Gelriam: qua Meridies eſt Diœceſim Colonienſem & Ducatum Iuliacenſem: qua Septentrio Clivenſem. Ager utcumque fertilis Frumenti, ac paſcuis lætus. Opidum hujus Comitatus eſt *Muers* quod regioni nomen ſuum communicat, è regione Duisburgi, haud procul Rheni ſiniſtra ripa ſitum. Et hæc de Comitatu Muercenſi, ad Ducatum Clivenſem venio. *Ducatus Clivenſis* appellationem traxiſſe creditur a *Clivis*: exſtatque ejus nominis Opidum, de quo infra, ad Rheni ripam in tribus clivoſis Collibus exſtructum. Terminatur ab Ortu Ducatu Bergenſi, Comitatu Marchiæ, ac Weſtphalia, a Septentrione Comitatu Zutphanienſi, Trans-Iſalano Tractu, ac Batavia: ab Occidente Gelria & Leodienſi tractu: a Meridie Colonienſi & Aquiſgranenſi ditionibus. Regio ipſa bono & ſalubri aëre gaudet: Agro fertili Frumenti, ac lætis paſcuis. Varii generis videre hic eſt Animalia: atque alibi Feras varias, Apros, Meles, Vulpes, Lepores, Cuniculos, Cervos, Feles, & Equos ſilveſtres: Palumbium aliarumque Avium frequens Aucupium, inprimis Perdicum, Turdorum, & Cotturnicum: Anates innumerabiles, omnium denique rerum quæ ad vitam pertinent largam copiam. Ferunt autem *Ælium Gracilem* quum opibus & potentia floreret in Gallia Belgica, donatum a Pipino & Carolo Martello ea parte Bataviæ, quæ nunc *Clivia* dicitur. Succeſſere ei ordine *Theodoricus*, *Reinhaldus*, *Rudolphus*, *Joannes*, *Robertus*, *Balduinus*, aliique uſque ad *Joannem* qui ab *Ælio* fuit XXVII. In hoc deſiit familia. Cooptatus tamen ab Imperatore & provincialibus in jus familiæ *Adolphus* qui Conſtantienſi Conſilio a Sigiſmundo Imperatore *Dux Cliviæ* dictus eſt. Habet autem Ducatus iſte in ora Gallica Opida iſta: *Xantum*, *Santen*, Opidum in ſiniſtra Rheni ripa, olim *Trajana Colonia* Pighio, *Vetera* Pyramio, & pleriſque aliis: vetuſtatis ac antiquitatis multum præ ſe fert, quod teſtatur Tophus Lapis *Duynſteen* dictus, ingenti ibidem copia ex antiquis ruinis collectus. *Burichium*, *Burich*, Opidulum è regione Weſaliæ ſitum, felici agro & lætis paſcuis gaudet. *Clivia*, *Cleve* Provinciæ caput eſt, Opidum celebre & vetuſtate ſumma, non procul a Rheni ripa, & ab ejus divortio, ubi expandere ſuos ramos, & Batavos in Inſulam incipit redigere. Cujus amplitudo magna fuit quondam, ſicut ex ruderibus in agro vicino paſsim apparentibus colligitur. Nomen ei Clivia quod in tribus clivoſis collibus pendulum verſus Rhenum panditur. Diſcrepat unius duntaxat vocalis mutatione lingua popularis qua *Cleve* nunc Opidum, ut & clivus omnis appellatur. Imminet Rheno in eminentiſsimo trium Collium, quadrata Turris præalta lataque, cum Arce longe conſpicua, quam


Hollandie Pars
Wael flu
Bommel Meel
Oude maes flu
Rauestein
Graue
Middelaer
Meghen
Nimmegen
Tollhuis Cleue
Hertogebosch
Boxtel
Oosterwyck
CLEVE et MURS
Miliare Germa
Eyndhouen
Helmont
Geertruden berg
BRABAN:
TIAE
Gestel
Bale
PARS
Brugel
Brey
Beringen
Dieft
Hasselt
EPIS:
CO:
Leeuwe
Tienen
Iudoigne
Maestricht
Tongren
PA:
TVS
Valkenburg
LIMBVRG
Wesot DVC
Aken
LEODI
ENSIS
Stockem
VAL KEN
Hertzogeraet
BUR
COM
DVCA
TVS
Sittart
Gangelt
Gelekirchen
GVLICK
Gulick
Duren
Kerpen
Nideck
Bedbur
Collen
Duis
Bon
Mullem
Zons
Rhenus flu
Erp
Roer flu
Dusseldorf
Berg Ducatus Pars
Nuys
Malendonck
COLLEN
Keyserswerd
Roer flu
Duysburg
Broec
Essen
Werden
Hattingen
Marc comit Pars
Roeroort
Stirum
Holt
Dinslaken
Orsoy
Mors
Mueris
COM
Madi
ana
Anger
Ordin gen
Huls
Kempen
Creuelt
Venlo
Wachtendonck
Vloesa flu
Kessel
Bruggen
Glabeck
Hoorn
Roermuld
Weert
HORN
COM
Dalen
Erkelens
Heusberg
Worm flu
Sittart
Gangelt
Gelekirchen
Maeseyck
Vogdie
Lothem
Gelre
Well
Alpen
Burick
Graf
Wesel
Dorsten
Halteren
Seermbeck
Ringelberg
Sippe flu
Aa flu:
Coeffelt Pars
Westralie Gheinen
Aenh alt
Boe chalt
Embrie
Rees
DVC
Hueps
Calcar
Gennep
Cuick Haeps
Goch
Vdem
Sauten
Blyenbeeck
Grief
CLEVE
Tollhuis Cleue
Aenh alt
Hertogenbosch
Nimmegen
Ocy
Seuenar
BERG
COM 28
Goreum
Worcum
Maes flu
Ocy
Meghen
Tiel
Rauestein
Graue
Middelaer
Embrie
Rees
Aa flu:
Ringelberg
Halteren
Seermbeck
Sippe flu
Dorsten
Graf
Wesel
Burick
Alpen
Well
Gelre
Vogdie
Lothem
Vloesa flu
Venlo
Wachtendonck
Kessel
Bruggen
Glabeck
Roermuld
Hoorn
Weert
HORN
COM
Dalen
Erkelens
Heusberg
Worm flu
Sittart
Gangelt
Gelekirchen
Maeseyck
Roer flu
Zons
Rhenus flu
Dusseldorf
Berg Ducatus Pars
Nuys
Malendonck
COLLEN
Keyserswerd
Roer flu
Duysburg
Broec
Essen
Werden
Hattingen
Marc comit Pars
Roeroort
Stirum
Holt
Dinslaken
Orsoy
Mors
Mueris
COM
Madi
ana
Anger
Ordin gen
Huls
Kempen
Creuelt
Wachtendonck
Vloesa flu
Kessel
Bruggen
Glabeck
Hoorn
Roermuld

quam tradunt a C. Iulio Cæſ. bello Gallico conſtructam eſſe, velut propugnaculum ejus ad ripam vicinitatis adverſus Germanos. Quod ipſum in atrio Palatii Majore Principum juſſu adnotatum legitur his verbis. ANNO. AB. VRBE. DCXCIIX. C. IVLIVS. DICTATOR. HIS. PARTIBVS. SVBACTIS. ARCEM. CLIVENSEM FVNDAVIT. Nunc Illuſtriſsimis Iuliacenſis, Clivenſis & Montēſis inclyta ſede, Collegio Eccleſiaſtico, & amabili Incolarum humanitate memorabile eſt. Situ peroportuno excellit, inde enim vicina pabuloſa in loca, lebrata planicie, læta virentique gramine tecta, quam longiſsime patet proſpectus; potiſsimum vero è Turri altitudine conſpicua, quæ a cygno verſatili ventorum indice nomen habet. *Calcaria* Opidum in Inſula Rheni & Belgica Batavia a Comitibus Clivenſibus, primitus exædificari cœpta, ut præſidium eſſet ac tutum refugium ab incurſionibus Colonienſium ac Gelrenſium vicinorum, quibuſcum ipſis frequentia bella gerebantur. Nomen accepit ab antiquiſsimo Caſtro *Calcar*, a quo trans Inſulam hanc ad ulteriorem Rheni ripam erat trajectus. Lanificio & coctione Cereviſiæ quæ illinc ad finitima loca transferebatur, potens ac dives facta, haud mediocriter crevit. Supra Calcariam loco quem vocant hodie *Auf den Baern*, creditur Cæſar Germanicus Rhenum ponte junxiſſe, quum a veteribus Caſtris in *Marſos* tenderet, quos nunc vocamus *Twentanos* mutato nomine, tametſi Opidulum *Otmaerſen* veteris appellationis ſervet veſtigia. *Griet* ſiniſtram Rheni ripam tuetur; hanc eadem parte ſequitur *Grietheuſium* in principio agri Batavorum juxta Lobecum vetuſtam arcem, quam curſus extremitatem ſeu angulum dici volunt, *Loop* enim curſum nobis ſonat, & *Eck* angulum ſignificat: ibidem Rhenus ſcindit ſe bifido curſu in diverſa labens. In Ripa Germaniæ ſunt *Veſalia* de qua in Deſcriptione Weſtphaliæ: *Duiſburgum*, ſive *Teutoburgum*, veteris Germaniæ Opidum ad ripam olim fluminis Rheni inter Ruram & Angram amnes ſitum. Clarum ſemper fuiſſe, cum maxima ædificia, tum hiſtoriarum etiam Monimenta declarant. Ob Nundinas etiam celebres negotiationeſque Mercatoribus frequentatum fuiſſe, indicant Rerum Flandricarum Scriptores. *Embrica* incolarum & ædium frequentia, & Schola, quam optime inſtituta concinnum; vulgo *Emmerick*, *Aſciburgium* Taciti Scholiaſtis. Id autem non vacare errore Newenarius docet. Atque hæc de Clivia: reſtat paucis explicandus *Juliacenſis Ducatus* vulgo *Juliers* ſeu *Gulick*. Nomen illi ab Opido *Juliaco*.

Ducatus Juliacenſis.

Situs. Situs eſt inter flu. Rhenum & Moſam, idem pęne qui Cliviæ, niſi quod hæc Septentrionalior ille Meridionalior ſit. Conregionales enim alioqui eoſdem habent. Regionis Aër bonus & ſalubris: Ager utcumque fertilis Frumenti omnis generis, quod ponderoſum valde eſt. Profert quoque *Iſatim* herbam Tinctorum, vulgo *Waid*, quæ Accolis magnum quæſtum reddit: eſtque Paſcuis lætus, Vinum vero haud gignit. Sunt hic permulta domeſtica Animalia, & imprimis Equi optimi. Principes Iuliacenſes ab Euſtathio Gotefridi Bilionei fratre ortum ducere exiſtimantur. Cæterum Iuliacenſis ditio Comitatus olim fuit, & anno CIↃ CCCXXIX a Ludovico Imperatore in Marchionatum evectus fuit, ac deinde XXX poſt annis a Carolo IV in Comitiis Metenſibus fuit erectus in Ducatum, id quod Cuſpinianus ſub titulo hujus Imperatoris oſtendit. Primus autem Marchio qui & poſtea Dux *Gulielmus* IV. Hujus filius *Gulielmus* Patri ſucceſsit in Ducatibus Iuliacenſi & Gelrenſi. Hic quum improlis obiiſſet, ſucceſſorem reliquit *Raynoldum* fratrem. Eoque mortuo ſine hærede relicta ejus uxor Af-

Aëris temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium Majorum.

fini

fini suo *Adolpho Bergensi* nupsit, qui factus est Dux Iuliacensis & Bergensis. His sine liberis mortuis, factus est *Gulielmus* Dux Iuliacensis atque Bergensis, genuitque Filium nomine *Gerardum*, in paterna ditione successorem. Gerardo natus filius *Gulielmus*, qui unicam Filiam suam tradidit uxorem, Ducis Clivensis unico Filio Ioanni: sicque tres Ducatus, Bergensis, Iuliacensis, & Clivensis in unam redacti sunt ditionem. Genuit autem iste Ioannes filium Gulielmum, qui quartum Ducatum, nempe Gelrensem, junxit tribus Ducatibus, Clivensi, Iuliacensi & Bergensi, sed excitato bello Anno CIↃ IↃXLIII victus a Carolo V, sua ditione spoliatus fuit, ac deinde rursus ea certis conditionibus donatus, præter Gelriam tamen, ducta uxore Filia Ferdinandi Rom. Regis. Primaria ejus Vrbs quæ & Ducatui nomen dedit, est *Juliacum* vulgo *Gulich*, cujus etiam in Itinerario meminit Antoninus, situm est ad Ruram fluvium. Opida præter Iuliacum sunt *Marcodurum*, vulgo *Duren*, Civitas ex eo tempore illustrior & notior facta, quo gravissimam Caroli V obsidionem pertulit. *Monasterium Eyphaleæ* Opidum amœnum inter Montium convalles haud procul ab Ervatis fluvii fontibus; *Euskirchia*, *Berchemum*, *Castrum* vulgo *Caster*, a magnifico castro quo munitum est, *Grevenbroick*, *Sladbach*, *Dalen*, *Wassenberg* Opidula sunt. Arces frequentissimas habet, quæ Nobilibus & Equestribus familiis nomen dederunt, *Palant*, *Meroden*, *Rensschenberg*, *Nesselroden*, *Wachtendonck*. Est etiam *Baronatus Wickradiensis* Arcem habens munitissimam, *Quadorum sedem*. In hoc ipso tractu sita est urbs Aquensis, *Aquisgranum* recentioribus, *Vetera* Ptolemæo in qua *Legio* XXX *Ulpia*: sed apud Antoninum est XX & *Legio* XXX *Ulpia* alius huic loco vicinus. Lhuithprandus *Grani Palatinum* vocat. Rhegino *Thermas Grani* & *Aquis Palatium*. Sæpius etiam *Aquæ* simpliciter ab illius sęculi scriptoribus nuncupatur: vulgo *Aken*, Germanis *Ach*, Gallis *Aix* dicitur. Vrbs est nobilissima; Aëre fruitur saluberrimo, agroque gaudet pulcherrimo, quanquam quod ad ædificia structuraque attinet, nequaquam veteri famæ, nobilitati, splendorique respondeat. Balnea thermasque tam intra urbis Mœnia, quam extra, è terra erumpentibus aquis natura calidis habet, multisque ac variis morbis adprime utiles. Estque hæc urbs sede Caroli Magni qui hic obiit & sepultus est, celebrata. Fluvios habent hæ regiones præter Rhenum *Ruram*, sive *Roram* qui ad Vbiorum Opidulum, *Roeroort*, quod finem Roræ sonat, Rheno miscetur, ubi videre est duorum fluminum concurrentium evidentissimum discrimen, quorum hoc viride, illud subalbum apparet. Et quidem usque adeo tortuosus est Rora tantisque ambagibus fertur, ut propemodum ipse Mæander videri possit: tam autem violentus est, & vehementi cursu fertur, ut quandoque per arva viam rumpat, adeo ut brevi temporis spacio duo vel tria jugera alluvione hinc adimat, illuc adjiciat; vel contra, paullo post solum quodcumq; inundat, calculis implet, atq; corrumpit: *Nersam* itē, *Lupiam*, *Angram*, *Duselum*, *Erffat*, *Nursi*, *Vormium*, & alios. Nec Silvæ desunt, inter quas, illa quam Tacitus *Saltum Teutoburgensem* vocat, Duisburgo vicina, quod cingit plusquam medium quibusdam in locis vix quatuor, aut quinque balistarum distans, vastissima est & ampliss ima, in qua innumeræ Feræ conspiciuntur. Rivulos habet plurimos, & limpidissimos: Montes sunt excelsi, arboribus prælatis circumquaque vestiti. Sed de his hactenus.

Regio & unde dicta.

Leodienſi Diœceſi nomen ab Vrbe primaria *Leodio*. Huic vero a cæſa Legione Romana in ea valle, ubi nunc *Leodium*, nomen inditum conſtanter adfirmat Hubertus Thomas *Leodius*: ipſi quoque Indigenæ vocant *Liege*, quaſi *Legionem* dicerent. Alii exiſtimant nomen habere a rivulo quodam ignobili *Legia*, qui tertio ab Vrbe Milliari ortus, intra Vrbem Moſæ commiſcetur; Vulgo *l'Eveſché de Liege*.

Situs.

Adjacet illi ad Boream & Occidentem Brabantia; ad Ortum partim Moſa, partim Ducatus Limburgenſis; ad

Cœli qualitas.

Auſtrum Comitatus Namurcenſis. Longitudo ejus Milliarium Leodienſ. XXXI: Latitudo XV. Aëre gaudet

Soli fertilitas.

purgato, temperato & ſalubri; Agro amœno, fertili, omnibus rebus adfluente; inprimis verſus Boream, qua Brabantiæ contermina: ibi Frumenti & omnis generis Fructuum admodum ferax eſt, nonnullis in locis etiam Vini. Verſus Meridiem vero, qua Lutzenburgum & Galliam attingit, paullo ſterilior, Montibuſque aſperior: & Nemoribus (Arduennæ enim ſaltus totius Galliæ, auctore Cæſare maximi, hic paſsim cernuntur reliquæ) horridior. Hæc facies ſoli exterior: intus autem & in viſceribus, habet Ferri & Plumbi, atque etiam Auri optimi Fodinas, ſed Auri parciores. Sunt etiam in Montibus Lapidicinæ ex quibus in Magnatum ſepulturas Marmor candidi coloris, quod *Alabaſtrites* Græcis appellatur: & varii coloris eruitur. Sunt & Saxa grandia, foſsilia, ad ignem idonea, quæ ſummo labore, & non niſi cum grandi vitæ diſcrimine ex altis Montibus, atque etiam ſub ipſo Moſæ alveo magnis cavernis excavato petuntur, atque in Provincias noſtras navibus deferuntur, pretio in ſingulos annos excedente ſummam centies mille ducatorum. Hunc lapidem vulgo vocant carbonem Leodienſem, *Charbon de Liege*: Is ubi ſemel ignem concipit, paullatim accenditur, oleo reſtinguitur, aqua vires concipit; Calor ei vehementiſsimus: quo fit ut Leodienſes tria ſibi præ aliis gentibus arrogent; Panem pane meliorem: Ferrum ferro durius: Ignem igne calidiorem. Vſum hujus ſaxi repertum primum aſſerunt, Anno CIↃ CXCIIX, a quodam peregrino, qui Fabro cuidam ferrario eum commoſtravit.

Animalium varietas.

Omni præterea Pecorum genere abundat regio: nec deſunt Silvæ, opimas quæ præbent Venationes, jucundaque Aucupia. Hanc regionem ad fidem Chriſtianam converſam tradunt a S. Materno Patavino, primo Tungrenſium Epiſcopo circa annum Domini Centeſimum primum. Epiſcopalis enim ſedes quæ nunc Leodii eſt, tunc Tungris erat, manſitque uſque ad annum CCCCXCIIX, quo tempore (quum Hunni Duce Attila in Germaniam irrupiſſent, & Civitatem iſtam una cum aliis Opidis vaſtaſſent) a S. Servatio Trajectum ad Moſam tranſlata fuit: manſitque ibidem uſque ad tempora D. Huberti Epiſcopi, qui Anno ſeptingenteſimo decimo tertio, eam Leodium tranſtulit, ubi etiamnum viſitur. Porro a D. Huberto primo Epiſcopo Leodienſi uſque ad noſtra tempora LVII Præſules a Guicciardino numerantur: apud quem plura de his lege. Neque ſolum hic Præſul Epiſcopus eſt verum etiam Princeps Imperii, Dux Bovillionenſis, Marchio Francimontii, & Comes Lotenſis & Hasbaniæ. Veteres hujus Epiſcopatus Incolæ fuerunt *Eburones*, *Tungri*, *Centrones*, & *Ceræſi*. Occupat jam magnam Lotharingiæ antiquæ partem, continet namque ſub nomine Leodienſis Diœceſis, *Ducatum Bovillionenſem*: *Marchionatum Francimontii*: *Comitatum Haſbaniæ*, aut (*Haſpengow*) & *Lotenſem*


LEODIEN SIS DIOEC.
Miliar. Germa.
JULIÆ DU. PARS
BRABANTIÆ PARS
LUTZENBURGI PARS
HANNONIÆ PARS
GALLIÆ PARS
Oriens
occidens
Meuse
Kempen
Loen
Tongerloo
Diepenbeeck
Borchloen
Hasselt
Tirlemont
Liege
Huy
Namur
Dinant
Durbuy
Marche en Famines
Rochefort
Bouillon
Virton
Arlon
Neufchastelle
Chiny
Florenne
Philippville
Mariembourg
Charlemont
Givet
Rocroy
Mezieres
Sedan
Stenay
Montmedy
Yvoy
Carignan
Dun
Stavelo Abb
Malmedy
Spaa
Limbourg
Verviers
Herve
Aix la Chapelle
Maestricht
Tongres
Hasselt
Leuven
Brussel
Tirlemont
Namur
Dinant
Huy
Liege
Durbuy
Marche
Rochefort
Bouillon
Virton
Arlon
Neufchastelle
Chiny
Florenne
Philippville
Mariembourg
Charlemont
Givet
Rocroy
Mezieres
Sedan
Stenay
Montmedy
Yvoy
Carignan
Dun
Stavelo Abb
Malmedy
Spaa
Limbourg
Verviers
Herve
Aix la Chapelle
Maestricht
Tongres
Hasselt
Leuven
Brussel

Urbes.

Lotenſem : multaſque Baronias, ut vocant. Numeranturque in hoc Tractu, præter Trajectum, cujus media pars Duci Brabantiæ paret, XXIV Vrbes muris munitæ & CIↃ IↃCC pagi templis turrigeris ornati, multæque Abbatiæ & Dominia. Vrbium nomina hæc ſunt : *Leodium*, *Bolionium*, *Francimontium*, *Loots*, *Borchworm*, *Varem*, *Tungri*, *Hoium*, *Haſſelt*, *Dinantum*, *Maſacum*, *Stochum*, *Bilſenum*, *S. Trudonis*, *Viſetum*, *Tumum*, *Guicciardinus*. Harum omnium Metropolis eſt *Leodium*, nonnullis *Auguſta Eburonum*, Incolis *Liege*; Teutones *Luyck* & *Luttich* vocant. Vrbs antiqua, cujus prima auſpicia in Ambiorigem magnanimum Eburonum Regem Hubertus Thomas Leodius refert, quo duce indigenæ per inſidias obruerunt Cottam & Sabinum, interfecta Legione una Romanorum, cum V cohortibus, quemadmodum id C. Cæſar lib. V. Commentariorum ſuorum de bello Gallico prolixe refert. Alii Vrbem arbitrantur eſſe novitiam, conditam a D. Huberto Aquitano; cujus ſententiæ error manifeſtiſsime ex Monimentorum quorundam & ſtructurarum antiquitate convincitur. Præter *Moſam* & *Legiam* influunt in Vrbem alia aliquot Flumina, *Utes*, *Viſes*, *Ambluarus*, ex Silva Arduenna orti. Sunt & Fontes illimes & pellucidi tam frequentes, ut multæ privatorum domus binos aut ternos habeant. Vrbs ipſa laxa eſt, Monteſque & valles aliquot complectitur; Ambitus ejus eſt IV Italicorum Milliarium. Ædificia ampla, ac præ cæteris ſuperbum eſt & magnificum Epiſcopi Palatium, exſtructum a Cardinali Erardo Epiſcopo Leodienſi. Publicis vero Templorum ſtructuris, ſive numerum Eccleſiarum ſpectes, ſive elegantiam, ſplendorem, divitias, omnes ſuperat non modo Galliæ, ſed etiam Germaniæ utriuſque civitates. Octo in ea ſunt Templa Collegiata, in quibus divites admodum Canonici : Splendidiſsimum vero eſt Templum D. Lamberti, qui tutelæ præeſt civitatis. Templum hoc Cathedrale eſt : cujus Epiſcopus totius ditionis & Diœceſeos Princeps, Canonici Conſiliarii; ſed ad Canonicatum nemo admittitur, qui non ſit aut nobili prognatus ſtemmate, aut alioqui Doctor vel Licentiatus; licetque Canonico (niſi in ſacerdotum numerum fuerit cooptatus) reſignare beneficium, uxorem ducere, aliud quodvis munus ſuſcipere. In hoc Templo multa admodum ſunt vaſa magni pretii, multa ornamenta aurea argenteaque: inter alia, ſtatua eſt D. Georgii ex puro auro, quam Carolus Burgundiæ Dux conſecravit. Sunt & quatuor Abbatiæ perquam opulentæ, & Bibliothecis inſtructiſsimis exornatæ. Parœciæ intra vrbem ſunt XXXII cum Eccleſiis totidem. Atque ex his apparet, non immerito a Petrarcha olim ſcriptum, *Vidi Leodium, inſignem Clero locum*. Epiſcopus jus habet titulumque Principis : tanta tamen libertate & tot privilegiis conceſsis Civitati, ut pene libera videri poſsit. Habet enim ſuos Conſules, Scabinos, Magiſtratum. Studia hic olim magno in honore fuere, adeo ut obſervatum ſit, uno eodemque tempore Leodii IX Regum Filios, XXIV Ducum, XXIX Comitum, litteris artibuſque humanioribus operam navaſſe; præter Baronum & aliorum Illuſtrium Virorum liberos, qui plerique omnes Canonici erant Templi D. Lamberti. *Bolionium*, *Bouillon*, Caſtellum eſt quarto *Ivoys* milliari, decimoſexto a *Leodio* in Montis vertice mirabili artificio exſtructum : ſedes Ducum Buillonenſium. Ab hac nomen habuit *Gotefredus* Dux Lotharingiæ, qui anno CIↃXCVI in Concilio generali

generali celebrato Claremontii in Arvernia, una cum Fratribus Eustatio & Balduino sacram militiam susscepit adversus infideles, pro recuperanda Terra Sancta. Quo tempore Illustris ac vere generosus Heros, ut esset ad militiam illam expeditior, Sperto Episcopo Leodiensi Ducatum illum vendidit, majore gloria vendentis quam ementis. Hujus virtute anno c 1ɔ 1ɔ capta sunt a Christianis Hierosolyma. Ei cum ab exercitu ob præclara merita regnum Hierosolymitanum cum corona offerretur, negavit (en Principis Christiani pectus) se auream coronam aut Regium titulum eo loco susceperturum, in quo Servator humani generis coronam spineam tulisset. *Francimontium* olim Opidum fuit muro clausum, nunc muris disjectis patet: in eo Cardinalis Erardus, quem antea retuli, munimentum exstruxit. Abest Leodio 1v milliaribus, estque titulo Marchionatus insignitum. *Tuini* (pagus hic est Francimontio proximus), Metalla sunt plumbi optima, & in montibus vicinis Lapidicinæ Marmoreæ. *Tungri* tribus mill. absunt a Trajecto Mosæ, (*Maestricht*) totidem a Leodio: Civitas eorum *Tongren* hodie appellatur, sita ad fluvium *Jecher*; nomen habet a Tungris Germaniæ populis, qui relicta patria primi Rhenum trajecerunt, & has sibi delegerunt sedes. Vrbs est omnium Brabantiæ Civitatum antiquissima. Ab hac urbe usque Lutetiam Parisiorum iter est Mill. Ital. cc quod totum iter lapide constratum fuit, exstantibus etiam nunc ejus viæ reliquiis manifestissimis. Argumentum summæ antiquitatis est Templum Herculis intra urbem, cujus statua ante portam etiam hodie conspici potest. *Hoium*, *Hoey*, habet appellationem a rivulo impetuosissimo qui hoc loco in Mosam præceps fluit; distat Leodio v mill. Quarto milliari a Leodio ad Demerum Opidulum est *Bilsen*, & extra illud pagus *Munsterbilsten*. Tertio milliari a Tungris urbs est *S. Trudonis*, vulgo *Sainct Truden*, *Centronum*, ut quidam arbitrantur sedes, quorum frequens apud Iulium Cæsarem mentio. Vno milliari a Leodio pagus est *Ebure*, quæ Eburonum caput fuisse creditur. Traiecti partem, ut & hoc obiter addam, huic Diœcesi accessisse ex donatione Pori, cujusdam Lovanienſis Comitis, scribit Placentius. Reliqua Opida brevitati studens omitto. Flumminibus undique rigatur hæc regio, quorum maxima pars Mosæ miscentur: suntque *Legia*, sive *Legio*, *Vtes*, *Veses*, *Ambuarus*, *Jeckel*, *Hoy*, *Vesera*, *Vl*, *Voer*, *Vrt*, reliqui per Demeram ad Scaldim deferuntur: uti sunt *Ratbeck*, *Stimmer*, *Herek*, *Hesp*, amnes limpidissimi, qui Piscium fluviatilium genus omne abunde subministrant. Fons hic fuit de quo litigant inter se Viri docti. Alii contendunt esse adhuc intra urbem: alii (quibus adsentitur accuratissimus Scriptor & qui hujus rei fidem singulari cura experiri voluit Lud. Guicciardinus) extra eam, sesquimilliari a Limburgo, v mill. a Leodio, v 111 a Tungris, iuxta *Spa* vicum, in Nemore quodā amœno & jucundo, parte Silvæ Arduennæ. Hujus fontis mirabilis efficacia in morbis desperatissimis, Phtisi, Hydrope, Febribus atq; aliis. Montibus etiam Regio hinc inde attollitur, in quibus divites Fodinæ, de quibus supra. Silvis etiam passim umbrosa; Arduennæ portiones sunt Silvæ Iulio Cæsari celebratissimæ. Ejus Portiuncula Comitatui Namurcensi vicina *Saltus Marlignianus* dicitur. Atque hæc hactenus de Diœcesi Leodiensi: nunc ad reliqua Pergamus.

Fluminaa.

Montes. Silvæ.

VVALDECK COMITATVS.

Qui hanc Tabulam primus descripsit & ædidit, Iodocus Moers a Corbach, duos Nobiliũ Ordines sub Comite Waldeccio enumerat, unum liberum intra Comitatum commorantem, alterum tam extra, quam intra Comitatum Feudo Comiti adstrictum; hos ergo Ordines, cum nihil præterea habeam, hic adnumerabo, & quæ illorum domus Tabulæ insunt, indicabo.

Stemmata Nobilium liberorum intra Comitatum sunt Virmundt, Meissenburg, Gogreben, Zertzen, Volmerichausen, Dalvvig, Eppe, Rodehausen, Reen, Sconstat, Hertzinghausen, Tvvist, Hanxtleden, Greismar, Roman, Dorfelt.

Stemmata Feudatariorum tam extra quam intra Comitatum: Witstein, Reitesel, Spiegel, Calenberg, Westfal, Canstein, Malspurg, Lebenstein, Mengersen, Mescheden, Beinenburg, Papenheim, Wuisst, Volkenbergh, Vrf.

Ad

WALDEK.


WALDEK
Comit.
SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
Paderbornen
Episcopa
Pars
Hassiae
Comitat.
Militare Germanicum
Buren
Weinern
Leidberg
Ringelenstein
Elueren
Wirm
Eberch
Borsel
Furstenberg
Nider Almen
Ober Almen
Marsberg
Bredeler
Nehen
Tueln
Wulst
Scarpenberg
Reese
Altenbeurn
Antfelt
Brilon
Hopke
Koth
Bulline hausen
Velmede
Geblinchaus
Olsborn
Olsberg
Ellerhausen
Broickhausen
Hopperichhausen
Wildungen
Elpe
Alteselt
Kirchhundefelt
Winterberg
Norderha
Querkirchen
Hallenberg
Sasenberg
Schrof
Frankenberg
Virmunt
Messlein
Quirnhast
Schmidlo
Orck
Medelon
Eisenbick
Medebach
Reuskausen
Diefelt
Niense
Eppe
Ense
Afers
Schaften
Buchmar
Korbach
Reen
Emelrod
Nirder
Deisfelt
Otter
Sudig
Beth
Flechtorf
Atorf
Renet
Ostborn
Lemner
Gersnag
Hespert
Mussen
kausen
Bilstein
Nauwor
Roden
Dehausen
Eilhausen
Herbsn
Arulsen
Eisenbeck
Mengerka
Gemke
Mollis
Helmschit
Berntorp
Hornkausen
Dirnkausen
Freienhag
Saxenhausen
Werbe
Alraf
Esel
Voel
Harpsh
Schmidlo
Wetterburg
Volckmarsen
Vrp
Fallhausen
Landaw
Nu Waldeck
Buel
Selbach
Numberg
Waldeck
Buln
Kungshag
Welden
Antraf
Wege
Wildunge
Madern
Wglen
Odershausen
Vrf
Newbaw
Lebenstein
Huntsrad
Burnhausen
Gilse
Bischehausen
Francnau
Arensbach
Betzgerad
Vngedane
Fritzlar
Zutschen
Rommersberck
Erlndorff
Bereken
Wartburg
Desenberg
Dalheim
Dalen
Korbecke
Daesberg
Wiersberg
Kogelberg
Westhusen
Braun
Stromberg
Elsingen
Schutberg
Hassingen
Wulshagen
Eistz
Basern
Altenstzt
Elberberg
Hegale
Lhar
Listingen
Schatzen
Ertingen
Visbeck
Schoning
Hoxter
Corbeia
Nova
Ostendorf
Scheffis
Dieme flu.
Ostrup
Wesen
Buckelo
Heegstorp
Wolbertshausen
Bauernk.
Weberkau
Ense
Schaften
Buchmar
Reuskausen
Medebach
Eisenbick
Medelon
Orck
Hallenberg
Sasenberg
Schrof
Frankenberg
Virmunt
Messlein
Quirnhast
Francnau
Schmidlo
Harpsh
Eisel
Voel
Afers
Ense
Eppe
Niense
Alraf
Werbe
Saxenhausen
Selbach
Numberg
Waldeck
Buln
Kungshag
Welden
Fritzlar
Vngedane
Zutschen
Antraf
Wege
Wildunge
Madern
Betzgerad
Arensbach
Wglen
Odershausen
Vrf
Bereken
Newbaw
Lebenstein
Rommersberck
Huntsrad
Erlndorff
Burnhausen
Gilse
Bischehausen
Wetterburg
Volckmarsen
Vrp
Fallhausen
Landaw
Schatzen
Ertingen
Visbeck
Schoning
Hoxter
Corbeia
Nova
Ostendorf
Scheffis
Dieme flu.
Ostrup
Wesen
Buckelo
Heegstorp
Wolbertshausen
Bauernk.
Weberkau
Korbach
Reen
Emelrod
Nirder
Deisfelt
Otter
Sudig
Beth
Flechtorf
Atorf
Renet
Ostborn
Lemner
Gersnag
Hespert
Mussen
kausen
Bilstein
Nauwor
Roden
Dehausen
Eilhausen
Herbsn
Arulsen
Eisenbeck
Mengerka
Gemke
Mollis
Helmschit
Berntorp
Hornkausen
Dirnkausen
Freienhag
Nu Waldeck
Buel
Selbach
Numberg
Waldeck
Buln
Kungshag
Welden
Fritzlar
Vngedane
Zutschen
Antraf
Wege
Wildunge
Madern
Betzgerad
Arensbach
Wglen
Odershausen
Vrf
Bereken
Newbaw
Lebenstein
Rommersberck
Huntsrad
Erlndorff
Burnhausen
Gilse
Bischehausen
Francnau
Schmidlo
Harpsh
Eisel
Voel
Afers
Ense
Eppe
Niense
Alraf
Werbe
Saxenhausen
Selbach
Numberg
Waldeck
Buln
Kungshag
Welden
Fritzlar
Vngedane
Zutschen
Antraf
Wege
Wildunge
Madern
Betzgerad
Arensbach
Wglen
Odershausen
Vrf
Bereken
Newbaw
Lebenstein
Rommersberck
Huntsrad
Erlndorff
Burnhausen
Gilse
Bischehausen
Francnau
Schmidlo
Harpsh
Eisel
Voel
Afers
Ense
Eppe
Niense
Alraf
Werbe
Saxenhausen
Selbach
Numberg
Waldeck
Buln
Kungshag
Welden
Fritzlar
Vngedane
Zutschen
Antraf
Wege
Wildunge
Madern
Betzgerad
Arensbach
Wglen
Odershausen
Vrf
Bereken
Newbaw
Lebenstein
Rommersberck
Huntsrad
Erlndorff
Burnhausen
Gilse
Bischehausen

81.

Regio & vnde dicta.

AD Mercatorem redeo, apud quem sequitur *Waldeccia* vel *Waldeccensis Comitatus*, vulgo *De Grafschaft Waldeck*. Nomen habet ab urbe Waldeckia: estque Hasiæ non minima pars. Conjacet illi ad Orientem quidem Hasia: ad Septentrionem Episcopatus Paderbornensis: Occidentalior pars Diœcesim respicit Colonienſem Longitudo & Latitudo Comitatus est VI milliarium. Solum, fertile

Situs.

Soli fertilitas.

campo, apricis collibus, irriguis amnibus felix: Frumentum profert magna, copia & Vinum: Metalla gignit varii generis, Aurum, Argentum, Æs, Ferrum, Plumbum, Argentum Vivum, Alumen, & Salem. Circa Wildungam enim urbem, arcemque Eisenburgum pleraque hæc è Terræ visceribus rara felicitate effodiuntur. Sunt & Saxa grandia, fossilia, (qualia in Episcopatu Leodiensi) ad ignem idonea: Germanis *Steinkolen*, his ignem focumque tanquam carbonibus fovent. Varii generis producit Animalia, magnamque in Silvis Ferarum copiam, quæ ad venationes frequentes Incolas exstimulant. Originem autem Comitum Waldecensium, a *Widechindo* Comite in Snalenberg, quem *Carolus Magnus* Ecclesiæ Paderbornensis, a se primum fundatæ, Advocatum id est, (si vera est *Advocati* interpetatio, quam Iac. Meyerus aliique afferunt) Civitatis Principem constituit, arcessunt. Quod jus ex posteris quidam *Widechindus* Comes Waldeccensis, cum Friderico Barbarossa in Asiam profecturus, acceptis CCC Argenti Marcis, collegio remisisse scribitur. Nec vero continua superiorum Comitum familiæ series adnotata, quod sciam, exstat. Itaque ab Henrico Ferreo, qui Corbachiam antea liberam, Imperio Comitum primus subjecit, series ad nostra tempora deducta adscribitur. *Henricus Ferreus* Arcis Laudoiæ conditor, Corbachiam anno CIↃ CCCLXVI die XI Martii oppressam, sibi parere coegit. *Henricus*, Fridericum Ducem Brunswicensem electum Imp. ad Frislariam interfecit anno CIↃ CCCC, uxor *Elizabetha Bergenssi*. *Henricus* cœpit anno CIↃ CCCCX sexennale bellum cum Pattbergiis, finivit CIↃ CCCCXVIII. Patrocinio Ludovici Hasiæ Principis se primus subjecit anno CIↃCCCCXXVIII. *Wolradus* Comes a Waldeck, ab Episcopo Moguntino, Frislariæ & aliis quæ in Hasia tenet Opidis præfectus CIↃ CC CCXXXIIII. *Philppus* I. *Phippi* I. filius, Vxor *Anna* filia Ioannis II Ducis Clivensis. *Wolradus* II Pius, doctus & humanus: Præses colloquii Ratisbonensis anno CIↃIↃLVI, mortuus CIↃIↃLXXVIII. Iosias natus anno

Animalium varietas.

Imperii Majorum.

Urbes.

CIↃIↃLIIII, mortuus CIↃIↃLXXXVIII. *Christianus* & *Wolradus*, Comitis Iosiæ filii. Ad dignitatē autē Officii Imperialis quod attinet, inter IV Servos seu Milites Imperii, Comitatus hic primus numeratur: Sunt enim *Waldeck*, *Hirten*, *Fulchen*, *Arnsperg*, *Rabnaw*. Vrbs primaria *Waldeccia*, vulgo *Waldeck*, quæ regioni nomen dedit, Arce prædita, quam *Edera* fluvius alluit. Sunt & *Astinchusa*, *Dudinchusa* Opida: *Landavia* urbs cum adjuncta Arce. *Mengerhusa* urbs quoque cum Arce. Comitum hodie sedes, duobus a Waldeccia milliaribus distat: *Rodenum* urbs & Arx, in cujus Territorio venationes sunt frequentes. *Wetterburgum* Arx locus adspectu & positu peramœnus, inter Twistam videlicet & Ahram fluvios sita: *Wildunga* urbs quæ novo & veteri nomine ac loco distincta est: juxta quam Fodinæ Metallicæ: ex quibus magna vis Auri, Æris & Ferri quotidie eruitur. Sunt & hic fontes acidi ad quos variarum regionum ægri ante annos aliquot solebant confluere. Coquitur hic etiam optima Cerevisia, qua præstantiorem non habet hæc regio. *Frienhagen* Carolini judicii sedes: *Saxen-*

husen,

hausen, *Saxenberga*, *Furstenberga* Opida: *Eisenburgum* arx, cujus ager ut Wildungæ, Aurum & Ferrum suppeditat: quo Lithanthraces quoque effodiuntur: *Eilhusia* Arx situ spectabilis, ab Vrbe amne dividitur: *Corbachia* urbs munita: Auri fodinarum ad eam, ante trecentos annos mentionem fecit Albertus Magnus, & quidem de auro ibi effosso, cum igne probatur ac purum redditur, minus quam de Bohemico, ullove alio consumi adfirmat. Nec vero hodie venæ illæ prorsus ex haustæ sunt: nam haud procul Corbachia ex arena sæpiuscule lota Aurum abstergitur. *Neuburga* Arx & Opidum: *Ither Arx*: & *Werba* Monasterium. Regio hæc fluminibus irrigatur variis (inter quæ agmen primum merito ducit *Edera*, qui Tagi Hispaniæ, Hebri Thraciæ, Pactoli Asiæ emulus, aureas quoque vehit arenas, tum & Piscibus siquis alius refertissimus, mediam fere Provinciam Waldeccensem secat: ex Nassaviæ Montibus per Comitatum Witgenstein ad Francobergam adlabens, & arcem Waldeccensem præcipiti rupe conspicuam, in ima valle altissimis undique Montibus septam, abluens: Frislariam Hassiæ Opidum præterlapsus recepto Sualma, in Fuldam supra Cassellam, atque inde in Visurgim se exonerat. Sequuntur *Dimila*, *Twista*, *Vrba*, *Ahra*, & *Ither* amnes. Nec Montes desunt, inter quos qui vernaculæ dicuntur *Grunebeckerberg*, *Winterberg*, *Den Astenberg* cum aliis qui in Tabula Mercatoris cernuntur. Sunt & Silvæ in hoc tractu frequentes *Alde walds*, *Weter holt*, *Geppenhage*, *Plas*: alias prætereo, quæ passim per hunc Comitatū hic ibi sparsæ. Atque hæc de Waldeccensi Comitatu hactenus, ad Palatinatum Rheni transeamus.

Flumina.

Montes.

Silvæ.

Regio & unde dicta.

VVAldeccia succedit in mea Methodo *Palatinatus Rheni*, vulgo *die Pfaltz*. Hanc nobilem Germaniæ partem nonnulli a Palatio Rheni nomen accepisse; Alii a Caroli Magni institutione; alii a Palatio Trevirensi sic nominatam volunt. Beatus Rhenanus conatur probare ex Ammiano Marcellino, Palatinatus ditionem & nomen a Palas Regione descendisse. Scribit enim Ammianus in hunc modum: *Constituto ponte prope Moguntiacum, cohortes transgressæ sunt Rhenum, in regione Capelliatiana, quæ a Palas nomen habet, castra sunt posita.* Et alibi: *Quum ventum esset ad regionem cui Capellatij vel Palas nomen est, ubi terminales lapides, Romanorum & Burgundionum confinia distinguebant, castra sunt posita.* His subiicit Rhenanus: Hic advertere licet Principem Palatinum non a Palatio Cæsaris, vel ædificiolo illo quod in Rheno ostenditur, nomenclaturam suam possidere, sed vetustissimam a Regione esse natam adpellationem. Hæc ille. Sed cum plures, aliorumque Locorum Comites Palatini, in historiis recensentur, hodieque etiamnum sint, hanc de Etymo Palatini, sententiam plerique reiiciunt. Huc accedit quod ante cccc annos, neque castra, neque Opida in hac regione, ubi hodie habitant, habuerunt: sed intra hos annos qucquid locorum juxta Rhenum habent, vel emerunt, vel armis adquisiverunt. Plerisque magis adlubescit, si a Palatio Comes Palatinus dicatur. Qui dignitatis & claritatis ordo velut senatorius jam olim sub Impeartoribus esse cœpit. Hinc qui in Comitatu Palatii præsto essent Principi, Palatini vocabantur. Habet hæc Regio ab Occidente Zweibruckensem Ducatum: qua Oriens est occurrit Franconia & Wirtembergensis Ducatus: qua Septentrio, partim Mœno flumine, partim extrema Silva quam Ottonicam vocant, terminatur: Alsatiam attingit a Meridie. Tractus hic uniuersus amœnitate, fertilitate, & ubere omnium Rerum copia vix ulli Germaniæ parti cedit. Montes plerique vitiferi sunt, Vinumque præstantissimum proferunt, aliis remotioribus locis expetitum: iidem ad Boream Castaneis referti. In Agris copiosa Frumenti Seges, Tritici, Siliginis, Hordei. Nec desunt Pomaria, & Horti omnium felicium Arborum genere consiti, qui passim in hac regione plurimi visuntur, magna pomorum ubertate scatentes. Inter Wormaciam, Heydelbergam, Neostadium, Crucenacum, Oppenheimum generosissimæ sunt Vites: Imprimis Pfettershemii, cujus bonitas cum Setiis, Falernis, Cæcubis certate possit. Silvæ etiam & Montes referti sunt Feris, potissimum Cervis. Quin & Incolæ plurimos in Silvis untriunt Hircos, Hœdos, & Capras, eo quod hæc Animalia potius silvestribus delectantur saltibus, quam pratis. Acarpendo enim Capræ dicuntur, ideoque in lege locationis fundi excipi solet, ne Colonus Capram in fundo pascat. Prope Heydelbergam est magna copia Ardeatum, ibique in Nemore nidificant. Est autem auis aquatilis, quippe quæ vivit ex aqua, & tamen horret pluvias aliasque tempestates, quas in sublime volans evitare conatur, juxta illud Virgilii: *Atque altum supra volat Ardea nubem.* Vocatur etiam ob id Ardea, quod ardua suo volatu petat. Ponit nidum suum in altissimis arboribus, oditque natura Accipitrem Fringillarium seu Nisum, sicut vicissim Accipiter exitum illius continuo quærit. Decertantes autem in sublimi aere, uterque id unum conatur, ut alterum

Situs.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.


Septentrio.
Meridies.
Occidens.
Oriens.
29
30
31
50
49
Mil. Germanica
1
2
3
PALATI
NATUS
Rheni
Lotharingi
Alsatia
Wormatia
Palatinatus
Rheni
PARS.
Bingen
Kirchberch
Simmern
Bachrach
Lorich
Erbach
Walb
Francfurt
Bicher flu
Sprindlingen
Weyskirchen
Selingstatt
Dieborg
Ostheim
Sultzbag
Darmstatt
Vrheilgen
Oppenheim
Stockstatt
Eßelbrug
Eisenbach
Wirt
Laudenbach
Miltenburg
Prenberg
Lindesfels
Furstenaw
Michelstat
Wigstadt
Rgenberg
Stupfelbrun
Mospach
Schefflent
Mekmul
Wickersheim
Zigling
Wimpfen
Neuwenstatt
Bibrach
Wennsperg
Hailbron
Steirfeld
Bodwar
Mumlelheim
Kirchperg
Greining
Wirm
Hannshaim
Canstat
Ebenbach
Hochhausen
Hasmarf
Gmund
Guttenberg
Lobenfeld
Helmstatt
Bischofsheim
Sintzen
Reichen
Eppurgen
Brukhe
Gilring
Ochsenberg
Gronbach
Kintzing
Pfaffenhonen
Birnickhen
Maulbronn
Buriach
Aich
Stain
Kirchbach
Vaihing
Riexing
Hohenecke
Ennta
Nowenburg
Wilbad
Hirsthaw
Herren Alb
Frauwen Alb
Bastat
Lagen Steinbach
Elmelingen
Pforyhaim
Neuwarburg
Gotzaw
Lutterburg
Zeltz
Surburg
Wardt
Passenbrun
N. Sebach
Fleckstem
Kaltenhausen
Dackenbrun
Wasselnburg
Scheit
Rhein Zabern
Stalburg
Jngrum
Stals
Surbrun
Hasenburg
Landaw
Anweil
Tann
Linsburg
Kaldenbad
Falkenberg
Kherweiler
Noßdorff
Heimbach
Germersen
Kisloch
Strisberg
Kurlag
Rultzen
Reinhausen
Ghrin
Spier
Wisloch
Kusch
Leymen
Ippenhauß
Schiffestatt
Naustatt
Gheisheim
Limburg
Hasseloch
Franckestein
Holtzeck
Luter
Hoested
Au
Grunberg
Munchswiler
Parmeses
Wolfmunster
Welchorn
Rimmeli
Frmingen
Sar Albe
Sultzen
Magstadt
Pitlingen
Gernuden
Stehausen
Bricken
Forpach
Auoulx
Mc delsheim
Ebersmunster
Duitschuys
Contwich
Rodawen
Zweibrucke
Sarbrucke
Bluescassel
Doidweiler
Hamborch
Limpach
Kobelberg
Die Altstat
Elsbach
Ottenburg
Maybach
Ellenderuits
Rockenhusen
Falkenstein
Falkenstri
Lauterwilstein
Rhasweiler
Manbach
Odenbach
Alsens
Meysheim
Crumbach
Nunburg
Solesbach
Herstein
Smidberg
Mandel
Trautfnach
Wolfzin
Schornsheim
Wilstein
Odernheim
Arnsheim
Altzei
Flamerom
Gontum
Ostheim
Seul
Hepsheim
Monsheim
Hannsen
Worms
Cell
Klein bockenu
Durmstein
Pfeddersheim
Caestatt
Rosental
Lampsheim
Franckendal
Ladenburg
Hanim
Ogersheim
Hochuff
Reigerszehe
Wachetheim
Haseloch
Ippenhauß
Schiffestatt
Spier
Wisloch
Kusch
Leymen

alterum adscendendo superet. Si Accipiter altiorem obtinuerit locum, impetu quodam obruit hostem atque extinguit. Sed ad rem. Fuerunt ab initio Palatini Palatiorum Præfecti, præsertim in Curiis Imperatorum, quos Franci olim *Maiores-domus* vel *Palatij* vocaverunt. Quando autem ditio Palatinatus Rheni fuerit instituta, & ubi locorum Palatini Rheni ante quadringentos & quingentos annos se continuerint, non licuit mihi investigare, varię enim hic hominum conjecturæ. Sunt qui aiunt primos Palatinos simplices fuisse Nobiles, usque ad tempora Ottonis III, quando Principes Electores fuerunt constituti: tunc enim illis major dignitas fuit constituta. Primus Palatinus Elector fuit *Henricus*, qui cum ceteris Electoribus Anno CIↃIII Imperatorem constituit D. Henricum. At ubi suam habuerit Curiam, cui præsederit regioni, quos audientes habuerit populos, ipse & aliquot ejus successores, a nullo inveni scriptum, inquit Munsterus, nec Principes ipsi qui hodie præsident Palatinatui id sciunt, nisi quod quidam, sed sine certo testimonio, putant Principes Palatinos olim Wormaciæ consedisse, & magnam in ea Vrbe habuisse jurisdictionem. Hoc constat, Conradum Ducem Franconiæ anno CCIↃXLII suam sedem Wormaciæ habuisse de Principe Palatino nihil tale invenitur. Sedes hic olim *Intuergorum*, *Nemetum* etiam & *Vangionum*, ut nonnulli opinantur. *Intuergi*, Germaniæ populi: Hos Peucerus in Palatinatu constituit circa Heydelbergam, quæ regio etiam *Capellatium* & *Pallas* vocata fuit, ut supra ex Marcellino retuli. *Nemetes*, Ptolemæo & aliis, Germaniæ ad Rhenum populi, finitimi Metensibus, Argentinensibus, Wormaciensibus; *Spier* hodie urbs Episcopalis in Germania B. Rhenano. *Augusta Nemetum* hæc Aethico. *Vangiones* Ptol. itidem Germaniæ populi ad Rhenum: *Wormbser Bisthumbs* B. Rhenano & Lichtenavio. Sed contra affirmat Pirchaymerus, *Vangiones* esse *Spirenses*, *Nemetes* vero *Wormacienses*. Rationem addit Irenicus, nempe quod Ptolemæus, qui in descriptione Rheni solitus sit a Meridie in Septentrionem decurrere, primum meminit Vangionum, deinde Nemetum. Sig. Gemblacensis tamen, qui ante annos scripsit circiter quingentos, Wormatiam Vangionum Vrbem vocat. Wormatiam Vrbem olim vocatam *Vangionum* speculam, ex antiqua ibidem inscriptione, colligit quoque Ioannes Heroldus. *Vaingen* interpretatur Lazius. Vrbes memorantur XLVIII, quarum Caput *Heydelberga*, Principis Palatini sedes. Nomen habet vel a gentibus, hæ enim Germanis dicuntur *Heyden*: vel a Myrto, quem iidem vocant *Heydelbeer*, atque ob hanc caussam eruditissimus Melissus eam urbem appellat *Myrtilletum*. *Durlacum*, cujus meminit Abbas Vrspergensis Pyramio est; quod aliis *Durlach*, & rectius. Ioannes Heroldus vocat *Capellatium*, aliis tamen *Capellatium* est ipse Palatinatus, ut modo diximus. Munstero tractus est qua iter Francofordia Heydelbergam, *Bergstras* dictus. Sunt etiam qui Ptolemaicam *Budorim* hic sitam fuisse putent; sed hi præter inanem conjecturam nihil adferunt. Budorim enim statuit Ptolemæus Latitud. graduum LI. Quum Heydelberga habeat latitudinem Graduum duntaxat XLIX: Min. XXXV; vulgo *Heydelberg*. Sunt alii qui contendunt legendum & scribendum *Edelberg* quod sonat nobilem Montem: alii vero *Eidelberg*, quod meros Montes significat. Sita est ad Nicrum sive Neccarum flu., in faucibus Montium. Celedris

Imperium majorum.

Vrbes.

Celebris fuit jam inde ab anno CIↃ CCC XLVI insigni Litterarum & Sapientiæ Gymnasio, quod iis temporibus constitutum est a *Ruperto* seniore Principe Palatino, qui etiam ad ejus curam Marsilium quendam Vltraiectinum Parisiis evocauit. Ex eo semper inclyta fuit Doctorum & Studiosorum frequentia. Inter Doctores celebres fuere Rodolphus Agricola, Ioannes Dalburgius, Ioannes Virdungus, Gulielmus Xilander, Thomas Erastus, Zacharias Vrsinus, atque alii plurimi. Porro universus Palatinatus in quatuor Præposituras tributus est, quas illi *Ampten* vocant, Heydelbergensem, Alzæensem, Neostadiensem, & Mosbachensem, ab Vrbibus Heydelberga, Alzea, Neostadio & Mosbaco nuncupatas. Sunt præterea *Bretta*, Opidum mediocre ad Salzam fluvium Patria Philippi Melanchtonis, summi Liberalium Artium Magistri: *Ladeburgum*, a Castris Latinis Peucero dictum, pignori datum est Duci Ruperto Seniori pro media ejus parte anno CIↃ CCCLXXI. Altera medietas obvenit Episcopo Wormaciensi. Eidem Principi vendidit Sifridus a Stralnberg anno CIↃ CCCXLVII Opidum *Schriessen* & Castrum Stralnberg. Et anno CIↃ CCCXLIIII Opidum *Weinheim* per arbitros est memorato Principi adjudicatum, quod antea Episcopus Moguntinus possederat. Sunt item, *Cauba*, *Gelhusen*, *Sintzon*, *Luden* ad Tuberum flu. *Oppenheim*, *Cæsarea Lutra*, *Ingelheimum*, *Lowensteinum*: in Brureinia Ditione *Bruxella*, & alia, quæ in Tabula obvia sunt, ut & Arces & Pagi. Fumina præcipua sunt *Rhenus* & *Neccarus*. Hic medium Palatinum fecat irrigatque, ac prope Ladeburgum Rheno immergitur, Veteribus *Nicer* dictus: Piscium & inprimis Mullorum, quos vulgo *Barbones* vocant, fœcundus, siquis alius Amnis. Descendunt quoque per hunc fluvium continuæ lignorum rates, ex Ottonica Silva, quæ ex Neccaro in Rhenum deferuntur. Ignobiliores sunt *Tuberus*, *Lutherus*, *Iaxtus*, aliique. Regio universim tum montuosa, tum campestris: Montes habet insignes in quibus præstantissima Vina decoquuntur. Nec desunt Silvæ opimas venationes præbentes. Inter Silvas ea est quæ dicitur *Ottonica* sive *Ottonis*: estque pars Hercyniæ Silvæ. Latitudo ejus extenditur a Neccaro usque ad Mænum, & Longitudo a montana via vulgo *Bergstras*, usque ad Tuberum flu. Sed hæc hactenus. Multa in Palatinatu Templa, multa etiam fuere Monasteria. inter quæ *Lauriſſense* vulgo *Lorsch*, per Carolum Magnum, aut ut alii putant per Pipinum constructum: de cujus Bibliotheca sic Monsterus: Non est locus in Germania, ubi vetustior quam in hoc Monasterio Bibliotheca fuerit. Vidi ibi exemplar unum quod manu Virgilii scriptum titulus præmonebat. Inventus est ibi quoque ultimus liber Ammiani Marcellini, qui & jam publicatus est, scriptus majusculis tantum literis. Ioannes Dalgurbius Episcopus Wormacienſis, Vir Doctissimus, transtulit inde ad Bibliothecam Ladenburgensem meliores quosque codices. Ceterum Sextus Circulus Imperii est quatuor Electorum, qui sunt: Comes *Palatinus Rheni*: Archiepiscopi *Mens*, *Trier*, & *Coln*. Civitates liberæ sunt *Mentz*, *Coln*, *Trier*, *Gelenhausen*. Principes & Domini: *Palatinus* cum suo Territorio: Com. *Nassau*, & *Beilstain*: *H. Reifferscheidt*, & *Rheineck*: *Teutsch Ordens Hern in Coblentz*: Abb. *S. Maximini* proximé Trier: Præpositus *Seltz*. H. *Nider Eisenburg*. Sed hæc hactenus, ad Ducatum Wirtembergensem transeo.

Flumina.

Montes.

Silvæ.

Opera publica.

Bibliotheca.

Regio & unde dicta.

Ducatus Wirtembergenſis, vulgo *Wurtembergerland*, nomen habet a Wirtemberga Arce veteri in ejus fere meditullio ſita, in edito colle, haud procul ab Eſlingenſi urbe Imperiali: alii aliunde derivant. Cæterum *Regio Wirtembongenſis* in prima fere Superioris Germaniæ parte, tractum Sueviæ feliciter occupat, ad Nicri potiſsimum ripam ſita. Contegionales illi ad Ortum Suevi, Vindelici & Norici: ad Occaſum Comitis ad Rhenum Palatini, Principis Electoris & Marchionis Badenſis Limites: inde Nigræ Silvæ juga complectitur: qua Meridies eſt Montes Arbonæ pariter ac Suevicæ Alpes (ita vocant Montes ejus regionis editiores Incolæ) prominent. Verſus autem Septentrionem Francos habet vicinos, & non ita procul Ottonis Silvam, Aer hujus regionis ſaluberrimus eſt, æſtate commodus, hyeme temperatus: Regio ipſa fertiliſsima, ita ut cum optima Germaniæ parte certare queat, ac primas etiam obtinere. Frumenti, Leguminum, Vini, Fructuum admodum ferax. Vniverſæ tamen Regionis non eadem ubique qualitas, non idem Solo genius. Ea namque pars qua Neccarus oritur, quæque confinis Hercyniæ, tum quæ Sueviæ (inter Danubium & Nicrum ſitis) Alpibus eſt contermina, ſubaſpera quidem Vitibus inimica, Pecorum cultui ſatis idonea. Ager in Alpibus lapidoſus, at Frugum abunde ferax: item per Nigræ Sllvæ cacumina, rubro colore tellus arenoſa, quæ Frumento tamen ſatis abundat. Vbi vero Neccarus in campeſtria diffunditur tota felix, tota beata eſt: undique Bacchi colles, herbida prata, fertiles agri, copioſus ubique Vini, Frumenti, Pomorumque proventus. Argenti quoque Fodinas hic Ducatus habet, haud procul a Wiltbergo, ac dicitur Puelachium Opidum totum Æris fodinis ſuperſtructum. Producit & Ferrum & Æs. Reperiuntur etiam Lapides elegantibus ac variis coloribus, ut plurimum tamen cæruleo diſtincti. Vt videatur etiam Natura molita eſſe hoc loco Gemmas producere. Varii generis Animalium paſsim vis magna: ac perſaltuoſa Nemora Feræ innumeræ conſpiciuntur. Ducatus titulum adepta eſt hæc regio anno CIↃCCCCXCV, Imp. Maximiliano conventum Wormaciæ celebrante. Hic enim *Eberhardum* Comitem Wirtembergenſem ad dignitatem Ducalem evexit. *Eberhardus* Dux II amplius biennium non manſit in Ducatu, ſed corraſis vaſis ſuis aureis & argenteis primum fugit Vlmam ac deinde ad Principem Palatinum, mortuuſque eſt apud exteros ſine liberis. Tunc creavit Imp. Maximilianus *Vlricum* Eberhardi Nepotem. Hic anno CIↃ IↃXIX, ditione pulſus & ejectus fuit, a Suevici fœderis ſociis, cum Reutlingam Opidum Imperii fœdere ipſis junctum nuper cepiſſet. Patri Vlrico ſucceſsit *Chriſtophorus*: Chriſtophoro *Ludovicus* Filius. Ludouicus denique Fredericum Georgii Comitis Montis Pelicardi filium ſucceſſorem habuit. Sedes hic haberunt olim ſuas *Intuergi*, Tſchudo, Rhenano *Withungi*. Item *Tectoſages*. Ducatus iſte veluti circularem habet ſitum, complectiturque Civitates & Opida plurima. Præſtantiores Civitates ſunt *Tubinga*, & *Stutgardia*. *Tubinga*, vulgo *Tubingen*, ad Neccarum ſita, urbs admodum elegans, Cereris & Liberi donis abundans, quæ & copioſo, & generoſo proventu, tam Incolis, quam vicinis Suevis communicat, utramque Neccari ripam, lapideo ponte conjungit, Arce, vinifero colle, Canonicorum Collegio, & rei literariæ ornamento, Academia, Studiiſque liberalibus illuſtris

Situs.

Cæli qualitas.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium Majorum.

Urbes.

Inca-


Septen.
Meridi.
Occidens
Orions
30
31
32
49
48
PALATINATUS
ALSATIÆ PARS
Miliar. Germanica
1 2 3
WIRTENBERG
Hohenloe
LIMBURG
SUEVIÆ CONFINIA
SUEVIÆ PARS
BRISGOU
Nellenburg
Heydelberg
Hasmarsen
Meckh
Weydenh
Zwifalten
Sindering
Ellwang
Boplingen
Awlen
Nordlingen
Gmünd
Gundelhaim
Zwifalten
Ketsch
Wiselach
Winom
Spier
Loessen
Sutzen
Vdenheim
S. Lenhart
Germersen
Kurlach
Prueffel
Lackenheim
Haidelsheim
Rhein Zabern
Wingarten
Knittling
Buriach
Maul bronn
Neuwenburg
Lutterburg
Gotzan
Ettlingen
Elmeling
Pforthaim
Seltz
Beinheim
Rastat
Baden
Drusenheim
Offentorff
Wantznaw
Rhein Am
Strasburg
Lichtenaw
Gamshusen
Renchen
Oberkirchen
Wilstet
Offenburg
Gengenbach
Nopnaw
Schuttern
Zell
Lorz
Gerot
Eptenheim
Karburg
Seltzenbach
Hochberg
Waltkilch
Dennenbach
Etzach
Zering
Freyburg
S. Peter
Cappel
Falkenstain
Nustat
Loffing
Neyding
Wartenberg
Mulen
Mering
Geysing
Karpfen
Seyting
Rotenmunster
Rotweill
Schonberg
Palling
Ebing
Rosenfeld
Ober ndorff
Haiger loch
Horb
Rotenburg
Ehing
Alten Roten burg
Offenhausen
Zollern
Hechingen
Furst
Reitling
Tubingen
Nagold
Sinling
Herrenberg
Hauterbach
Dornstat
Neyffen
Auwach
Blaubeyren
Laiching
Munsing
Grqueneck
Strysling
Kurchberg
Wyhling
Reutte
Rockenburg
Rot
Ehing
Dischingen
Heppach
Tussen
Scheuce
Gottenzell
Munderkingen
Mundelfingen
Bibrach
Ochsenhausen
Kchmintz
Mindelheim
Memmingen
Kronburg
Rottenstain
Guntzperg
Horn
Buchaw
Kunseck
Malstetten
Waldsee
Wintzach
Schussenried
Pfullendorff
Beundt
Sigmaringen
Mengen
Riedlingen
Erisdingen
Kussthingen
Hohenberg
Duttling
Mulen
Donaw fl.
Bayern
Ehingen
Ulm
Donaw fl.
Rems fl.
Kocher fl.
Jaxt fl.
Jaxthausen
Ingelfingen
Neckar fl.
Weyssenstat
Hall
Limburg
Gaildorff
Adlmansfeld
Horgenberg
Murhardt
Oberstenfeld
Backhausang
Lauffen
Poystain
Stronberg
Klein Gartach
Eringen
Neckar Vlm
Weynsberg
Haulbron
Brakhenheim
Zaberfeld
Gulyng
Pfaffenhofen
Enkhen
Botwar
Stainheim
Marbach
Beyg
Winada
Lorch
Heychling
Heilbach
Blanckenhorn
Konyspron
Brentz fl.
Schornsdorff
Waibling
Gmünndt
Weissenstain
Kellenstain
Hardtheim
Tintzdorff
Valkhenstain
Inhausen
Herbertingen
Giengen
Langing
Gundelfingen
Albeckh
Helffenstain
Holhen Eybach
Gosslingen
Allberg
Rechberghausen
Gepping
Canstat
Esslingen
Stuttgarden
Leonberg
Hans heim
Weyl
Strain
Zazelhausen
Wirm
Calw
Wilbad
Kirchheim
Weila
Neid ling
Wendling
Neuhausen
Sindlfing
Boblingen
Reydt
Pulach die alt berg stat
Kalb
Kirchheim
Gretzing
Nurting
Waltenbuch
Rordorf
Schenenberg
Alten staig
Wisen staig
Herrenberg
Behenhausen
Sinling
Hauterbach
Dornstat
Nagold fl.
Tubingen
Neyffen
Auwach
Blaubeyren
Laiching
Munsing
Reitling
Furst
Ehing
Alten Roten burg
Offenhausen
Zollern
Hechingen

In ea, præter Ioannem Stoflerum & alios, annis superioribus cum celebritate maxima nominis medicinam docuit *Leonhardus Fuchsius* primus Medicinæ hac nostra ætate repurgator. In eadem Academia profitetur cum celebritate nominis, etiam inter Barbaras gentes, studia æloquentiæ & Linguarum clarissimus ac doctissimus Vir Martinus Crusius. Eam instituit Eberhardus Comes Wirtembergensis quem supra ad dignitatem Ducalem a Maximiliano evectum fuisse diximus, anno CIↃ CCCCLXXVII. Mansionem Augustam Caracallæ in Germania ad Tubingam fuisse, Ioannes Heroldus, libello de Germaniæ primæ antiquitatibus ex fragmento elogii ipsius, quod ibidem incisum videtur, demonstrat. Id Petrus Appianus lib. de sacrosanctæ vetustatis inscriptonibus, ita exhibet.

MAX. IN
AVG. EM. GER. MAX.
DAC. MAX. ARM.
MAX. TRIB. P.
COS. ET.

Verum, Heroldus hanc inscriptionem integram legit, quemadmodum eidem Imperatori Romæ posita fuit. IMP. CAES. DIVI. L. SEPT. SEVER. P. PERT. AVG. PARTH. TARAB. ADIAB. F. M. AVREL. ANTONIN. AVG. SARMAT. MAX. GER. MAX. DAC. MAX. ARMEN. MAX. BRITAN. MAX. ARAB. MAX. ALEMAN. MAX. PARTH. MAX. P. E. PONT. MAX. TRIB. POTE. VI. COS. PROCOS. PERPET. LEG. VIII. ANT. AVG. P. E. EIVS. NVM. DEVOT. PRIN. OPT. FORTIS.

Stutgardia, Metropolis & Sedes est Ducis haud procul a Neccaro sita. Ab hac Civitate Comitatus Stutgardicus nomen desumit: a Wandalis exstructa est, postea vero restaurata a Marchione Ioanne I Electore Brandenburgensi, & Ottone III. Anno autem CIↃ CCXC Albertus IIII Marchio Brandenburgicus, Princeps Anhaltin, Filius Ottonis IV Filiæ suæ Beatrici dotis loco dedit, quæ Henrico Leoni Vandalo nupsit. Vrbs hæc agro undique beatissimo cincta. Vix verbis exprimi potest, quanta Vini copia per circuitum hujus Opidi in singulos annos producatur. Ornavit locum istum Ioannes Capnion vulgo Rheuchlinus dictus, Vir insignis, Iurisperitus, Trilinguis, & qui primus in Orbe Christiano sacram Hæbræorum docuit linguam. Est & *Reutlinga*, ad Neccarum sita in Ducatu Wirtembergensi, anno CIↃCCXL a Friderico II Imperatore facta Civitas: alii dicunt anno CIↃCCLXXXII. Civitas hæc famosa est ob molas papyraceas. Reliqua Opida amœna satis, ac pleraque Arcibus & Castris munitissimis ornata, utpote *Vracum* ad Amerum fl. *Nirtingum*, *Kirchena*, *Heilbronna*, *Lauffena*, *Pinigkheim*, *Asperga* Arx, *Greininga*, *Marbachum*, *Canstadium*, *Waiblinga*, *Schorendorffium*, *Geppinga*, *Fiesen* *Aludiacum* olim, *Heidenheimum*, *Vvilpergium* patria diligentissimi Cosmographi Danielis Cellarii, ad Nagoltam fluvium, *Herrenbergum*, *Rotenburgum*, *Hechingum* Iudæorum Asylum, *Balingum* ac complura alia, quorum nomina ac Situm hæc Tabula inspicienti dabit. Ducatus autem iste Circuli Imperialis

alis Suevici præcipua pars est, quam quia solam inter cæteras exactius descriptam a Georgio Gardnero, & Davide Seitzlin habemus, hic Circulum Suevicum totum in suum ordinem distributum proponam. Quartus Circulus Imperii Suevicus tres Ordines complectitur, quorum I Ecclesiasticus: II Principum: III Civitates liberæ. In primo sunt Episcopi, *Chur*, *Costentz*, *Aufspurg* Abbates, *Kempten*, *Reichenow*, *S. Gal* in Helvetia, *Salmansweiler*, *Vveigarten*, *Vveissenow*, *S Blasij S Peter*, *Maulbron*, *Schaffhausen*, *Stainam Rhein*, *Kreutzlingen*, *Petershusen*, adjacet Constantiæ & Rheno ad partem Boream; *Einsideln*, *Pfeffers*, *Pfesficon* opinor, *S. Joan in Thurthal*, *Schussenriedt*, *Rockenburg*, *Ochsenhausen*, *Cunigsbrun*, *Marchtal*, *Elchingen*, *Ysne*, *Munchrod*, *Aursperg*, *Yrsee*, *Gengenbach*, *Schuttern*, *Disdisen*. Abbatissæ, *Lindaw*, *Rottenmunster*, *Bucchaw*, *Guttenzell*, *Beund*, *Heppach*, *Teutsch Ordens Maister in Elsas, und Burgund*. In II ordione qui est Principum, Dux *Wirtembergensis*, *Marchio Badensis*. Comites, *Helfenstein*, *Weisenstag*, *Oringen*, *Lauffen*, *Montfort*, *Furstenberg*, *Marchio Eberstain*, Comites *Tollern*, *Bultz*. *Lœbenstain*, *Tubingen*, *Kirchberg*, *Tengen* alias *Dongen*, B. *Gundelfingen*. Dominia *Stutgart*, *Tussen*, Fr. *Waldtpurg*, D. *Sonneberg*, *Valckenstain*, *Kunseck*, *Kunseczerperg*, Bar. *Geroltzeck*, *Ober Helwen*. In III ordine, *Ausburg*, *Kauffbeurn*, *Vlm*, *Memmingen*, *Kempten*, *Bibrach*, *Leukirch*, *Ysne*, *Wangen*, *Lindow*, *Ravenspurg*, *Buchorn*, *Vberlingem*, *Costentz*, *Pfullendorff*, *S. Gal*, *Schafhausen*, *Reutlingen*, *Eslingen*, *Gmind*, *Weil*, *Hailbron*, *Wimpfn*, *Halin Schwabem*, *Dinckelspuel*. *Bopfingen*, *Gengen*, *Alen*, *Nordlingen*, *Donawerd*, *Buchaw*, *Offenburg*, *Gengenbach*, *Zelim Hamerspach*, *Rotweil*. Ad Ducatum redeo. Passim Regio hæc amœnis Lacubus, atque Amnibus admodum piscosis irrigatur, inter quos facile primas tenet *Brentius* amnis, qui nunquam, etiam gelidissima hyeme congelatur. *Nicer* Amnis mediam oram percurrit, multisque fluminibus receptis, quorum præcipua sunt, *Nagolta Entius*, *Remisus*, *Kocherus*, *Jagusta*, *Filtzius*, in Rhenum properantes: Brentius vero Danubio miscetur Hujus Ducatus Montes sunt *Alpes* qui ab albedine sic dicti creduntur: albis enim silicibus ac lapillis lõge conspiciuntur, ac sæpius nova sibi vocabula inveniunt, utpote: *Schera*, *Albuchus*, *Hanecãpus*, *Hertfeldius*. *Heregnia* atque *Martiana* Silva regionẽ pluribus locis interrumpunt, ac suis nominibus discernuntur, ut *Albus Lucus*, *Stubenthal Silva*, *Nigra Silva*, vulgo *der Schwartzwallt*, *Odenwalt Silva* &c. Per universum Ducatum populus Armis, Humanitate, Constantia, Religione, spectatus.

Lacus. *Flumina.* *Montes.* *Silva.* *Vulgi mores.*

Regio & inde dicta.

Situs.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium Majorum.

Alsatia, vulgo *Elsasz*, quam alii quasi *Edelsasz* id est nobilem & præclaram sessionem: alii ab Illa fl. a in i mutato, quasi Sessionem ad Illam fl. dictam autumant: unde & quidam regionem *Illesassz* non *Alsass*, appellatam asserunt: regio nobilissima est, cui ob insignem felicitatem nulla alia in toto illo Rheni tractu comparari potest. Ad Orientem Helvetiam a qua Rheno disterminatur; ab Occasu Lotharingiam Vosago Monte Limitem inter Lotharingiam & Germaniam constituente, respicit: qua Meridies est Helvetiæ parte & Burgundia: qua Septentrio Wirtembergensi Ducatu terminatur. Longitudo milliarium Germanicorum IX: A Rheno ad Montes Latitudo trium mil. Ger. nisi quod apud Haganoam sit planicies amplior, montibus scilicet magis ac magis a Rheni alveo recedentibus. Tanta autem hujus regionis fertilitas, tamque læta rerum omnium, & inprimis Vini & Frumenti copia in hoc tam angusto terræ tractu singulis annis provenit: ut non modo ad suppeditandam Incolis (quorum ingens est numerus) alimoniam sit par: sed tantum supereſt, ut Confinales quique, aliique Germaniæ populi, imo & remotiores eorum abundanta fruantur. Quare non immerito *Cellapennaria & Nutrix Germaniæ*, a Iacobo Wimphelingo in Epitome Rerum Germanicarum dicitur. Nobilissima enim Vina hujus Regionis continuo curribus, aliquando etiam navigiis vehuntur in Helvetiam, Sueviam, Bavariam, Lotharingiam, & Inferiorem Germaniam, etiam aliquando in Angliam. In Sungoia magna crescit vis Frumenti: imo per totam Alsatiæ planiciem usque ad Argentinam summa est ubique Frumenti ubertas, unde Lotharingiæ Montes inhabitants, Burgundi & bona pars Helvetiæ cibantur. Montes habet præstantissimorum, primæque nobilitatis Vinorum feraces: & in plano non solum Frumentum, sed etiam Arborum fructus proveniunt. Habet quoque Alsatia in Montibus Silvas Castanearum, habet Montes Argenti, Æris, Plumbi Fodinis turgentes, præsertim in valle *Leberthal*. Habet præterea in Montibus & vallibus nobilissima pascua, id quod testantur optimi & pinguissimi Casei, qui in *Munsterthal* conficiuntur. Tot illa Boum armentis abundat, tam læta Vaccarum parens ac nutrix est. Alit & alibi Equos silvestres per multos, Lynces item, Vrsos, Martes, omnis generis Cervos, aliasque Ferasinumerabiles. *Alsatia* olim sub dominio Regum Franciæ fuit, ac pars Regni Austriaci. Antea vero 10 fere annis sub Romanorum potestate fuisse legitur. Primum autem Ducatus fuit Alsatia & ab Hilderco Francorum Rege *Eticoni* affini eo titulo collata, anno IↃCLXXXIV, cum antea præfecturæ nomine ei fuisset subjecta. *Eticoni* succesit Filius ejus *Adelprechtus*, hic sagittæ ictu mortuus reliquit duos Filos *Linfridum* & *Eberhardum* qui præfuerunt Alsatiæ. Postea fuit familia eorum repulsa ab Alsatia per Carolum Martellum Palatinum & Curiæ Magistrum in Regno Franciæ. Tempore autem Ottonis I Comites Kyburgenses, qui de sanguine ejusdem Imperatoris erant, potiti sunt rerum in Alsatia. Sunt qui volunt eos factos Landgravios Alsatiæ, alii vero dicunt ab Ottone III Alsatiam primum in Landgraviatus duos erectam, pervenitque tandem Landgraviatus superior, qui continet Opidum Einsheim & circumjacentia quæque loca, ad Comites Habspurgenses.

Alsa-


ALSATIA INFERIOR
Miliaria Germanica
1 2 3
Occidens
Orientis
Meridies
Septentrio
Lotharingiæ fines
Ridderingen
Landaw
Anou S. Dicy
Ampaire
Le Sauley
Layt
Salle
Vapirelle
Rauie
Scerpberg
Chastelion
Sirei
Aulder
Colrei
Bruck
Sassi
Lessen
Le menut fur
Lubine
Markirch
Stehtal
Solbach
Blen
Fiefers
Vfra Zum See
S. Quirin
S. Sauueur
Hault clochier
Micuxders
Rantzyn
Sareck
Weiler
Hest
Sarburg
Altorff
Dach spurg
Neustat
Hessen
Salm
Le Hautes honau
Rotang
Steinb
Leberaw
Rapolstein
Zell
Wiler
Hockingsperg
Andlaw
Kestenholtz
Schlestat
Bart
Eberst Munster
Schmelebibel
Hessen
Betzen
Bensellt
Bindem
Schonaw
Fischerstu
Erstein
Oben
Rinaw
Rheinau
Cappel
Kentzinge
Euenheim
Meissenb
Molberg
Norwil
Keipeh
Loer
Vrlybach
Gerolseck
Bleich
Zell
Kussen
Busteck
Velmeiss
Hent
Geugeha
Reuchen
Schertzen
Liechte
Schuttern
Offenburg
Wasenecc
Rurtzel
Rell
Wilstet
Kil stet
Wyl
Zuthurn
Zenaw
Wat
Hegle
Wolfs Busch
Pfet
Knnen
Stitzen
Dachstein
Altorf
Berstet
Mutzig
Rosheim
Molsch
Wesst
Bergbin
Ehe hei
Lutzelstein
Hochfelt
Altorf
Ingwiller
Lasenhosen
Dhan
Newiler
Buswiller
Zuzer sperg
Wilhersperg
Liechten
Kaltenhusen
Beitsch
Welsborn
Hirsmig
Winge
Pfalzburg
Dhe
Ochsenstein
Rentin
Dachsburg
Mutzig
Neideck
Miltzfelt
Mabe rach
Heg Suber
Garbis
Mosm ust
K. Gest
Lawben
Bersch
Andlaw
Mertzwiler
N. Brun
Fischbach
Reisshoffen
Brumpt
Strasburg
Rhenus
Wiwel
Kirch
Ruffes stu
Rhor
Susselheim
Druseph
Dinkelst
Stollhofen
Rodt
Wyneck
Bihel
Riegel
Diefen
Beth
Dreibach
Seltz
Lutter
Salmbach
Hatten
Herrnsw
Weissenburg
Litzendal
Geyssorf
Winge
Bruchu
Neu Jam
Jam
Swanen
S. Gert
Dinbach
Lug
Sultz
Berg
Sabern
Anweil
Scheelding
Impfling
Landaw

Altera Comitibus Ottingenſibus ad quos Henrico Landgravio Inferioris Alſatiæ Improli defuncto devolutus erat, Epiſcopo Argentinenſi divenditus, etiamnum ei ſubeſt. Hæc autem tam parva Regio adeo humanis uſibus eſt dedicata, ut in ea reperiantur XLVI Civitates & Opidula, omnia muris cincta, L Arces in Montibus & plano ſitæ: villarum vero & vicorum non eſt numerus. Cæterum Alſatia duplex eſt, Inferior quæ hac præſenti, & Superior, quæ proxima Tabula depingitur: Vtramque *Triboci* poſſederunt. *Inferioris Alſatiæ* urbs primaria, *Argentina* recentioribus: *Argentoratum* Marcellino & Sexto Aurelio: *Argentoratum* Ptol. *Legionem* VIII *Sebaſten* hic collocanti. *Srtaſsburgum* etiam nominat Regino, qui ante annos 10 & amplius ſcripſit. Rob. Conſtantinus hanc eandem eſſe putat cum ea quam Aurel. Victor, & Diaconus ex Marcellino, *Argentariam* appellant, & XXX Alemannorum CIↃ a Gratiano Imp. ibidem cæſa tradit. Vulgo *Straſburg*, a platearum numero & capacitate, dicitur. Vrbs ſita in agro fertiliſsimo, habetque miram copiam Vini & Frumenti. Scribit etiam Muuſterus inveniri in hac urbe aliquot centenos hortulanos, qui annuatim magnum faciunt quæſtum ex Rapis, Cepis, Raphanis, Napis Braſsicis, vulgo Caulibus, Papavere, aliiſque id genus, quæ hic feliciſsime proveniunt. Vrbem hanc Rheni brachium & tria alia flumina intrant, & aquis per plateas canalibus diſtributis ſimilitudinem Venetiarum in urbe exhibent. Hodie Republica, Schola, ac celebri Eccleſia inclyta. Occidentem verſus *Tabernæ* Antonino celebratæ ſunt. Simlerus *Zabern* vocat. *Zabrena* Frodoardus nominat. Tres *Tabernæ* Ammiani Ortelio videntur. De his Auſonius: *Riguaſque perennis fontes Tabernas*. Fuerunt autem *Tabernæ* Munimentum Romanorum ad prohibendas Alemannorum in Galliam incurſiones, ubi hodie Epiſcopi Argentorarenſis eſt domicilium & Curia. Hoc munimentum ab Alemannis dirutum, Ammianus ſcribit Iulianum Cæſarem reſtituiſſe. Abundat locus iſte Vino, Frumento, omnibuſque rebus uſui humano neceſſariis. Haud procul Tabernis Opidulum quoddam eſt & juxta illud Monaſterium, *Maurſmunſter*: eſt & aliud Monaſterium parum diſtans a Brocomago, *Stephani Campus*, *Steffans feld* & corrupte *Stechfeldt*, dictum. Hinc Septentrionem verſus *Hagenoa* conſpicitur. Vrbs a Friderico Barbaroſſa anno CIↃCLXIV muro clauſa, ante vicus burgum adjunctum habens, in quo Principes terræ commorabantur venationibus vacantes. Solum habet circum Mœnia arænoſum, ſed ſterilitatem illam compenſat Aget fertilis paullo longius a Civitate diſsitus. Vlterius deſcendenti *Wiſſenburgum* ſeſe offert, vulgo *Weiſſenburg*, quaſi album caſtrum, inſigne & clarum Opidum, ad Vogaſi Montis radices; Situ amœnum, Collibus undique humilibus clauſum, Nemoribus & variis arborum generibus ad Occidentem felix: Tellus Cœli benignitate frugifera: Opidum ab omni parte, Natura atque humana firmatum induſtria. Lutra amni, cujus fontes in ipſis Montibus paullo altius VII mill. paſi. ab Opido ſurgunt, penetratis jam Montibus per medium interluitur: qui ubi ſub Opidi Mœnibus elabitur, ſtricto alveo duobus millibus paſſ. præcipiti curſu in Rhenum uno oſtio ſe exonerat. Loci tanta eſt vetuſtas, ut etiam apud nullos Rerum Scriptores ejus origo reperiatur. Eſt & *Haſla* Opidum ad Bruſſchum fluvium: Id Francorum Rex Dagobertus (cujus filiæ Rathilpæ cæcæ & ſurdæ Florentius Scotus ſuis precibus ſanitatem obtinuerat) Florentio dono dedit, cum agris circumjacentibus,

Urbs & Opida.

tibus, quo loci Florentius Monſterium exſtruxit. Flumina hanc regionem irrigant beantque plurimum præter Rhenum & alios multos Amnes: *Kintzgus*, qui ſecum magnam adfert vim trabium ædificiis aptarum: *Illa*, *Bruſſchus*, *Sorn*, *Mater*, *Lauter*. Præcipuus vero Alſatiæ fluvius eſt *Illa*, qui totam fere percurrit Alſatiam, primam ſcaturiginem habens in Sungovia ſupra Opidum Altkirch, fluenſque juxta Opida Mulnhauſen, Einſheim, Colmar, Seleſtadium & Benfelden, ſine ambagibus recta petit Argentinam, ubi Rhenum ingreditur, receptis tamen antea omnibus rivulis ex Voſago Monte emiſſis. Salmonum aliorumque Piſcium, ut & Rhenus admodum fœcundus. Regio partim montoſa, partim plana eſt; Silviſque ac Nemoribus paſſim decoratur, inter quæ Caſtaneis, Amygdalis Nucibuſque habet referta. Vulgus regionem incolens & terram colens, miſerum eſt. Nam per ſingulos annos abligurit bona ſua, nec quicquam in futurum ſervat, unde fit ut tempore belli, aut quando frigore aut pruina terræ naſcentia devaſtantur aut pereunt, magna premantur penuria. Juvantur tamen pauperes ex publicis granariis. Non habet regio hæc Indigenas multos, ſed major pars ſunt advenæ, puta Suevi, Bavari, Burgundi, Sabaudi & Lotharingi, qui ubi ſemel regionem ingreſſi fuerint, non facile hinc emigrant. Suevi potiſſimum ibi commorantur. Porro quintus Circulus Imperii, eſt Rheni. Conſtat tribus Ordinibus, qui ſunt 1 Eccleſiaſticus: 11 Principum: 111 Civitatum liberarum. In 1 ſunt Epiſcopi, *Worms*, *Spier*, *Straeſburg*, *Baſel*, *Beſancon*, in Comitatu Burgundiæ. *Wallis* Provincia, in qua *Sitten* Metropolis, *Geneve*, *Loſanna*, *Metz*, *Toul*, *Verdung*. Abbates, *Hirſfeld*, *Morbach*, *S. Gregoris Munſter*. In 11 ſunt Principes, Comites & Domini ſeculares, Duces *Lotaringiæ Sabaudiæ* (*Savoie*), Dux & Comes *Spanheim*, Marchio *Baden*, Dux *Zweibruck*, Comes *Veldentz*, Landgr. *Heſſen*, Princeps *de Calim*, Comes *Naſſaw* in Sarbruck, Comites *Rheni*, Do. *Rapoltzkirchen*, juxta Rapoltzſtain, Comites *Bitſch*, *Salm*, *Hunaw* & *Lachtenberg*, *Leiningen*, *Falckenſtain*, Do. *Morſpurg* & *Befort*, *Rapoltzſtain*, *Hohen*, *Rechperg*, *Blanckenberg*, *Blammont* in Lotharingia; Comites *Weiſbaden*, & *Itzſtain*, *Kunigſtain*, Do. *von Eppenſtain*: Comites *Iſenburg* in Alſatia Superiore *Solms*, *Naſſaw* in Weilburg, *Senivigen*, *Havare*, D. *Munzenburg*; Comites *Weſtenburg*, *Witgenſtain*, *Waldeck*, *Pleſſe*. 111 liberarum Civitatum, quæ ſunt, *Mulhuſen* in Sundtgow Superioris Alſatiæ, *Baſel*, *Colmar*, *Kaiſersperg*, *Turckhaim*, *S. Gregoris Munſter*, *Ober Ebenhaim*, *Straeſburg*, *Roſenhaim*, *Schletſtat*, *Hagenaw*, *Weiſſenburg*, *Landaw*, *Spier*, *Worms*, *Francfort*, *Fridberg* in Wederaw, *Wetzlar*, *Metz*, *Toul*, *Verdun*, *Kaufmans Sarbruck*, *Beſanzon*, *Caſtrum*, *Fridberg*, *Gleichhauſen Caſtrum*.

Flumina.

Silvæ.

Vulgi mores.

Regio. Opida.

HAc Tabula *Alsatia Superior* cum *Suntgovia & Brisgoia* de lineatur. *Alsatia Superior* vulgo *Ober Elsasz* primo loco occurrit. Metropolis ejus *Einsheimum*, Sedes Supremi Senatus, quo, ab Inferioribus Sungoiæ, Brisgoiæ, & quatuor Opidorum ad Rhenum supra Basileam, Archiducibus Austriæ parentium, Tribunalibus, appellatur. In ditionem Alberti Comitis Habspurgensis Regis Rudolphi Patrẽ, anno CIↃCC pervenit. *Rubeacum*, vel *Rufatum*, vulgo *Ruffach*, antiquissimum Alsatiæ Opidum est, a Romanis conditum. Nomen ei inditum ferunt a fluviolo, ab aqua ex alvei colore rubra apparente *Rotbach* olim dicto, (nunc *Ombach* Incolis) qui in valle non procul a *Sultzmath* ortus, ac rubro alveo per agros & vineas lapsus, ad multos usus in urbem excipitur. Opidum hoc magnificis primum ædificiis ac dulplici suburbio exstructum, Romanæ Nobilitatis diu fuit hospitium, ob soli fertilitatem omniumq; rerum humanis usibus necessariarum copiam: qui optimis legibus inprimis contra fures ornarunt, quas tam severe executioni mandarunt, ut inde ad nostram usque ætatem, per Germaniam tritum sit proverbium: *Der alt galghenzu Rufach, hatt gut Eichenholtz:* I Rubeaquense vetus patibulum ex firmo ligno quercino factum est. *Colmaria* ex veteris *Argentuariæ* ruinis exstructa, Civitas Imperialis & elegans, optimo loco sita, planicie fertili, a Montibus itinere unius horæ distans. In Alsatiæ meditullio est, alluiturque multis adcurrentium amnium rivulis, præsertim his *Loucho*, *Duro*, *Fechto*, *Illa*, aliisque minus celebribus, quorum quidam per prædia Colmarienſium fluunt, fœcundioremq; reddunt terræ fundum: *Seleſtadium* cinctum est muro sicut & *Colmaria* anno Christi CIↃCCXVI, aut circa illud tempus, sub Friderico II. Antea vero, nempe circa annum CIↃXLIV sub Henrico IIII *Hildegardis* Ducissa Sueviæ constructit in isto loco templum juxta figuram & formam templi Hierosolymitani, quod paullo post Filius ejus Otto Episcopus Argentinensis dedicavit D. Virgini Fidei, tradiditque Monachis inhabitandum. Qui brevi adeo opibus pollere cœperunt, ut Monasterium crescceret in Præpositurum, unde præficiendorum Magistratuum jus aliquandiu fuit apud Præpositum D. Fidei. Videndus Beatus Rhenanus, cujus natale solum fuit Seleſtadium. Firmissimo loco situm est *Seleſtadium*, habens ab uno latere, nempe versus Rhenum paludes impermeabiles. Ab oppositio vero latere, ad Occidentem scilicet usque ad Lotharingiæ Montes, habet solum feracissimum Vinum & Castaneæ in Montibus colliguntur, maxima vero Frumenti vis in planicie metitur. *Gebwiler* Opidum in Montium faucibus situm, anno CIↃCXXIV initium habuisse putatur. Abundat Vitibus & paret Abbati Murbacensi, qui eo loci plurimum degit. Est & aliud Opidum *Watweil* nomine extra fauces juxta montes situm, quod dictum Abbatem agnoscit Dominum. In *Alsatia superiore* Comitatus hi recensentur a Mercatore *Horburgenſis*, ditio peramœna Comitis Wirtembergensis, cui subest *Reychenwyer* Opidum, ubi præstantissima colliguntur Vina: *Comitatus de Fgisheim*, hujus tamen Comitis successio jam diu interrupta est: & de *Sultz*. Dominia, *Bolwiller*, *Landsperg*, *Hohen*, *Hatstat*, *Hohenack*, *Rapoltstain*, cui parent *Rapoltzwyl*, *Gemer*, *Cellenberg* Opidum & Castrũ. Et Civitates Imperiales Citculi quinti. *Munster in valle Gregoriana S. Gregoris Munster*) *Durckheim*, *Colmaria*, *Mulhausen* Vino generoso nobile, & *Keisersperg*.

Sungovia


OCCIDENS 48
ORIENS 48
MERIDIES
SEPTENTRIO
Die Hartt
BRISGOU
SUNTGOU
Auder Furstenberg
Schwartzwaldt
Rhenus flu
Ill flu
Tauber flu
Schutter flu
Black flu
ALSATIA SUPERIOR
Miliaria Germanica
Basel
Colmar
Straßburg
Freyburg
Brisach
Rheinau
Offenburg
Gengenbach
Zell
Wilstett
Oberkirch
Sendelbe
Bleich
Hochberg
Waldkilch
Endingen
Kenzingen
Ettenheim
Schmieher
Lore
Schuttern
Molberg
Dundenh
Almschwihr
Witenwihr
Keyserberg
Reichenstein
Bilstein
Rappoltstein
Hohenkonigsberg
Zoll
Kestenholtz
Gemer
Munchhusen
Horburg
Wolfgans
Vrsheim
Edenburg
Hessen
Sunthuß
Ohren
Hunnenh
Ostheim
Erstein
Gerstheim
Witternheim
Rhinau
Bischofsing
Bergen
Merdingen
Eichstetten
Hardern
Artolsh
Selsenh
Bureken
Hasslach
Hotorf
Zering
Seckenhoff
Heimbach
Endenheim
Schutterw
Ritersburg
Wilstett
Nusbach
Ergersbach
Zell
Mitteleck
Hussen
Oberkirch
Sendelbe
Gerolzeck
Angbach
Scitzenbach
Wasserneck
Oberit
Cappel
Dotn
Schonaw
Geigerneſt
Weis flu
Cell
Werden
Fernaw
Manbach
Marzel
Sisach
Degerfeld
Rinfelden
Brombach
Liechstal
Schwenburg
Willen
Rotlen
Feir bach
Panenk
Sch
Liel
Beliken
Newenburg
Brengaw
Badenwiller
Har otten
Henren
Sulzberg
Staufen
Flawelmons
S Hubrecht
Silden
Ebring
Munchsberg
Berenfels
Hefingen
Gr Hungen
Otmarß
Rheinach
Pfeffingen
Kantzwil
Schonenbuch
Enſisheim
Bartenh
Newiller
Roderſtorf
Leemen
Muſbach
Mulh
Reichenweiler
Hohenhatstatt
Eisenburg
Geberſwiler
Herlisheim
Kayserſperg
Aunerſw
Kienſtz
Rapolſtein
Rapolſwihr
Ostert
Leberau
Grub
Willer
Diſpa
Bleſchw
Barr
Eppfich
Eberſh Munſter
Sulſtz
Munſter
Diedelhus
Wihr
Zimerbach
Aſſbach
Aſtwiler
Markirch
Steinbach
K Eckrich
S Bleß
Rosthach
Schonburg
Salm
Lehaulx
Donon
Girbaden
Berſch
Hasſach
Munzig
Rosheim
Molſheim
Dachſtein
Duttlen
Entſheim
Oſt
Oswalt
Straßburg
Ehenheim
Ehenheim
Altzfelt
Kageneſſs
Wich
Meiſengat
Hirſbach
Biſtein
Roſthach
Schonburg
Sell
Saſſt
Belfa
Diſchbach
Gefel
Remomer
Salle
Layt
Senone
Aupeire
Fontenelle
S Margret
Le Sauley
Fonchieſonte
S Dicy
Anou
Gerhepanl
Anould
Deynvlin
Rotloch
Metzeral
Munſter
Hohenaſchersc
Munſter
Wihr
Zimerbach
Aſſbach
Vrach
Kehurg
Aſtwiler
Markirch
Diedelhus
Howil
Leigon
Lusse
Freyenſchiere
Neuburg
Scerpenberg
Leaucline
Vapurelle
Scauruz
La Croix
Hebiaruz
Laverpilliere
Frundstein
Grisbach
Munſter
Murbach
Sulſtz
Gebwiler
Hohenhatstatt
Eisenburg
Geberſwiler
Kayſerſperg
Aunerſw
Reichenſtein
Kienſtz
Rapolſtein
Rapolſwihr
Leberau
Grub
Willer
Diſpa
Ostert
Zoll
Kestenholtz
Gemer
Bleſchw
Eppfich
Eberſh Munſter
Barr
Munchhusen
Horburg
Wolfgans
Vrsheim
Edenburg
Hessen
Sunthuß
Ohren
Hunnenh
Ostheim
Erstein
Gerstheim
Witternheim
Rhinau
Bischofsing
Bergen
Merdingen
Eichstetten
Hardern
Artolsh
Selsenh
Bureken
Brisach
Rheinau
Brengaw
Newenburg
Hasslach
Hotorf
Zering
Seckenhoff
Heimbach
Endenheim
Schutterw
Ritersburg
Wilstett
Nusbach
Ergersbach
Zell
Mitteleck
Hussen
Oberkirch
Sendelbe
Gerolzeck
Angbach
Scitzenbach
Wasserneck
Oberit
Cappel
Dotn
Schonaw
Geigerneſt
Weis flu
Cell
Werden
Fernaw
Manbach
Marzel
Sisach
Degerfeld
Rinfelden
Brombach
Liechstal
Schwenburg
Willen
Rotlen
Feir bach
Panenk
Sch
Liel
Beliken
Newenburg
Brengaw
Badenwiller
Har otten
Henren
Sulzberg
Staufen
Flawelmons
S Hubrecht
Silden
Ebring
Munchsberg
Berenfels
Hefingen
Gr Hungen
Otmarß
Rheinach
Pfeffingen
Kantzwil
Schonenbuch
Enſisheim
Bartenh
Newiller
Roderſtorf
Leemen
Muſbach
Mulh
Reichenweiler
Hohenhatstatt
Eisenburg
Geberſwiler
Herlisheim
Kayſerſperg
Aunerſw
Reichenſtein
Kienſtz
Rapolſtein
Rapolſwihr
Ostert
Leberau
Grub
Willer
Diſpa
Bleſchw
Barr
Eppfich
Eberſh Munſter
Sulſtz
Munſter
Diedelhus
Wihr
Zimerbach
Aſſbach
Aſtwiler
Markirch
Steinbach
K Eckrich
S Bleß
Rosthach
Schonburg
Salm
Lehaulx
Donon
Girbaden
Berſch
Hasſach
Munzig
Rosheim
Molſheim
Dachſtein
Duttlen
Entſheim
Oſt
Oswalt
Straßburg
Ehenheim
Ehenheim
Altzfelt
Kageneſſs
Wich
Meiſengat
Hirſbach
Biſtein
Roſthach
Schonburg
Sell
Saſſt
Belfa
Diſchbach
Gefel
Remomer
Salle
Layt
Senone
Aupeire
Fontenelle
S Margret
Le Sauley
Fonchieſonte
S Dicy
Anou
Gerhepanl
Anould
Deynvlin
Rotloch
Metzeral
Munſter
Hohenaſchersc
Munſter
Wihr
Zimerbach
Aſſbach
Vrach
Kehurg
Aſtwiler
Markirch
Diedelhus
Howil
Leigon
Lusse
Freyenſchiere
Neuburg
Scerpenberg
Leaucline
Vapurelle
Scauruz
La Croix
Hebiaruz
Laverpilliere
Frundstein
Grisbach
Munſter
Murbach
Sulſtz
Gebwiler
Hohenhatstatt
Eisenburg
Geberſwiler
Kayſerſperg
Aunerſw
Reichenſtein
Kienſtz
Rapolſtein
Rapolſwihr
Leberau
Grub
Willer
Diſpa
Ostert
Zoll
Kestenholtz
Gemer
Bleſchw
Barr
Eppfich
Eberſh Munſter

Sungovia. Situs. Solifertilitas.

SUN *govia vel Sunggoia* vulgo *Sungow*, ad Septentrionem adhærens Alsatiæ: ab Ortu Rhenum, ab Occasu Galliæ extremitatem attingit: ad Meridiem Helvetiæ contermina est. Habet multis in locis Vineas, & ubique Frumenti copiam, quod circumquaque in omnes vicinas vehitur regiones, scilicet in Helvetiam, Nigram Silvam, Lotharingiam: atque interdum in remotiores regiones. Complectitur *Sungoia Comitatum Pfirtensem*, cujus ultimus Comes *Vlricus* mortuus est Basileæ anno Christi CIↃXXIV, relictis duabus filiabus, quarum alteram Ioannam nomine, duxit in uxorem Albertus Austriæ Dux, deditque Vrsulæ Ioannæ uxoris sorori, in hæreditatis portionem, octo Marcarum Argenti millia. Dominia, *Befort*, *Morspurg*. Ad Comitatum pertinent hæc loca *Altkilch*, *Dattenriet*, *Befort*, *Rosenfels*, *Maszmunster*, *Thann*, *Senheim*: quæ hodie ab Austriæ Principibus, in Præfecturas distributa sunt. In *Befort* est collegiata Ecclesia quam Comites Pfirtenses cum *Veldpacho* Monasterio virginum (ubi tredecim Comites, & totidem Comitissæ conditæ sunt) fundarunt. In *Maszmunster* insigne est Monasterium Virginum Vestalium, atque aliquot Canonicorum, putant fundatum a Masone Alemannorum Duce a quo vallis illa est appellata *Vallis Masonis* quæ alioquin *Wast* appellatur. *Thannum* elegans est Opidum, adcensetur que Comitatui Pfirtensi. Imminet Opido Arx montana, *Engelburg* appellata, ei adjacet mons *Rang* dictus in quo nobilissimum crescit Vinum *Rangwein* appellatum, Basilienssibus notissimum. Prolabitur ibi ex Montium faucibus fluvius Thurus, Sungoviam ab Alsatia disterminans. *Morsmunster* Monasterium in Comitatu Pfirtensi fundarunt Comites Pfirtenses. *Fanum Amarini* & Arx Fridberga, uno milliari a Thanno distans, Abbati Murbacensi paret: non procul inde Mosella fluvius oritur. *Mulnhausen* est quoque in Sungovia, Civitas Imperialis, cujus Advocatus sive defensor (sicut & Opidorum Colmariæ & Keiserspergii) Episcopus Argentinensis anno CIↃ CCLXI fuit, sed paullo post Rudolphus Comes Habspurgensis, cum Colmariam civibus quibusdam consentientibus occupasset, & Opidum Mulnhausen obtinuit, Arcemque quæ in eo erat (omnibus qui inerant captis) auxilio civium diruit. Electo autem Rudolpho in Romanorum Regem, redierunt eadem Opida ad Imperium. Opidanorum studium consistit potissimum in Vini & Frumenti cultura: estque Vinum hujus loci satis celebre. *Otmarsen* Opidum Monasterium habet Virginum, quod tempore Henrici quarti constrvi curavit Comes Hapspurgensis nomine Rudolphus. Hujus frater *Wernherus* Argentinensis Episcopus, qui Constantinopoli in quadam Insula vitam cum morte commutavit. Adhæret Sungoiæ ad Occasum *Comitatus Montis Beligardi*. Habet egregium Opidum *Montisbeligardium*, Arcem Regiam ostentans. Habet & hic Comitatus alia multa Opida & Castra: ut sunt *Grans* Opidum & Castrum. *Klarwang*, Opidum & Castrum, *Passewangum* Opidum cum Arce, quæ omnia Ducum sunt Wirtembergensium: ututnturque Incolæ lingua Burgundica. Comitatui Montis Beligardi propinquum est Opidum *Bruntraut*, ubi Episcopus Basilienssis in Arce Regia habitat. Atque hæc de Sungovia sufficiant.

Opida.

Restat

REstat in hac Tabula *Brisgoia* paucis explicanda. *Brisgovia*, sive *Brisgoia*. vulgo *Brisgow*, quod sonat lingua Germanica pagum laudabilem. Et sane Regio ista ob suam eximiam feracitatem, hoc nomine digna est, quum non inferior sit fertilitate ipsa Alsatia, quam modo descripsimus. Si tamen veteres revolvamus Scriptores, facile inveniemus hanc regionem hoc nomen adeptam, a Metropoli Brisaco, de qua mox dicemus. Patet Brisgoia in Longitudinem milliaria x, & in Latitudinem 11. Initiũ enim trahit a Mortnaw, & excurrit secundum adscensum Rheni fere Basileam usque. Regio uberis Agri, qui faciendæ Sementi, & Vinetis Vini laudatissimi sustollendis commodissimus. Estque hic Frumenti & Vini, omniumque Rerum, quæ sunt ad hominum vitam degendam necessariæ, magna fertilitas & copia. Ius hujus regionis Archiduces Austriæ & Badensium Marchiones inter se partiti sunt. Metropolis olim Brisgoiæ *Brisacum*, unde regioni nomen Meminit Antonius in Itinerario *Montis Brisaci*, quum alioqui nullas transrhenanas commemoret urbes, sed tantum provinciales circa Rhenum sitas: unde quidam arguunt alveum Rheni hic mutatum, qui ab altera quondam parte præterlapsus fuerit Opidum, quum illud adhuc in Gallica ripa staret, Luitprandus Ticinensis qui sub Ottone 1 vixit, Montem *Brisacum* Alsatiæ tribuit, & Insulam Rheni fuisse docet. Situm hoc Opidum in Monte rotundo instat Castri, habetque hodie Rhenum ad Occidentem. Est satis elegans, munitum & frequens, sed temporum successu superavit ipsum Friburgum magnificentia & divitiis, Opidum recens natum & quod ob Mineras Metallicas subito crevit & ad summum adscendit gradum. In Brisaco est Arx quædam vetusta, sed quæ diu in ruinis jacuit, resuscitataque sunt tandem ejus ædificia. Habet Turrim robustam & valde munitam, quam Bertholdus Ziringensis 111 exstruxit: id quod sequentes probant versus in lapidibus ejus sculpti.

Regio & unde dicta.

Situs.

Soli fertilitas.

Hanc Dux Bertholdus portam struxisse notatur.
A quo pro fraude Burgundiæ gens depopulatur.

Habet hæc Civitas duntaxat unum fontem cui superædificata Turris magna, in qua pedibus agitatur rota grandis, quæ extrahit aquam ex multa profunditate terræ, Civesque solvunt censum annuum pro hausta aqua. Nam undique magnus est descensus ad Rhenum & ad subjectam planciem, ubi aqua in superficie terræ facile quidem haberi, sed difficulter in sublimem Montem perferri potest. Medio milliario infra Friburgum situm est in monte excelso castrum quoddam dirutum, nomine *Zaringhen*, a quo Duces *Zaringenses* olim titulum suum habuerunt. *Friburgum* præclarum Brisgoiæ Opidum, imo & Metropolis hodie, a Duce Bertholdo 1111 Filio Conradi 1 *Von Zeringen* sub Henrico v Imperatore exstructa cum antea pagus esset. Vrbs situ amœnissimo inter montes excellens. Multis variis & magnificis ædibus, Templis, Monasteriis ornata. Academia ibi erecta est anno CIↃCCCCLIX, ubi etiam circa illud tempus docuit Vdalricus Zasius celebris Iurisconsultus. Habuit olim ditissimam Argenti venam, unius milliaris intervallo ab urbe disitam. Sunt vero in Brisgoia *Zering* olim Ducatus, *Friburg* Comitatus, *Hochberg* Marchionatus, & Dominia *Badenwille*, *Stauffen*, *Burcken*.

Regio & unde dicta.

Saxonia a Saxonibus populis nomẽ accepit. Horum, ut aliarum gentium, originem & etymon non ſolum Monachi eruditæ antiquitatis ignari, verum etiam recentiores limatuli judicii homines cõmentitiis fabellis involuerunt. Alii a Saxone Negnonis F. & Vandali Fratre, alii a ſaxea natura, alii a Macedonici exercitus reliquiis, alii a cultellis, unde rythmus eſt apud Engelhuſium.

Quippe brevis gladius apud illos Saxa vocatur,
Vnde ſibi Saxo nomen traxiſſe putatur.

Crantzius autem a Cattis Germaniæ, & eruditus ille Capnio a Phrygibus deducit. Ex his quiſque quod placeat, ſequatur. Hujuſmodi enim opinionum commenta convellere non eſt animus. Amplectar tamen illam Germanorum eruditiſsimorum, qui Saxones a Sacis præſtantiſsimo Aſiæ populo ortos, & ſic dictos quaſi *Sacaſones* i. *Sacarum* Filii, & è Scythia, ſive Sarmatia Aſiatica, cum Getis, Suevis, Dacis, & aliis paullatim ſe in Europam effudiſſe arbitrantur. Nec ratione caret hæc eorum opinio, quæ Saxones ex Aſia deducit, in qua ortum & multiplicatum genus humanum. Nam præterquam quod Strabo ſcribit, *Sacas* illos, ut autea Cimmerii, longinquas invaſiones feciſſe, & Armeniæ partem de ſuo nomine *Sacacenam* dixiſſe: etiam Saſſones, Suevos, Maſſagetas, Dahos, in illa Scythiæ parte collocat Ptol. & obſervat Ciſnerus, has gentes

Situs.

eandem prope in Europa conſervaſſe vicinitatem, quæ ipſis olim inter ſe in Aſia fuerat. Porro Saxonia etiã totius Germaniæ ampliſsima regio, hodie tamen non tam late patet, atque olim. Antiqua enim Saxonia inter Albim & Rhenum fluvios, Mare Germanicum & Eydoram amnem uſque ad Haſsiam & Thuringiæ confinia extendebatur, eratque ejus centrum *Brunſwicum*: itaque Weſtphalia, Marchia vetus, Miſnia, Luſatia, Manſfeldia, aliæque regiones complures Saxoniæ nomie vocabantur. Hodie non ita naturalibus limitibus,

Cæli qualitas.

uti ſunt flumina & Montes, ſed ſecundum Principum Dominia aut Imperia terminatur. Aer regionis durus,

Soli fertilitas.

purus, ac ſaluberrimus, niſi qua paludibus nimium humectatur. Eſtque Saxonia Rerum omnium, præterquam Vini, ferax. Abundat Hordeo & Tritico, ex quibus non ſolum panem candidiſsimum conficiunt, ſed etiam Cereviſiam. Metalla generat varii generis, præſertim in Monte Meliboco qui a Cattis ad Saxones protenditur. Eruitur etiam ex eodem Monte Lapis niger, fiſsilis, qui picis æriſque plurimum continet, in quo etiam aperte fulget Auri & Cupri color. Hunc ingenti copia erutum exurunt, deſtillante interea Metallo ignis vi liquefacto. In hoc lapide manifeſta apparent lineamenta diverſorum Animalium, eorum imprimis quæ vicinus alit Lacus, Anguillarum, Carpionum, Ranarum: interdum etiam Gallorum Gallinaceorum, & quod fidem pene exſuperat, Pontificis barbati triplici corona ornati. Habet & Goſlaria præter Æris, Auri, Argentique Fodinas, ditiſsimos Salis Fontes, quibus & Halla & Luneburgum abundant. Quin & Marmoris copiam alibi Montana exhibent. Apud Goſlariam Otto 1 Argenti dicitur inveniſſe Fodinas, quarum magni fuerunt reditus. Abutentibus autem iis Civibus, offenſus Deus permiſit puteum corruere, quo amplius mille homines oppreſsi. Ex quo tẽpore neq; Argentum, neq; Aurum repertum eo loco, ſed Plumbum nigrum.

Fit autem


SAXONIA INFERIOR et Mekleburg
Mil. Germanica
Septentrio
MARE BALTHICUM
PARS Lubeck
HOLSATIÆ Dat Moni
LAVENBVRG
MEKLEN
Lunenburger heyde
Dicalte marck
Die Prigenitz
Mittelmerck
Pomerania pars
RG DUC:
Meridies
Occidens
Oriens
Zuyd

Fit autem primo atramentum ſutorium, quod vulgo *Vitriolum* vocant, deinde ex eo excoquitur aliquid Plumbi & Argenti. Perhibent autem Metallum Goſlariæ ſic natum. Quidam homo Nobilis Equum cui nomen erat Ramelus in Monte ramo arboris adligavit. Is ungulis, quibus ferreæ ſoleæ inductæ, terram quatiens ac verrens, reconditam Plumbi nigri venam integumentis nudavit, non aliter ac Pegaſus alatus, ut Poetæ fingunt, ungula ſaxum feriens, Fontem aperuit. Vt autem Fons iſte ex eo nominatur Hippocrene, ita Montem hunc Saxones Ramelum vocarunt, qui hodie maxime floret, atque admirabilem Plumbi copiam ſuppeditat. Reperitur & Plumbaginis quæ Græcis μολύβδαινα vulgo *Lootaerde*: & *Pyritarum*, *Vierſteenen*, tanta copia, ex quibus Plumbum nigrum excoquitur, ut Mons quidam totus pene ex his conſtare videatur. Ejus urbs primaria *Halla*, etymologia Græca, ſive ut Goropius non Græca ſed Cimbrica derivatione a Salis proventu nominata: quemadmodum & Halla Suevica, aliæque urbes cognomines. Et in Armenia Halis fluvius, Græca voce ſalſus, ut Straboni placet. Ita Halla ad Salam non ignobile Saxoniæ flumen, a Salis proventu nomen habere putamus. Cujus quidem Salis Fontes, admodum fructuoſi & ſalutares primum inventi ſunt ante Chriſti natalem a Wendis, quos Hermunduros vocamus, quorum ubertas, ubi vicinis gentibus innotuiſſet, haud ſecus, quam aureis Fodinis, magnis conatibus, iis inſidiati fuerunt. Nunc Halla adminiſtratoris Madeburgici Marchionis Brandeburgenſis ſedes. Ad Inferiorem Saxoniam referuntur *Ducatus Lauwenburgenſis*, *Lunenburgenſis*, *Bruſwicenſis*, ac præterea etiam *Ducatus Meckelenburgicus*. In Ducatu Luneburgenſi eſt Luneburgum, Civitas celeberrima, ſic dicta, vel ab Idolo Lunæ, quod Monti Calcis nomine inſignito quondam impoſitum fuit: vel a fluviolo præterlabente, nunc *Elmena*, *die Almenow* quaſi *Elven Ow* ab undecim rivulis in eum fluentibus dicto olim *Luno* vel *Lunow* vocato, ab Iſide, ut fabulantur, illac iter faciente ad Ganbrivium agnatum. Vrbs eſt munitiſsima, cincta foſsis & vallis, forma ejus fere quadrata: Salis fonte ditiſsimo beata. Hæc enim præcipua Civium negotiatio eſt, quam terra marlque in longinquas exportât regiones. Majorem tamen ejus partem Hanburgenſes Mercatores coemunt ac magnum quæſtum inde faciunt. Templa Auguſtanæ confeſsioni addicta ſex habet: quibus additũ Noſocomium. Tota communio diſtributa eſt Romano more in Cives, cum patritios, tum plebeios, & inquilinos. Viget in ea ac floret optima politiæ ratio, Studia literarum, Iuſtitia, Pax & Concordia inter Clerum & Gubernatores Reipublicæ quorum ſumma poteſtas eſt penes patritios. Reliqua Opida, ne ſim prolixior, prætereo: Quoniam etiam aliquid de *Ducatu Meklenborgenſi*, quem Tabulæ titulus repræſentat, dicendum eſt.

Ducatus Megapolenſis. Situs. Solifertilitas. Animalium varietas.

Ducatus Megapolenſis, vulgo *Meckelburg*, olim pars fuit Provinciæ atque Dominii Regum Vandaliæ Mari adjacens Baltico; nunc eſt ex præcipuis Germaniæ Ducatibus, & Imperii Membrum; Conjacent illi, qua Oriens Pomerania: qua Occidens fl. *de Elve* vulgo dictus: ad Meridiem habet Marcam antiquam: ad Septentrionem Mare Balticum. Regio fertiliſsima eſt, Frumento, Pomis, Ligno, Piſcibus abundans. Varii generis videre eſt ibi Animalia, magnamque Iumentorum, Pecudum & Ferarum copiam. Cæterum *Arnbertus* Regio ſtemmate prognatus & in in aula Caroli Magni aliquandiu verſatus, impetravit Imperatricis

ratricis sororem vxor, ex qua sustulit *Billungum*, hominem clementem & potentem, cui paruerunt Sarmatæ & Wandali a Vistula usque ad Visurgim, & ab Odera usque ad Holsatiam. Hic Regiam suam habuit in Meckelburgo. Duo vero Filii ejus Mizilaus & Mistevus a Patris pietate degenerantes, cœperunt Christianos persequi. Sed de his atque aliis Principibus Megapolensibus legatur Munsterus. Primi hujus regionis habitatores apud authores appellantur *Heruli*, *Obotritæ*, & generali vocabulo *Wandali*. Est Regio bene culta Civitatibus, Opidis, Arcibus & Villis. In hoc Ducatu *Suerinum* urbs vetus condita ante Lubecam, Rostochium, Sundium, Wismariam; Figura ejus est quadrata, constatque adeo quatuor fere urbibus, quarum singulæ proprias appellationes sortitæ sunt: Prima est Suerinum, secunda Neapolis, tertia a Carecto, quarta a palude nomen habet. Vicus *Fichela* qui ad Lacum Suerinensem jacet, tantum 5000 pass. distat a Mari Balthico: quæ vicinitas effecit, ut de fossa ex Lacu in Mare Balthicum ducenda aliquando actitatum sit irrito labore, ut in Isthmo Peloponnesiaco accidit. *Rostochium* vulgo *Rostock*, olim *Lacinium*, & corrupte *Rhodopolis* & *Laciburgium*, urbs maritima & Megapolitana: primum Arx fuit, postea a Godscalco Vdonis filio in Civitatem versa: deinde a Primislao II Nicolotti filio aucta. Academia nunc liberalium Artium floret, quam impetrarunt Principes Mechelburgenses Ioannes & Albertus, una cum Civibus Mechelburgensibus, anno CIↃ CCCCXV. Aer hic salubris. Rerum ad victum spectantium exiguo pretio magna copia, *Wismaria*, cujus originem nonnulli a Wismaro Rege Vandalorum, tempore Constantini Magni florente repetunt: alii Coloniam Gothorum ex Visbuia Gothlandiæ Metropoli eo deductam affirmant. Sed paullo ante annum CIↃCCXL ex ruinis vetustæ & amplæ urbis *Mecklenburg*, quæ toti ditioni nomen dedit, a Gunzelino Comite Suerinensi sub Ioanne Theologo D. Megapolitano conditam seu amplificatam fuisse Crantzii monimenta, & Reip privilegia omnia, post annum M,CCL data ostendunt. Brevi autem incrementa miranda ex commerciis aliarum gentium Civitas sumpsit; Portum maris commodissimum in toto hoc littore Balthico habens, oneratas naves quantumvis capaces recipientem, sine ullis anchoris tutas præstantem: unde nomen urbi, non tam a sapienti Præside, quam certitudine marini Portus inditum verisimile est. Minoribus Opidis copiam rerum ad vitam tuendam necessariarum sæpissime communicantibus, ac inde recipientibus velut corona undequaque cincta est. Porro Nonus Imperii Circulus, *Nider Saxen* dictus, tribus Ordinibus constat, quorum I Ecclesiasticus, II Principes & Domini Seculares, III Civitates liberæ. In I sunt Archiepiscopi, *Bremensis* & *Magdeburgensis*. Episcopi *Hildesheimensis*, *Lubecensis*, *Suerinensis*, *Ratzenburgensis* & *Schlesvicensis*. II continet Principes & Dominos Seculares: suntque Rex Daniæ propter ditiones ad Imperium pertinentes: Duces *Lauwenburgensis*, *Brunswicensis*, *Luneburgensis*, *Meckelenburgicus*, *Holstein*: Comites *Roffain*, & *Delmenhorst*. In III sunt Civitates liberæ *Lubeca*, *Hamburgum*, *Mulhausen* in Duringen, & *Northausen*, *Goslaria*, & *Gottinga*.

Ducatus Brunſvicenſis.

Regio & unde dicta.

Ducatus Brunſvicenſis ab urbe primaria Brunſvico nomen ſibi ſumpſit. Vrbs autem ipſa a Brunone Ludolphi Ducis Saxoniæ Filio nomen appellationemque ſortita eſt. Is enim quem inchoaverat vico nomē reliquit, qui ab illo dictus eſt *Brunonis* vicus ſeu potius ſinus, qui lingua Saxonica vocatur *Wyck*: nunc *Brunſvicum* ſive *Brunſweych* dicitur. Eſt autem *Brunſvicenſis* ditio ampliſsima a Magdeburgenſis & Halberſtadienſis Diœceſis finibus, & ab Hercynia ſilva, ad Albim uſque pertinens. Circa annum autem Chriſti CIↃCCXXX Imperator Fridericus Dominium Brunſvicenſe provexit in Ducatum, & *Ottonem* Brunſvici Dominum & Luneburgi, Ducem creavit, Henrici Leonis ſucceſſorem, qui generale Saxoniæ habuit Dominium. Fridericus II *Ottonem* Leonis Nepotem fecit Ducem Brunſvicenſem & Luneburgenſem, attributis ei armis, quæ avus ejus extulerat Anglia, duobus fulvis Leonibus pro ditione Brunſvicenſi & alium cærulei coloris Leonem, adjectis in clypeo maculis de terra Luneburgenſi, quæ erant olim Hermāno Duci & poſteris ejus, cum titulo Ducatus Saxoniæ. De reliquis Ducibus videndus Munſterus lib. III Coſmographiæ. *Brunſvicum* hodie non tantum hujus Ducatus, ſed & totius Sxoniæ Metropolis, quondam a Conditore *Brunopolis*. Ptol. *Tubiſurgium* ex Franciſci Irenici ſententia: Vrbs ambitu magna, forma quadrata, ædium pulcherrimarum frequentia nitidiſsime culta: Civibus plena, Mœnibus ac foſſato duplici profundiſsimo, & aliquot in locis triplici, ac quolibet aquis ſtagnante, munita: Vallo etiam inter foſſata craſsiſsimo ducto per circuitum, variis Arborum conſito generibus valida: quinque foris, quinque prætoriis, & totidem Magiſtratibus excellens. Condita eſt a duobus Fratribus Brunone ac Theodoro, aliis Theomaro dicto, Ludolphi Ducis Saxoniæ Filiis, anno IↃCCCLXI, ut eorum Hiſtoricus Hermannus teſtatur. Hanc urbem Onacra amnis perlabitur, qui in Hartonica Silva ortus, duas in partes Civitatem ſcindit, omnem immunditiem ſecum trahens, ac variis undique pontibus coopertus, Viſurgi tandem conjungitur. Non habet Civitas aquam potabilem, ſed fere bibunt Cereviſiam: Vini uſus carior, ac rarior. Vrbs hæc parvis orta initiis multas per tempora acceſsiones habuit, ut per vices amplificata, nunc in eas excreverit vires atque opes, ut facile Principibus ſuis titulum indiderint, qui inde Duces Brunſvicenſes vocantur. Libet hoc loco, ea quæ Curiæ hujus urbis præfixa leguntur, ob frequentiſsimas hujus contentioſi ſeculi lites forenſes, paucis ſubjungere. *In controverſiis cauſarum, capitales inimicitiæ oriuntur: fit amiſſio expenſarum: corpus quotidie defatigatur, labor animi exercetur: Multa inhoneſta crimina deinde conſequuntur: Bona & utilia opera poſtponuntur: & qui ſepe credunt obtinere, frequenter ſuccumbunt. Et, ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis, nihil acquirunt.* Inter cæteras hujus Ducatus Civitates haud poſtrema quoque eſt *Goſlaria* civitas Imperialis. Hanc urben *Henricus* I Pater magni Ottonis urbium amator in formam Civitatis erexit. Anno CIↃLI Imperator Henricus III ingētibus regni floreſcens opibus, urbem iſtā mirificé ornavit, quam de parvo molendino, ut aiunt, vel de tugurio venatoris duo priores Henrici, & iſte nunc III in tā magnā ſicut hodie cerni poteſt urbē bono provexere auſpicio, in qua Regale Palatium hic Imp. magnificé exſtruxit & II Omnipoténti Deo cōgregationes inſtituit, *Helmſtadium* Opidum medio inter Brunſvicum & Magdeburgum itinere eſt: id Gulielm-

Situs.

Imperium majorum.

Urbes.


Septentrio
Occidens
Meridies
Orient. Oost
Braŭlswik et Meydburg cum confinijs
Miliaria Germanica
1 2 3 4 5
BRAVN SWYCK
Hildesheim Episcopatus
Die altemarck
Die mittelmarck
Misnię pars
WESTPHALIÆ PARS
ARCHIEPISCOPATVS MAGDEBVRG
Halberstatt
Lunenburgi pars
Huy comitatus
Hall Episcopatus
Saxoniæ superioris pars
Thuringia
Auff dem Hartz wald
Im Heinith
Hohenstein

87.

id Gulielmus Dux Brunſvicenſis a Werdenſi Abbate, cui parere Cives inſolentiores recuſabant, certa pecuniæ ſumma Abbati numerata redemptum, in ſuam poteſtatem redegit. Munire id Opidum Carolus, Caroli Magni F. adverſus Sorabos & Vilſos bella gerens cœperat, idque S. Ludgero primo Epiſcopo Monaſterio ſi tradiderat, ut in populis a Carolo ſubjugatis prædicanti, tutus receptus eſſet. *Halberſtadium* urbs Epiſcopalis, Oltemia fl. perluitur. In hujus urbis medio extollitur tumulus ac collis: is duorum ſtadiorum habet longitudinem, ac in ſummo vertice latam amplamque planiciem, in cujus extremis angulis, bina ædificata Templa ſunt. In medio late patet forum ſplendidiſsimis Canonicorum ædibus undique cinctum: illa autem quæ in monte ſita ſunt Civitas ſeu Vrbs dicuntur, quæ ad montis pedem, ſuburbia vocantur. Eſt circa hanc Civitatem Ager optimus, ferax Tritici, matureſcentibus Frugibus, culmorum altitudinem equo inſidentem hominem ferunt excedere. *Quedelinburga* Vrbs antiqua & primorum in Saxonia Principum decus, haud ita procul Magdeburgo diſtans, ab Imperatore Henrico Aucupe condita. *Hannovera* opidum ad ripam Leine fl. è regione vetuſtæ Arcis Comitum a Lauwenrod, jam Henrici Leonis ætate, circa annum Chriſti CIↃCLVI cui (quod trans fl. ſitum eſſet aulici Hannover nomen dederunt) Arci ſubiectum fuit. Floret hoc tempore inter cætera Saxoniæ urbes. Aggeribus enim, muris & foſsis firmiter munita, & Civium bonorum ac fortium Virorum frequentia & ædificiis ſtipata eſt. *Hildeſheimium*, ſive *Hildeſium*, *Aſcalingium* Ptol. Irenico: Civitas antiqua: fuit antea duplex, poſtea utraque conjuncta, facta eſt unica. Templum ſummum inſigne habet, Turriſq; ipſa tectum habet aureum. Civitas amœna, patria Ludolphi Colonienſis Mathematici peritiſsimi, qui nunc Lugduni agit in Batavis. Sedes eſt Epiſcopalis: Irenicus iſtius loci Epiſcopos recenſet, quod & Crantzius in ſua Metropoli, & paullo accuratius Antonius Monchiacinus lib. II de primis Chriſtianæ Religionis initiis, præſtat. Fuit autem Epiſcopatus Hildeſheimenſis primum in Saxonibus fundatus ac inſtitutus a Carolo Magno Galliarum Rege, ac Imperatore potentiſsimo. *Northauſen* Civitas Imperialis. Continentur etiam hac Tabula Ducatus *Grubenhagen*, qui eſt Membrum Imperii, & Principatus (*Furſtendom*) *Anholt*: item *Mansfeldia* Comitatus veteris Saxoniæ, ad amnem Salam antiquiſsimus, quum Hegenus qui temopre Arturi Britanniæ Regis floruit, anno IↃXLII Comes Mansfeldicus fuiſſe perhibeatur: nomen ei a Manno Thuiſconis filio, ut Aſcaniæ vicinæ ab Aſcenes. Primariæ urbes ſunt *Mansfeldia*, ad Wiperum fl. *Eiſlebia* & *Wypra*. *Eiſlebia* Metropolis eſt, inter Salam & Wiperum: nomen creditur habere ab Iſide, quam Tacitus oras Suevicas poſt obitum Mariti peragraſſe, teſtis eſt. Iuxta eam ſunt Metalla in Montibus Melibocis. Loca iſta *Tubantes* coluiſſe exiſtimantur. Hi tamen *Twendt* Pyramio: Friſiis contermini: *Benthem* Comitatus huic vicinus antiquum nomen referre credit Verrutius. Hos *Tubinger* exiſtimat Lazius Migrationum lib. VIII. Comitatus iſte ſub ſe habet Comitatus IV, *Wippram Arnſtein*, *Wetin*, & *Quernfurt*. Item Co. *Barby*, *Stolberg*, *Hohenſtein*, *Regenſtien*, *Pleſſe*, omnes Imperii. Continentur etiam Eccleſiaſtici Principatus hi: *Meydburg* Archiepiſco & Primatus Germaniæ, Imp. eſt: & Epiſcopatus *Hildeſheim*, *Halberſtat* ambo Imperii: ſubſunt Moguntino. Item *Quedelborch*, & *Gernrode*, *Stiften* ſunt Imp. in VIII Circulo.

Reſtat

Reſtat in hac Tabula *Epiſcopatus Magdeburgenſis* titulo ipſius Tabulæ nominatim comprehenſus. *Epiſcopatus Magdeburgenſis*, vulgo *Meydburg*, ab urbe primaria nomen habet. *Carolus Magnus* tota reformata Saxonia, decem Epiſcopatus in ea inſtituit, quorum omnium celeberrimus fuit *Magdeburgenſis*, cujus ſedes ex primitiva fundatione in Styde fuit, tum ad Valerſleve, tertio in Vreſe tranſlata. Tandem per *Ottonem* I, anno CCIↃXXX ad Magdeburgum mutata, ejuſque auſpicio in primatum Germaniæ ſublimata, ut habet magnus Chronicorum codex anonymus. Quanquam tamen Saltzburgenſis cæterique Archiepiſcopi Electores, primam hanc dignitatem Antiſtiti Magdeburgenſi non tribuant, ut Crantzius in Metropoli tradit. Magdeburgenſem autem Burggravium conſtituit *Otto* I, ut præeſſet judiciis publicis & gubernationi publicæ, loco Imperatoris, in his terris & in hoc Epiſcopatu, ac cæteris huic conjunctis. Primus hoc munus geſsiſſe traditur ordinatione Ottonis *Gero* Marchio Luſatiæ, cujus memoriam conſervat Monimentum Cœnobii Gerodenſis. Hunc ſequuti memorantur hoc ordine aliqui, *Hermannus* Dux Saxoniæ, *Lotharius* Comes de Waldeck, *Fridericus* Lotharii Filius, *Conradus* ejuſdem Nepos, *Manfredus* Conradi uterinus Frater. Hoc in prælio cæſo, dignitatem conſequutus eſt *Dittericus*, Comes Plocenſis, cujus filiam cum duxiſſet *Udo* Marchio Brandenburgenſis occupato Burggraviatu, ſucceſſorem reliquit *Henricum* Filium. Eo facto functo *Lotharius* Saxo, idem munus commendavit *Burchardo* è familia Dominorum de Quetfort, a quibus eſt origo Comitum Manſfeldenſium. Poſt hunc reperiuntur in ea dignitate fuiſſe conſtituti *Domini de Schrapela*, a quibus auctoritate Rodolphi Imperatoris, tranſlata eſt in Duces Saxoniæ Electores. Vrbs primaria *Magdeburgum* olim *Parthenopolis*, a Venere Parthenia ibi culta, ſita ad Albim fl. a Ioanne Capnione *Dmoadum Pyrgum* dictum, a Græca voce. *Dmoades* enim puellas ancillares Græci ferunt, quas per Aphæreſin *Maid* dicimus, & πύργον *Burgum*, ut πύξος *Buxus*. Æneas Silvius *Magdeburgenſem* vocat, & *Virginopolim* Metropoliticam inſignem urbem inter Saxones, opibus & auctoritate memorabilem, ſcribit. Ligurinus *Virginis Urbem* dixit, & Virginum habitationem. Ptol. μεσόγιον Hanc civitatem Otto condidit, ut ſcribit Lupoldus: auxit ibique requieſcit, Otto Friſingenſis. Inclyta hæc urbs Imperatorumque honeſta ſedes, tres in partes dividitur, eſtque munita mœnibus ac propugnaculis, turribus quoque ac foſsis valida ac tuta, ædibus pulcherrimis, perpolitis plateis viciſque inſignis, ac templis magnificis celebris. Imprimis vero nobile D. Mauritii Fanum, ex quadrato lapide ſtructuræ magnificentia conſpicuum, Ottonum Cæſarum inſigne opus. Magiſtratus jus civile Romanorum Saxonica lingua conſcriptum, non ſine reverentia cuſtodit, quod Caroli Magni auctoritate firmatum tradunt, eoq; in deciſione cauſarum vicinæ gentes recurrrunt: magna & venerabilis earum legum auctoritas habetur. Atque hæc de Magdeburgenſi Epiſcopatu ſufficient. Cæterum ut huic deſcriptioni Colophonem imponamus, demus regionibus hac Tabula contentis ſuos amnes: Hi ſunt *Albis Onacra, Oltemia, Sala, Wiperus, Inderſt, Struma, Roide, Ruma, Vker, Fues*, & alii. Non Montes deſunt inter quos qui dicuntur *Der Ramelberg, Melibocus*, & alii: neque Silvæ, inter quas *Auffdem Hartz, Waldt, Solinger Woldt*, cum aliis, quas in ipſa Tabula cernere licet.

Epiſcopatus Magdeburgēſis & unde dictus.

Imperium majorum.

Urbes.

Flumina.

Montes.

Silvæ.

Regio & unde dicta.

POst Ducatum Brunsvicensem pandit nostra Methodus *Hassiam*. Hæc unde nomen habeat ambigitur. Sunt qui a Monte Heso; at is nusquam in Hasia, neque etiam alibi reperitur, nisi is forte sit qui Noviomagi exstat, quod quidem a re non usque adeo alienum videtur. Referunt enim nonnulli Batonem quendam Regis Cattorum Filium, (qui Noviomagum auxerit, restaurarit, ac mœnibus cinxerit) Hesum Filium habuisse, qui favore ac amore patrii soli ei loco suum nomen communicarit. Vnde etiamnum Hesus Mons dicitur. Alii sic nominatam volunt a Cattis qui hanc regionem incoluisse commemorantur, mutatis literis, unde adhuc est loci nomen *Catzen Elnbogen*, gentis illius contestans vetustatem. Beatus Rhenanus Rerum Ger. lib. 1 autor est, Hessos ex superiore Germania advenas pulsis Cattis hæc loca occupasse, deque suo nomine appellavisse. Habet hæc Regio Turingiam ab Oriente, a Meridie Franconiam; Westphaliam ab Occidente respicit; a Septentrione vero Ducem Brunsvicensem, Episcopum Mindensem, aliosque Principes vicinos habet. Aer Regionis salubris est. Regio ipsa Frumenti, Leguminum, Fructuumque feracissima. Vinum autem non fert, nisi qua Rhenum attingit. Sunt etiam uberrima saginando pecori pascua, in quibus numerosi Armentorum Pecudumque greges conspiciuntur. Alit & Ferarum & inprimis Cervorum in Silvis magnam copiam, ad frequentes venationes Nobilitatem invitantium. Metalla etiam alibi generat, Æs & Nigrum plumbum. Salis quidem non Fodinas, sed Fontes habet. Hanc Regionem quondam Comitatus, nunc vero Lantgraviatus titulo decoratam olim Cattos inhabitasse (etsi Crantzius reclamet, qui, ex Cattis Saxones facit) omnibus fere nostri seculi Scriptoribus persuasum est: *Chattæ* Ptolemæo dicuntur. Hi postea in Insulam Batavorum transgressi (autore Tacito) ubi hodie horum nominum vestigia supersunt in duobus vicis, cognominatis ad Mare & ad Rhenum. De horum Etymo ita scribit doctissimus Iunius: *Catti, quos nostra & prior ætas Hessos vocavit, commune cum Felibus Cattisque nomen sumpsisse videntur, a ferocitate qua in hostem insultabant. Cui enim ignota ferocia & impetus Animalis istius, domestici licet, in appetendo illius iugulum, qui angustiam adferendo illud premat? vel a dolosis insidiis quibus assilire in hostes soliti fuerint, uti tergis Murium assultant Feles. Ejusmodi namque genius fuisse gentis Cattorum bellicosæ & ferocis videtur. Referri huc potest usitatum apud Hvesdenos, vocabulum Hessi pro Catto seu fele: qui siquando domesticum animans muribus inimicum significare volunt: Hessum nominant. Possunt & præstantes virtute Viri hoc Cattorum nomine designati fuisse olim a veteribus, quod tales etiamnum Lingua Battava Cattos vocitet, certe virtutem, & gentis excellentiam non aliunde discas melius, quam a Tacito, qui genti illi plus decoris & disciplinæ totius militaris attribuit, quam cæteris omnibus Germanis &c. Itaque aptissimo nomine populi ingenium expressum fuit, sive ferociam & impetuosos assultus, sive præstantiam spectes.* Hactenus ille. Fuit autem olim Hasia tantum Comitatus subjectus Lominio Turingiæ, id quod probat liber Torneamentorum, in quo legitur, quod anno Christi CIↃXLII *Ludovicus Co. Hassiæ fuerit Hallis in ludo militari ibi celebrato, sed factus deinde Landgr. ascendit sella supra Matrem.*

Situs.

Cœli qualitas. Soli fertilitas. Animalium varietas.

Accessit


HASSIA
Landgra
viatus
Paderbornẽsis
diœcesis pars
Waldeck
Comita:
Miliaria Communia
Pleſſe
Com
THVRIN
GIÆ
PARS
Orientalis
Occidentalis
Septentrio
Meridies
Ander
Lon
SVIFTI
FVL
DA
Henneberg
Comita:

88.

Accesit tandem & Comitatus Catzen-Elnbogen, idque per Filiam ultimi Comitis, quam duxit Henricus Landgravius. Genealogiam Landgraviorum Hassiæ apud Munsterum habes. Sunt porro in Hassia præter alia minorum gentium Opida, Vrbes duæ præcipuæ, *Marpurgum*, & *Cassula*. *Marpurgum Amasia* Ptolemæo, qui eandem *Amisiam* vocat lib VIII Geog, ut censet Franciscus Iren. & Appianus, vulgo *Martpurg*: Hassiæ Metropolis. Hanc alii a Marte quasi *Martis-purgum*: alii a Marcomiro Francorum Principe sic nominatam volunt. Civitatem hanc olim villam fuisse Historiæ produnt. Eam Lona Fluvius insignis præterfluit. Vrbs est Sede Principis, Schola illustri condita anno Christi CIↃIↃXXVI a Ludovico Episcopo Monasterienſi, nobilis. Ioanne, Oldendorpio, clarissimo omnium inter Iureconsultos Germaniæ: Ioanne item Draconite, & Andrea Hiperio Theologis celeberrimis clara. *Cassula*, præcipuarum Hassiæ Civitatum altera, dicta quasi Castellum, Ptolemæo *Stereontium* esse creditur: olim tantum Arcem hic exstitisse perhibent. Civitas *Fulda*, *Ana* & *Trusula* fluminibus irrigua, aquis autem instructa, agrum fœcundum atque compascuum habet, & arva nutriendis pecoribus apta. Vnde in vellerum lanæque venditione, Civium potissimum negotiatio consistit. Haud procul Marpurgo est *Franckenberga* vel *Francoburgum*, Opidum perelegans, situ amœno & antiquitate commendatum, ad fluvium *Ederam* situm: nomen desumpsit a Francis, qui ibi castra metati sunt contra Saxones. Anno Christi IↃXX primum exstrui cœptum a Rege Theodorico; postea anno IↃCCCIIII a Carolo Magno auctum. Sunt & alia: *Eschwega* colli imposita, læta agri fœcunditate gaudens Opidum, Wertæ fluvii aquis irrigatur: cujus oportuno usu, *Isatis* herba, *Glastum Plinio*, & ex eadem confecta tinctura, quam Thuringicum solum, frequenti fœnore suppeditat, primo supra hoc Opidum lapide, cimbis imposita, Mindam usque: inde Visurgi aquis, quæ Werram absorbent, Bremam, & per totam Ostlandiam defertur. De primo Eschwegæ initio nihil, quod sciam, Historiarum monimenris comprehensum reperitur, eo, quod Hungaricis bellis atque incendiis, tertium depasta, deformataque fuerit. Francoburgicum tamen Chronicum, dum Carolum Magnum circa annum IↃCCXCVI Episcopatus varios instituisse, Monasteria & Ecclesias, multis in Opidis, fundasse commemorat, meminit & Cauffingę nō procul a Cassela: & Eschowegę, ab eodem tum temporis excitatæ. Præclara etiam extant Henrici Imperaroris II erga hoc Opidum merita qui idipsum Hungaricis incursionibus devastatum atque collapsum, restituit, novis ędificiis auxit, & locupletavit. Gravissimis rursus calamitatibus adflictum fuit, anno CIↃCCCLXXXVII eo bello, quod inter Adolphum Moguntinum Archipræsulem, & Hassiæ Landgravium acre desæviit, quando etiam ad Hassiæ gubernationem pervenit. *Fristaria*, insigne quoq; ac præstans Hassię Opidū, vulgo *Fritzlar*, Latine doctrina pacis, ut puta ubi verę & perpetuæ pacis doctrina S. Bonifacii auspiciis, toti Hassiæ, Thuringiæ, Franconię & Frisiæ innotuit: Egræ fluvii propinquitate, & situ admodū amœno, sicuti universa passim Hassia, præcellit: Muris circumcinctum turrigeris, situm inæqualem, sicuti & regio ipsa, hinc inde montosa, obtinet: agro tamen lauto; Frumenti, Leguminum & Fructuum feracissimo, etiam Vini, cujus tamen fertilitate, non est hæc regio admodum præstans. Et quamvis in ipsa Hassia, Frisiaria se conspiciendam præbeat, ad Moguntinum tamen Archiepiscopum pertinet, unde

Urbes.

de variis Fortunæ & Bellonæ casibus frequenter expositæ, maximas ab Hassiæ Ducibus calamitates frequenter pertulit, quemadmodum & a Saxonibus expugnata & fœda exustione deformata fuit. Reliqua hujus Landgraviatus Opida quæ multa sunt, prætereo. Hessorum autem regionem partim perluunt, partim adluunt fluvii varii, quorum præcipui, *Rhenus* quidem latus inter Meridiem & Occidentem: *Visurgis*, i. *Wesera*, cujus fons *Weira*, è Toringico nemore profluit; *Lupia* qui in Westphaliam transit: & *Adrana* Tacito, eum *Adernam* vocant Historiæ, hodie *Aederam* dici existimat Althamerus. *Rhoer* forte, ut scribit Ritheimerus. *Eder* ex eo facit Iunius in suo nomenclatore, additque Cattorum fluvium esse, & in amnem Adam exire. In sua Batavia autem scribit eum in Fuldam evolvi: & hoc ex Tabulis verum esse constat. Minores sunt *Lanus* seu *Lona* in Comitatu Witgenstein fluvius (*Anden Horberg* oritur) olim Widekindi Anglorum Principis Castrum praterfluens, Lasphe ejusdem Comitatus Opidum adluit: *Fulda* &c. Montibus Regio undique obsita; eorum aurem nominatissimi, *Melsboci* & *Abnobij* Montes. Reliqui variis insigniuntur nominibus, uti *Kesselpergus* & *Geyne* Montes, &c. Silvæ sunt plurimæ Hercyniæ portiones. Sed de Hassia quæ dicta sunt hactenus, sufficiant. Nefas sit autem non adscribere Coronidis quasi loco quæ Aelius Eobanus Hessus in carmine gratulatorio victoriæ ad Philippum Landgravium, paucis de hujus regionis genio & situ, Incolarumque moribus tradidit.

Flumina.

Silvæ.

Qualis Hyperboreum prospectans Thraca Booten
Gradivi domus ad Rhodopen, Hemumque nivalem
Circumfusa jacet, gelidis assueta pruinis,
Gignit in arma viros duratos frigore, quique
Aut Hebri Neslumq; bibunt, aut Strymonis undas:
Talis & ipsa situ, talis regione locorum
Et Fluviis, Silvisque frequens, & Montibus altis
Hassia: Natura similes creat alma locorum
Ceu natos in bella viros, quibus omnis in armis
Vita placet: non ulla juvat sine Marte, nec ullam
Esse putant vitam, quæ non assueverit armis.
Quod si tranquillæ vertantur ad ocia pacis,
Ocia nulla terunt sine magno vana labore;
Aut duro patrios exercent vomere colles,
Aequatosque solo campos rimantur aratris,
(Namque & planities segetum fœcunda patentes
Explicat innumeras, & plena messe colonos
Ditat, & ipsa sibi satis est) aut ardua Sylvæ
Lustra petunt, Canibusque feras sectantur odoris.
Venatu genus assuetum, Genus acre virorum:
Aut leges aut jura ferunt, aut opida condunt
Fortia, non solum bello munimina: verum
Quæ deceant in pace etiam, oblectentque quietos.
Quid sacros memorem Fontes? quid amœna Vireta?
Quid valles ipsis certantes frugiferacis
Vallibus Aemoniæ? dulces quid ubique tecessus
Musarum loca, consessu loca digna Dearum?
O patriæ gelidi fontes! o flumina nota!
O valles! o antra meis gratissima Musis!

THVRINGIA DVRINGEN

Landgraviatus.

Nobilitas & ſtatus hujus ditionis mihi necdum innotuerunt, tantum inveni Comitatum Gleichen & ut exiſtimo Kranichfelt. Item unum Epiſcopatum Mersburg.

Regio. Situs. Soli fertilitas.

HAſsiam ſequitur *Thuringia*, vulgo *Duringen*, ſita inter duos fluvios Salam & Werrā: quorum hunc ad Occaſum, illum ad Ortum habet: ad Septentrionem Hercyniam Silvam (quam *Hartz* vocant): & *Turingenſem*, ut vocant, *Saltum*, vulgo *Duringer Waldt*, a Meridie. Longitudo regionis Latitudini par, XII milliarium. Regio omnis generis Frugum & Leguminum feraciſsima, & inprimis Frumento præ omnibus aliis Germaniæ partibus fœcunda: adeo ut Georgius Agricola eam *Sumen Germaniæ* appellare non vereretur. Magnus hic Iſatidis herbæ, quam Plinius *Glaſtum*, hodie *Guadum* & *Paſtillum*, vulgo *Weedt*, *Paſtel* nominant & cæruleum efficit colorem, proventus, quæ hinc cum magno Incolarum emolumento ad alias regiones transfertur. Vnde quidam Pœta inſignis:

Herba Thuringorum celeberrima creſcit in agris,
Hanc Iſatim Græcus ſermo vocare ſolet.
Ponderis hæc magni eſt, & multo venditur ære:
Hac etenim tingi lana parata ſolet.

De qua Plin. lib. XXII cap. I. *Simile plantagini Glaſtum in Gallia vocatur: quo Britannorum conjuges maruſque toto corpore oblitæ, quibuſdam in ſacris nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes*, Obſoniorum quoque ac Fructuum vix quicquam deſiderat: ſi Vinum demas quod aliunde importatur. Reperiuntur & Auri Argentique Fodinæ, & Salinæ divites. Olim Regnum fuit, hodie Landtgraviatus titulo decoratur. Turingia & Haſsia ſub

Imperium majorum.

Regibus Francorum conjunctæ uſque ad Carolum Magnum & Henrici Aucupis tempora manſerunt annos CCCLXVI. Tandem *Carolus Craſſus* Imperator Ducem Turingiæ præfecit *Ludovicum*, ejus Nepos *Burchardus* improlis ab Hungaris cæſus eſt. Quare *Henricus Auceps* Imp. Turingiam occupavit, cujus ſucceſſoribus Saxoniæ Prinpicibus in hodiernum uſque diem ſubjecta eſt. Etſi enim poſt Guilielmum Ottonis I Imp. Filium, qui Archiepiſcopus Moguntinus, Turingiam permiſſu Patris tenuit, ſucceſſores ipſius, Archiepiſcopi Moguntini, merum Imperium in urbem Erfordiam, quod adhuc retinent, & totam Turingiam ſibi aliquantiſper vendicarunt, quorum Vice-Dominus ſub Conrado Salico Imp. Ludovicus Barbatus aliquando fuit: tamen poſtea *Barbati* Landgraviorum titulo Turingiam ad Hæredes tranſmiſerunt. Donec ad Miſniæ Marchionem ex Widechindi Saxonis poſteritate ortum, *Henricum* illuſtrem Theodorici Filium & Hermanni Turingiæ Landgravii ex filia Iuditha Nepotem circa annum Chriſti CIↃCCI. pervenit, cui ſucceſsit Filius

Albertus


THURIN
GIA.
Septentr
Meridies
Occidens
Oriens
Das Eschfelt
Hoenstei Co.
Gulden awe
Stolberg Com.
Mansfeldiæ Com.
Sax en
Hayn lei te
Im tale
Vf der Fin
Mersburg
Mersstift
Osterlandt
Void landt
Misnię pars
Franken landt
Thuringer Walt
Miliaria Communia

89

Albertus degener, eique filii *Fredericus Admorsus* & *Theodoricus*, qui a patruo Theodorico Misniæ Marchione hæredes constituti sunt. Hunc Tractum *Sorabos* olim inhabitasse ferunt. Horum meminit Eginhartus & Ammoinius. Horum reliquias hodie vocat Peucerus *Sorbec* & *Serveſtein* inter Albim & Salam flumina. Reynerus Reyneckius, in suo de Mysnorum origine libro, hos *Tyringetas* quasi *Tyringotas* putat, indeque ejus urbem Gotham nomen sortitam fuisse non dubitat. In hac regione quamlibet exigua, ut se accepisse ab Hugone Brinckhorstio Anglo urbis Erfordiensis Cive scribit Ortelius, sunt XII Comitatus, & totidem Abbatiæ, (quas *Gefurſtete Abtien* vocant) CXLIV Civitates, & totidem Opidula, vulgo *Merckſtaecken*: bis mille pagi, & CL Arces. *Erdfurdia* sive *Erfordia*, priscis *Erphesfurdia*, *Erfesfurt* Turingiæ urbs primaria nomen a prinio Conditore *Erfi* nomine, sumpsisse putatur: Hic enim, cum molitor esset, molēdinum suum ad Geram fluvium fixit, atque Civitati huic initium dedit, circa initium Imperii Arcadii & Honorii: postea a Clodoveo Francorum Rege anno Christi CCCCXXXVIII vehementer aucta ornataque: anno vero CIↃLXVI muris cincta tanta amplitudine, ut Germaniæ totius maxima censeatur, ac *Nicht eine Stad*, Rusticis Turingis, *Sonderu ein gantzes Land*, dicatur. Hanc perluit Gera fluvius, atque a sordibus purgat. Episcopalis olim erat, Bonifacio Germanorum Apostolo conditore: ea dignitas deinde Maguntiacum translata dicitur. Scholam habet literarum studiis florentem, quam Bonifacius IX Papa privilegiis ornavit, anno CIↃCCCXCII. Hujus urbis ager nulli fertilitate secundus, pascuis abundat, & herbæ Isatidis feracissimus est. Vrbs ab Henrico IV multis est labefactata in commodis, ob importunam decimarum exactionem, a qua Erfurdia immunis semper ac libera fuit, Itaque exorto Saxonico bello avitam libertatem ferro armisque defendere, quam insolito decimarum jugo, cervices submittere maluit, idque tanto animorum ardore, ut & vitæ & fortunis Augusti, extremum immineret periculum. Hæc eadem ceu quodam fortunæ excelsis inimicæ ludibrio jactata, incendiis variis. Neque est aliqua urbs insignis in Germania, quæ per fatalem ac adventicium ignem toties deformata fuerit. Vltimo incendio, anno CIↃCCCCLXXII gravissimum sensit damnum, præsertim in Basilicis Virginis Mariæ & Severi, ut pene tertia urbis pars incendio perierit. Terribile fuit incendium illud immisso igne per conducticios incendiarios, quorum erat primarius Dominicanus quidam. Duæ Ecclesiæ Collegiatæ, quas vocant, cum ponte & insigni urbis parte conflagrarunt. Anno Domini CIↃIↃIX gravissima seditio inter Senatum & Cives Erfordienses exorta fuit propter insolitas quotannis impositas a Senatu plebeis contributiones. Nam Communitas unum in locum conveniens, scire voluit quantis debitis urbs foret obligata, quantumve ære alieno gravata. Senatus tumultum & populi furorem animadvertens, blandis illum & mollibus sedare verbis studuit, dicens, tempore oportuno, de omnibus & singulis tam acceptis quam expensis, rationem se redditurum. Quibus verbis Cives placati ad tempus quievere. Die autem constituto adveniente, rursum conveniunt, & hortantur Senatum ut rationem reddat. Tum unus cæteris insolentior, verbis asperis invadit eos qui a Civibus ad Senatum erant missi, quod non parum Cives irritavit. Cumque res diutius traheretur, videntes Cives se nihil proficere: Senatum abdicarunt, novumque instituerunt. Quid multa? Hinc

Vrbs & Opida.

graviſi-

graviſsima ſeditio, contentio atque adeo bellum eſt exortum. Hanc vero ſeditionem Epiſcopus Herbipolenſis & Cæſar Maximilianus ſedare, ac partes per concordiam componere ſunt conati. *Weimaria* pulchrum Opidum, quondam peculiari Comitatui nomen, jam vero inclytam Saxoniæ Ducibus ſedem & domicilium præbet, qui magnificum in eo Palatium habent, ex quadratis & formatis ad lineam ſaxis nitide ædificatum, & pomarium omni arborum genere ſumma induſtria conſitum, quod Ilma fluvio irrigatur, qui in Salam tandem ſe recipit. *Iena* civitas a Iano dicta ſecundum nonnullos: verum is in Germania coli non ſolebat. Probabilius itaque Stigelius canit:

Hinc placet Hebræo nobis hanc nomine dici,
Vi vetus a ʃaiyn nomen Iena tenet.
Cur ita crediderim, niſi mentem vocula fallit,
Certa hujus ratio nominis eſſe poteſt.
Quippe vocat ʃaiyn Solymæ pius incola terræ,
Hoc quod nos Latio ducimus ore merum.
Quæ caput in mediis urbs fertilis erigit uvis,
Hanc quiſquam a Vino nomen habere neget?

Hæc ille. Nobilis eſt publico Gymnaſio erecto anno CIↃIↃLIIX. *Gotha* a Gothis nomen habet. Atque hinc Turingos a Gothis Rithaimerus in ſua Orbis deſcriptione originem traxiſſe ſcribit, eo quod Gothi in hac regione gentis ſuæ vocabulo Gotham urbem condiderint, circa annum ut Lobſteinio placet CCIↃXXIII. Admirandæ fortitudinis Caſtrum habuit *Grimmenſtein*, quod nunc ſolo æquatum jacet. Ejus rei cauſa fuit: *Guhelmus Grunbachius*, ſtirpe magis, quam virtute nobilis, ob varia & enormia flagitia, quibus Principes in ordinem redigere, Cæſarem ex Imperii faſtigio deturbare, novamque Imperii formam moliebatur, cum a Ferdinando Imp. Auguſto, tum a Maximiliano Imp. ejus Filio, reus declaratus & cognitus, cum omnibus conjurationis ſociis, condemnatur, proſcribitur: atque illuſtriſsimo Principi Electori Saxoniæ, ſententiæ promulgatæ executio, ab Imperatore ac cæteris Imperii Ordinibus, uno conſenſu demandatur. Quam ipſe proſcriptionē, fiducia ſui receptus, & Protectoris Ioannis Friderici II Saxoniæ Ducis, contemnit. Qui cum poſt multas Principum admonitiones a pertinaci ſeditioſorum defenſione non abſtineret, Illuſtriſſ. Saxoniæ Dux Princeps Elector Auguſt. extrema neceſsitate coactus, urbem obſidione aggreditur, ac deditione capit. Tum Grunbachius, eumque eo quatuor ex conjuratis, ob violatæ Cæſareæ Majeſtatis crimen juſto ſupplicio adficiuntur, Caſtrum funditus diruitur, Dux Ioannes Fridericus, captivus Viennam abducitur. Fluminibus irrigatur regio compluribus: inter quæ *Sala*, vel *Salſza*, *Werra*, *Vnſtrut*, *ʃlma*, *Gera*, *Or*, *Apfelſtet*, *Helbe*. *Clmg*. Montes etiam Minerarum fœcundos ineſſe teſtatur Her. Auri, Argentique venis divites, qui haud procul Braitenbornio ac Schwartzenburgo reperiuntur. Silvis etiam hinc inde conſperſa eſt regio, Hercyniæ portiones ſunt: ac Turingica Silva late nota, vulgo *Turinger-Waldt*, *Bacenis* Cæſari, Germaniæ Silva Cheruſcos a Suevis dirimens: *Haymich*: *Hainſette*, *Finne* cum aliis nonnullis, quæ varii generis Ferarum venationes præbent. Sunt in hac regione multa Templa, & Monaſteria, inter alia Templum Erfordiæ B. Mariæ Virginis, a Bonifacio Moguntinenſi Epiſcopo conſtructum. Hoc Templum habet Campanam magnitudine in tota Germania celebrem. Populus atrox, durus, minaxque in hoſtem, corpora Viris procera, robuſta, & decora.

Flumina.

Montes.

Silvæ.

Opera p

Vulgi I

Regio & unde dicta.

SIc ſe habet Germaniæ Superioris Regio Thuringia; ſequitur jam nunc explicanda *Franconia* ſive *Francia Orientalis*. Ea a Francis nomen appellationemque ſortita eſt. Hujus nominis originem quidam ad Francum, quem alii Francionem nominant, fabuloſum atque ementitum Hectoris filium, gentis autorem referunt: cujus nominis Etymon lepide Petrus Ronſardus Poëta Gallus appellatum a veteribus Aſtyanacta Francum quaſi Haſtigerum ſcribit. Alii, inter quos Gaguinus & Æneas Pius id nominis beneficio Valentiniani Imp. impoſitum Francorum genti commenti ſunt, ſive quod feroces & nobiles Attica lingua Franci dicerentur (quod ubi nam lectum uſquam ſit apud idoneum & claſsicum ſcriptorem, neſcire me libenter fateor) ſive a tributi remiſsione & libertate accepta. Quanquam poſteriori rationi citius ſubſcribere velim, ſi minutius exigendum ſit vocis etymon, ut Franci dicantur, quaſi *Fri on cy*. nimirum a cenſu (quod *cy*, ſonat) & vectigalibus immunes: alioqui videri poſſunt appellati veluti, *fry anſi Franſi*; vocabulum autem *Anſi*, Gothici idiomatis proprium, denotat eos qui ceteros mortales fortuna & opibus antecellunt, Heroum & Semideorum conditioni proximi, velut humanæ ſortis terminos egreſsi: unde corrupta vox vernacula *Anſos* & additione aſpiratæ *Hanſos* nominat Proceres communi fortuna majores. Sed ad tem. Franci poſtquam opes eorum convaluiſſent, & ſervitii jugique tæderet Romani, ac dominatus cupiditas animos faceret, nomen ſibi ipſi a libertate crearunt, antiquata communi illa Germanorum appellatione. *Franconia* autem Sueviæ & Bavariæ a Meridie vicina eſt: ab Occaſu Rheno contigua: ab Ortu Bohemiæ: qua Septemtrio eſt Haſſos & Turingos vicinos habet. Aer Regionis purus ac ſaluberrimus. Regio ipſa præterquam ea pars quæ Norica hodie vocatur atque fluminibus vicinior eſt, arenoſa nimirum non eſt, ut Æneas Silvius ſcriptum reliquit, nec nimium etiam lapidoſa. Fertilis omnis eſt, Hordeum, Triticum & omne Frumentum & Legumen ſatum multo cum fœnore reddit. Rapa Cœpæque nullibi fere locorum majora & laudatiora reperiuntur. Ac multis in locis colles Vitibus conſiti Vinum gignunt, quod ob ſui præſtantiam ad gentes remotiſsimas tranſportatur. Glycyrrizæ radicis Babenbergenſis Ager tantam ſubminiſtrat copiam, ut currus ea onuſti per univerſam Germaniam devehantur. Eſt etiam undecumque terra cultiſsimis pomariis & pratis amœna: Animalium domeſticorum, Ferarumque dives. Feræ in Nemoribus a Principibus foventur, habentque plurima ſtabula, in quibus hie mis tempore pabulum & interdum ſal accipiunt, ſeque a Cæli inclemen-tia tutantur. Eas capere, aut ſaltem perſequi, privatorum nemini conceſſum. *Francos* ab origine Germanos & peculiari iſto vocabulo antiquitus appellatos fuiſſe conſtat cum ex aliis, tum ex Procopio Cæſarienſi, rerum quas literarum Monimentis conſignavit oculato Scriptore. Franconum primus Princeps fuit *Genebaldus*, qui xxx annos eis præfuit. Præfuiſſe poſt eum ſcribuntur *Marcomirus*, *Dagobertus*, *Ludovicus*, 1, *Marcomirus* 11. *Waramundus* aliis *Pharamundus*, qui vocatus ad regnum Franciæ Fratri Marcomiro reliquit Ducatum: *Prunmeſſer*, *Genebaldus* 11, *Suno*, *Luitemarus*, *Hugbaldus*, *Helmericus*, *Gotefridus*, *Genebaldus* 3, *Ludov.* 3.

Situs.

Cæli qualitas. Soli fertilitas.

Animalium varitas.

Hunc


Septentrio
Occidens
Oriens
Meridies
FRANCKEN: LAND
Bohemiæ pars
Palatinatus Rheni Pars
Hohenloe
Militaria Communia
Rideselisch
com:
Hennebeg
Spechart
Wertha
Bohemer Wald
Fridberg
Hanau
Frankfort
Wertheim
Aschebrg
Ebrach
Bamberg
Coburg
Cronach
Kupferberg
Culmbach
Baireuth
Winarite
Weissenstein
Egra
Waldsassen
Weiden
Eschenbach
Auerbach
Vilseck
Sulzbach
Amberg
Nabburg
Pfreimbt
Retz
Neuburg
Walderbach
Riedenbach
Valkenstain
Breuberg
Hainburg
Castel
Schwandorf
Lengfeld
Burck
Nürnberg
Altorf
Lauff
Herspruck
Swabach
Neustat
Auras
Schweinfurt
Wurtzburg
Rotenburg
Mergentheim
Mergentheim flu
Tauber flu
Aysch flu
Wisent flu
Nab flu
Regen flu
Ville flu
Neckar flu
Mayn flu
Saal flu
Eger flu
Donau flu
Lech flu
Iller flu
Isar flu
Inn flu
Ellwang
Dinkelsbuhel
Rotingen
Aye
Lauden
Ochsenfurt
Kitzing
Gerolzhofen
Ebrach
Volckach
Schlüssel felt
Addorff
Forchheim
Pegnitz flu
Sindelbach
Hersbruck
Ambus
Pfreimbt
Nabburg
Retz
Neuburg
Walderbach
Riedenbach
Valkenstain
Breuberg
Hainburg
Castel
Schwandorf
Lengfeld
Burck
Nürnberg
Altorf
Lauff
Herspruck
Swabach
Neustat
Auras
Schweinfurt
Wurtzburg
Rotenburg
Mergentheim
Mergentheim flu
Tauber flu
Aysch flu
Wisent flu
Nab flu
Regen flu
Ville flu
Neckar flu
Mayn flu
Saal flu
Eger flu
Donau flu
Lech flu
Iller flu
Isar flu
Inn flu
Ellwang
Dinkelsbuhel
Rotingen
Aye
Lauden
Ochsenfurt
Kitzing
Gerolzhofen
Ebrach
Volckach
Schlüssel felt
Addorff
Forchheim
Pegnitz flu
Sindelbach
Hersbruck
Ambus
Pfreimbt
Nabburg
Retz
Neuburg
Walderbach
Riedenbach
Valkenstain
Breuberg

90

Hunc sequuti sunt *Erebertus*, *Ludovicus* IV *Gozpertus* II, *Hetavus* Dux vltimus. Qui sine hærede mortuus, *Wtunino* Francorum Regi, qui & *Pipinus* dicitur, ducatum ex commisso reliquit, quem dinceps Filius ejus *Carolus Magnus* & primus B. Burchardo primo infulato Episcopo Virceburgensi ejusque successoribus & Ecclesiæ proprium donavit, anno IↃCCLII. Ducatus nomine & dignitate etiamnum gaudet, quem titulum Episcopus Herbipolensis sibi vendicat. Neque tamen illi omnis Franconia subjecta est. Marchioni enim Brandenburgico parent Kitzinga, & Bristadium, Episcopo Babenbergensi Graglingiacum. Herbipolitano vero Chronacum, Forcheimium, Staphelsteinium, Hochstadium, Moguntino Koningspergum, Oxenfordia, Carolostadium, Hasfordia, cum Bischofsheimo, Alderburgio, Mildeburgo & aliis quibusdam Opidis. Colburgum Saxoniæ Duci subjectum est. *Urbs.* *Wirceburgum* quod Conradus Celta vocat *Erebipolim*, Ligurinus non malus auctor *Herbipolim*, Spanhemius *Marcopolim*, Ptolemæus *Artaunum*, Indigene *Wirtzburg* a dulci musto, quod Herbipolensis Ager suppeditat: Franciæ Orientalis Caput atque Metropolis est. Vrbs est luculenta in qua Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus Anno Christi IↃCCLI erexit Episcopatum. In plano sita est, collibus undique amœnisque hortis & pratis cincta; præterea fossis, vallis, mœnibus, turribus, & propugnacis, bene munita. Civibus plena, ædium pulcherrimarum frequentia nitidissime culta. Ad Occasum Mœnus præterfluit, ad vecturam accommodatus. Ripas utrimque jungit pons lapideus, fortissimis innixus pilis. Vltra Mœnum in vicino monte Arx est, quam varię Civium & rusticorum oppugnationes inexpugnabilem esse ostenderunt. Ad pedem Montis Monasterium est a Burchardo opibus Cuniberti Franciæ Regis exstructum in honorem B. Magni Confessoris. Cæterum non fuerit alienum plane ab instituto præsenti, cognoscere formulam exsequiarum & inaugurationis Episcoporum ac Ducum Wirceburgensium. Post excessum prioris, designatus Episcopus Civitatem cum ingenti & exquisito equitatu ingreditur. Admissus descendit de equo, & depositio augustiore ornatu per quatuor Comites officiales in Domum Salvatoris deducitur, nudato capite, pedibus nudis, vili veste tectus, & solo funiculo cinctus. Officiales sunt, Domini ab Hennenberg, Castel, Werthein, & Reineck. Decanus ei cum Clero obviam procedens, rogat, Quid petat? Ille demisse respondet, se indignum præsto esse, munia ad quæ electus sit, subire, & suo officio ex fide defungi. Tum Decanus, Ego vero inquit, nomine totius capituli, domum Salvatoris Mundi eique adnexum Ducatū tuæ fidei committo, in nomine Patris, Filii & Sp. S. Mox Clerum in ædem Salvatoris digressum ipse sequitur, indutusque ex more Pontificalem trabeam, Missæ primum, postea convivio in arce interest. Defuncti vero Episcopi cadaver exenteratum in sacello Arcis primum deponitur, corde interea exempto inq; vas vitreum concluso. Postridie ex Arce in Monasterium S. Iacobi defertur dextera pedum, læva gladium tenens; tertio die inde in ędem Saluatoris itur: hic cantus, preces, vota: postea cum pedo & gladio sepelitur. Civitates reliquæ *Bamberga*, Ptol. *Granionariū* Petro Appiano, Γρανιονάριον in græco codice: primum vocata fuit *Babemberg*, hoc est *Mons Babæ*, a Baba Ottonis Ducis Saxonis Filia, atque Vxore Alberti Comitis Babembergensis. Alii Civitatem hanc vocant *Pavonis Mon-*

tem

tem, *Pfawenberg*, Civitas est valde amœna ad fluvium Regnitz sita. Habet Montes & colles & plurimos hortos, fundumque fœcundissimum, ubi Pepones, & Glycyrriza crescunt maxima copia, ut supra quoque retulimus. Pepones habentur ibi atque Nurenbergæ quo deferuntur in delitiis. Sedes est Episcopalis, & cum aliis fœlicis ingenii alumnis gaudet, tum Ioachimo Camerario in omni doctrinarum genere celeberrimo. Testantur id opera ab ipso edita, quæ summa cum admiratione leguntur. *Francofurtum* vel *Francofordia ad Mœnum* vulgo *Franck Furtam Mayn*, ad differentiam alterius ad Oderam sitæ. *Helenopolim* olim dictam scribit Munsterus, sed quando & a quibus non addit. Henrico Stephano in Encomio, quod ei Vrbi scripsit Nundinalis Musarum Academia. Francofordenses Athenæ, Musarum Nundinæ Mercuriales, & totius Orbis Emporiorum compendium, dicitur. Vrbs hæc in duas partes a Mœno perfluente distinguitur, quæ ponte lapideo conjunguntur. Civitas hoc tempore est Imperialis, binis per totum Orbem Nundinis celebris. Hic Romanos Reges eligi ab Electoribus mos est, ibidemque si Imperii binos Competitores esse contingat, uterque collecto exercitu de Imperio dimicant. *Moguntia* vulgo *Mentz*, aliis *Moguntiacum*. Prolemæus *Neomagum* lib. 2 cap. 8 tab. 3 appellat, ut nonnulli volunt. Nomen habet Moguntia a Mœno fluvio, quem alii Moganum alii Mogum vocant. Civitas est Episcopalis & Metropolitana. Agrum habet, ab utraque Rheni ripa fœcundum & præstantissimo Vino luxuriantem. Ampla est, bene munita, & spissa, tum populosa ea parte, quam Rhenus adluit; ex alio vero latere rarum habitatorem habet, immensa est longitudine, latitudine angustior. Ædes amplissimæ sunt, Romanorum more, Basilica & Collegiata Templa magnifica, cum Arce Episcopali. Academia hic erecta est a Theodorico Episcopo. Huic Civitati adscribi solet Artis Typographicæ inventio. Præsuli suo proprio Archiepiscopo ac Electori, nec non S. Imperii Cancellario paret. *Mons Regius* vulgo *Konigsperg*, Patria Ioannis de Monte Regio summi Mathematici, cujus extant subtilissima Commentaria in Almagestum Ptolemæi. *Schweinfordia* ad Mœnum sita in medio prope Franconiæ. *Kitzinga*, *Friddberga* urbs Imperii, & aliæ. Ceterum primus Circulus Imperii est Franconiæ, in quo hi ad Consilium convocantur. 1 Ecclesiastici, Episcopi *Bambergensis*, *Herbipolensis* (*Wirtzburg*) Dux Franconiæ; *Eichstett*: *Teutsch Ordens Maister*: Præpositus *Camberg*, Abbas *S. Gilgen*: Norimbergæ. 11 Principes Seculares, *Marchio Brandenburgensis Burger Vom Nurēberg*: Comites *Hennenbergensis*, *Castel*, *Wertheim*, *Rheineck*, *Hohenloe*: DD. *Reichelsperg*, *Limpurg*, & Comites *Horpach* & *Schwartzenburg*. 111 Civitates liberæ, *Norunberg*, *Rottenburg*, *Winsham*, *Schweinfurt*. Flumina piscosissima undique regionem hanc perluunt beantque plurimum, quorum præcipua sunt *Mœnus Sala*, octo ignobilioribus comitata, *Sinna*, *Radiantia*, *Aestus*, *Tubera*, ac nonnulla alia. Silvas habet *Spesshart*, *Ottonis Silvam*, ac alias etiam Hercijniæ portiones, quæ eam æditissimis jugis per circuitum obfirmans, veluti nativo muro ambit. Gens ipsa viribus armisque potens, nobilitate pollens, ingeniosa, laboratum patiens. Vinetis colendis uterque sexus incumbit, nec cuiquam otioso esse conceditur.

Ioannes de Monteregio

Flumina.

Silvæ.

Vuigi Morei

Regio & unde dicta. *Situs.* *Cæli temperies.* *Soli fertilitas.*

Animalium varitas.

Bavaria nunc adeunda est, ab Avaribus Hunnorum reliquiis, qui Noricis pulsis in ea terra consedere, littera adjecta, dicta. Dicitur & *Boiaria* a Boiis Cisalpinæ Galliæ populis, qui hoc loco aliquando sedes habuisse leguntur: Vulgo *Beyeren*. Habet ab Oriente Austriam: ab Occasu Sueviam, qua Merides est Alpes adjacent illi Rheticæ: qua Septentrio Franconia. Longitudo Milliarium Ger. XXIX, Latitudo XXV. Aer ut plurimum salubris, ac regio amœna est: in universum satis ferax, non æque tamen Vini ac Frumenti, quamvis & Vinum gignat nonnullis locis, sed agrestius. Generosius Vinum importatur ex Alsatia, Francia & Austria. Magna copia Frumenti invenitur circa Ratisponam & Landshutum. Abundat insuper Sale, arborum Fructibus, Ferro, Pecore, Volucribus, Feris, omnibus denique ad victum, cultum & usum vitæ spectantibus. Sues glandibus silvestribusque pomis tanta copia nutrit, ut veluti Hungaria Boves, ita hæc Sues plurimis Europę regionibus suppeditet. Præter Vrsos item, Apros, & cæteras ejusmodi Feras, centenarios Cervorum alit greges, quos absque consensu Principis venari crimen est. Anno CIↃIↃLXII, XXII die Augusti, Cervus in Bavaria captus scribitur, tanta corporis vastitate & mole, ut libras IↃCXXV exhibuerit. Sedes hic quondam habuerunt *Nariſci*, *Vindelici* & *Norici*. *Nariſcos* qui hodie *Nortgow* Aventino, vel *Nærcas* Melanctoni, a cæteris Danubius dividit. *Vindelici* ex antiquorum descriptione inter Rhætos & Noricos siti sunt. *Rhætia* duplex est, una latior, quæ Vindelicos Noricosque & Rhætos proprie dictos complectitur, altera strictior. Vindelicos a Rhætis disterminat Lycus, si Ptolemæo est fides. Sin Strabonem sequimur, Rhenus & Lacus Brigantinus, quem nos in Helvetiæ descriptione monstravimus. Eosdem a Germanis separat Danubius, ab Italia Alpes. Originem nominis Vindelicorum recte observavit ex Ricardo Marcus Velserus.

Respicit & late fluvios Vindamque Lycumque
Miscentes undas, & nomina littoris, unde
Antiquam gentem, populumque urbemque vocarunt
Vindelicam.———Vindelicorum quænam gentes urbesque fuerint ex Plin. & Ptol. cognosci potest. Ad hos vincendos missi sunt ab Augusto Tiberius Claudius Nero, & Nero Claudius Drusus, ambo Imperatoris Privigni, qui copias Barbarorum exiguis præliis dispersas ac dissipatas aggressi, facile vicerunt inque suam potestatem redegerunt. Vide Paterculum lib. II: Dionem lib. LIV & Horat. lib. IV Odar. *Norici* initium capiunt a flumine Oeno: vergunt ad Orientem & Austrum, ad Hungariam & Italiam usque. Horum magna in bello vis fuit, utpote qui bello adsueti limitaneos Romanos semper oppugnarent. Indicio est *Ensis Noricus* Horatio celebratus. Etiam inscriptio quæ cis Danubium inventa ita habet. DIS MANIBUS ET MEMORIÆ LEGIONUM. ET MEMORIÆ MISERRIMORUM, VINDELICIS PRÆFECTIS MOCENIANIS ET VICTORI ET AVRELIO FILIIS VINDELICIS SURINUS INFELIX PATER F.C.

Bavaria


SEPTENTRIO
MERIDIES
ORIENS. Oost
OCCIDENS. West
33
34
35
36
49
48
Bohemiæ Pars
Regespurg
Ingolstat
Munchen
Frising
Augspurg
Lanspergh
Hogenau
Passau
Salzburg
Reichenhal
BAVARIA
Mihar. Germanica
1 2 3 4 5

91

Imperium majorum.

Bavaria olim a proprio Rege ad Arnulphi Imperatoris usque tempora administrata fuit : eum ut Parthi Arsacem, Ægyptii Ptolemæum, ipsa *Quarinum* nominavit. Deinde Duces habuit, quos etiamnum tenet. *Bavaria* dividitur in *Superiorem* & *Inferiorem*. *Superior* subdita est Alpibus, Austroque. Hæc crebris impedita est paludibus, fluminibus rapidis, silvis adspectu horridis. Pecuariis, Pecoribusque pascendis magis idonea. *Inferior* fertilior est, crebrius frequentiusque habitatur, & propter Danubium, Isaram & Lavarum amnes, Vitium ferax. Atque ita dividitur Bavaria Physice. Dividitur etiam Politice, juxta Principum ditiones in Comitatum *Bavariæ* & *Palatinatum*. *Comitatus* hac Tabula, sequenti *Palatinatus* describitur. Vrbes Superioris Bavariæ

Vrbes.

sunt, *Monachium* aliis *Monacum*, vulgo *Munchen*, ad ripam Isaræ fl. situm, exstructum ab Henrico Bavariæ Duce, anno CCIↃLXXII sub Othone I Imp. Vrbs est omnium pene Germanicarum Civitatum amœnissima: inter fluvios Oenum & Lycum, inter urbes Wasserburgum, Augustam & Frisingam, inter Lacus piscosos, interque Silvas jucundissimas sita. Meridiem versus respicit Montes Tyrolenses, Orientem versus, hortos suburbanos, rivulis ex amne deductis distinctos : inter quos Ducis hortus, cura, amplitudine, herbarum florumque copia & ordine topiario, illustris est : in hoc præter artificiosissimum fontem & pergulam æstivam picturis statuisque exornatam, hoc est memorabile, quod sub crepusculum vespertinum magnus Cervorum Grex sub ipsas fere fenestras quotidie accedit. In urbe Templa, Turres, Bibilothecæ, Curia, Forum, Opificum, & Mercatorum frequentia, aliaque permulta, non ad usum tantum sed etiam ad ornatum & spectantium stuporem videre licet. *Ingolstadium* vulgo *Ingolstatt*, ad Danubium jacet, antiquis dictum *Ingelstatt* sive *Angelostadium*, ab Angelis Suevis qui Civitatem hanc cum aliis ceperunt. Initio pagus fuit, sed a Ludovico Bavaro Imperatore jus Civitatis obtinuit. Academia in ea constituta omnium artium & sapientiæ anno CIↃCCCCX, eamque multis postea privilegiis & opibus ornarunt auxeruntque Ludovicus Dux Bavariæ & Pius II Pontifex. *Frisinga* olim *Fruxinum* Rhenano & Munstero testibus, condita putatur eo tempore quando Romani per Præfectos & Provinciarum Præsides tenebant & administrabant eam Bavariæ Regionem, quæ a ripa Danubii excurrit ad Alpes. Mosacus amnis eam præterlabitur. Sunt præterea Opida XXXII. In *Inferiore* sunt *Ratisbona* vulgo *Regenspurg*, sita ad Danubium : nomen sumpsisse putatur a pluvia & arce, a Claudio Tiberio Nerone Imperatore III exstructa tempore passionis Christi, atque ab ipso *Tiberina* vel *Augusta Tiberij* vocata. Hujus memoriam in antiquo Lapide exstare Ornuphrius scribit. Goltzius adducit nummum Tiberii, cum hujus hac inscriptione, COL. AVG. TIB. Hanc Regensburgum putat Simlerus *Regium Antonini* esse, & in lib. Notitiarum *Castra Regina* dici. Alia multa sed a Barbaris indita nomina sunt apud Althamerum, ut *Reginoburgum*, *Rhætobonna*, *Rhætopolis*, *Hyaspolis*, *Imbripolis*, *Regnipolis*, *Tetrapolis*. *Quadrata & Germanisheim*. Nomen *Ratisbona* a navigatione deductum videtur. Olim Metropolis fuit Bavariæ : Sedes Regum & Ducum ejusdem Regionis. Pontem habet lapideum anno CIↃCXV ab Henrico Imperatore super Danubium exstructu XI fornicibus sustentatum, pass. CCCC & LXX latitudinis. *Patavium* sive *Patavia* vulgo Latinorum, vernacule *Passaw* : *Batavia* libri Notitiar. putat Velserus. *Boiodurum* Ptolemæi Vindeliciæ civitas Aventino, Pyramio & Lazio:

Vrbs

Vrbs ampla, elegans atque clarissima in infima inferioris Bavariæ parte ad Austriæ initium, in utriusque nimirum Provinciæ confinio, inter Danubii & Oeni confluentes, Peninsulæ instar, loco commodissimo pariter, amœnissimoque sita. Episcopali, cui paret sede, & amplissima, quæstuosissimaque omnis generis commerciorum negotiatione admodum celebris. Tam præstanti siquidem ad negotiationem situ ob fluviorum, locique oportunitatem excellit, ut quemadmodum ob rapidissimorum fluminum concursum, Lugdunum in Galliis, Gandavum in Flandria quæstuosa negotiatione floret: ita hoc Germaniæ tractu, eodem nomine præ cæteris urbibus commendetur Patavia. *Landshutum*, vulgo *Landshut*, urbs celeberrima, & primariæ dignitatis: ad fl. Isaram sita, qui urbem hanc præterlabitur, magno Incolarum commodo & ornamento. Hanc Irenicus ex quinta Ptol. Europæ tabula *Inutrium* statuere videtur, cui tamen situs non optime convenit. Ac proinde melius Ptol. *Inutrium* Aventinus vere linceus Germaniæ, potissimum vero Boiariæ suæ perlustrator, *Mittenwaldt* Bavariæ pagum cis Alpes constituit. Condita est anno CIↃCCVIII a Ludovico Bavariæ Duce: Agro beata fertili Frugum, Animalium, Vini, omnisque generis Fructuum. Vrbs ipsa ædificiis admodum venustis & elegantibus nitet: inter quæ principem merito locum obtinet summum Vrbis Templum, quod artificiosa structura, & vivo ex lapide visenda, imo stupendæ altitudinis turri conspicuum est. Magnificum etiam Illustriss. Alberti Ducis, in inferioreurbis parte cernitur Palatium, *Novum*, vulgo *ædificium* nuncupatum,

Flumina. Fluvii Bavariam scindunt beantque plurimum non pauci, *Danubius*, totius Europæ maximus, Græcis pariter atque Latinis Scriptoribus celebratus: *Lavarus*, & *Isara* amnis, ut amœnus, ita pisculentus & rapidus: *Illicetus*, *Oenus*, *Lycus*, *Alemannus*, vel *Alimula*, *Nabus*, *Regus*, *Ambra*, *Zoysa*, *Vilsus*, *Wolfaha*, *Gyssea*, aliique pene innumeri.

Lacus. Præter hæc flumina complures etiam ac spatiosos habet Lacus, singulis, singula sibi Piscium genera, & tanquam privatas formas custodientibus: cujusmodi sunt *Ammersee*, *Asee*, *Wirmsee*, *Rorsee*, &c.

Montes. Montibus cum hinc inde sit innexa altissimis, nomina singulorum hic recensere vix datur, præcipui tamen sunt *Pœninæ Alpes* & *Caravancas* Mons.

Silvæ. Silvis pene infinitis ita spargitur, ut una videri queat, uti revera est: Hercyniæ enim omnes hæ portiones sunt, ac totum propemodum eam olim hunc tractum contexisse, vix dubium est. Verum diversa, hæ ejusdem silvæ portiones sortitæ sunt nomina, cujusmodi sunt: *Heynerdoch*, *Schwartzwald*, *Grienwaldt*, *Zellerwaldt*, &c.

Vulgi mores. Populus agri & pecoris magis quam belli cultor, neque Mercaturæ multum deditus, tantum Baccho & Liberis operam dat: raro natale solum relinquit. Porro II Circulus Imperii Bavaricus tribus Ordinibus constat. In I sunt Episcopi: Archiepscopus *Salizburgensis*, Episcopus *Passaviensis*, Episc. *Freisingensis*, Episc. *Ratisbonensis*. Abbates: Præpositus *Berchtolsgaden*: Ab. *Rempeseck*, Ab. *Waldsachsen*, Ab. *Roden*, *Rot* opinor, Ab. *Keisheim*, Ab. S *Haymer an Ratisbona*. Abbatissæ: *Alt Munster*, & *Ober Munster* Ratisbonæ. In II sunt Dux *Bavariæ*, Co. Palatinus *Bavariæ*, Landg. *Luchtenberg*: Co. *Hage*, Co. *Ortenburg*, B. in *Stauffen*, forte *Thuna Stauff*, aut *Stuaffnegk* D. *Rimfels*, forte *Rhinfelden*, B. *Degenberg*, *Obersultzperg*. In III sunt *Freistet*, *Regensperg*,

Regio & unde dicta.

Bavaria præter divisiones paullo ante a nobis commemoratas in *Cis-Danubianam* & *Trans-Danubianam* dividitur. *Bavaria Trans-Danubiana* Narisçorum ora est, de quibus supra. Hodie *Nortgovia* dicitur, vulgo *Nortgow*, atque hæc eadem *Palatinatus superior* est. Ea jam nunc, postquam de Bavaria universim ac de ea quæ Comitatus nomine censetur hactenus verba fecimus, explicanda occurrit. *Nortgovia* autem nomen, ut ab etymo ordiamur, a Septentrionali plaga aut terra nomen habet. *Nort* enim Idiomate Germanico Septentrionem, *Gow* terram & agrum significat. Dicitur etiam hæc Regio *Palatinatus superior*, ad differentiam ejus qui ad Rhenum est Palatinatus, qui inferior appellatur. Hæc *Bavaria* olim *Noricum* dicta fuit, quam Ptolemæus Æno flumine, Danubii parte quæ est ab Æno ad Montem Cetium, monte Cetio, Pannoniæ parte & monte Carranca definit. Sed postquam Boii exactis Romanis in partem Vindeliciæ, quæ inter Ænum & Lycum jacet immigrarunt, evenit ut is etiam tractus, tum Norici, tum Boiariæ sive Bavariæ nomen acciperet. Quo sensu (ut suis ad Ortelium literis M. Velserus monuit) eam Diaconus III Longobard. describit, his verbis: *Noricum* siquidem Provincia quam Boioariorum populus habitat, habet ab Oriente Pannoniam, ab Occidente Suaviam, a Meridie Italiam, ab Aquilonis vero parte Danubii fluenta. Noricorum duas Provincias numerat Sex. Ruffus, item lib. Notiti. *Noricum Mediterraneum* & *Ripense*. Ceterum *Bavaria* hæc a Septentrione Voitlandiam vicinam habet; ab Ortu Bohemia; qua Meridies

Situs.

Danubio fluvio a reliqua Bavaria disjungitur, qua Occidens Hanecampo, Sueviæ parte, ac Franconiæ terminatur. Aër hujus regionis utcumque gratus ac salubris est: terra autem satis dura & aspera, licet quibusdam locis satis proferat Frumenti: ac pascua reperiantur saginando pecori apta. Iuxta Kelheimium Danubii ripa

Cœli temperies. Soli qualitas.

vitifera est, Vinum tamen ignobile & austerum, ut vulgo dici soleat, acetum in illis Montibus nasci. Gignit & alibi Metalla varii generis, inprimis Ferrum magna copia, unde Nortgovienses annuatim magnam vim pecuniæ colligunt. Optimum item cæruleum colorem quem vulgo *Lazurum* vocant. Noricum porro nunc Bavariæ Palatinatus Regni titulo olim decoratum fuit, ac proprios Reges habuit reliqua Bavaria a Romanis

Imperium majorum.

in Provinciam redacta, usque ad annum Domini 10. Vnde Iulius Cæsar meminit, *Ariovistum* Germanorum Regem vxorem habuisse sororem Regis Noricorum. Quos tamen Norici posterioribus temporibus habuerunt Principes non constat, quousque facti sunt Christiani. Anno, vero 1011 opera *Theodonis* II in vnum regnum redacta est Bavaria, qui Romanos è Bavaria expulit maxima strage edita: inde in tres Ducatus tributa per tres illius Filios, *Theodonem* III qui Ratisbonæ, *Ottonem* qui Ottingiæ, *Theobaldum* qui Tyrolis consedit. Reliquos enumerare nimis longum foret. Vt tandem hoc caput finiã, Ludovicus Imperator Dux Bavariæ anno Christi 1180 hujusmodi divisionem instituit, ut tota Bavria Norica Palatinis Principibus cederet, præter

Vrbes.

Vrbes aliquot Imperiales: & quæcumque jam olim ad Imperiũ pertinuerant. Metropolis hujus Bavarię *Nurenberga* vulgo *Nurenberg*, ad amnẽ Pegnitiũ, qui Vrbem interluit; Situ amœno excellens, Ambitu magna, Visu pulcra, Templis celebris. Ædiũque pulcherrimarũ frequentia nitidissime culta, plateis vicisque insignis, Mœnibus

Turribusque


Palatinat.
Bavariæ
SEPTENTRIO
MEIDIES
OCCIDENS
ORIENS
Mil. Germanica
1
2
33
34
35
49
Nurenberg
Regenspurg
Danubius flu.
Behemer Wald

92

Turribusque valida, Propugnaculis tuta, Ciuibus plena, Mercatorum commerciis dives, & inprimis Mechanicis Artibus nobilis, ac toto orbe celeberrima. Sita est non modo, in Germaniæ, ut scribit Bilibaldus Birckhaymerus, sed etiam Europæ umbilico. Ab Hierosolymis, quæ in medio Mundi constituta ex graduum longitudinibus & latitudinibus cognoscitur, distat Nurenberga 10 Milliaribus Germanicis. Civitas licet pervetusta non sit, tamen Castrum ejus in edito colle situm, quod olim *Castrum Noricum* fuit appellatum, est antiquum: constructum enim a Claudio Tiberio Imperatore, unde etiam Neronis castrum dictum fuit. Olim subjecta fuit Alberto Duci Franciæ, post cujus mortem Imperio accessit sub Ludovico III Imperatore; ex eo augeri cœpit & coli. Sub Carolo quarto mœnibus cincta est: Iterumque anno CIↃIↃ XXX IIX. Hodie Civitas hæc totius Germaniæ fere maxima & amplissima est, ita ut CXXIIX contineat Plateas, XI Pontes lapideos, qui duas urbis partes conjungunt. Fluvius per Civitatem transiens LXIIX rotas hydromylarum vertit. Numerantur etiam in hac urbe putei aquarum CXVI, fontes XII ex truncis aquam evomentes, sex magnæ portæ, ac balnea communia XIII. De hac Fabritius:

Qua non Germanis est ulla celebrior oris,
Seu Leges spectes, & Sancti Jura Senatus.
Et sic unanimi viventes, sœdere Cives,
Sive tot artifices claros æquandaque priscis
Ingenia, & varios Juvenumque Senumque labores.

Anno CIↃIↃ LXXV Noribergenses Altorfii Academiam constituerunt, ad quam linguarum, artium, Philosophiæ & Facultatum Professores magnis stipendiis evocarunt. Ejus rei memoriam servat Epigraphe Altorfina. IWENTVTI, RELIGIONIS CHRISTIANÆ DOCTRINA, LINGVIS LATINA ET GRAECA, OPTIMIS DENIQVE ARTIBVS ACDISCIPLINIS INFORMANDÆ, GEORIO VOLKAMERO, PHILIPPO GEVDERO, HIERONYMO BAVMGARTNERO, LITTERATORVM PRÆFECTIS, ET BALTHAZARO BAVMGARTNERO OPIDI PRÆFECTO, SENATVS NORIBERGENSIS SCHOLAM HANC NOBILEM ET PATRITIAM APERIRI ET SOLENNITER INTRODVCI VOLVIT III. KAL. IVL. QVI DIES PETRO ET PAVLO APOSTOLIS S.ACER EST. ANNO A NATO CHRISTO SALVATORE. M.D.LXXV. Tractus iste præter Metropolim plurima habet Opida, Monasteria & Villas, potissimum *Ambergam*, anno Christi trecentesimo supra millesimum muro cinctam, *Auwerback*, *Sultzback*, *Castel* Monasterium, (ubi olim Principes Nortgoviæ suam habuerunt Curiam.) *Eger*, *Beicrut*; *Eistet*, *Napurg*, *Neuwenstadt*, *Ruwenkelm*, *Kemnat*, *Krusen*, *Grewewerdt*; *Gaynum* castellū a ploratu dictum. Nam istic Danubius, periculosa & horrenda, & quæ citra lamenta, vix pervehi possunt loca, attmen navigantibus transeunda (Germanice *Die Strudel*, ab aquarum stridore atque impetu vocant) transit; *Eschenback*, *Weiden*, *Pernauw*, *Pleistein*, *Hersprucк*, *Rurback*, *Neumarkt*, *Tursenrut*, *Elbogen*, *Cham*, *Schonsee*, *Kunsperg*, *Stauff* & alia nonnulla, quę quidem pro majori parte sunt Principum Palatinorum. Includit quoque hæc regio Nortgovienſis unum ex quatuor Lantgraviatibus, qui olim ab Imperatoribus fuerunt instituti, nempe *Luchtenbergensem* Imperii in Circulo

Secundo,

Secundo, accepitque denominationem istam ab Arce Luchtenberg, etiamsi Principes Dominii illius curiam suam teneant in Opido Pfreimbdt: & quandoque in Grunsfelden. Non crevit iste Lantgraviatus in tantam potentiam ut cæteri tres, qui temporum successu multum aucti sunt, ditione & potentia: maxime autem Hassiæ Lantgraviatus, ut scribit Munsterus. Regionem hanc irrigant beantque plurimum *Egra*, *Nabus*, *Vilsus*, *Regus*, *Pegnitius*, *Schwartzach*, *Sultza*, *Altimulus*, *Laberus*, *Lautra* fluvii; ac præter hos nonnulli alii. *Fluminum.*

De Regnitio, Rednitio sive Rego referunt historiæ commoranti Carolo Magno apud Ratisbonam persuasum fuisse, fore ut ex Rheno in Danubium navigari possit, si inter Radiantiam (hic est Regnitius) & Altimulum fluvios fossa duceretur quæ Navigiorum capax esset: quod horum fluviorum alter Danubio, alter Rheno misceretur. Confestim Rex ad locum oportunum accelerat, ac magna hominum multitudine coacta, totum Autumni tempus in hoc consumpsit. Ducta est itaque fossa inter prædictos fluvios duum millium passuum longitudine, trecentorum pedum latitudine, Sed res successu caruit, nam propter juges pluvias & terram natura palustrem, opus stare non potuit; quantum enim interdiu egestum fuerat, tantum noctu humo relabente subsidebat. Apud Weiseburgense Opidum extant etiamnum vestigia vani laboris. Silentio non est hic prætereundum, omnes fere Nariscorum seu Nortgoviorum fluvios fabricis Ferri, & reliquorum Metallorum onustos & impeditos esse; utpote quorum fluenta agunt & impellunt, tam ingentes folles, quam immensos malleos, Fabris, Ferrum tantum suppositis incudibus, admoventibus. *Mons Pinifer* vulgo *Fichtelbergk* in ambitu complectens circiter v i milliaria est in hac regione: ex eo quatuor insignes profluunt fluvii, *Mœnus*, *Nabus*, *Sala*, & *Egra*, ii in crucis modum divaricati, 4 mundi cardines petunt. Mons iste varia gignit Metalli genera, producit & optimum cæruleum colorem, quem vulgo *Lazurum* dicunt. Invenitur quoque in summitate Montis Stannum, & multæ foveæ ex quibus olim Metalla fuerunt eruta. Silvæ Hercyniæ portionibus, hæc ora etiam undique conspersa est: ex his sunt *Weissenburwalt*, *Behemerwaldt* cum aliis, quæ in tabula repræsentantur. *Mons Pinifer.* *Silvæ.*

Porro susceptæ fide Orthodoxa in Bavaria, simul Leges & vivendi Instituta genti fuere præscripta, nempe de Ecclesiæ libertate, de incendiariis Ecclesiarum, de confugientibus ad Ecclesiam, de Clericorum percussoribus, de Decimis, de seditiosorum pœna, item Leges castrenses, de Libertis, de Nuptiis, de causis mulierum, de Furtis, de Legibus Agrariis, de commendatis & commodatis, de Hæreditatibus, de Emptionibus & Venditionibus &c. Illis Legibus Bavari ante aliquot secula paruere, nonnullisque adhuc. Non possum autem quin aliquot hoc in loco ex his adscribam Bavarorum Leges. *Iudex ut juste judicet Librum penes se Legis habeat, ex eo causa omnis componatur. Neque personam neque munera respectet judex, sed de compositione, dum recte judicarit, partem nonam accipiat. Sin per peram, duplo, quicquid lata sententia abstulerit, exsolvat: insuper solidis* XL *mulctetur. Qui rem aliquam vendiderit precio accepto, emptionem aut charta aut testibus ratam faciat, duo, tres, vel plures testes adhibeantur. Venditio nisi voluntaria & libera, firma non sit.* Plura addere supersedeo, ne quis hanc descriptionem me onerare legibus velle existimet, quæ a Ioanne Boemo Aubano fuse describuntur. *Leges.*

Saxoniæ Superioris Ducatus: simul cum Misnia & Lusatia.

AD *Saxoniam Superiorem* pervenimus, Octavum Circulum Imperii. Saxonia enim dividitur in *Superiorem & Inferiorem*. Superior hic quam hæc Tabula exhibet, nobis describenda. De Inferiore ad Tabulam XIV Germaniæ egimus. Quæ ibi de Saxonia diximus, hic repetere nolumus, ne Lectori tædium pariant. *Saxonia Superior*, vulgo *Ober Saxen*, quæ titulo Ducatus ornatur, cujusque Dux est unus ex illis Principibus qui Imperatorum electionibus præsunt, ab Ortu antiquam Marchiam: ab Occidente Hassiam respicit: Qua Meridies est Turingia & Misnia jacent: qua Septentrio Ducatus Brunsvicensis. Primariam habet Vrbem *Wittembergam* ad Albim sitam. Hæc a Widechindo I exstructa est: alii adscribunt Widechindo Filio ejus, atque a Widechindo vel Patre vel Filio Witembergam dictam putant. Gymnasium habet erectum a Duce Friderico anno CIↃIↃII. Quam Academiam alter Fridericus ita ornavit, ut ex frigida, teste Erasmo, celebris evaderet. Petrus Mosellanus, Fridericus, inquit, Witembergam suam, omnigenarum artium, maxime trium Linguarum Professoribus sic instituit, sic adornavit, ut optime constituti Gymnasii exemplar hinc petere possis. In quo Heningus & Oldendorpius Iurisconsulti, scriptis apud Germanos celebres, floruerunt. Memorabile est, quod de purgatione per ferrum candens in hac civitate accidisse Albertus Crantzius in sua Wandalia commemorat lib. VIII cap. XXX. Incendium ædium furtim procuratum imponebatur in hoc Opido innocenti: ille sancte jurans ejus se culpæ non esse affinem, purgationem afferebat vulgarem de ignito ferro, quam juribus interdictam, aut ignoravere, aut contempsere, qui judicio præerant Laici. Ferrum ergo ignitum ille deportat itinere non parvo: tum manibus excutiens nihil læsionis præferebat. Evanuit ferrum ex oculis mirantium omnium. Annus pene totus interceserat, cum alius jam silicibus viam straturus in Opido publicam, in arena loci manum vertit, & invento ferro adhuc igneſcente dextram adurit. Mirati qui adstiterunt, rem perferunt loci Præfecto. Illi mox incidit suspicio, illum esse hominem criminis reum, quod innoxio imponebatur: mox jubet ad quæstionem abripi, confitetur crimen, & ultimo supplicio, fractis rota cruribus, interimitur: ita divino judicio est proditus noxius. Extat etiam Historia de candentis ferri purgatione, quam Genildis Henrici III conjux subiit: quæ cum ab æmulo quodam adulterii accusaretur, judicio candentis ferri se purgavit. Non absimile purgationis genus eos usurpasse apud Georgium Cedrenum invenio, quos virgines corrupisse, aut quæ corruptæ essent, erat suspicio. Nonnulli etiam in hac Superiore Saxonia *Torgam* locant, quam alii in Misnia ponunt. Cum Saxonia tanquam partes ejus explicantur Misnia & Lusatia, de quibus, cum præsens Tabula eas quoque deliniet, pauca attexamus.

Regio. Situs.

Vrbs Wittemberga.

Misnia


SAXONIÆ Superioris Lusatiæ, Misniæq; descriptio
Milliaria Germanica
1 2 3 4 5
34 35 36 37 38 39
Septentrio
Meridies
Occidens
Orientis
52 51 50
Saxonia Superior
LUSATIA Superior
Der Kontz
Gorlitsch heyde
Sile siæ pars
Asuperior
MISNIA
VOYTLANDIA
BOHEMIÆ PARS
Hall
Leipzig
Wittenberg
Dresda
Meissen
Freiberg
Chemnitz
Zwickau
Annaberg
Schneberg
Plauen
Gotzberg
Weisenthal
Elster flu
Egra flu
Mulda flu
Die Elbe flu
Saala flu
Neisse flu
Queiss flu
Bober flu
Die Elster flu
Praga metropolis Bohemiæ
Reiptzigk
Crossen
Croßen
Oder flu
Grunberg
Sprotaw
Glogaw
Sagan
Naumburg
Forst
Fraustadt
Wartenberg
Luben
Parchwitz
Buntzel
Grotzberg
Lemberg
Lauben
Fridberg
Fridlandt
Striega
Goldberg
Wolstadt
Jawr
Lignitz
Neumarck
Leubus
Steinaw
Welaw
Prausnitz
Rauden
Prinka
Ratzbach flu
Cottbus
Spremberg
Senftenberg
Mückenberg
Elsterwerd
Ortrandt
Hoierswerda
Wittichenaw
Königswart
Bautzen
Görlitz
Reichenbach
Lubben
Sittaw
Schandaw
Schlucken Naw
Kreibitz
Tetschen
Leip
Niemitsch
Tornaw
Aich
Munchantz
Gretz
Bleiswedel
Aussig
Weißwasser
Lemmeritz
Bernstein
Raudnitz
Benatki
Melnick
Budin
Welbern
Prandi
Costeltzi
Saboth
Arn
Strentza
Faromar
Bischowe
Daussim
Limpurg
Podiebrod
Kamigmaretz
Cralowiradetz
Neustet
Pardubitz
Zampach
Pilnitz
Wanschelburg
Frankenaw
Gletz
Habelschwer
Mittwolde
Liutitz
Nacke
Belitz
Barnut
Goila flu
Beßkaw
Fürstenberg
Ledelcben
Tham
Luberaß
Calaw
Syre flu
Luken
Guben
Boberßberg
Beyten
Cotwitz al. Cottbus
Naumburg
Fürstadt
Finsterwaldt
Schlieben
Hertzberg
Torgaw
Arenbruck
Tribel
Sagan
Prinka
Rauden
Ratzbach flu
Brauſnitz
Steinaw
Luben
Welaw
Parchwitz
Leubus
Ham
Neumarck
Lignitz
Goldberg
Wolstadt
Jawr
Striega
Landesmt
Freiberg
Gotsberg
Harthberg
Lemberg
Grotzberg
Buntzel
Bober flu
Lauben
Fridberg
Fridlandt
Sittaw
Schandaw
Schlucken Naw
Reichenbach
Lubben
Bautzen
Görlitz
Königswart
Wittichenaw
Hoierswerda
Ortrandt
Elsterwerd
Mückenberg
Senftenberg
Spremberg
Cottbus
Finsterwaldt
Schlieben
Hertzberg
Torgaw
Arenbruck
Tribel
Gorlitsch heyde
Sprotaw
Glogaw
Queiss flu
Neisse flu
Die Elbe flu
Mulda flu
Saala flu
Die Elster flu
Elster flu
Egra flu
Wittenberg
Kemburgh
Sonnewalt
Lessen
Brietzen
Gutterbog
Worlitz
Brietsch
Brena
Dieben
Bitterfeldt
Brempt
Hall
Wettin
Mansfeldia com. Pars
Belgern
Eylenburg
Leyptzig
Wurtzen
Horburg
Grimma
Leisnick
Lummitsch
Dalen
Mulberg
Colditz
Born
Lucka
Rochlitz
Aldenburg
Penigk
Ronneburg
Geithain
Meissen
Dobeln
Dresda
Bischofswerd
Schenitz
Pirn
Freiberg
Oederen
Saida
Mariaberg
Catharinenberg
Carbitz
Graugen
Brugks
Trebnitz
Bielri
Corimoda
Bresnitz
Postelberg
Satz
Lada
Elbogn
Teusing
Falkenaw
Lutitz
Egra
Konigsperg
Laun
Schlani
Emmni
Brandi
Podiebrod
Limpurg
Daussim
Bischowe
Costeltzi
Welbern
Budin
Melnick
Benatki
Raudnitz
Leimmeritz
Aussig
Bleiswedel
Catharinenberg
Mariaberg
Annaberg
Schneberg
Plauen
Sparenberg
Olsnitz
Hoff
Zeitz
Naumburg
Osterfeldt
Dornburg
Jena
Eisenberg
Im
Roda
Thelern
Stein
Weida
Werda
Berga
Zeitzenroda
Salbing
Gera
Zwickau
Zeitz
Rochlitz
Aldenburg
Penigk
Ronneburg
Chemnitz
Oederen
Saida
Mariaberg
Annaberg
Schneberg
Plauen
Gotzberg
Gotstadt
Weisenthal
Tihal

Regio & unde dicta.

Misnia Meyssen, Superioris Saxoniæ Regio inter Salam & Albim posita, a Mesia Lacu, ad quem olim fortasse ejus Incolæ habitarunt, aut a Misna Vrbe, nomen accepit, cui opinioni Rithaimerus in sua Orbis descriptione libentius accedit. Verum recenter hoc nomen regioni inditum est, cum *Hermundurorum* hic olim sedes fuisse colligere liceat ex Tacito: nam in Hermunduris Albim nasci memorat.

Situs.

Terminatur ad Septentrionem Marchia Brandenburgensi & Superiori Saxonia: ad Orientem Solem utraque Lusatia ac Silesia: Qua Meridies est Bohemiæ Regnum ac Sudetos montes respicit: qua Occidens Turingiam vicinam habet.

Coli qualitas.

Aer olim vix ferendus fuisse dicitur ob Montium Silvarumque humidas exhalationes, nunc vero silvis excisis cessant nebulæ, unde Aere hodie salubriori fruitur.

Soli fertilitas.

Regio omni Frugum genere fœcunda est, ut toti fere circumjacenti regioni ad abundantiam sufficiat. Summa est ubique non modo Frumenti fertilitas: verum etiam Vini, Mellis, Pecorisque copia: præterquam in Valle Ioachimica, ubi gleba durior & minus fertilis est. Sed quod superficiei ejus denegatur, id ejus viscera abunde compensant: Argenti enim sunt ibi divites admodum Fodinæ. Metalla insuper varii generis in Montibus passim generat, Argentum, Æs, Stannum, Ferrũ, Plumbum: atque alibi etiam Aurum. Tempore Ottonis Magni, Regio hæc una cum Turingorum & Superioris Saxoniæ terris, appellata fuit Marchia Saxoniæ, antequam videlicet Ducatus Superioris Saxoniæ erigeretur. Deinde successu temporum fuerunt hæ terræ & regiones in plura Dominia divisæ, ac postea rursum sub unam denominationem atque Dominationem redactæ: quemdmodum contigit anno CIↃCCXLI, quando Princeps Landgraviatus Turingensis sine prole mortuus, per mulierem ditionem suam transmisit ad Dominos Misnenses, qui ab eo tempore utrumque adepti titulum, & Marchiones Misniæ & Landgravii Turingiæ dicti sunt. Anno quoque Domini CIↃCCCCXXIII deficiente virili successione Principis Electoris Saxoniæ, Sigismundus Imperator tradidit Ducatum Saxoniæ Principibus Misniæ, quem & in hunc usque possident diem, & ab illo tempore triplicem sibi usurpaverunt titulum: ut scribit Munsterus.

Imperium majorum.

Vrbes.

Vrbes Misniæ multæ: primaria est *Misena* ad lævam Albis ripam, exstructa ab Ottone I. Proxima *Dresdena* situ valde jucundo, & contra hostium incursiones probe munito. Hic armamentarium est Ducis Saxoniæ, est & aula ejus magnifice exstructa, & pons è saxo admirandi operis. *Lipsia* Emporium celebre, ad Pleissenam amnem sita reliquas omnes Misniæ Vrbes opulentia & splendore antecellit: hic nobile est litterarum & sapientiæ Gymnasium, quod rebus Pragæ conturbatis eo translatum est, anno CIↃCCCCVIII. In eodem tractu sunt *Ilenburgum, Antiquæ cellæ, Lauterbergum*, & alia Opida.

Flumina.

Fluminibus rigatur hæc regio *Albi, Sala, Mulda*, & aliis: ac Silvis

Silvæ.

quoque undequaque conspersa, Gabretæ ac aliis plerisque Hercyniæ portionibus.

Vulgi mores.

Hodierni Incolæ robusti, fortesque, ac commendanda corporis forma, ac proportione, jucundi, hilares, amici, modesti, pacis amantes, nulla in parte Germanorum innatam feritatem ac immanitatem referentes.

Lusatia

Regio.

Urbes.

Saxoniæ fluvii.

Silvæ.

Leges.

Lusatia quoque Saxoniæ tribuitur, Rithaymero teste: inter Albim, Oderam, & Bohemiæ montes interjecta. Ipsum autem Lusatiorum nomen, affine est voci *Elysiorum*, vel *Lygiorum*, quorum sedes in illa vicinia fuisse certum est, inquit Ioachimus Cureus. Regio hæc Frumenti, rerumque ex terra nascentium feracissima. Fuit aliquando conjuncta cum Misnia: tandem Bohemi, qui regnum suum undique conabantur extendere, eam ad sese traxerunt. *Lusatia* dulplex est, *Inferior* & *Superior*. In hac sunt *Spremberg*, *Prybus* & *Cotbus*: in illa *Gorlitz*, *Zitaw Gorlitium* vulgo *Gorlitz* urbs primaria ac nobilissima in superiore Lusatia: ædificiorum nitore, atque frequentia clara, murorum fossarumque ambitu, situ montoso, & Nissæ fluminis propinquitate firma, ex quo molitores, cerevisiarii, tinctores, aliique Cives, infinitas commoditates percipiunt: Ejus transitus ponte ligneo, tecto percommode clauso, oportune conjungitur. Præ cæteris autem tam publicis, quam privatis ædificiis, magno sumptu perfectis, Ecclesia S. Petro dicata, & Curia, præclara turri conspicua. Vrbs ipsa prima fundatione constructa anno CIↃCXXXI, ut ejus Annales perhibent. Funesto vero deinde incendio anno millesimo trecentesimo primo immitis Vulcani severitate consumpta, ut ne unica quidem domus remanserit. Verum ea suis è cineribus, veluti Phœnix, cui bustum suum, vita est, post eam ruinam anno fere octavo, speciosior nitidiorque exstitit. Bohemiæ regno subdita est, sicut & Lusatia. Quonam autem pacto ad Bohemiæ coronam pervenerit Ioannes Dubravius lib. XXI de rebus Bohemicis refert. *Nissa* fluvius Lusatiam rigat, eamque beat plurimum. Sed hæc de Lusatia hactenus. Nunc ut ad Saxoniam redeamus, paucula de ea subjungamus. Nobilissimi Saxoniam irrigant fluvii *Albis*, *Sala*, *Visurgis*: item *Lusimicius*, *Multania*, *Misa*, *Sala*, *Fulda*, *Leyna*, *Allenis*, *Odera*, *Ola*, *Nisa*, alii. Silvas complures complectitur, *Lunenburgerheid*, *Spondawerheid*, *Rattenawerheid*, *Galberheid*, *Pomeriscbeid*, Hercyniæ portiones &c. *Saxonia* olim quatuor in genere habuit differentias, Nobilium, Liberorum, Libertorum atque Servorum. Et id legibus cautum erat, ne ulla pars suæ sortis oblita, terminos in copulandis conjugiis transgrederetur. Sed Nobilis Nobilem: & Liber Liberam duceret uxorem, Libertus conjungeretur Libertæ, & Servus Ancillæ. Quicunque vero contra faceret, cum vitę suæ damno id lueret. Legibus ad malefactorum vindictam optimis utebatur. Octavus porro Circulus Imperii, *Ober Saxen* III Ordinibus constat, quorum I Episcopi, *Misnenses*, *Merspurgenses*, *Naumburgenses*, *Brandenburgenses*, *Havelburgenses*, *Lubecenses*, *Caminenses*. Abbates, *Salveldt*, *Rottershausen*, *Falckenrieten*. Abbatissæ, *Quedelnburg*, *Genrode*. II Principes & Domini seculares, Dux *Saxoniæ* Elector: Marchio *Brandenburgicus* Elector: Marchiones *Brandenburgici*: Duces *Pomeraniæ*: Principes *Anhalt*: Comites *Schwartzenburg*: Co. *Mansfeldt*. Co. *Stelberg*: Co. *Hohēstein*: Co. *Buchlingen*. Co. *Rappin*: Co. *Mullingen*: Co, *Gleiche*: Co. *Leisneck*: Co. *Widerfels*: *D. Bernaw*: B. *de Tauenberg*: Co. *Regenstein*, *Russe de Plaw*, *D. de Gratz*, *D. de Schonburg*. Tertius Civitates liberæ, *Dantiscum*, *Elbingen*.

Marchionatus Brandenburgicus

Regio.

Vnde dicta.

MArchionatus *Brandenburgicus* qui hac Tabula repræsentatur, olim a Vandalis habitatus fuit, quorum sedes ab Albi flumine Orientem versus porrigebantur, per ditiones quas nunc Mechelburgici, Brandenburgici, Pomerani, Bohemi, Poloni incolunt. Nomen habet a Metropoli quam quidam initio Brenneburgum vocatam adserunt, quo etiam respexit Georgius Sabinus in suo Hodoeporico:

Italiam quando digressus ab urbe petebam,
A duce quæ Brenno condita nomen habet.

Situs.

Oppugnavit eos diu *Carolus Magnus*, expugnavit *Henricus Auceps* per brumam, castris in glacie firmatis, qui etiam urbi præsidium imposuit, cum Colonia Saxonum. Protenditur autem hic Marchionatus in longitudinem ad LX Milliaria Germanica. Ad Occasum clauditur Saxoniæ, Misniæ & Megalopensium regionum Limitibus; qua Septentrio est Stetinos, Pomeranos, & Cassubios respicit; Poloniam & Silesiam versus orientem Solem contingit: Bohemiam, Lusatiam, & Moraviam habet a Meridie. Ager admodum fertilis est, inprimis Frumenti: nec desunt Vineta, è quibus Vinum abunde colligunt. Corallium insuper, Ætitem, Sciscum, aliasque non ignobiliores gemmas producit hæc Regio. Porro Brandenburgicus Marchio Elector etiam est Imperii, & inter opulentissimos potentissimosque Germaniæ Principes numeratur: quippe qui præter Marchiam utramque etiam in Lusatiæ Comitatu & in Silesia urbes multas possideat. Principum illorum successio varia fuit: nam deficiente Marchionum stirpe, *Ludovicus Bavarus* anno CIↃCXIX principatum dedit Filio suo *Ludovico*: Bavari anno CIↃCCCLXXIII vendiderunt eum *Carolo Imperatori* Regi Bohemiæ: a Filio Caroli Ioanne devolutus est Marchionatus ad Moraviæ Principes, *Judocum* & *Procopium*: *Judocus* ære alieno pressus eum oppignoravit *Gulielmo* Marchioni Misniæ; tandem in Concilio Constantiensi anno CIↃ CCCCXVII *Sigismundus* Rex *Friderico* Burgravio Noribergensi dono dedit. Hodie ei præest summa prudentiæ, clementiæ & liberalitatis laude clarus Ioannes Georgius. Dividitur autē tota hæc Marchia in tres partes, in *Veterem* scilicet, *Mediam & Novam*. Incipit *Marchia vetus* a Solitudine quam *Luneburgensem* cognominant, & ad Albim fluvium usque protenditur. Confinia item habet cū Magdeburgensi, Halberstadensi Diœcesibus, & Megalopoli.

Sol fertilitas.

Imperium majorum.

Urbes.

Hujus Incolæ olim fuere *Senones Suevi*, nec non alicubi *Angrivarij* cum *Teutonibus*. In hoc tractu sunt septē non parvi nominis Vrbes, hæ nempe, *Tangeramonda* ad Albim, quo Angra vel Tonagra aquam suam evomit sita, quōdam Caroli IV Imp. Sedes. *Stendalium*, quæ hujus Marchiæ Civitas primaria. *Soltwedelum* in duas Civitates, Veterem & Novam divisum: *Gardeleben* cum Arce *Eischnippa* dicta. Item *Osterburgum*, *Werbum*, *Senohusium* a Senonibus pop ulis forte sic nominatum. Minus celebria sunt *Arnburgum* cum Arce ad Albim situm, *Bismarchum*, *Bostera*, *Bucka*, non procul ab Albi exædificata, *Kalba* & *Meslinga* quam quoque *Letzolingam* appellant.

Ac præterea


Septentrio
Meri.
Oriens
Occidens
MARE BALTHICVM
Brandeburg et Pomerania
MAGDEBURG.
Meklen
burg
POME
Usedomia I.
Iulina I.
Frisch hass
REN
BRANDEN
BUR
GER
Uber
Marck
MARCK
Alte Marck
Mittel
Marck
New
Marck
Lusatiæ
pars
Crossen Duc.
POLON
IÆ
PARS
Milliaria Germanica
1 2 3 4 5 6 7

94.

Ac præterea hic numerantur CCCCLXV non ignobiles pagi. *Media Marchia* ab altera Albis parte initium sumit, & extenditur ad *Oderam* & *Suevum* (vulgo *Spre*) fluvios. A Suevis olim habitata fuit. Hujus Marchiæ Metropolis est *Brandenburgum*, de quo modo dicere cœpimus, urbs satis celebris ad Havelam fluvium sita, aliis a Brenno Duce Gallorum nominata, ut supra quoque diximus, & exstructa putatur: alii a Brandone Francorum Principe Marcomiri Filio conditam putant: qui circa annum Christi CXL hanc Regionem subegit. Fuit hic olim Pantheon Vandalorum, quorum Dii fuerunt tum alii, tum etiam *Zornebock* & *Swandewitz*, quomodo id narratur in Chronicis Mersburgicis. Est vero hodie hic totius regionis tribunal. Multa sunt huic urbi privilegia, & immunitates, ab Imperatoribus, Regibus & Principibus olim ei concessa: cujus indicio est statua pedestris in Novæ urbis parte posita, strictum gladium dextra tenens, quam *Rolandum* Cives vacant. Brandenburgum sequitur *Rathenavium* ad Havelam: *Spandavium* cum propugnaculo ad Suevũ fluvium exstructo: deinde *Colonia*, & *Berlinum*, duo Opida a Suevo fluvio separata. Hic hodie Principis aula. Est & urbs primaria *Francofurtum*, cujus situs longe est jucundissimus ad Viadrum (quem Oderam vocant) Piscium copia abundantem: hic ad ortum est: cætera urbis cingunt amœnissimi colles & Vineta lectissima, è quibus Vinum colligunt, quod in Pomeraniam, Daniam, Borussiam, & vicina loca secundo amne devehunt. Exstructa est urbs primum anno CIↃCCLIII a Gedino ab Hertzberg, auspiciis & jussu Ioannis I Marchionis, Brãdeburgici. Emporium est celebre, ternis nundinis singulis annis frequens. Gymnasium etiam habet artium, linguarum, & facultatum præcipuarum, exstructum anno CIↃIↃVI a Ioachimo Marchione, multisque exornatum stipendiis. In quo jam inde ab initio in omni artium & disciplinarum atque linguarũ genere præstantissimi Doctores fuerunt, quorum aliqui a Sebastiano Munstero recensentur. Alia præterea Opida sunt. *Brietza*, *Fida* cognomẽ habens: item *Belitza*, *Bernavium*, *Bellinum*, *Mittenwaldum*, *Monachobergum*, *Bisenthalum*, *Blumoberga*, *Botzavium*, cum Arce Templariorum quondam statione: *Fryenwaldum* & *Oderobergum*. Hic Marchio *Albertus* ejus nominis II Arcem in medio fluminis exstruxit, quam præternavigantes portorium solvere coguntur. *Frisachum*, *Gereswaldum*, *Grimmitzum*, *Gruneheyda*, *Grunewaldum*, & *Koppenicum*, quatuor Principis Vivaria cum adjunctis Arcibus. *Lichenum* Opidulum, *Purstainumum* cum arce: *Mulrosa* Opidulum & pagus: *Bernavichum*, *Zossa* Opidulum cum Arce: *Wruzenum*: *Selowium* Opidulum, multique pagi ac vici. *Nova Marchia* a media disjungitur Oderã fluvio, eo tractu quo Warta fluvius prope Costrinum aquas suas in illud exonerat. Primi nominis urbs in hac Marchia *Costrinum* est, a Marchione *Ioanne* Ioachimi primi Filio restaurata, ac maximis impensis munita, atque in Principis sedem delecta. Aliæ sunt *Lanbsbergum* ad Wartam, *Regiomons*, *Bernwaldum* & *Bernsteinum* Opidulum cum Arce, *Bernawicum*, & *Berlinicum* aut *Novum Berlinum* Opidum: Deinde *Arnswaldum* urbs, *Thamum* Opidulum, *Soldinum* quondam hujus primaria urbs: *Furstenfeldum* Opidulum: *Bramburgum*, *Driesenum* *Falkenbergum* urbs cum Arce, in Pomeranorum confinibus sita: *Kartaw*, *Lepena* urbs aulæ, *Morinum*, *Schiffelbenum*: *Osemundum*, *Sconflies*, *Woldenbergum*, *Zeden*, *Zandocum*. Alii totam hanc Principis Electoris ditionem in VII

aut

aut IIX Provincias dividunt, quæ sunt *Alde Marck* sive *Vetus Marchia*, *Meddel Marck* sive *Media*, *Neu-Marck* sive *Nova*, *Uber Marck*, *Pregnitz*, *Crossen*, Ducatus: *Sterneberg* & *Cotbus* Dominia: item Pars *Lusatiæ*. Sunt & minores in his Provinciis Comitatus, ut *Rapin* & *Vierraden*, & *Kustrin* Marchionatus. Habet in universum *Marchia Brandenburgica* cum iis regionibus quas ejus juris esse diximus LV insignes urbes, LXIV Oppida, XVI Opidula, quæ *Marcktflecken* vulgo vocant, XXXVIII Arces, sive Nobilium ædes, X Vivaria, XVII Cœnobia. Fluminibus irrigatur *Odera*, sive *Viadro*, *Suevo*, *Albi*, *Havela*, *Warta*, & aliis. Prope Francofurtense Carthusianorum Cœnobium rivulus est, ex colle vitifero emanans, in quem quicquid inciderit, in lapidem indurescere compertum est. Atque hæc de Marchionatu Brandenburgico: restat ut de Pomerania quæ titulo ipsius tabulæ continetur, pauca subjungamus. *Flumina.*

POmerania primis cultoribus lingua Wandalica *Pamortzi* appellata, nunc Ducatus est, adjacens mari Balthico, extenditurque longo tractu ab Holsatiæ finibus, ad fines Livoniæ. Regio est ubique fertilis; prata habet & pascua læta gramine. Frumento, Butyro, Melle, Cera, Canabi, Lino, rebusque aliis istiusmodi abundat usque adeo, ut etiam ex eorum exportatione Incolæ magnas sibi opes parent. Colligunt etiam maris Accolæ succinum, sed minore copia quam Borussi. Varii generis videre est ibi Animalia domestica: atque in Silvis Ferarum armenta varie discurrentia. Proprios hæc Regio semper Dominos & indigenas habuit, nunquam victos, nunquam suo solo & ditionibus pulsos. Civitates hic multæ sunt & nobiles. *Stetinum* præcipua est, ad Viadrum amnem: olim piscatorum vicus oblongus ad fluminis ripam, sed post susceptum Christianismum, & destructam Winetam translato illuc emporio amplificari cœpit, estque adeo nunc totius Pomeraniæ Metropolis. *Gripswaldum* Opidum literarum artiumque humaniorum cultu celebre: Gymnasium exstructum est anno CIↃICXLVI. *Julinum* Opidum olim totius pene Europæ amplissimum, Emporium Vandalorum fuit. *Stralsundia* Opidum splendidum in littore Maris Balthici, olim proprium Ducem habens. *Wineta* omnium quondam maritimarum urbium opulentissima, destructa a Conrado Danorum Rege. Sunt & aliæ urbes *Neugardia*, *Lemburga*, *Stargardia*, *Bergradum*, *Camenez*, *Publina*, *Grifenburga*: & ad littus *Colberga*, *Caminum*, *Collinum*, *Sunda*, *Pucka*, *Revecol*, *Lovensburg*, & *Hechel*. Atque hæc de Pomerania pro hujus loci angustia paucis sint dicta. Continetur etiam hac Tabula *Meckelnburg* sive *Magnopolensis* Ducatus. Suntque in eadem Tabula, Ecclesiastici, *Magdeburgensis* Archiepiscopus & Primas Germaniæ: cui subsunt in Marcka Brandenburgensi, *Brandenburg* Episc. & *Havelburg* in Meckelnburg; *Swerinensis* Episcopus sub Bremensi; in Pomerania *Camin* Episcopus. *Regio.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Imperium majorum.* *Urbes.*

Insula. *Situs.*

RUgia Insula est Maris Baltici sive Suevici, quod Germanis *Oost-zee*, quod Oceano versus Ortum sit, vocant. Hæc a Borrholibico Daniam respicit, cujus Insula cretacea Mona in Hiddensha est conspicua: Qua Occidens & Meridies Vrbibus Pomeraniæ Bardo, Stralesudio, Gryphiswaldo & Wolgasto præditur. Olim multo major fuit, quippe cui Insula Ruden adeo conjuncta fuerit, ut ab illa exigua dumtaxat fossa, quam aliquis mediocri hastæ innixus saltu superare poterat, fuerit dirempta. Verum anno CIↃCCCIX vi procellosæ tempestatis, Templa, Turres & Domos passim sternentis tanto spatio haustum decrevit, quantum jam inter Rugiam & Ruden conspicitur, quod sesquimilliare excedit, tantæque profunditatis est, ut etiam grandiores naves onustas libere transmittat, jamque Novus Trajectus dicatur. Insula autem undique Mari cincta septem milliaria Germanica communia tam in longitudine quam in latitudine patet. Ambitus ejus si exacte rotundus esset, ex Mathematicorum regula esset XXI Milliarium. Iam vero ambitus ille non solum multis Insulis & Peninsulis majoribus & minoribus distinguitur: verum etiam tot Sinibus ac Divertigiis Maris ad medias Insulæ partes penetrantibus, ut si quis omnium Insularum, Isthmorum, Peninsularum, Sinuum, Diverticulorum & Anfractuum littora curiosius legere & notare velit, hujus Insulæ circuitum non multo minorem forte, quam LXX Milliarium sit deprehensurus. Insula porro Frumēti longe feracissima est, & velut Horreum vicinæ Vrbis Stralesundii, quemadmodū Sicilia olim Populi Romani, teste Strabone. Animalium hic mediocris, Equorum, Boum, Ovium: Anserum vero inusitata copia, ut & magnitudo. Lupos non habet hæc Insula, neque Mures grandiores quos Glires vocant, quamvis in Peninsula Wittovia non ita pridē apparere cœperint, quos ex navibus ibi stationem habentibus, vel etiam naufragio ad ejus littora allisis eo penetrasse vehemens suspicio est. Incolæ hujus Insulæ *Rugii* quorum nomen ipsa Insula, & in Livonia Rigensis Vrbs ad Rubonem fluvium, quem Dunam hodie Incolæ vocant, conservarunt. Potentem enim & amplam fuisse gentem docet expeditio Odoacri in Italiam qui totam pervastavit. Habitarunt autem Rugii partim in Insulis Maris Arctoi, partim in maritimis ulterioris Pomeraniæ & Livoniæ circa Sinum Venedicum. Inter illos vero Rugiæ Principes, quorum Historiarum Monimenta meminerunt, primus est Crito Rugiæ Princeps potentissimus. Vixit hic tempore Swantidori Ducis Pomeraniæ, cujus Filiam Slavinam uxorem duxit, circa annū Christi CIↃ. Hūc Critonem perhibent fuisse etiam Holsatiæ & Dithmarsiæ Principem, ac Lubecam fundasse. Huic, cum in quodā convivio bene potus ex humiliori domus janua inclinata cervice prodiret, a Dano quodā insidias ipsi struente, caput securi resectum fuit. Quo mortuo Pater ejus *Ratze* superstes Principatum Rugiæ occupavit anno CIↃCVI. Quem Posteri ejus continua serie tenuerunt usque ad Wartislaū, in quo anno CIↃCCCXXV Stirps Principum

Soli fertilitas.

Imperium majorum.


Septent
Milliaria Germanica communia
MARIS
BAL
THICI
PARS
Kule
Wit:
Casnevitz
Cluse
Dranske
Altenkirche
Wick
Trumper Wick
Sinus nautis valde formidabilis
Biscopsdorp
Gilm
Stubbenkamer
Hiddeshe
Kloster
Fehr
Bugort
Babbin
Spicker
Iasmunt
Stubbenitz
Vitte
Libnitz
Menkerke
Sagard
Schaprode
Trent
Oie
Liddow
Reddelin
Semper
Dubbeth
Luchte
Rappin
Vmmantz
Pulitz
Patschen
Gingst
Boldevitz
Dobbekeuitz
Bergen
Libints
Landave
Gulten
Pluggenton
Gustelitz
Rambin
Samtens
Suine
Barnekeuitz
Oldevehr
Casnevitz
Wreken
Vilmenitz
Prone
Paraw
Gustow
Crimvitz
Stralsund
Posorits
Rentz
Der willem
Suder
Hagen
I. Priswolck
Stubber
Rimesch
Ruden Insula olim coniunctus cum Rugia
POMERANIÆ
PARS
RUGIA
Blockhuis
Iodocus Hondius iunior fecit
Meridies
Oriens
Occid

95.

cipũ Rugianorum [illegible] nata est: Ducatusque Rugiæ Pomeraniæ Principibus cessit; idque ex quodam inter Principes Pomeraniæ & Rugiæ pacto, quo convenerat, ut alterutrius Ducatus Principis stirpe masculâ deficiente, Ducatus suo jam Principe orbatus, alterius Ducatus Principi cederet. Cæterum hujus Insulæ Principes olim potentissimi, non solum multas extra hanc Insulã Vrbes & Regiones occuparunt, Bardum, Grimmam, Tribbeream: verum etiam cum Rege Daniæ, & vicinis Pomeraniæ Principibus continua fere gerebant bella, ac Lubecẽses armis lacessere non verebantur; ideoq; omnibus Vicinis propter potentiã & ferocitatem erant formidolosi. Insula autem hæc cum olim munitissimas & populosissimas Vrbes Arcesque habuerit, jam nullas habet, sed tantum frequentiora quædam Opida, inter quæ *Berga* præcipuum, ubi tamen vix amplius 400 Cives reperiuntur. Reliqua ut sunt *Sagart*, *Vicck*, *Bingst*, & plura alia minora sunt. Alioquin Insula hęc Incolis satis pleha est, adeo ut amplius 7000 armatorum ad bellum possit educere. In Peninsula Iasmunda non procul a vallo quod etiamnum *Den Borchwal* indigitant Niger Lacus est profundus, qui licet Piscibus abundet, suspicio tamen vel potius superstitio est, quod retia aut scaphas piscatorias non ferat aut admittat: cui cum animosiores quidam piscatores scapham pridie intulissent, postero die retibus Lacum tẽntaturi scapham non invenerunt. Quod cũ attoniti admirarentur & undique circumspicerent, mox unus illorum eam vicinæ Fago altissimæ impositam animadvertit: cumque is lingua vernacula exclamasset; Quis omnium Diabolorum naviculam istam arbori imposuit? è proquinquo vocem ad se perlatam, nemine tamen conspecto, audivit: Non hoc omnes Diaboli fecerunt, sed ego solus & frater meus *Nichell*. Lignorum Navibus ac Domibus fabricandis hic penuria, sed alendo igni in foco & fornace, quantum satis est, idq; toti propemodum Insulę sufficiunt, cum multa alia loca, tum inprimis Insula *Iasmund*, in qua Silva densissima quam Indigenæ *de Stubbenitzã* appellãt, quasi dicas truncarum Arborum ac Lignorum congeriem. Nobilium in hac Insula antiquitate generis præstantium magnus numerus, quorum hic domi lautior, illic contractior res est. Alii Armorum, alii Literarum gloria excellere student: & plerique jam se ad extera loca, ad Regum ac Principũ aulas, ad academias & expeditiones bellicas conferunt: & cum in Regnis vicinis ac Provinciis, tum in Patria sua, in bello, in pace, in otio & negotio ad summa rerũ gu-

Majorũ virtus.

Vrbes & Opida.

Lacus.

Silva.

Nobiles.

ber-

bernacula,non in Politicis solũ,sed & in Ecclesiasticis adhibentur. Rusticorum etiam in hoc Principatu conditio non intolerabilis,qui Magistratui suo certam census summã, & certa servitia hactenus præstant. Inter quos non desunt etiã qui vix ulla præstent servitia. Incolæ olim usi fuerunt lingua Slavonica sive Vandalica, quæ illis cum vicinis Pomeranis communis fuit. Adeo etiã suæ Idololatriæ tenaces fuerunt,ut inter omnes Maris Suevici Adcolas postremi Religionem Christianam susceperint: tempore nimirũ Ludovici Pii, qui fuit Caroli Magni Filius, circa annnm Christi ıɔcccxıı. Sed mox a fide Christiana deficientes, Religionem Christianam in sceleratam Superstitionem converterunt. Nam S. Vitum Patronũ Cœnobii Corveiani in Westfalia, Christi Servum, relicto & contemto Christo Domino pro Deo coluerunt, quem corrupto nomine *Swãtovitum* appellarũt: memorabili exemplo Sanctos cum Christo in honore & cultu minime conjungendos esse. Huic, Idolũ quadriceps fabricatum in magnifico exstructo templo collocarunt. Ab hoc omnes Provinciales & Vicini longe lateque tanqam ex Oraculo responsa petebant. Mercatores quotquot ad Rugianos appulerant, Mercium suarum pretiosissima quæque ipsi offerebant. Idolum humanam staturam adæquans, resecta barba & capillis, oblonga veste talari amictum stabat, dextra poculum instar cornu efformatum, liquore plenum, sinistra arcum cum sagitta tenebat. Huic Idolo trecenti equi pascebantur, inter quos unus candidus, in quẽ nemo nisi summus Sacerdos non ascendebat: & illo tamqam Divino ad res futuras prædicendas, utebantur: quẽ matutino tempore pulvere & sudore undique diffluentem in stabulo sæpe ostentabat Sacerdos, mentiens Swantovitum in pugna contra Rugianorum hostes illo esse usum. Sed de his deque hac Insula & Principatu Rugiæ hactenus dicta sufficiant, ad Bohemiam transeo.

Vulgimarus.

Regio & unde dicta.

Bohemia, Boemia vel *Boiemia*, ut nonnullis placet, a Silva Hercynia nomen traxit. Nam Germanis *Baum* Belgis *Boom*, arborem ſonat: Græcis *Bœmia* & Incolæ Ptol. *Bœmi*, Strab, lib. VII *Kolduli* vocantur. Alii a Boiis nomen habere volunt, qui eo migrarunt, qui & ipſi a *Bois* i. Ligno dicti videntur. Ptolemæus lib. II cap. XI in Germaniæ deſcriptione ſub Silva Hercynia ponit Bœmos gentem magnam, uſque ad Danubium: Strab. dicitur *Bubiemium*: ſic enim legunt Rhenanus, Aventinus & alii: in Græcis tamen excuſis exemplaribus Βοΐασμον habetur; ſed hanc lectionem Rhenanus depravatam cenſet: & in vetuſtis libris Βοΐαιμον legi adnotavit Caſaubonus. Tacitus *Boiemum* vocat. Ejus fines ab Ortu Solis ad Marcomannos & Quados ab Occaſu ad Noricos protenduntur. Meridionalem ejus plagam Pannonia Superior, nunc Auſtria dicta, occupat, ſicut Saxonia & Miſnia Septentrionalem. Vniverſam Hercynia Silva perpetuo ambitu cingit, clauditque undique ad Amphiteatri faciem. Vnde æqua ei fere Longitudo atque Latitudo. atque utraque paullo amplius ducentis mill. paſſ. extenditur. Aere, quod perpetuis Aquilonis flatibus expoſita ſit regio, diuriore ac frigidiore, nec tamen inſalubri fruitur. Ipſum vero ſolum adeo Frugum, Hordei, ac Tritici ferax & copioſum eſt, ut & has vicinis quoque regionibus large ſuppeditet. Vina tamen parcius exhibet & quæ ibi nata ſunt, auſtera & paullo acidiora. Crocum é contrario ſucco, odore, colore optimum mittit. Aromaticarum rerum Pharmaceuticæ inſervientium ditiſsima regio eſt: Olei tamen quemadmodum reliqua Germania, ſterilis. Iam illa rara, ac prorſus beata telluris dos, quod ex venis ejus tanta ubertate Argentum adfluit, ut, vix alia Metalla intra venas Terra abdat. Primariæ Fodinæ ſunt in agris *Cromelaw*, *Budweiſs*, & *Kuttenberg*. Aurum tamen quibuſdam locis effoditur, cujus fruſta decem pondo Regi aliquando allata memorantur. In Opido *Beraun*, etiam Ferri Fodinæ ſunt. Nec deſunt alibi ſtannum, Plumbum, Æs. Oſtentatque præterea Carbunculum, Calaim, Amethiſtum, ex cotibus ſuis metallicis abruptum. Ferarum etiam ingentem alit copiam, ob Silvarum frequentiam, quæ Vulpium, Vrſorum, Cervorum, ac Vrorum ſeu Bubalorum (quos *Lomi* ipſi ſua lingua vocitant) aſsiduam venationem præbent. De hac autem fera *Lomi* perhibent, quod in venatione veſicam (quam largam infra mandibulam in collo penſilem habet) aqua calidiſsima dum Canes inſequentes fugit, impleat, eoſque hac, dum poteſtas datur, inſpergat; qua quicquid tactum fuerit, aduritur, non ſecus ac ſi ferventi aquæ fuiſſet immerſum, ut & pilos & cutem abſumat.

Situs.

Cœli temperies.

Soli qualitas.

Imperium majorum.

Regimen hujus Regionis primo ſub Duce. Primus Dux fuit *Zechus* qui é Croatia emigrans Bohemicæ gentis fundavit primordia Huic ſucceſsiſſe dicuntur *Crocus*, *Labuſſa* Filia cum Marito *Primiſlao*, *Niniſlaus*, *Mnata* Nepos, *Uriſlaus* Filius Mnatæ, *Necla*, *Nocticus*, *Borſinous*. Sub hoc Chriſtianiſmum ſuſcepit Bohemia anno nongenteſimo a partu Virginis, tempore Arnulphi Imperatoris. Anno vero Domini Milleſimo Octuageſimo ſexto Bohemia in Regnum evecta eſt: & in Concilio Maguntino *Uratiſlaus* I Rex ab Henrico IV Cæſare creatus, & *Gilbertus* Trevirorum Epiſcopus Pragam miſſus qui coram populo Regem inungeret, regalibuſque inſignibus conveſtiret.

Vxor


34
35
36
SEPTEN.
37
38
39
OCCIDENS
ORIENS
MERIDIES
50
49
Voyland ię Pars
Misnię Pars
Palatina
Bauarię
Morauię pars
Pars
BOHE-MIA.
Milliaria Germanię
Prag
Elbe fluv.
Albis
Moldaw
Egra
Eger Au
Saltz
Laun
Leutmeritz
Melnick
Raudnitz
Budin
Leytmeritz
Brüx
Teplitz
Saaz
Commotau
Petschaw
Elnbogen
Schneberg
Annaberg
Thum
Hoff
Adorff
Auerbach
Plauen
Mariaberg
Gottesgab
Joachimsthal
Weiperth
Brux
Bilin
Kommotau
Kaaden
Lobositz
Kamaraw
Rakonick
Kisch
Dela
Tausing
Lintz
Elbogen
Falkenaw
Kayserwald
Egra
Wisla
Asch
Hohenberg
Schlan
Dobrzichaw
Pirglitz
Dobrzisch
Beraun
Miska
Kuttenberg
Czaslaw
Chrudim
Leutomischel
Zampach
Lititz
Neustad
Koniginhof
Jaromir
Nachod
Trautenau
Braunau
Glatz
Habelschwert
Mittelwald
Silberberg
Nimmerdar
Warta
Bolitz
Wunschelburg
Gletz
Landeshut
Gottsberg
Gabel
Gitschin
Arnau
Hohenelbe
Koniginhof
Josephstad
Pardubitz
Holitz
Policzka
Reichenberg
Turnau
Leipa
Tetschen
Bensen
Aussig
Bleistadel
Munchengrätz
Weiswasser
Bernstein
Leipa
Kreybitz
Kemnitz
Nimburg
Tornaw
Gretz
Scala
Aich
Saboth
Benatki
Strenisa
Ostroltzi
Prandis
Daubim
Limburg
Podiebrad
Kopidebno
Bischowe
Brzeznitz
Brod
Kolin
Nimburg
Czaslaw
Kuttenberg
Schutzhof
Lichtenburg
Richnburg
Chrudim
Maui
Studens
Linska
Tirnow
Para
Pyla
Deutschen Broda
Pilgram
Stein
Dohalow
Igla
Mezerisch
Dicky
Prin
Leopolds
Zlabaren
Veltaw
Teya
Carlstain
Czwetl
Czwetl flu
Gotsug
Laun
Saatz
Commotau
Brüx
Teplitz
Aussig
Tetschen
Bensen
Leipa
Kreybitz
Kemnitz
Nimburg
Tornaw
Gretz
Scala
Aich
Gabel
Gitschin
Arnau
Hohenelbe
Josephstad
Pardubitz
Holitz
Policzka
Reichenberg
Turnau

Vxor quoque *Swatana* in Reginam coronata. Sed ab eo ad Vratiſlaum IV rurſum in Ducatum relabitur. Verum hic ob operam Imp. Frederico ſedulo navatam in expeditione Mediolanenſi, ab eo Bohemiæ Rex & Imperii ſocius ſalutatus: eique deſtinata in clypeo inſignia, Leo ruber cauda bifurcata in campo candido. Ex iis poſtea aliquot Imperatores facti: Rapta videlicet a Biſetiſlao II Imp. Othonis filia Iutha, atq; cognationes contractæ. Eſt inter VII Electores Bohemiæ Rex. Vrbes habet *Bohemia* alias Regi ſubjectas, alias Proceribus & Nobilibus. Primaria Vrbs eſt *Praga* a Primiſlao III Bohemiæ Duce & Libuſſa ejus uxore muro & foſſis cincta. Arcem in Monte habet, *Viſegradum*, ſive *Herſchin*. Dividitur autem tota urbs in tres Civitates, *Superiorem*, *Novam*, & *Parvam*. Muldavia fl. antiquam Pragam a nova, in qua Arx eſt & Templum Cathedrale *S. Viti*, diſcludit: pons connectit. Pons iſte lapideus eſt habetque XXIV arcus, opus Vladiſlai Regis. Carolus IV Imp. & Rex Bohemiæ urbem mirifice auxit ornavitque. Ad Arcem acclivi admodum colle itur. In Templo Arcis monimentum eſt ſingulari artificio ex Alabaſtro exſtructum, quo Principes aliquot & Imperatores ſepulti ſunt. Chriſtophorus Pyramius *Caſurgim* Ptol. vult. Aventinus vero *Marobudū* & *Bubienum* Strab. Anno CIↃCCCLXX erecta ibi eſt Academia a Rege Carolo, quæ duravit uſq; ad annum CIↃCCCCVIII. Deinde propter factionem quandam ea Lipſiam tranſlata eſt. Minime vero omittendum nobis de Praga Elogium Iulii Cæſaris Scalegeri:

Septa Metallifero circum quæ monte ſuperbit
Hercynia medio Martia Praga Sinu.
Linque aliis populis tantæ munimina Sedis
Qui nequeant armis jura tenere loci.
Namque tuum eſt non præſidio turgere locorum:
Sed loca præſidiis fidere poſſe tuis.

Urbes.

Egra Vrbs in primo aditu Bohemiæ ſita: a fl. Egra cui adjacet, nomen adepta putatur, olim Imperio Romano, hoc vero tempore Bohemiæ regno ſubjecta. Tota ornatiſsima, tota pulcherrima eſt. Intus pulchris ædificiis, civili, urbanoque populo, magnificis, & eximia virtute præſtantibus Viris inluſtris. Foris vero, amœniſsimis ac fœcundiſsimis hortis & agris, variiſque Pomorum ac Fructuum generibus, atque piſcoſo flumine luxurians. Claret hodie Civitas hæc ob Medonem (potionem ex melle) qui nulla paratur quam in hac Ciuitate excellentior. Inter Opida præterea Bohemiæ inſigniora numerantur Marcomanniam verſus, que hodie Moravia, *Mutha*, *Chrudima*, *Hradecum*, *Reginæ Pardubitium*, *Litomiſsium*. Inde a limite Noricorum, *Glatovia*, *Dornacium*, *Miſa*, *Tacovia* eminent. Ab eo vero latere, quod ad Auſtriam ſpectat, locum primum obtinet *Budueium*, *Crumlovia*, *Trebonia*, *Hradecium Henrici*: ſicut a Miſnia, *Pons*, *Cadana*, *Chomutovia*. *Auſtia*. Nam Sleſitis, *Hiaromirium*, *Glacium*, *Curia* & quædam alia Opida contermina. Introrſus vero celebrantur, *Cuthna*, *Colonia*, *Pelſina*, *Verona*, *Zatecium*, *Launa*, *Slana*, *Lytomericum*, *Taborium*. Flumina præcipua ſunt *Albis* quem ipſi *Labe* dicunt, hic ad urbem *Auſt* é Montibus erumpit: Salmonum inprimis fœcundus. *Multavia* qui Ptolemæi *Caſſurgis* eſſe creditur, Germanis *Molea*, adcolis *Vltauva*, *Egra*, *Saſſava*, *Giſera*, *Miſa*, aliaque, quorum nonnulla Auri etiam ramenta ferunt, ciceris magnitudine, quæ nulla purgatione ulteriore indigent: ſunt etiam quæ conchas habeant, é quibus uniones capiuntur. *Sudeta* Montes Bohemiam cingunt, partim longe introrſus pertinent, ac Regionem ipſam fere interſecant, partim extra eam etiam Meridiem verſus & Occidentem excurrunt

Flumina.

Montes.

excurrunt. *Mons Pinifer* a Pinuum in eo creſcentium abundantia dictus (hic in Nariſcorum ora ſitus eſt) oriens in montanis Marchionis Brandenburgenſis, inter Franconiam, Voitlandiam ac Bohemiam intra ſpatium duum ferme millium paſſ. quatuor inclytos Amnes, non ſine admiratione & Naturæ majeſtate effundit, in quatuor Mundi cardines, Mœnum videlicet Francicum, Salam Turingicum, Nabum Bavaricum, Egramque Bohemicum. Idemque Mons Auri, Argenti, Argenti vivi, Ferri, Sulphuriſque Mineris fœtus. Gemmarum etiam Fodinas exhibet. Silvis regio tota tanquam nativo muro circumdatur, cujus pars ea quæ inter Occidentem & Septentrionem porrigitur, *Gabreta* Silva Strab, dicitur, *Gabrita* Ptol. Portio vero quæa Meridie ad Danubium uſque pertingit *Lunæ Silva* Ptol. vocatur, hodie *Paſſavica Silva*, *Der Paſſawerwaldt*: verſus Occidentē, qua Moraviæ contigua eſt *der Schieb* dicitur. Regnū *Bohemiæ* a Carolo, qui anno CIↃCCCLXVI factus eſt Rex & Imperator, diviſum fuit in XII Regiones, quibus ſingulis annuatim præſunt Capitanei, Baro unus, & alter ex ordine Equeſtri, qui primū lites minores cognoſcunt inter ſubditos diverſorum Dominiorum. Secundo, ſi qui emergant latrones, licet iis convocare vicinam ſibique ſubjectam Nobilitatem ad graſſatores comprehendendos. Tertio, bello fortuito incumbente, quilibet ad ſuum ſe recipit Præfectum. Invenio in hoc Regno nominari Burggraviatū *Carlſtein*, ubi Regni Corona aſſervatur. Comitatus *Lobkowitz*, *Haſſenſtain*, *Litzkaw*, *Camethaw*, *Paſſan*, *Melnick*, *Roſenberg*, *Hradetz*; Dominia, *Haſenburg*, *Leip*, *Perſtain*, *Dobitſchaw*, *Walſtain*, *Roſchateck*, *Dachaw*, *Totſnick*, *Wartenberg*, *Schellenberg*, *Koſt*, *Schmirits*, *Liſſaw*, *Kunewaldt*, *Deſſaw*, *Schonpeck*, *Slawa Groſſen Bora*, *Liebenſtain*, *Ioppendorff*, *Gradetz*, *Colourat*, quorū quædam fortaſſe ſunt Comitatus. Barones, *Trachēberg*, *Milluſch*. *Praga* ſede Archiepiſcopi ornata eſt a Carolo Rege Bohemiæ & Imperatore, illique additus Suffraganeus Epiſcopus *Litomiſlienſis*. Ad mores venio: de quibus Ioannes Dubravius ſic ſcribit: Tum Morum, tū ipſius Habitus, quem corpore Boiemi præ ſe ferunt, Leo animal generoſiſsimum (cujus ſyderi Boiemi ſubjacēt) quaſi quandam imaginem exprimere videtur, ſi vel celſam Boiemorum proceritatem vel latum & validum pectus, vel rigidam fulviſque comis veſtitam cervicem, ſi deinde vocis ſonum arduum, ſi oculos micantes, ſi robur & fiduciā virium intueri, volueris. Solet item Leo contemtu in alia animantia, & nonnullo faſtu turgere, ægreque exarmari, præſertim ſi per ferociam eum aggrediare. Nec ab hac parte Boiemus degenerat: ſed cōtemtum libenter erga alios verbo factoque oſtentat ſuum, ipſamque adeo arrogantiam inceſſu, geſtu, pompa prodit. Eſt & feroculus cum faſtidioſe tractatur: inſuper auſis perinde ut Leo promptus, atq; in his exſequendis firmus & validus: interim tamen ambitioſus & glorioſus. Rurſuſque uti Leo cibi avidus: atque in eo condiendo inſtruē doque immodice effuſus.

Silva.

Vulgi mores.

Regio.
Unde dicta.

Bohemiæ versus Occidentem Moravia, vulgo *Marnhern*, contigua est. Nomen habet a fluvio Morava, qui eam regionem perfluit. Veteres Marcomanniam dixere, quia fines Germaniæ, qua Danubio in Pannoniam pergitur, terminabat. Quippe Germanis *Marck*, Limes dicitur, atque inde qui eam coluere Marcomanni i. Limitum finiumque adcolæ dicti sunt: ut sentit Dubravius. De his autem Arrianus: Earum gentium, inquit, postremi sunt *Quadi* ac *Marcomanni*, deinde *Jazyges* Sarmatarum gens, post *Getæ*; deinde *Sarmatarum* magna pars. Quod autem Moravia antiqua *Marcomannorum* sedes fuerit, vel hinc liquido constat, quod juxta Hanam Fluvium sæpius ab Agricolis inter arandum inventa fuerint Numismata veterum Rom. Imperatorum, inter cæteros M. Antonini, quem plurimæ testantur historiæ gentem hanc debellasse. Moneta autem erat, ex hoste spolium, cum hac inscriptione, DE MARCOMANNIS. Sunt etiam qui ex vocabuli etymo conjiciant, deinceps *Marcomannos* eam Germaniæ Provinciam occupasse, quæ vulgo *Die Marck* appellatur, seu *Marchia Brandenburgensis* ultra Albim, versus Oceanum, cultores enim ejus *Die Marcker* i. Marcomanni, quasi *Marckmenner* dicuntur. Non desunt qui ab Equis nomen adeptos *Marcomannos* tradant, sicut *Marschalcum* Equitum Præfectum, *Marstallerum* Equorum stabuli Magistrum appellamus: siquidem *Marrha & Merrhen* Lingua Germanica Equum & Equam significat, unde *Merrhenlandt* interpretantur Equarum Regionem. Probabilior tamen prior est ratio.

Situs

Moraviam ut nunc se habet, tribus è partibus juga Montium, aut Silvæ, Saltusque, aut Fluvii limitant, ab Oriente ab Hungaris, ab Occidente a Bohemis, a Septentrione a Silesiis. Nam a Meridie Austriam versus plana est, & alicubi Thaysa Flumine, alibi rivo quodam ignobili ab ea dirimitur.

Cœli qualitas.

Aer Regionis mollior, atque ob id corruptioni magis obnoxius dicitur.

Soli fertilitas.

Regio est ut populosa, ita Frumenti, Vini, rerumque omnium ad hominum necessitatem facientium feracissima. Croci insuper maximam copiam suppeditat. Regionis positio quatenus interius patet, campestris, campique sunt molli & pingui solo, ideoque faciendæ sementi commodissimi, sicut colles Vinetis sustollendis, propter terram Vineis magis quam in Bohemia amicam, itaque & bonitate & ubertate Vini antecellit. Culta vero tota, cultoribusque adeo referta est, ut nullum gregibus armentorum, quæ nisi in solitudinibus pasci nequeunt, locum reliquerit. *Sudetæ* Montes juxta Iglam Vrbem Fodinis etiam fœti habentur. Atque hoc jam mirabitur aliquis, ut est profecto admiratione dignum, inveniri in Moravia Thus & Myrrham, non ex arbore desudante, ut alibi, lectam, sed è solo terræ erutam, uno tantum in loco, cui *Gradisco* nomen, in quo ad hunc diem Thus non solum quod masculum vocant, a similitudine testium, sed quod alia præterea virorum mulierumque membra ostentat, effoditur. Nuper autem *Venceslaus* veterum Procerum Familia, eorum qui a Quercu cognominantur, clarus, dum in agro suo Sterenbergēsi fūdamēta aggeri piscinario molitur, corpus hominis integrū invenit, quod nihil nisi Myrrha erat.

Regni


Septentrio
Meridies
Occidens
Orions
38
39
40
49
50
Bohemiæ
MORAVIA
finitima
Miliaria communia
Silesiæ pars
Hungariæ pars
Ollstad
Fegerdorff
Hansdorff
Freudenthal
Engelberg
Troppa
Bemischaw
Pautsch
Kunigsberg
Wagstat
Oder
Parn
Alt Titzein
Leszina
Auspitz
Meseritsch
Kaltz
Helfenstein
Bistritz
Holischow
Schetzin
Johanowa
Vßy
Wisowitza
Klobuck
Brunow
Bilnitza
Ledniche
Straßnitz
Schechitz
Zakoleza
Goding
Welky
Lauka
Hluckschitz
Rhadisch
Speskowitz
Buchlau
Ostra
Kruschwitz
Malenowitz
Schlusawitz
Leorawetz
Eybanowitz
Raußnitz
Wischa
Wollaslawetze
Staraweß
Belansko
Leupnick
Reymitz
Olmuntz
Gr adisch
Litta
Padwein
Cholena
Buß
Tyrnow
Lotschitz
Mugelitz
Hanse
Auße
Smael
Merow
Semainkendorff
Littomißell
Schonberg
Geppersdorff
Behemisch Truba
Troppa
Eylenberg
Braunseßen
Roemerstadt
Herldits
Benisch
Oppa flu.
Littitz
Kreutzperg
Haberen
Byla
Furwitz
Thorin
Neustedtl
Saher
Kustadt
Bostkowitz
Iznawa
Blumlow
Nakló
Jeromirß
Ramits
Bricas
Krahitz
Wessowitz
Brzuwitz
Nympolets
Heilich Creutz
Pan low
Nedwi se hits
Lomnitz
Czernehor
Costha
Kamitnitz
Krissa now
Bitesß
Lis now
Reskowitz
Rudwickow
Taßow
Vlaßislaw
Rossen
Pusckritz
Luteritz
Auserlitz
Wutschowitz
Bohuslawitz
Sdanitz
Lantzschitz
Mistitz
Meschitz
Scherchitz
Soitz
Prsikluck
Kostel
Kruspach
Nclasburg
Duerbach
Schwynburg
Sylrich
Hauskirch
Falbach
Rorhoff
Stasdorff
Retz
Schratenda
Pulka
Meylperg
Ludweiß
Vitis
Teya flu.
Laha
Wits
Josla
Znaim
Hoffledin
Drosendorff
Frwinsteyn
Rantsar
Vilchics
Erytraw
Ladstein
Datschitz
Costenus
Budwitz
Beucken
Pla otsch
Leopar titz
Prostmaritz
Hossier
Lepolds
Retkowitz
Kromaw
Piscowitz
Hosterlitz
Tzeiß
Tzeltsch
Lardowitz
Selltaw
Aptaw
Sadeck
Igla flu.
Igla
Marchtpirnitz
Kirmroßtein
Driesch
Meseritsch
Rudwickow
Mißliborcice
Zaißpitz
Moderitz
Preko
Lobskirchē
Eberßdorff
Oelkirch
Mirtßen
Metien
Lomnitz
Costhā
Kamitnitz
Meseritsch
Bitesß
Lis now
Rudwickow
Taßow
Vlaßislaw
Rossen
Igla flu.
Moderitz
Preko
Retkowitz
Kromaw
Piscowitz
Hosterlitz
Mistitz
Lepolds
Tzeltsch
Selltaw
Aptaw
Sadeck
Marchtpirnitz
Kirmroßtein
Driesch
Lobskirchē
Eberßdorff
Oelkirch
Mirtßen
Metien
Pan low
Nedwi se hits
Lomnitz
Czernehor
Costhā
Kamitnitz
Krissa now
Bitesß
Lis now
Reskowitz

Regni titulo olim decorata legitur hæc Provincia, habuitque olim ſuos Reges, qui Imperium tenuerunt in omnem gentem Bohemorum & Polonorum, fuitque Regnum latiſsimum ac potentiſsimum. Circa annum Chriſti CCIↃ *Zuantocopius* ditione tenebat Moraviam, Bohemiam, Sileſiam, Poloniamque, quarum Duces illi parebant. Ipſe autem animis ſublatis de magnitudine ditionis, Imp. Rom. tributa ſolvere, quæ aliquandiu ſolviſſet Ludovico Germaniæ Regi, pernegabat. Petitur ergo magno bello, ſed ipſe quoque magnis reluctatur viribus, tandemque æquis viribus diſceſſum eſt. Sedebant tum Hungari gens nova, ad repagula, quæ illis Moravorum Rex objectaſſet, nec erat ulla tranſcendendi facultas. Imperator qui in animum induxerat, non niſi victor redire a Moravis, undecumque circumſpexit auxilia: aperuit tranſitum Hungaris, immiſitque hoſtem Chriſtianis populis, qui infinitis poſtea malis Provincias afflixerunt. Sic tum opera illorum uſus Imperator ſupprimit Moravorum Regem, & multis peſſundatis atque captis, in fugam eum vertit. Ille elapſus, in profundum ſolus ſe recepit, ſaltum, & projecto Regio apparatu, ad ſolitarium quendam ſe contulit, cujus uſus contubernio, uſque ad finem vitæ eremiticam vitam vixit, & moriturus quis eſſet aperuit, & in Chriſti pace quievit. Tunc Bohemia, Polonia & Sileſia ſuum quæque Provincia Ducem conſtituit, tributum tamen ſuperioritatis agnitione, vel modica pendentes. Eiſdem fere temporibus, imperante Græcis Michaele, venit Cirullus Doctor & Apoſtolus omnium Sclavorum una cum Merodio, & poſuerunt fundamentum Chriſtianæ fidei in Moravia, erexeruntque Epiſcopalem Eccleſiam in Opido Vielagradenſi. Vnde vocati a Romano Pontifice & correpti, cur ſacra celebrarent lingua Sclavonica, reſponderunt, quia ſcriptum eſt; *Omnis Spiritus laudet Dominum.* Nunc autem *Moravia* multo inferiori fortuna quam olim contenta, ſuis deinceps Ducibus, poſtmodum Marchionibus paruit, hodie diſtracta: ejus tamen potior pars, ac pene tota Bohemiæ Regibus; reliqua pars aliis Primoribus ac Baronibus ſubeſt. Gentis Caput ac Marchionis ſedes eſt *Brunna*, Germanice *Brin*, Bohemce *Brno*. Eſt & *Olmuʒium*, *Olomontium* aliis, Sedes Epiſcopalis, *Vologradenſis* prius dicta. Vrbibus præter has plurimis, domibus, mœnibus, turribus, & id genus ædificiis clariſsimis abundat: cujuſmodi ſunt *Zwoyma*, *Radiſch*, *Iglavia*, *Nova Civitas*, *Nicloſburgh* *Mons Nicolai*, *Weiskirchen*, *Cremſer*, *Boſerlitʒ* olim Marchionum ſedes, & complures aliæ, quæ in Tabula conſpiciuntur. Amnium in Moravia Princeps *Morava* ſeu *Maravaha*, *Crabrus* Ptolemæo; vulgo *die Marhe*, habetur, qui Olomuzium principem civitatem circumfluit, & ab illa in Pannoniam defluens, in Danubium tandem ſe ſuis & adventitiis aquis auctus, exonerat. Hic regioni nomen dicitur indidiſſe, ſeu, quod potius crediderim, a Regione ſumſiſſe ſibi nomen. Præter hunc præcipui ſunt *Theya*, vel *Deins*, *Thærſa* Dubravio, nonnullis etiam *Thyſia*. Hic Zuoynam, obitu Sigiſmundi Cæſaris memorabilem, præterfluit & limitem Maravianæ atque Auſtriæ ſtatuit. *Igla*, a quo Iglavia Vrbs nomen ſortita eſt, dirimit Maravanos a Bohemis, ac Maravaniam quoque ingreditur. Cæterum *Odera* Fluvius haud procul Olomuzio ortus,

Vrbes.

Flumina.

ortus, suo nomine usque in Oceanum delabitur. Sunt qui illum a Ptolemæo *Viadrum* vocari autumant. *Oderam* vocant ab Aucupibus vocabulo mutuato, qui speculas avibus speculandis captandisque constitutas, *Oari* appellant: hodieque hujusmodi speculæ in Morauia ad fontem Oderæ ab Aucupibus constituuntur. Neque *Hama* silentio prætereundus, quamvis tenuibus interdum aquis fluens, attamen eos agros rigans, quibus non alii in Moravia Frumenti fertiliores, ita ut frumentarii coloni a largo frumenti velut ubere, jure suo illos lumen Moraviæ appellent; in illis præterea sæpius quam in aliis Numismata M. Antonini, Commodique & aliorum nonnullorum Cæsarum, tam aurea quam argentea exseruntur. Quæ sane fidem bellorum cum Marcomannis olim in Moravia gestorum manifestam faciunt. Sunt & *Nigra* vulgo *Suarta*, & *Suittwa*, qui Brunnam Civitatem, dignitate proximam Olomuzio præterlabuntur. Pisces varios & quidem magna copia hi fluuii subministrant. Regio hæc quā Bohemia minus montosa, nec tamē prorsus plana. Ponit hoc loco Ptolemæus *Orcynium nemus*, ac *Gabretam Silvam*. Incolarum (qui feroces rapinarumque avidi) sermo mixtus est, Bohemicus tamen prævalet, nam Germanica Lingua in urbibus tantum inter Optimates in usu est; De cætero, ritibus moribusque perinde morati ut Bohemi, inquit Dubravius. In hujus regionis pagis varie habitant Anabaptistæ omnium bonorum communionem professi. In Moravia ponit Mercator Comitatus *Hukenwaldt*, *Schonberg*. Dominia, *Lomnicz*, *Dubrantiz*, *Gemnicz*, *Walstain*, *Peitnix*, *Neuhauff*, *Telesch*, *Bozkowitz*, *Trebitsch*, *Dirnowitz*, *Rageiz*.

Regio & unde dicta.

SIc se habet Moravia: sequitur explicanda jamnunc in nostra Methodo *Austria*, olim *Pannonia superior* dicta. Austriæ nomen, Wolfgango Lazio teste, recens est: ab Austri venti flatu, qui ista in regione frequens est: vel a voce Germanica *Oostreich*, quod nomen veteres Franci regnorum suorum limiti posuerunt, ut *Westreich* Occidentali. Atqui Francorum *Oostreich* ad Rhenum situm fuit: dictumque postea *Austrasia*, quo nomine amisso, videntur Pannonii illud sibi tribuisse, ut auctor est idem Lazius lib. 1 cap. 11 Comment. Gent. Aust. Sunt autem Austriaci Francorum & Saxonum soboles, qui hunc sibi tractum frustra reluctantibus Hungaris ferro pepererunt.

Situs.

Austria habet ad Ortum Hungariam: ad Meridiem Styriæ Montes, qui ab Alpibus perpetui in Hungariam & ulteriores regiones protenduntur: ad Occasum Bavariam: & ad Septentrionem Teium fluvium & Moraviam.

Cœli temperies. Soli fertilitas.

Aere fruitur leni ac amœno, salubrique ob Euri viciniam quo perflatur. Ager omnis generis Frugum feracissimus, & qui minimo impendio colitur. Vili etiam & strigoso equo Agricola in eo tractu qui Campus Transdanubianus sive Marchianus dicitur, terram arat. Marga, citra quam agri in Bavaria infœcundi, & macri sunt, quid sit, Austriacis incognitum est. Vinum omnis regio fert nobilissimum: meracius Germanico, dilutius Hispanico. Idque Moravis, Bohemis, Silesiis, vicinisque Bavaris præbet. Crocum insuper generosissimum gignit: Zinziber etiam producit juxta Häburgum, ad radicem Cæcii montis. Argento abundat, non item Auro: Salem partim domi natum, partim importatum habet.

Imperium Majorum.

Rexerunt *Austriam* aliquandiu Comites *Babenbergenses*, quorum primus *Lupoldus* Marchio Austriacus ab Ottone II Imp. dictus est. Postea *Henricus*, Dux ex Marchione factus a Friderico Imperatore. Qua stirpe deficiente, *Rudolphus Habspurgensis* qui in Cæsarem electus fuerat anno CIↃCCLXXX eam sui juris fecit, Ducatumque voluit appellari. *Fridericus* II in Regnum etiam evexit. Hujus regionis insignia olim erant quinque Alaudæ aureæ, in cœlestino clypeo pictæ: sed Lupoldus Marchio hoc nomine v, a rei eventu ab Imperio concessa nova usurpavit insignia, rubro & albo coloribus distincta, quod ita totus suffusus sanguine, in expugnatione Ptolemaidos fuisset, cingulo tenus duntaxat (quod album corpus intersecabat) a cruore immunis. Dividitur porro in *Superiorem* & *Inferiorem*, quarum hæc ultra, illa cis Danubium sita est. Habet præterea qnoque Styriæ Ducatum, inter Danubium, Muer & Mietz fluvios extensum, cujus Incolæ partim Germanico, partim Sclavonico idiomate utuntur, strumisque pendulis deformes sunt. Habet & Ducatum Carinthiæ inter Muer & Dravum fluvium situm. Item Carniam Meridiem versus. Primaria Austriæ urbs est

Urbes.

Vienna ante Christi Servatoris Nativitatem culta a Sarmatis & Windis, quibus successerunt Boii, Senones, aliique quos Tiberius Nero in provinciæ formam redegit: *Vindebona* dicitur in Itinerario Antonini: Ptol. *Juliobonam* vocat, uterque ad eam locat x Legionem Germanicam, quam eo loco consedisse multa admodum Monimenta perantiqua, tum intra urbem, tum extra eam testantur. Legioni huic a signo nomen Alaudæ fuit: unde etiam videntur prima orta esse Austriacorum Marchionum insignia, Alaudæ quinque.

Dicta


SEPTENTRIO
MERIDIES
OCCIDENS
ORIENS
36
37
39
40
49
BOHEMIAE PARS
HVNGARIAE CON
AVSTRIA archiduc
Milliar. Germanica
1 2 3 4
Morauie
Vienna
Presburg
Laa
New fidl
Sopron
Land see
PRON COM
Castri Ferrei coin
Friesach
Leoben
Kapfenberg
Stiri Pars
Judenburg
Newmarck
Neuhaus
Hardperg
Neidperg
Rabenspurg
Hohenau
Marcheck
Wolfgersdorf
Gellersdorf
Leuesdorf
Korneuburg
Hainburg
Deutsch Altenburg
Wolfsthal
Ingolderfeld
Ruest
Eisenstat
Mattersburg
Lockenhaus
Gussing
Lutzmannsburg
Neuhaus
Pinckafeld
Landsee
Kirchschlag
Rechnitz
Schlaining
Stadtschlaining
Oberwart
Pinkafeld
Hartberg
Fürstenfeld
Feldbach
Radkersburg
Gleichenberg
Kindberg
Mürzzuschlag
Neuberg
Aflenz
Leoben
Bruck an der Mur
Mürzuschlag
Kapfenberg
Mariazell
Gusswerk
Wildalpen
Weichselboden
Lilienfeld
Türnitz
Hainfeld
Annaberg
Lunz
Gaming
Scheibbs
Purgstall
Yps
Amstetten
Waidhofen
Ybbs
Melk
Krems
Stein
Mautern
Langenlois
Zwettl
Gars
Horn
Eggenburg
Retz
Hollabrunn
Stockerau
Korneuburg
Klosterneuburg
Tulln
Königstetten
Purkersdorf
Hietzing
Schönbrunn
Mödling
Baden
Bruck an der Leitha
Hainburg
Deutsch Altenburg
Petronell
Carnuntum
Wolfsthal
Pressburg
Schlosshof
Marchegg
Gänserndorf
Mistelbach
Laa
Zistersdorf
Poysdorf
Wilfersdorf
Ernstbrunn
Stockerau
Korneuburg
Tulln
Sieghartskirchen
Herzogenburg
Traismauer
Neulengbach
Wilhelmsburg
Lilienfeld
Türnitz
Hainfeld
Annaberg
Lunz
Gaming
Scheibbs
Purgstall
Yps
Amstetten
Waidhofen
Ybbs
Melk
Krems
Stein
Mautern
Langenlois
Zwettl
Gars
Horn
Eggenburg
Retz
Hollabrunn
Stockerau
Korneuburg
Klosterneuburg
Tulln
Königstetten
Purkersdorf
Hietzing
Schönbrunn
Mödling
Baden
Bruck an der Leitha
Hainburg
Deutsch Altenburg
Petronell
Carnuntum
Wolfsthal
Pressburg
Schlosshof
Marchegg
Gänserndorf
Mistelbach
Laa
Zistersdorf
Poysdorf
Wilfersdorf
Ernstbrunn

98.

Dicta etiam est *Fabiana.* Otto Frisingensis lib. 1 Histor. Frid. cap. XXXII. *Dux tunc demum terga hosti dare compellitur, & periculis belli exemptus, in vicinum Opidum Viennis, quod olim a Romanis inhabitatum Fabiana dicebatur, declinavit.* Similiter legas in Historia Severini Episcopi Viennensis. Atque ad hanc adpellationem maxime accedit vulgata & trita apud Adcolas appellatio *Biana.* Idem Lazius *Vendum* a Strabone appellari ait. *Pannoniam Vrbem* eam vocat Iornandes: vernacule *Wien; Wydme* Sclavonice. Hanc Vrbem Turcas *Betz* vocare ex D. Carolo Rimio quondam apud Zelimum Turcarum Imperatorem Oratore se habere scribit Ortelius. *Wetsch* vocat Leunclavius: item *Beetz.* Vrbs clarissima, ad Danubium Fluvium sita, Imperatoria sede nobilis: inexpugnabili murorum ambitu, prealtis fossis, aggere & vallo cingitur. Mœnia deinde spissa & sublimia, frequentes Turres, & Propugnacula ad bellum oportuna habet: ut Vienna sit munitissimum adversus Turcarum furorem Propugnaculum & Munimentum. Suburbia maxima sunt & ambitiosa. Ædes Civium amplæ, area & picturis ornatæ, structura solida & firma, altæ domorum facies, magnificæque visuntur. Templa Sanctis dicata, & ampla & splendida secto lapide constructa, perlucida sunt, & Columnarum ordinibus admiranda. Cellæ vinariæ adeo profundæ sunt & spatiosæ, ut sub terra non minus, quam supra terram ædificiorum esse feratur. Platearum solum stratum lapide duro, ut neque plaustrotum rotis facile conteratur. Annonæ & potissimum vini incredibilis copia, ita ut ducentos & mille Equos XL dierum vindemia exerceat. Christianam Religionem admisit anno CCCCLXIV Doctore Severino, qui etiam II ibi Basilicas exstruxit. Historia hujus Vrbis peti potest a Lazio & Ottone Frisingensi. Vrbem Fredericus II ornavit auxitque: ut & sequentes fere omnes Austriæ Duces. Nobilissimum in ea Gymnasium Artium Scientiarumque constitutum est a *Friderico* Imperatore: renovatum postea ab *Alberto* Archiduce anno CIↃCCCLVI. Id postea seditionibus inter studiosos gliscentibus collapsum subversumque est. Viennæ clari fuere Wolfgangus Lazius Medicus & Historicus Ferdinandi Imperatoris: Iulius Alexandrinus, Mathias Farinator. Fuit & Theologiæ Professor in Academia Viennensi Iohannes Haselbach, qui adeo diffuse solebat explicare, quæ auditoribus proposita enarrabat, ut viginti unum annos legens in Esaia Propheta, ad finem primi capitis non pervenerit. Claram urbem fecit obsidio Turcarum anno CIↃIↃXXIX fortiter a Civibus tolerata, in qua Turcarum LXXX millia periisse memorantur. Est & in Austria Superiore *Gmunda*, Opidum quidem non ita magnum, quod tamen venustate & elegantia commendatur, situm ad Lacum qui inde appellationm trahens *Gmundanus Lacus*, dicitur, ex quo Austriæ Flumen Dravus oritur. Gmundæ magna & lucrosa est negotiatio Salis, quod præstans & acre ex vicinis Montibus effoditur, & Gmundam allatum, vasculis (quæ patria lingua, *Kivelen* indigitant) impositum per Dravum in Danubium transportatur, unde Viennæ & in aliis Austriæ, Hungariæ, Stiriæ, Carinthiæ viciniſque Civitatibus magno commodo & lucro Gmundanorum distrahitur. Vrbes præterea & antiquæ & nobiles multæ in Austria sunt, maxime tamen insignes *Lintzium, Styra, Wadenhoffum, Melicum*, Castellum antiquitus Claudionum: *Cremisium, Cetro* Castellum, hodie *Zeisselmaur, Santohippolytus, Neuburgum* duplex, alterum a Cœnobio, a frumento alterum

dictum

dictum: *Petronella* nunc vicus, magnæ olim urbis, id quod rudera & ruinæ indicant, vestigium: Nova Civitas, *Pruck*, ad ripam Leythæ fl. sita, *Hamburga*. Sunt & alia Opida plurima, quæ brevitatis studio prætereo. Lacus complures habet, cujusmodi sunt *S. Wolfgangi*, *Vssere*, *Vrsee*, *Fillesee*, *Eynsidlersee*. Ac fluminibus irrigatur permultis: horum *Danubius* primum est, olim regionis terminus, nunc eam mediam secans. Reliqua sunt *Athosinus*, *Genus*, seu *Onasus*, *Tranus*, *Traunus*, *Erlaphus*, qui ad Cellam templo virginis Matris celebrem, ex Lacu amœnissimo oritur: *Traisius*, *Ypsius*, *Melicus*, *Marchia*, *Teius* qui Moraviam ab Austria dispescit, *Cambus* vario Piscium genere nobilis, *Leytha*: & in quo scitissimi saporis Cancri, *Suegadus*, & alia. Montibus multis attollitur, quorum præcipui sunt *Cecius Mons*, vulgo *Calenberg*, a Danubio ad Dravum fl. extenditur, ejus portiones sunt, *Schneberch*, *Semering*, *Kemperg*, *Hertperg*, *Deubsperg*, *Heustperg*, *Plaitz*: *Cognamus* Mons hodie *der Haimburgerperg*, a Danubio ad Arabonem trahitur. Silvis hinc inde conspersa est regio quæ Hercyniæ quoque portiones sunt ac Lunæ Silvæ: dicunturque hodie *der Freystetter und Konigwiserwaldt*. Ad alia pergamus. In Vrbe Vienna duodecim quotidie Magistratus jura dant & leges dicunt. Quorum quatuor sunt Ecclesiastici, Pataviensis Episcopi Officialis, Viennensis Episcopi Officialis, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, & Vniversitatis Rector. Sunt item quatuor Vrbani, & quatuor extra Vrbem: ex quibus præcipui sunt, quem vocant *Regimentum*, unde omnes Inferioris Austriæ jura petunt, & quem *Fiscum* sive *Cameram* appellant, quo omnes rationes earundem provinciarum referuntur. Reliqui his subjecti sunt, & a quibus ad superiores provocatio libellorum fit, Senatus Provinciæ cum suis Marescalcis, Ordinati Provinciæ, Senatus Vrbanus cum suo Consule, Prætorium Vrbanum, Telonarii Iudicium, & Mercatorum Prætorium, quod *Handgraviattum* vocant, de quibus fuse in sua Vienna disserit Wolfgangus Lazius Viennensis. Tertius autem Circulus Imperii est *Austriacus*, in quo 11 sunt Ordines. In 1 sunt Ecclesiastici, Episcopi *Tridentinus* (*Trent*) *Brixiensis* (*Brixen*) *Goricensis*, *Segoviensis*, *Labachiensis*, *Viennensis*, *Teutsch Ordens Maister*, *Ordens Maister in Eischtal*. In 11 Principes seculares, Archidux *Austriæ*, Co. *Schaumberg*, Baro *Wolkenstain*, *D. Senster D. Reggendorff*, Co. *Hardeck*. Et præter Principes Imperii invenio in Austria nominari Comitatus *Thurn*, *Crentz*, *Ortenburg*, *Perneck*, *Garb*. Freyhern, *Landskron*, *Wanberg*, *Hohē*, *Osterwitz*, *Neuberg*, *Guetenhag*, *Teuffenbach*, *Mawhofen*, *Awersperg*, *Dorneck*, *Saraw*, *Hartenstain*, *Schwartzenaw*, *Tiernstain*, *Wachauthall*, *Hoffkirchen*, *Eytzing*. Dominia item, *Aichelperg*, *Caltenprun*, *Massenperg*, *Stubenberg*, *Heggenberg*, *Stakrenberg*, *Liechtenstain*, *Losenstain*, *Puchaim*, *Luetkurt*, *Porges*, *Schonkirchen*, *Schifftenberg*, *Altensperg*, *Hornstein*, *Seibersdorff*.

Ratio gubernandi.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Silvæ.

Regio & unde dicta. *Salisburgenſis Epiſcopatus* ab urbe Metropolitana Saltzburgo nomen habet. Franciſcus Irenicus ex quinque Epiſcopatibus Bavariæ hunc primum vocat.

Solifertilitas. Hujus territorium omnis generis Metallorum dives eſt, Auri, Argenti, Æris & Ferri. Reperitur hic quoque Vitriolum, Sulphur, Alumen & Antimonium. Sunt quoque Marmoris Lapidicinæ. Plana loca etiam conſitionibus, agris, Frumentoque apta. In Montibus frequentia quoque aucupia, ac Ferarum venatio.

Imperium majorum. Salisburgenſes Præſules nominat Munſterus LVIII; ultimum *Erneſtum* Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem, Alberti & Kunegundis Friderici Imperatoris Filiæ Prolem. Porro ſedes iſta ſub *Arnone* x Eccleſiæ hujus Antiſtite Archiepiſcopatus titulo inſignita eſt a Leone III. Habetque ſub ſe Suffraganeos Epiſcopos, *Tridentinum*, *Patavienſem*, *Viennenſem*, *Gurcenſem*, *Brixienſem*, *Friſingenſem*, *Seccovienſem*, *Laventinenſem*, & *Chyemenſem*.

Urbs Salisburgum. Metropolis eſt *Saltzburgum* vel *Saliſburgum*, vulgo *Saltzburg*, quod nomen a Saltzach fluvio accepiſſe creditur: quanquam alii a Sale quod in ejus vicinia effoditur, Saltzburg dici autumant. *Juvantia* vel *Juvavia*, vel *Juvavium*, olim dictum fuit a juvando, Germanice *Helffenburg*, quod Caſtrum ibi exſtruxerit Iulius Cæſar, juvamen ſeu ſubſidium ac refugium Legionibus ſuis contra Germanos quos debellatus erat. Traduntur namque Romani cecidiſſe Germanorum 3400000, ac 1500000 in captivitatem duxiſſe. Alii nomen *Juvaviæ* a Iuvavio cognomini & adjacente fluvio obtinuiſſe credunt. Dicitur & *Juvenſe* Caſtrum in lib. Notit. ut Pighius docet in Hercule Prodicio. Aventinus adſerit ex veteribus diplomatis oſtendi *Pædicum* Ptolemæi eſſe, pagumque ibidem adhuc nomen ſervare. Franciſcus vero Irenicus ſcribit Gamanodurum, aut Badacum Ptolemæi eſſe: cui & Volaterranus adſtipulatur. *Juvavia* meminit Antonini Itinerarium. Sed *Helffenberg* vocabulum vetuſtius eſſe *Juvaviæ*; putat Gaſpar Bruſchius: atque ex eo *Juvavia* factum, quod idem ſignificat. Pighius ſcribit, in hujus urbis templo ſe legiſſe hos verſiculos:

Tunc Hadriana vetus, quæ poſt Juvavia dicta,
Præſidialis erat Noricis, & Epiſcopo digna

Rudberti ſedes, qui fidem contulit illis
Chriſti, quam retinet, Saltzburgum ſero vocata.

Rupertus enim vel Rudpertus Epiſcopus Wormacienſis ex Regia Francorum ſtirpe ortus, cum poſt Regis Childeberti obitum a ſede ſua pulſus eſſet, circa annum Salutis IↃXL, ad Theodonem Ducem Bavariæ Ratisbonam venit, eum inſtruxit, & baptiſavit, ejuſque nutu Noricum peragrans multos convertit & Chriſto dicavit. Incidens autem in ruinas deſolatas veteris Iuvaviæ Locum Epiſcopatui idoneum, Baſilicam ibi in honorem S. Petri conſtruxit, Monaſterium Ordinis S. Benedicti adjecit, rexitque ibi Epiſcopalem Eccleſiam annis XLV, mortuus anno D. IↃCXXIII. Vrbs hæc in mediis Alpibus ſitum habet: decenti Murorum ambitu, Turribus & Propugnaculis, tam publicis quam privatis ædificiis cultiſsima: Regia quondam Sedes ac Domicilium, quando & ſuperbiſsima ex Marmore Fanorum ſtructura præ cæteris caput extulit urbibus. Maxima fluminis ſituſque oportunitas hoc præſtitit. Nunc eriam Archiepiſcopali dignitate inclareſcit, qui


AUSTRIÆ CONFINIA
SALTZBURG
CARINTHIA
Miliaria Germanica
1 2 3 4
SEPTENT. 36
MERIDIES 36
OCCIDENS
ORIENS
Hertzhaim
Freyberg
Wildeshuet
Staß Welchen
Gemund
Lauffen
Newmarkt
Talgew
Windach
Wieß enstain
Falkenstain
Waging
Traunstain
Raschinberg
Sissdorff
Oberskirchen
Salzburg
Glaneck
Golling
Hallstat
Aussee
Ober Welz
Mitterwelz
Laueregg
Radstat
Murau
Unter Welz
Lamerding
Ranton
S. Johans
Scheyfling
Kaez
Sunebrendkirck
Newmarck
Stayn
Mettnitz
Tyrnstain
Welfgang
Friedberg
Gmünd
Strassburg
S. Lamprecht
Wayrting
Alten Hoff
Cartln
Ebenstayn
Harrnberg
S. Walpurg
Mayssburg
Mitter Dryxen
Theyna
Volckmarck
Wildnstein
Sunneck
Kappl
Ober Kapll
Glanach
Villach
Waßruen
Ack
Czwaikyrch
Weyssenstain
Weyss
Lienez
Kyrburg
Tschlherg
Kals
Drauburg
Rabenstein
Lutach
Vyrgyn
Daufers
Windisch Matray
Vrsen
Greifenburg
Velach
Redent
Gemund
Hardeck
Moderndorf
Ostorff
Marien Soifeld
Clagenfurt
Weird
Helmberg
Osiach
Tritrin
Kreutz
Ebenstain
Matrey
Sterzing
Steynburg
S. Peter
Stampuhl
Graneck
Glaneck
Velbra
Caprun
Rauris
Salzach fl.
Hoff
Pod
Wagrain
Dachsenpach
Lechtenberg
Zell
Nider Sill
Hienburg
Newkirch
Ratenburg
Golldeck
Hofhaff
Bischofhoff
Werffen
Brixen
Waldhering
Löfer
Kitzbuchl
Spitall
Elmaw
Wergel
Kirchdorff
Saalfeld
Saalfelden
Saalach fl.
Saalach
Reichenthal
Berchtesgaden
Bierberg
Gensbuhl
Gollinstain
Weissach
Glanegk
Rauten
Clausa
Aschaw
Alten Pewrn
Merbach
Vberssee
Grenpach
Rosenheim
Antwort
Eckstet
Seebruck
Kieming
Pfaffenburg
Vettlh
Probstorff
Esshausen
Obing
Roi
Auel
Zayss
Ettenhausen
Valken
Kufstain
Elmaw
Wergel
Brixen
Ratenburg
Hienburg
Newkirch
Nider Sill
Velbra
Caprun
Rauris
Rauriser M.
Salzach fl.
Hoff
Pod
Wagrain
Dachsenpach
Lechtenberg
Zell
Golldeck
Hofhaff
Bischofhoff
Werffen
Waldhering
Löfer
Kitzbuchl
Spitall
Kirchdorff
Saalfeld
Saalfelden

qui primæva quidem institutione Laureaci, tum Patavii, rerum vicissitudine huc translatus fuit. Habet hæc Vrbs paludes, planiciem, colles & montes. Paludes præbent pascua, montes aucupia & venationes nonnullas. In hac Vrbe Sepulchrum visitur Theophrasti Medici celeberrimi in Nosocomio apud S. Sebastianum cum tali Epicedio: *Conditur hic Philippus Theophrastus insignis Medecinæ Doctor, qui dira illa vulnera, lepram, podagram, hydropisin, aliaque insanabilia corporis contagia mirifica arte sustulit, ac bona sua in pauperes distribuenda collocandaque ordinavit. Anno* M.D.LI. *die 24 Septemb. vitam cum morte commutavit.* Fluminibus ac rivulis innumeris propemodum rigatur hæc regio, qui ex Montibus scaturiunt. *Anassus* fluvius in Septentrionem defluit, quem *Altzius*, *Saltzius*, *Matichius*, suis aquis augent. *Traunus* ibidem ex Lacubus oritur. Hinc etiam *Mur* & *Dravus* nobilis amnis oriuntur, quem posteriorem Plinius nominat lib. III cap. XXV eumque ex Noricis fluere tradit. Reliqui ignobiliores rivuli in hos quos modo nominavi effunduntur. Ditio omnis montosa, jugisque Montium, quæ adcolæ *Taurn* vocant, aspera. Hinc ista sunt, *Radstatterthaurn*, *Felbergthaurn*, *Kornthaurn*, *Casteinerthaurn*, multique alii adeo alti, ut, qui media æstate eos conscendunt quum ad verticem perventum est, frigore infestentur; nullus curribus locus, angusti calles, adeoque interdum præcipites, ut vix jumento clitellario etiam adsueto iter sit, grandia vero pericula scandentes maneant, quum aut subito exorti venti in præcipitia homines abripiant, aut immensi convolutarum nivium globi silvas, saxa, jumenta, atque etiam domos vicinas sæpe obterant. Ex his Montibus Amnes frequentes defluunt, de quibus supra meminimus. Montes etiam præter supra dictos *Tauros*, habet in Meridiem versus, Alpes quos *Albim* ipsi vocant: variis quoque cognomentis adscitis, ut *Villacher Albin*, *Swanberger Albin*, &c. Item *Creuzbergum* Montem, *Lettachbergum*, & in Oevina valle metalliferos de quibus sic cecinit Conradus Celtes lib. Amorum II ode VI.

Flumina.

Montes.

Qui mihi de celsis nuper fuit Alpibus actus
Oenus ubi, atque Atheſis murmura rauca facit.
Argenti æterno scaturit qua vena Metallo,
Et ditat totam patriam Alemanicam.
Hic halant liquido, puro & de fonte Salinæ.
Ditantes Bavaros, Austriacosque Duces.
Hic turba est tetræ nigræque simillima morti,
Qui solvunt vastis ignibus æra suis.
Haud credas nostris decocta Metalla per ignem,
Sed Phlegetontæis mundificata vadis.

Silvæ.

Silvis quoque hic Episcopatus non destituitur. *Hardionem* enim, *Henhardum* & *Weyhardum* Silvas ad Septentrionem positas habet. Verum de Episcopatu Salisburgensi hæc jam dicta sufficient; reliquum est ut de Carinthiæ Ducatu quem hujus Tabulæ titulus etiam præ se fert, nonnulla dicamus.

Carinthiæ Ducatus.

Regio unde dicta.

CARINTHIA vel Carnithia (quod Rithaymero auctore rectius scribitur) a *Carnis* populis nomen suum obtinuisse videtur, qui vetusti ejus loci Incolæ sunt, utpote quorum & Plinius & reliqui in hoc loco

loco meminerunt Geographi. Vtrum vero a Carnunto, veteri Opido cujus crebra apud auctores mentio est, nomen hi suum traxerint, an vero ipsi a se urbem denominarint, dubium fecit rei vetustas. Est is locus in Ripensi Pannonia, septem fere Vienna Milliaribus distans, ubi non obscura celeberrimæ olim urbis indicia, monimenta ac rudera, etiamnum extant, ei nunc D. Petronellæ nomen est. Dicuntur vero & *Carnioli* Germanice *Karnten*, *Krain*, *Karst*. Habet autem hæc Regio ab Ortu & Septentrione Styriam, ab Occasu & Meridie Alpes & Forum Iulii contingit. Hujus pars est Carniola. Multæ in hac Regione valles collesque Tritici feraces. Solinus cap. xxx ait, Agrum Noricum frigidum & parcius fructuosum, qua vero subducitur a jugis Alpium admodum lætum. Metropolis Regionis est *Santo-Vicus* urbs minime negligenda ad Glanam Fluvium. Forum habet satis spatiosum, ac perennis aquæ Fontem limpidissimum. Sunt præterea *Villacum* Opidum, domibus in fronte coloribus historiisque magnifice depictis, spectatoribus gratum. Situm est in planicie altissimis rupibus septum ad Dravum flu. Ponte lapideo ejus oras connectens: *Clagenfurtum* urbs bene munita, *Claudia* antiquitus, Lazio teste, vocata. Sunt qui scribunt, ejus urbis Cives furibus adeo esse inexorabiles, ut levissima etiam furti suspicione notatus, inauditus ad crucem abripiatur, post ejus diei quo supplicium de eo sumptum est, tertium, de mortuo judicant: quem si insontem cognoverint, honorifice sepeliunt: si jure eum damnatum compererint, pendere sinunt. Sed hanc Fabellam commentitam vocat Rithaymerus. *Frisachum*, magnam referens vetustatem; *Wolspergum* Lavando flu. adjacens: *Santo Leonardus* &c. Multi in hac regione Lacus, multi Amnes. Lacus sunt *Mulsettersee*, *Ossiachersee*, *Werdsee*, *Lavandtsee*, *Iudenburgersee*, *Weyssee*. Inter Amnes præcipuus *Dravus*, qui per Stiriam ac Pannoniam in Danubium fertur. Hand inferior *Savo*, *Glana*, *Schleinicza*, *Lavanda*, quos omnes Dravus absorbet. *Mura* quoque eidem Dravo miscetur. Plerique autem dictorum flu. huic Regioni Fontes suos debent, ac in eadem Ostia sua habent. Montibus undique innexa est Regio. Excelsa enim Alpium capita, ut Strabo scribit, continua hactenus extenduntur, & unius Montis faciem exhibent, remissa inde & inclinata, plures in partes, & plures in vertices attolluntur. Tauri portiones jugaque crediderim, unde ab Incolis suis nominibus distincta. Ab Occidente *Gastein Taurn*, *Villacher Taurn*, *Rastatter Taurn*, *Karnen Taurn*, vocantur. Nonnulli vero vertices Alpium nomina servant, ut sunt *Modringalbn*, *Serbisalbn*, *Sanalbn*, & c. Et Dravo flu. *Dietzpergus* imminet, & super hunc Mons Argentatus est, adcolarum lingua *Silber Berg*: *Raspergus Mons* Muræ ac Isaræ fontes habet, altero in Meridiem, altero in Ortum fluente. Inter hos vero Tauri Alpiumque editissimos colles, Silvæ Lucique sparguntur, Hercyniæ Silvæ portiones, uti sunt *Hirschpuhl*, *Priewaldt*, *Adelwaldt*, *Eremus* vulgo in *der Eynod* silvæ. Mineris prædictę Alpes, Ferri, Argēti, Auri turgēt. Quantum ad Ecclesiasticam Iurisdictionem attinet, ea inter Episcopum Saltzburgensem, & Patriarcham Aquilegiensem partita est, inquit Paracelsus. Ritum apud hos insolitum ac minime vulgarem inaugurandi Principes accuratissime in sua Europa describit Pius II, & Munsterus lib. III Cosmographiæ.

Soli fertilitas.
Urbes.
Lacus.
Flumina.
Montes.
Silvæ.

Regio & unde dicta. POLONIA a planitie terræ (quam ipsi etiamnum *Pole* vocant) nomen habet. Vasta admodum regio est: ad Septentrionem Borussiam & Pomeraniam respicit, ad Orientem Solem Massoviam & Lithuaniam; qua Merides est Russia & Hungariæ Montibus clauditur: qua Occideus Lusatia, Silesia & Moravia. Longitudo CCCCLXXX, latitudo CCC Millarium. Regionis Aer purus, sed frigidus rigensque ac severæ hyemes. Regio omnis plana, fertilis Hordei, Frumenti, Leguminum. Abundat Fructibus, Cera, Melle, Butyro. Habet & Salis maximam copiam, qui ex terra eruitur. Habet & Æris Fodinas in Montium jugis, *Tatri*, ab incolis dictis: nec non Sulphuris. Abundat insuper Armentis, adeo ut Saxonia multæque gentes Germanicæ Polonicis Bubus victitent. Varii generis videre est ibi Animalia, magnamque Pecudum & Ferarum copiam. Habet Vros, Bisontes, Tauros & Equos silvestres, Onagros, quoque & ejusmodi. Nec desunt Aves variæ magna copia, ad aucupia invitantes. Regni titulum & Majestatem accepit Polonia anno CIOI regnante *Boleslao Chabri*, qui ab Ottone III Romanorum Imperatore regium diadema accepit. Post annos vero LXXVII sub *Boleslao Audaci*, qui crudeliter Stanislaum Cracoviæ Episcopum trucidavit, regio diademate a Pontifice Romano privata est. Iterum tamen recuperatum est avitum jus, electo in Regem *Premislao* II, Duce majoris Poloniæ & Pomeraniæ, anno CIOCCXCV. Dividitur hæc regio in Poloniã *Majorem* & *Minorem*. *Major* est magis Septentrionalis, eamque mediam intersecat Varta fl. *Minor* est Australis eamque Vistula perrerat. In Majore Polonia Civitates principales istæ. *Posnania* ad *Vartam* & *Prosnam* fluvios, inter colles condita, muro duplici: ædes habet lateritias amplas & multas: suburbia vasta ad Vartæ ultriorem ripam, stagno ingenti paludibusque circumdata: nundinas etiam binas quotannis admodum celebres, & Episcopatus iedem. Habet sub se Opida ista, *Koscien* inter lutosas paludes VIII milliarium intervallo. *Miedzyrzecze*, cujus domus omnes ligneæ, estque finitima Silesiæ & Pomeraniæ: *Ostresow* in planicie inter Silvas sita; *Wschow*, *Sremck*, *Premęt*, & *Rogozno*. *Calisia* Civitas est muro circumdata, inter paludes, quam Prosna fl. præterlabitur. Arcem muratam hoc loco fuisse, ruinæ testantur. Sub hac sunt *Guesno*, *Pyzdry*, *Wartha*, *Naklo*, *Land*, *Konin*, *Slupęza* & *Kolo*, *Guesna* muro circumdata est, in planicie, inter lacus collesque. Hæc prima omnium Civitas a *Lecho* condita est: in hac Princeps Poloniæ *Beleslaus Chabri* ab Ottone III Romanorum Imp. Regium Diadema accepit, quo ad hoc usque tempus Reges Poloniæ utuntur. *Siradia* Civitas lignea muro septa est in planicie. Sub hac sunt *Vielunia*, *Sadeck*, *Petricovia*, *Rosprza*, & *Spicimiria*. *Petricovia* palustri loco sita, lutosa est. *Lancisia* Civitas est haud inamœna, muro fossaque clausa, in planicie. Sub ea sunt *Orlovia*, *Piatec*, *Bresinia*, *Kornazow*, *Buchow*, & alia nonnulla Opida. *Cuiavia* sive *Vladislavia* urbs ampla est, habet sub se *Bidgostiam* ad Budam fl. navigabilem, quo merces ex Polonia in Vistulam deferuntur. *Brestia* sub se habet *Radzieiow*, *Crusphiciam* & *Cowalow*. *Crusphicia* post Gnesnam omnium Polonicarnm urbium prima est, lignea, cum arce lateritia, ad Lacum *Goplo*, ex quo Lacu Mures olim prodierunt, qui *Pompilium* Principem Poloniæ in ea Arce justa numinis ira vindictam deposcête devorarunt.

Situs.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium majorum.

Urbes.

Budam

Rawa


POLONIA et SILESIA
Milliaria Germanica
New Marck
Pomerel la
MAZOVIA
POLONIA
SILESIA
Septentrio
Meridi es
Occidens
Orientis
Gilgenburg
Grandentz
Landeck
Kalis
Armswalde
Lippen
Berwalde
Landsperg
Dresen
Zandock
Golan
Notez flu
Chalzez
Warta flu
Posna
Gnezna
Kami
Cutno
Sobota
Gabin
Wladislaw
Ploczko
Zakrotzin
Tyshla flu
Sceps
Torn
Golb
Makow
Nouemiasko
Soqua
Lomisc
Krzemien
Ostrow
Driohicz
Kamieniec
Wargow
Lijm
Minsko
Warzowa
Liosie
Pzz
Lukow
Kozienick
Coizko
Pareza
Lublin
Curow
Lubbie
Creszim
Bessmice
Krassnik
Cmsnik
Sezehre
Lezanka
Resthow
Cressehow
Rzemien
Tarnow
Visnize
Cracouia
Wiecznn
Bierun
Ossiek
Vistula flu
Sandomirin
Schydlow
Pinzow
Xijaz
Conary
Slupia
M. S. cruets
Malogosez
Kielce
Radoschyce
Vachock
Radom
Suleiow
Oporczno
Pilcza flu
Barsa
Warka
Garwolin
Moulnieza
Tarezin
Frezow
Viazd
Vidana
Canisco
Sinadia
Warta
Vgeszt
Kalisch
Viturow
Colo
Sboua
Tessen
Bytom
Pszczina
Ratibor
oderburg
Hansdorff
Freiewalde
Neisse
Gloga
Opplen
Nackel
Toszt
Lublinetz
Brigk
Grotka
Mansterberg
Glotz
Jauer
Schweidnitz
Strigau
Sprottaw
Glogaw
Rauden
Prausnits
Bosez
Odelno
Stolo w
Bresla w
Brzeznicza
Oder
Kontzstad
Zwenitz
Landshut
Lignitz
Auras
Bunizel
Gorlitz
Sora
Sagan
Forstenberg
Croszen
Eurstenberg
Stronberg
Francfurt
Czilentzich
Miseritz
Sbunsyn
Piune
Moseh
Krobia
Fraustadt
Grunberg
Sowin
Kosmin
Schlichtingsberg
Posna
Snena

Urbes.

Rava Civitas lignea eſt ad flu. Ravam: habet ſub ſe Opida *Sochaczoviam*, *Goſtinin*, & *Garnhin*. *Ploczko* amœna Civitas in colle ad Viſtulam, ſedes eſt Epiſcopalis: ſub hac ſunt *Bielſko*, *Raczyayaz*, *Sieperoz*, *Srensko*, *Mlawa*, *Plonsko*, & *Radzanow*. *Dobrinia* in ſcopulo ad Viſtulam ſita eſt, in ea Arx fuit quam Crucigeri demoliti ſunt. Sub hac *Slonsk*, *Kipin* & *Gorzno*. In Polonia vero minore urbes principales hæ ſunt, *Cracovia*, *Sandomiria* & *Lublinum*. *Cracovia* in planicie ad Viſtulam exſtructa eſt (eam Petrus Appianus putat eſſe Ptol. *Carrodunum*) muro duplici, valloque firmiſsimo. Arcem habet in ſcopulo eminenti, quem *Vanel* dicunt. In hac urbe Regum Poloniæ ſedes eſt, & ſepultura. Gymnaſium quoque celebre ſtudiis Philoſophiæ & Artium. Carent autem Cracovienſes Advocato ſupremo, ſed Rex ipſe Præturam Cracovienſem obit. Caſtellanus quoq; Cracovienſis Palatino in Senatus conſeſſu prior digniorque eſt, cum in cæteris Regni Provinciis Palatinus Caſtellano præferatur. Cracoviæ tres Civitates contiguæ ſunt *Clepardia*, *Stradomia*, & *Caſimiria*. Habet ſub ſe Ducatus duos, *Zatocenſem & Oſuniocimenſem*. Opida ei ſubſunt hæc, *Biecz*, *Uvonincz*, *Sandecz*, *Lelow*, *Kzyaz*, & *Proſzovice*. *Sandomiria* Civitas Principalis illius diſtrictus, muro circumdata, in colle ad viſtulam ſita eſt, abeſt Cracovia XXII mill. Arcem habet antiqui operis & ut tunc bella erant, ſatis munitam. Sub ea ſunt *Checiny* in loco plano, fodinis Lazuri clara, in quibus etiam Argentum reperitur, *Korczin*, *Wiſlicia*, *Pilzno*, *Opoczno*, *Radomia*, *Polonieck*, *Zanmchoſt*, *Zarnow*, & *Malogoſt*. *Lublinum* Civitas præcipua illius diſtrictus, ultra Viſtulam eſt, muro, foſſa, ſtagnis, arce munita. In hac quotannis triplices ſunt nundinæ, ad quas conveniunt Turcæ, Armeni, Græci, Germani, Moſchovitæ, Lithuani, aliique. Arcem fl. adluit *Byſtrzna*. Sub ea ſunt *Vrzendow*, *Lulow*, *Parcow* & *Caſimiria*. Porro Poloniæ regio ſtagna habet permulta & Lacus, in quibus omne Piſcium genus. Nobiliſsimis etiam fluminibus rigatur, quorum primum eſt *Vandalus* ſive *Viſtula*, Germanis *De Wixel*. Sequuntur *Chronus*, nunc *Pregel*, *Nyennien*, *Ruhon*, *Viadrus*, *Varta*, *Tyras* nunc *Nyeſter*, *Hypanis*, hodie *Bugh*, *Boryſthenes* nunc *Nyeper*. Præter hæc minorum gentium multa. Montes fere nulli ſunt, præterquam qua in Meridiem vergit, ac ab Hungaria *Sarmaticis Carpathuſque* montibus quos *Tatri* Incolæ vocant, dirimitur. Silvis pene omnis regio obducitur, quæ Hercyniæ portiones ſunt. Sed de his hactenus. Status autem Politicus Regni Poloniæ II habet Membra. I Eccleſiaſtici in quibus ſunt Archiepiſcopi II, *Gneſnæ & Leopoli*. Epiſcopi *Cracoviæ*, *Ploczko*, *Chelmæ*, *Vladiſlaviæ*, *Pomeſaniæ*, *Varmiæ*, *Culmæ & Sambienſis*, *Poſnaniæ*, *Premiſliæ*, *Cavenez*, *Vilnæ*, *Mednicque*, *Luceoriæ*. In Livonia *Rigæ*, *Derptæ*, *Abſel*, *Revaliæ*. II Nobiles, in quibus ſunt Caſtellanus *Cracoviæ*: Palatini, *Cracoviæ*, *Poſnaniæ*, *Sandomiriæ*, *Kaliſchi*, *Siradiæ*, *Lanciſe*, *Brezeſte*, *Inowladiſlaviæ*, *Ruſſiæ*, *Podoliæ*, *Lublin*, *Belze*, *Plocenſe*, *Mazoviæ*, *Rava*. Item in Lithuania *Vilnæ*, *Trocini*, *Poletſco*, *Novogrod*, *Vitelliæ*. Item in Pruſsia, *Culmæ*, *Marienbourg*, *Pomeraniæ*. Caſtellani *Poſnaniæ*, *Sandomiriæ*, *Kaliſche*, *Voinice*, *Gneſnæ*, *Siradiæ*, *Lanciſe*, *Brizeſte*, *Inowladiſlaviæ*, *Leopoli*, *Camenecia*, *Lublin*, *Belze*, *Plocenſe*, *Geme*, *Ravenſe*, *Sandeciæ*, *Myedzeris*, *Viſlicie*, *Biece*, *Rogoſtiæ*, *Radom*, *Zawichoſt*, *Landenſe*, *Sreme*, *Zarnowe*, *Mologoſt*, *Vielune*, *Premiſliæ*, *Haine*, *Sanoe*, *Chelme*, *Dobrine*, *Polanecie*, *Premeteuſe*, *Criſwinenſe*, *Czecoviæ*, *Nakle*, *Roſpirie*, *Byechoviæ*, *Bydgoſtiæ*, *Brzezime*, *Guimicie*, *Oſvecimenſe*, *Camenetz*, *Spicimirie*, *Inowlodenſe*, *Revaliæ*, *Zavolc*,

VI

Zuhow
Lacus.
Flumina.

Montes.

Silvæ.
Ratio gubernandi.

" Kamieniec

+ Samogitia

Zavolec, *Sochazoniæ*, *Vasoviæ*, *Goſtine*, *Viſne*, *Racież*, *Sieprecenſe*, *Wiſogrod*, *Riprin*, *Zabrochżinenſe*, *Circhanoviæ*, *Lavenſe*. In Lithuania *Vilnæ*, *Trochi*; In Pruſſia *Culmæ*, *Elbingen*, *Pomeraniæ*. Capitanei, cujus officii permulti ſunt in toto Poloniæ Regno. Mareſcalli II, *Regni & Curiæ Regiæ*. Status Eccleſiaſticus conſtat his Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui dicti ſunt. Viri plerique Nobiliores, excellenti ingenio præditi ſunt, multiſque & longinquis peregrinationibus prudentiam ſibi & multarum linguarum peritiam compararunt: Impavidi ſunt, & cum hoſte etiam robuſtiſsimo pugnam non detrectant; læſi a Magnatibus, injuriam omni conſanguineorum, clientum, amicorum, & familiarium confœderata manu ultum eunt, neque ante ceſſant, quam vel vindicarint, vel occubuerint. Poſtremum non tam liberales ſunt quam profuſi: quod vitium augent frequentibus commeſſationibus, & immodicis largitionibus; tum etiam ingenti clientum ſervorumque quos alunt, veſtiunt, & ornant numero.

Sileſia.

ET hæc de Poloniæ Regno: reſtat paucis explicanda *Sileſia*. Nomen illi ab amne cognomini, ut tradit Conradus Celtes. Alii aliunde derivant. Terminatur a Septentrione & Ortu Polonia: a Meridie Moravia & Hercynia Silva, ab Occidente Luſatiæ & Bohemiæ parte. Longitudo eſt CC mill. paſſ. Latitudo LXXX. Aer quamvis paulo frigidior, utcunque tamen mitis & clemens. Ager quod crebris torrentibus ac rivulis irrigetur, fertilis admodum eſt, ac res naſcentes ex terra, magna ubertate in pleriſque locis fundit, & alicubi venas Auri, Argenti, Plumbi, & Ferri gignit: res etiam ad veſtitum non modo ſuarum, ſed multarum etiam gentium conficiendum largiſsime ſuppeditat. Vrbes hic cultæ & legibus artiumque humanarum ſtudiis exornatæ. Metropolis ejus eſt *Vratiſlavia*, *Budorchis* ut quidam volunt Ptol. vulgo *Breſlaw*. Dugloſſus ſcribit, eam exſtructam a Miëſlao Duce Poloniæ, paullo ante annum Chriſti milleſimum. Inde poſt annos XL ornatam eſſe Epiſcopatu a Caſimiro Rege Poloniæ: his incrementis tantum aucta eſt, ut ejus Civitatis Antiſtites *Aurei Episcopi* ob divitias & rerum omnium copiam dicerentur. Anno CIↃCCCXLI tota in favillas abiit. Sed ſub Carolo III Imperatore ex lateritia facta eſt aurea. Memorabile eſt quod de Turri templi S. Elizabethæ teſtatur ſequens inſcriptio. MIRABILIS IN ALTIS DOMINVS.‡ Situs loci, ædificiorum ſplendor, turrium, templorum, pontium ſtructura, platearum diſpoſitio, urbem vehementer commendant. *Niſſa* Epiſcopalis eſt Civitas. Sunt præterea in hoc tractu Duc. XV, *Lignicenſis*, *Bregenſis*, *Teſchinenſis*, *Monſterbergenſis*. *Olſvicenſis*, & *Becuſtadienſis*; tres veteres familiæ, videlicet *Lignicenſis*, *Teſchinenſis*, & *Monſterbergenſis*. *Olſvicenſis*, & *Becuſtadienſis*; tres veteres familiæ, videlicet *Lignicenſis*, *Teſchinenſis*, & *Monſterbergenſis* adhuc obtinent. *Tropavienſis*, *Opolienſis*, *Niſſenſis*, *Vratiſlavienſis*, ſive *Breſlaw*, *Swidnicenſis*, *Hurenſis*, *Glagovienſis*, *Ratibonnenſis*, & *Sagonenſis*: Sed hos poſtremos Reges Bohemiæ, extinctis veteribus dominis adepti ſunt. Baronum III Familiæ, videlicet a *Trachenberg*, *Uertenberg*, & *Pleſſenſis*. Supremum Regis Tribunal in Sileſia eſt Vratiſlaviæ, ubi & ſedes eſt Epiſcopalis, quemadmodum & Niſſæ. *Viadrus* per hanc regionem labitur, in quem undique plures amnes & rivi confluunt, *Elsa*, *Ola*, *Bobrus*, *Baruſius* & alii.

Regio & unde dicta.
Situs.
Cæli temperies.
Soli fertilitas.
Urbes.
Flumina.

‡ Memorabile hoc non deſcribam

‡ Collapſa eſt turris Silvæ madefactæ cruore
Pyramide hac noſtra nemo cadente perit
Nam cruce Domini exceptam, cui gloria ſoli,
Angelicus meſtum deplorare manus.
Accidit vnica iſta turris anno 1529 Feſto S. Matthæi:
præter ſolem vnam nemo læſus.

Regio & unde dicta.

HUNGARIA, vulgo *Hongeren* (quam nomen ab Hunnis vel Hungaris populis ex Scythia profectis, qui eam incolunt, habere constat) Pannonias & trans Danubium Iazygum & Dacorum Regionem fere omnem occupat.

Situs.

Ad Meridiem est Savus Amnis, quo a Croatia & Servia disjungitur, quæ sunt in parte Illyrici Adriatico pelago obversa. A Septentrione sunt Polonia & Russia, Carpato monte discluſa. Ad Occidentem Solem Austria, Superioris quondam Pannoniæ Caput, cum Moravia & Stiria: ab Oriente Mysia quam Rhetianam nunc appellant.

Cœli temperies. Soli fertilitas.

Regio omnibus Cœli benignitate & clementia, ac loci amœnitate, Situsque pulchritudine, suo jure ante ferenda. Ager rerum omnium copia ac fertilitate felix. Gemmas, Aurum. Argentum, Colores, Sal fodientibus abunde largitur. Pabuli, Frumenti, Leguminum ac Fructuum nusquam abundantia major. Vinum gignit generosissimum tractus Danubianus, a Quinque-Ecclesiensi Agro Taurunum seu Belgradum usque. Olea tamen rara aut nulla est: ea dempta omnibus propemodum Naturæ dotibus hoc Regnum ornatum videtur,

Animalium varietas.

Animalia producit varia, quorum tanta hic copia, inprimis Ovium, Boum, ut in exteras Regiones tot & tanta armenta mittat, ut pene incredibile videatur, præsertim in Italiam & Germaniam. Feris quoque mirifice abundat, Leporibus, Damis, Capreolis, Cervis, Apris, Lupis, Vrsis, & hujusmodi; Avibus item, præsertim Turdis, Perdicibus, & Phasianis. Coluerunt Regionem hanc primum *Pæones*, sive *Pannones*: postea *Gothi*, qui ab *Hunnis* expulsi sunt: *Hunni* a *Longobardis*, qui etiam totos XLII annos hic consedere. Successerunt iterum *Hunni* Duce *Attila*; quo obito, Carolus Magnus eam sui juris fecit. Anno autem CCIO sub *Arnulpho Imperatore* è Scythia profecti *Hungari* loca ista occupaverunt Paganismum colentes ad usque *Regis Stephani* quem *Sanctum* vocant, inaugurationem. Ab eo deinceps ad nostra tempora Hungaria Christianam Religionem professa est. Continet autem Hungaria totam *Iazygum Metanastarum* regionẽ, quam Ptolemæus Danubio, Tibisco & Montibus Sarmaticis circumscribit. Horũ reliquias adhuc exstare constat, & vulgo contracta voce *Iaz* vocari. Incolunt vero sedes a Plinio descriptas & linguæ idioma habent Hungarico dissimilimum.

Imperium majorum.

Regum Hungariæ primus fuit post constitutam religionem Christianam *Stephanus* cognomento *Sanctus*, sequuti sunt *Petrus* ejus Nepos, *Andreas* Consanguineus, *Bela*, *Salomon*, *Geysa*, *Ladislaus*, *Almus*, *Stephanus* II, *Bela cæcus*, *Geysa* II, *Stephanus* III, *Bela* III, *Emericus*, *Ladislaus* II, alique longo ordine, ad usque Rudolphi II Regis & Germanorum Cæsaris tempora, qui jam tricesimum secundum annum illi regno præest. Rex vero Hungariæ Regnũ suum administrat II Magistratuum auxilio, qui sunt: Sublimior qui in tres Magistratus dividitur quorum I Gubernans Regnũ Regis nomine in quo suut, *Palatinus Regni*, qui proximus a Rege est, & Regis ipsius, sicubi accusatus, Iudex ordinatius existit, quem Regnicolæ communi voto eligunt, nec hæreditarium est officium. *Judex Curiæ*, qui est unus ex Iudicibus Regni ordinarius.

Cancellarius


39
40
41
42
Septen. 43
44
45
46
49
48
47
46
Occidens
Orions
Meridies
Russia pars
Austria Pars
Mor. Pars
Hungaria Pars
Transil.
Vlachia Pars
Campus
Caimanus
Marons Campus
Zolnoc
Bathien
Bihoriensis
Mill. Germanica
1 2 3 4 5 6 7 8
HUN
GARIA
Danubius flu.
Tibiscus flu.
Marosius flu.
Themes flu.
Drauus fl.
Sauus fl.
Crasso fl.
Vrsomlo
Karansebes
Temeswar
Lippa
Arad
Valko
Ratzen
Barca
Posega
Posteg
Sisaken
Sabacz
Belgrad
Zagrabia
Varasdin
Cremnitz
Neusol
Schemnitz
Altsoll
Wolffspruck
Presburg
Mosaneck
Schintz Nim
Nitria
Tyrna
Posonium
Tyrnau
Hainburg
Vienna
Pruck
Sopronium
Sopron
Rab
Raab
Comorra
Iaurinum
Gran
Strigonium
Albaregalis
Stulweissenburg
Alba Iulia
Lugos
Temeswar
Caransebes
Lippa
Arad
Zolnoc
Debrecin
Varadinum
Grosswardein
Kaschau
Eperies
Leutschau
Bartfeld
Tokay
Agria
Hatwan
Gewmarien
Comarno
Raab
Komara
Barsien
Leuta
Trentschin
Trentschin
Trauentschin
Sclavonia
Croatia
Dalmatia
Bosna
Fayca
Tessin
Sabacz
Nouigrad
Zagrabiensis com.
Sopronitzer
Posteg
Valkowar
Peterwarden
Kelpen
Salankemen
Griechisch Weissenburg
Galambacz
Taubenbacz
Semlyn
Titul
Illyria
Sclauonia
Sirmien
Syrmia
Ilok
Vukovar
Vuco
Nagymihal
Sirmien
Sclauonia
Sirmien
Vuco
Vukovar
Ilok
Syrmia

Cancellarius perpetuus, qui est Metropolitanus Strigoniēsis, qui & *Primas Regni*, & *Summus Secretarius* nominatur, ac prærogativam habet electum Regem inungendi, & Sigillo majore privilegia munit. Arbitrio Regis assumptus, qui cetetas literas minores & potissimum mandata regia, & in causarum distinctione datas munit, decretisque Regis subscribit. *Magister Curiæ*, Regis Comitatum sequi cogitur, & ejusdem intimus Consiliarius habetur. *Tavernicorum Regalium Magister*, Auri fodinarum Salinarumq; & breviter earum Civitatū, Pagorumq; ac castrorum causas distinguit, quæcunque ad fiscum regium pertinent. III Iudicia tractans, in quo Officiarii, tres majoris authoritatis, *Vice-palatinus Regni*, *Iudex personalis præsentiæ*, qui & Regiæ Majestatis in judiis locum tenet, & Iudicibus præest: *Vice Iudex Curiæ*: Minores, qui ministeria magis judiciorum quam Magistratuum exercent: *Protonotarij* duo Iudicis personalis præsentiæ. *Protonotarius* Vice-palatini, *protenotarius* Vice-Iudicis Curiæ. Hi omnes Magistri appellanter, habentque in laboris consortium adjunctos hos sequentes: *Secretarium Archiepiscopi Strigoniensis*, qui *Fiscalis* dicitur Duodecim Assessores, Notarios aliquot juratos. III Ministrans Regi, *Thesaurarius* Regis, *Magistri Cubicolorum Regalium*, *Agazonum*, *Dapiferorum*, *Pincernarum*, *Iamitorum*, & alia minora officia. Atque hi Sublimiores. Minor qui est in singulis locis juridicis. Porro quia regnum amplissimum est, constituta sunt per Provincias judicia particularia, quos Comitatus Hungari dicunt, Suntque hi supra Danubium ad Occidentem Tibisci flu. *Pesonienſis*, *Nitrienſis*, *Cepusienſis*, *Gewinarienſis*, *Posthienſis*, *Semlinienſis*, *Comarienſis*, *Liptonienſis Novigradienſis*, *Abavivarienſis*, *Bathienſis*, *Unghenſis*, *Trauchimenſis*, *Barſienſis*, *Hontenſis*, *Borſodienſis*, *Bodroghtenſis*, *Peregrienſis*, *Turoczenſis*, *Omuzolis*, *Tornēſis*, *Heweſienſis*, *Zolnocenſis*, *Moramaruſienſis*. Supra Danubium ad Orientem Tibisci, *Ugoghienſis*, *Bihorienſis*, *Zatmarienſis*, *Orodienſis*, *Zabolcienſis*, *Chonadienſis*, *Temeſienſis*. Inter Danubium & Dravum flu. *Muſunenſis*, *Zaladienſis*, *Tolnenſis*, *Rhab* sive *Iaurienſis*, *Veſprinienſis*, *Strigonienſis*, *Sopronienſis*, *Albenſis*, *Sinigienſis*, *Caſtriferrenſis*, *Peliſienſis* *Waranienſis*. Inter Dravum & Savum flu. *Valkonenſis*, *Rifienſis*, *Syrmienſis*, *Waraſdienſis*, *Poſegienſis*, *Zagrabienſis*. Administratio Ecclesiastica penes duos est Archiepiscopos, qui Sunt *Gran* vel *Strigonienſis*, legatus Apostolicus & primas Regni. Habet sub se *Agrienſem*, *Vacienſem*, *Nitrienſem*, *Quinque ecclesienſem*, *Veſprinienſem*, qui Cancellarius est Reginæ quam etiam coronat, & *Iaurienſem* vulgo *Rab*, Episcopos: *Colocenſis* sive *Colotz*, sub quo sunt *Sagabrienſis*, *Tranſilvanienſis*, *Voceadrenſis*, *Sumienſis*, *Viſemburgenſis*, *Cenadenſis*, sive *Chonad*, *Boſnenſis*. Dividitur vero Hungaria universa in Citeriorem & Vlteriorem. Citerior Hungaria omnem illum tractum complectitur qui citra Danubium est: ulterior illum, qui ultra Danubium, quam quidem mediam Tibiscus secat. Metropolis & Regni caput *Buda*, sic denominata, uti plerique existimant, a *Buda* conditore Fratre Artilæ Regis, vel ut alii scribunt, a Budinis Scythiæ populis, quorum Herodotus meminit. Appiano, Irenico & Althamero *Curta* Ptol. Aliis *Aquincum* Ptol. & Antonini, cui *Legio* II *adjutrix* est. Hujus si Vrbis situm inspicias, ex parte montosa, & validis est propugnaculis firma, ut nec quicquam munitius, nec amœnius in tota ferme Hungaria juveniri possit. Publicis privatisque ædificiis ornatissimis præ-

cæteris in ea Regione urbibus, clarissima, Agrum habet variorum fructuum ubertate luxuriantem. Anno CIↃIↃXXVI die XX Augusti a Turcarum Imperatore Solimanno Christianis erepta est, Reliquæ sunt *Bosonium* vulgo *Prezburgh*, urbs nobilissima. Hic Leyta fl. Ponnoniam Superiorem ab Inferiore dividens, cum Istro miscetur. Vrbs vetus & elegans, quæ ut situ, ita Aere quo fruitur læto & amœno salubrique, multas Pannoniæ urbes longe antecellit. Montes habet Vineis amœnissimis consitos, qui & magnam lignorum copiam præbent. Ad suburbium in præcelso Montis vertice Arcem validam habet. *Belgradum* ad Confluentes Savi & Danubii, vulgo etiam dicitur *Alba Græca*, antiquioribus *Taurunum*, Germanis *Griechs Weissenburg*: captum est a Turca Solimanno, anno CIↃICXX, quum antea Christiani Orbis adversus immanem hostem præsidium aliquam diu fuisset; nunc hæc Turcatum Imperatoris sedes est. Vlterius secundo Danubio descendentibus occurrit *Singidunum*, captum a Turca anno CCCC XXXIX. Medio inter duas istas urbes spacio, campus est nobili *Hunniadæ* victoria adversus Mahometum Turcarum Imperatorem celebratus: Campum vocant *Maxons*. Prælium commissum est anno CIↃCCCCLVI. Adverso flumine adscendentem multa loca excipiunt funestis Christianorum cladibus tristia. *Valpo* urbs capta anno CIↃ IↃXLIII. *Quinque Ecclesiæ* ad Dravū anno CIↃ IↃXLIII. *Zigetha* anno CIↃIↃLXVI. *Buda* de qua supra. *Strigonium* ad Danubium, vulgo *Gran* dicitur, Archiepiscopalis quondam sedes, & jam in manibus Turcarum. *Alba Regalis*, *Stulweyssenburg* Regum corona & sepultura celebris, capta est Anno CIↃ IↃXLIII. ~~In eodem pene tractu est *Stridon* B.~~ Hieronymi patria. Est & *Komora* urbs munitissima in Insula ejusdem nominis, frustra aliquoties a Turcis petita. *Jaurinum*, vulgo *Raab* ad Danubium sita, fere inexpugnabilis. Reliqua Opida silentio prætereo. Sunt & in Hungaria Lacus celebres ac nobiles, quorum præcipuus est *Balaton*, qui Germanis *Platze* dicitur, XL Milliaria Italica secundum latitudinem habens & Hungarica VIII. Flumina sunt nobilissima *Danubius*, *Savus*, *Dravus*, & *Tibiscus*: Horum tres priores communes sunt nonnullis aliis regionibus, sed *Tibiscum* totum, sola Hungaria sibi vendicat. Hic quidem in Maramusia sub altissimis Carpati jugis nascitur, omnesque Hungariæ fluvios, proventu Piscium superat; omnibus enim temporibus iis mirifice abundat, inprimis Sturionibus, Luciis, quorum hepar sesqui-ulnam longitudine interdum superat: Cypriis & Siluribus. Alii etiam Amnes præter hos sunt, qui optimorum Piscium copia adfluunt, nimirum Fundulis, Trutis, Salmonibus, Percis, Murenis, Barbis & aliis pluribus, qui Amnes plerique feraces Auri sunt. Montes & Silvæ precipæ, ultra Danubium ab Austria & Moravia incipiendo recentur a Lazio, *Tarchzal* Græcis *Carpatus* quondam a fructu Minerarum appellatus, propagatur per Comitatus, Turocensem, Arnensem, Liproviensem, Cappusiensem, Gewinerisnsem ac Sariensem, cujus nomina Germanorum locorum Incolæ aliis atque aliis nominibus indigetant, *den Vatter*, *den Munch*, *den Wurtganten*, *den Schneperg*. Secundus est *Matran*, Vinetis prope Agriam consitus. Tertius omnium amplissimus *Erdel*. Sunt & multi alii, quos brevitatis studio hoc loco omittimus, hisce Germaniam concludentes.

in Dalmatia est S. Hieronymi patria. Aliud enim est Stridon a Strigonia.

Flumina.

Montes.

Silvæ.

ITALIA,
In qua hæ continentur Regiones.

Lombardia.
Venetia Ducatus.
Liguria, Genuæ Duc.
Friuli Duc.
Istria.
Romandiola Comitatus.
Thuscia Ducatus.
Spoletanus Ducatus.
Anconitana Marchia.
Latium, nunc Campagna di Roma.
Abruzzo, Aprutium, Samnites.
Terra di Lavaro, Campagna felice, Principatus.
Apulia Daunia plana, Regnum.
Lucania, Basilicata, Principatus.
Terra di Barri, Apulia Peucetia.
Terra di Otranto, Regnum.
Calabria Superior Regnum.
Magna Græcia.
Brutij, Calabria Inferior,

Regnum Neapolitanum magnam harum regionum partem complectitur.

Quia pauciſsimi Comitatus & Dominia mihi per Italiam & Græciam innotuerunt, & eorum pleraque nomina ac loca in Tabulis aſsignari nequeunt ob Tabularum quæ exſtant imperfectionem, ideo paucis exceptis hoc labore ſuperſedebo. Quiliber ſtudioſus quoſcunque invenerit annotare facile poterit. Pulcherrima eſſet in Politicis ſpeculatio, ſi omnium Regnorum nobilitas, & officia ſingulorum, locaque Dominiorum nota eſſent. Quiſque in ſua hoc præſtans patria laudem merebitur.

ITALIA.

Regio.

SIc ſe habet, & univerſim & ſpeciatim Germania: jamnunc, ea qua potui fide perluſtrata, *Italiam* ingredior: Italiam, Regionem Diis ſacram, inquit Plin. lib 111 Natur. Hiſtor. cap. xx: totius Europæ beatiſsimam, optimamque, omnium prope Terrarum Alumnam, Rerum Dominam, Principem Gentium, Mundi Reginam. Varias habuit olim appellationes. Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 1 Romanarum Antiquit. Regionem hanc nobiliſsimam Indigenas vocaſſe ſcribit *Saturniam*: Græcos vero *Heſperiam*, *Auſoniam*, *Oenotriam*: Herculis denique tempore dici cœpiſſe *Italiam*. *Saturnia* dicta fuit a Saturno Rege. Verum hæc appellatio non ad totam Italiam: ſed tantum ad ejus partem, quæ & *Latium*, pertinuiſſe videtur. *Heſperia*, vel ab Heſpero Atlantem Fratrem fugiente, ut vult Hyginus: vel ut Macrobio placet, ab Heſpero ſtella quæ Latinis eſt Veſperugo: quod ad Occaſum ſpectet: *Auſonia* ab Auſone. *Oenotriam* dixere, a Vini bonitate, aut ab *Oenotro* Sabinorum Rege. *Italiæ* nomen acceptum ab *Italo*, quem Oenotriæ Regem facit Ariſtoteles. Feſtus vero lib. 1x *Italiam dictam, quod magnos Italos, hoc eſt Boves habeat*, ait, *vitulos enim Italos eſſe dictos*. Timæus fabulatur appellari, ab *Italo Bove*, uno ex armento Geryonis, qui abactus ab Hercule Siculi Freti anguſtias tranaverat, Tyrrhena lingua *Italum Taurum* dicente. *Vitalia* quoque quondam dicta, fi fides Hellanico, apud eundem Dionyſium Halic. lib. Antiq. Rom. Alias veteres Italiæ appellationes, quod non

Nomina.

Aquibus & cur indita.


ITALIA
SLAVONIA
Croatia
Bossena
GOLFO DI VENETIA
Mare Ligu sticum
MARE THYRRENUM
SARDO
Mare Ionio
Milliaria Italica
Septent.
Meridies
Occidens
Orientis

non tam toti, quam Partibus conveniant, omittimus, *Peninsulam* faciunt *Italiam* Strabo & ptol. quam Natura Mari Supero, Infero Ionio munivit lateribus tribus: quarto autem vallavit Alpibus. Nam Occasum Caurumque versus abfusæ sunt Italiæ Alpes, quæ suis apud veteres cognominibus destinctæ fuerunt, Maritimæ, Cottiæ, Græiæ Rheticæque ad Arsiam usque fl. Septentrionem respiciens Pœnas habet Iuliasque: succedente mox, qua Aquilo est, Mari Hadriatico, ab intimo recessu usque ad Sinum Ionium, qui ad Orientem Vulturnumque illi obversus: Qua denique longe lateque spectat Austrum, Africum Zephyrumque ab Mari pulsatur Mediteraneo, quod ad eas oras Tyrrhenum audit & Ligusticum: faciente etiam partem Australem Hadriatico, qua Toti connectuntur Partes, Forum Iulii & Histria. Longitudo est ab Augusta Prætoria ad Brutium usque Promontorium vel Leucopetram IↃCCLV plus minus milliariorum: Latitudo maxima CCCCLXXV, media, CXXX: minima, LXXII. Circuitus Italiæ secundum Castaldum CIↃCIↃIↃ. Qui exactius sunt metiti, signant CIↃCIↃCCL: qui exactissime, non multo minus CIↃCIↃCCCLX. Italam Eustathius Hederæ: Quercus adsimulant folio Plinius, Solinus & alii, ut proceritate multo sit amplior, quam latitudine: in Lævum se flectens cacumine, & Amazonicæ figura desinens Parmæ. Recentiores convenientissime Humano Cruri comparant: cujus Tibia vel Anticnemion Mari objacet Infero: Sura, Supero: Pes universim Ionio abluitur Pelago: Calcaneus Epirum spectat: Vola vel concavitas Sinum facit Tarentinum: Carnosiores Partes Promontoria statuunt Zephyrium, Carcinum & Bruttium: digiti in Siciliam sunt conversi: Genu in Promontorio est Populonio: Coxendix & Femoris Superiora late contingunt Alpes. De nominibus & quantitate dixi: succedit explicanda Qualitas, cujus causa potior solet esse Situs Cœlestis. Hujus si quis hodie diligentissimam ineat rationem: secundum Longitudinem Occidentalissimum Meridianum deprehendet incidere in gradum XXIX: Orientalissimum in XLIII: secundum Latitudinem complecti gradus VIII: Australissimum enim Parallelum distare ab Æquatore grad. XXXVIII, & Borealissimum XLVI, sicque occupare discet Italiam Quintum & Sextum Climata, omnesque Parallelos, qui sunt inter XI & XVI, in quo Terræ tractu contingit varietas Diei Artificialis unius horæ. Major enim Dies Æstatis in Parallelo Australi Horarum est XIV, cum tribus quintis: in Boreali vero Horarum XV cum quintis totidem. Cæsti autem Situ sic se habente, accedentibus etiam Appenninis Montibus, qui per mediam Italiæ porrecti longitudinem, ab utroque latere, præcipue quo Meridianos excipit calores, Campos Collesque relinquunt frugiferos: non magnopere mirandum est, tam moderatam omnium anni Partium in Italia esse tempestatem, tantamque rerum omnium fertilitatem: quæ tamen aliis, quam aliis locis major. Ager valde est temperatus, benignus, copiosus, ad Segetes aliaque omnia proferenda supra modum adcommodus, magnique suis cultoribus quæstus, sumtus autem exigui. *Rossellanus Ager* in Vmbria juxta Lacum Velinum tantæ fertilitatis fuisse scribitur, ut auctore Varrone, Cæsar Vopiscus, quum causam apud Censores ageret, *Campos Roseæ* dixerit *Italiæ Sumen* esse, in quibus Perticas pridie relictas Gramen, una nocte operiret. *Ad victum optima*

Cœli temperies.

Solifertilitas.

optima fert, inquit Varro Italiæ dotes persequens : *Ager Campanus*, *Frumentum*: *Falernus*, *Vinum* : *Cassinas*, *Oleum*: *Tusculanus*, *Ficum*: *Mel*, *Tarentinus*, *Piscem*, *Tiberis*. Italiam porro peculiarem omnium Arborum Parentem videri posse, testatur Plin. Vulgatas non commemorabo. Earum quæ vulgo *Aurantiæ*, *Citriæ* vel *Medicæ*, *Cydoniæ*, aliæ que id genus, incredibilis hic copia. Tota ora, ut ea nobis sit exemplo, quæ in Liguria ad D. Remi, atqueetiam ulterius, ad Genuam pertinet, tot tamque nobilibus arboribus, itemque Palmis summæ proceritatis, unde fructus admodum generosi odoriferique percipiuntur, ornata est, ut cum adspectu, tum odoratu sit perjucunda : Hortis passim occurrentibus, ad recreandas tristes adflictasque hominum mentes, amœnissimis. Idem de mille aliis dici potest locis. Vivere in Italia *Piperis* arborem docet idem Plinius. Oleis maxime scatet Terra Hydruntina, in qua tanta copia, ut cui *Olearum* his in locis ingentia Nemora non sunt visa, incredibile plane videri possit. Ager Barianus in Apulia Peucetia *Oleum*, *Vinum*, *Frumentum*, *Amygdalam*, *Gossypium* alioque fructus ubertate quadam & abundantia fundit incredibili. Vnus Vallis Oneliæ ager in Liguria tanto gaudet Olei proventu, ut quandoque duodeviginti, nonnunquam vicena millia reddat Vrnarum, quas Incolæ *Barilas* vocant. Nec *Manna* negavit Italiæ Natura. Prope Altomontium in Brutiis Manna colligitur, noctu rorans : præcipue quum imbres diurnos liquidum purumque Cœlum noctis excipit. Legitur ex frondibus & arborum quarundam truncis. Eodem beata munere Magna Græcia, quo loco Thuriorum nobis visuntur vestigia. *Vitium* Principatum in tantum proprium & peculiarem Italiæ notat idem Plin. *ut vel hoc uno omnia gentium vicisse, quamquam odorifera, possit videri bona: quamquam ubique pubescentium odori nulla suavitas præfertur.* Testantur generosissima, quæ passim nascuntur, *Vina*, ab antiquis Scriptoribus decantata. *Italiæ Vina* ad quatuor classes idem refert Plin. Omnibus aliis præfert *Setinum*, ab *Setia* Latii Opido dictum. Secundum locum tribuit *Falerno*. Ad Tertiam veniunt apud eundem palmam *Vina Albana*, *Surrentina*, *Massica*, *Statana*, *Calena*, *Fundana*, *Velitertina*, *Privernatia*, *Signina*. Quartum obtinent, eodem teste, curriculum, *Prætutia*, atque *Ancone nascentia*, *& quæ a Palma una forte enata Palmesia* appellantur. Sed de his alii : ego ad reliquas Italiæ dotes pergo : stricim eas indicaturus. *Herbarum* omnis generis est fertilissima. Quid vero de *Metallis*, *Lapidibus*, aliisque Muneribus dicam? *Metallorum omnium fertilitate* ait Plin. *nullis cedit Terris*. In Foro Iulio Hydra fl. est, & haud procul inde *Argenti-vivi fodina*. Magna *Aluminis* copia ante aliquot annos reperta est apud Etruscos in Territorio Massæ. In Campania Felice Cuniculi sunt, ex quibus ecfoditur *Sulphur*. Ab Volaterris amnem Cæcinam versus, millia III, Colles aliquot visuntur, ubi Officinæ *Salariæ*. Apud Brutios etiam *Salis fodinæ* sunt, in intima Montis viscera excavatæ, unde *Salem* ecfodiunt. Taceo *Latomias*, ubi *Lapides* varii cæduntur. Taceo *Marmora*, *Alabastriten*, *Chrystallum*, *Lapides pretiosos* varios. Taceo *Coccum*, *Lazurium*, *Vitriolum*, aliaque subterranea. Ac ne recensendis variorum generum *Animalibus* tempus teram, magnam *Boum* (qui vetere lingua Græca *Itali* dicebantur) copiam in Italia fuisse, *Bucetaque* in ea Terra gigni pascique solita compluria, docent apud Agellium lib. XI

Animalium varietas.

Noct. Atticar. cap. 1; Timæus in Historiis, & M. Terentius Varro in Antiquit. *Lucana Armenta* maxima & validissima olim ibidem fuisse, tastatur Lucillius:

Quem neque Lucanis oriundi montibus, Tauri Ducere protelo validis cervicibus possent.

Nutrit Italia præter alias Aves, Aquilas, Vultureſque, carnivoras & rapaces volucres, historiis Romanorum Veterum etiam nobilitatas. Infinita hic, ne prolixior sim, præteriens, ad Imperium Majorum venio. Gubernationis & Imperii, sub quo vetustissimi fuerunt *Italiæ Terræ* habitatores, non magna sunt apud antiquos Scriptores Documenta, neque Notæ admodum indubitatæ. Multa quidem eaque speciosa Annius Viterbiensis comminiscitur, de *Comero*, primo in Regionem hanc advena, de *Chamo*, *Jano*, *Sabatio*, *Saga*, *Crano*, *Auruno*, *Malore Tage*, *Osiride*, *Hercule*, *Tusco*, *Alteo*, *Ritim*, *Italo*, *Morgete*, *Roma*, *Romanesso*, *Jasio* & aliis: Sed horum apud probatos Historicos nullum est vestigium. Variorum autem, cum Græcorum, tum Latinorum, præcipue Dionysii Halicarnassei, Pompei Trogi, Solim Polyhistoris, & aliorum Monimentis diligenter perlustratis, discimus multis ante Conditam Vrbem Ætatibus, varia in Italia populorum, cum primis Siculorum, Aboriginum, Ligurum, Vmbrorum, Etruscorum viguisse Imperia: quæ cum ævo senescente vel in Romanorum ditionem, vel ad nihilum redacta, certis gradibus.

Initio *Roma* gubernata est a Regibus annos CCXLIV, teste Dionysio & Livio, quos in Romana historia sequi rectissimum est. Apud ipsos etiam rerum gestarum series legenda est, & considerandum, crevisse potentiam foris militari labore & disciplina: domi vero modestia & justitia gubernationis, & ordinum ac onerum distinctione. Postea propter tyrannidem & libidines pulsam esse familiam Regiam, sicut sæpissime caussæ mutationum in Imperiis libidines fuerunt. Regum nomina hæc sunt, *Romulus*, qui regnavit annos XXXVIII: *Numa*, qui XLIII: *Tullus Hostilius*, qui XXXII, *Ancus Martius*, qui annos XXIV, *Tarquinius Priscus*, qui XXXVII, *Servius Tullius*, qui XLIV; *Tarquinius Superbus*, qui XXV. Hic expulsus est Regno propter Filii scelus, qui Lucretiam per vim compresserat. Pulsis autem Regibus partaque libertate annua Imperia facta, ac bini Consules creati sunt. Horum primus L. *Junius Brutus*, cui suffectus est *Sp. Lucretius Tricipitinus*, atque huic *M. Horatius Pulvilpus* Manssit autem Italia in *Consulum*, libera Republica: inque *Principum Romanorum*, eadem oppressa, potestate, usque ad *Imp. Cæsarem Fl. Momyllum Augustulum*: quem quum abdicare jussisset *Odoacer Herulus* Gothorum Rex, nobilissimam Regionem in suam redegit potestatem, cæsusque *Theodorico*, ipsiusque Successoribus possidendam reliquit. Fastos *Consulum Romanorum*, *& Imperatorum*, adponere non est necesse, quum in omnium manibus sint. Qua autem fuerit forma primæ gubernationis Regiæ, quæ incrementa, quæ Legum & Magistratuum mutationes, quanta fuerit Romanorum virtus, quæ bella, quam varii motus domestici, donec Roma Monarchiam Orbis Terrarum adepta est: ac deinde quomodo luxu, bellis Civilibus, & fatali Orbis mutatione rursus amiserit & virtutem & Imperium, ex integris historiis cognoscendum

scendum est. Ad reliqua pergo. Vrbes habet *Italia* egregias, florentes, opulentas: Opida clara, famosa, Civibus aucta: Pagos magnos, Aedificiisque Nobilium & Prætoriis superbientes. Sed non abs re fuerit audire de celeberrimis Italiæ urbibus judicium Thomæ Edwardi Angli. *Urbes.*

Sancta est Sanctorum pretioso sanguine ROMA.
Cingitur Urbs VENETVM *pelago ditissima nummis.*
Inclyta PARTHENOPE *gignit Comitesque Ducesque.*
Est MEDIOLANVM *jucundum, nobile, magnum.*
Excellit studii fœcunda BONONIA *cunctis.*
Splendida solertes nutrit FLORENTIA *cives.*
GENVA *habet Portum merces que domosque superbas.*
Exhaurit loculos FERRARIA *Ferrea plenos,*
VERONA *humanæ dat singula commoda vitæ.*
Extollit PADVAM *Juris studium & Medicinæ.*
Illustrat patriæ SENAS *facundia linguæ.*
Maxima pars hominum clamat miseram esse CREMONAM.
MANTVA *gaudet aquis ortu decorata* MARONIS.
Vina VTINI *varias generosa vehuntur ad Urbes.*
BRIXIA *dives opum parce succurrit egenis.*
Italicos versus præfert PAPIA *Latinis.*
Libera LVCA *tremit ducibus vicina duobus.*
Flent PISÆ *amissum dum contemplantur honorem.*
Commendant PARMAM *Lac, Caseus atque Butyrum.*
Non caret Hospitiis perpulcra PLACENTIA *caris.*
TAVRINVM *exornant virtus, Pietasque fidesque.*
Militibus validis studiosa PERVSIA *claret.*
VERCELLÆ *lucro non delectantur iniquo.*
Mordicus Urbs MVTINÆ *ranas tenet esse salubres.*
Contemnunt omnes ANCONÆ *mœnia Turcas.*

Lutibus imponit finem MACERATA *supremum.*
EMPORIA *in portis consistit gloria clausis.*
Urbs LIVII *celebris nimis est proclivis ad arma.*
BERGOMVM *ab inculta dictum est ignobile lingua.*
Omnibus exponit gladios ARETIVM *acutos.*
VITERBI *conventus opem fert sanctus egenis.*
Civibus humanis decorata est ASTA *fidelis.*
Fructibus, Anseribus, pomario ARIMINVM *abundat.*
FANVM *formosas mulieres fertur habere.*
Odit mundanas Syncera NOVARIA *fraudes.*
Clara per antiquæ defecit fama RAVENNÆ.
ANGLIA *habet paucos Comites:* VINCENTIA *multos.*
Omnes commendant ficus grossosque PISAVRI.
Castaneis, Oleo, Tritico PISTORIVM *abundat.*
Rustica frugales nutrit DERTONA *colonos.*
Postponit REGIVM *cornuta Animalia Porcis.*
Dulcia felicem cingunt Vineta CESENAM.
TARVISIVM *exhilarant nitido cum flumine fontes.*
IMOLA *divisa est, nocet hæc divisio multis.*
VRBINVM *statuit ducibus clamare, valere,*
Nota est fictilibus figlina FAVENTIA *vasis.*
SPOLETVM *clamat, peregrini, intrate, manete.*
LAVS *pingues* POMPEIA *Boves producit Oves que.*
NARNIA *promittens epulum dabit ova, vel uvas.*
ASSISIVM *sancti* FRANCISCI *corpore gaudet.*
Hospitibus COMVM *Pisces cum carnibus offert.*
Quærit opes fragiles studiis SAVONA *relictis.*

Lacus. Lacus habet *Italia* plurimos, quorum nominatissimi: In Etruria *Trasumenus, Aprilis, Marinus, Vadimonis, Ciminus, Vulsinienses, Sabatus, Palus Bientina,* & *Ciana.* In Latio *Hostiæ Lacus, Albanus, Aquæ Salviæ, Lacus Nemorenses, Iuturnæ Lacus, Regillus, Fucinus, Pontina Palus, Fundanus Lacus, Tiburtinus, Cæcubus, Simbruina Stagna.* In Piceno *Nursinus.* In Vmbria *Velinus, Floridus, Cutilienses.* In Campania *Lucrinus* & *Avernus, Linterna Palus, Stativa, Pompeia.* In Salentinis & Apulia *Lacus Anduinus, Lesinenses,* Io

In Flaminia *Septem Maria*, *Paduſa Palus*. In Langbardia Tranſ-Padana *Verbanus*, *Ortanus*, *Larius*, *Lugānus*, *Gaviratus*, *Monatius*, *Trinatius*, *Chivenſis*, *Puſcianus*, *Sebinus*, *Benacus*, *Idrinus*, *Pœninus*. In Venetia *Vigilfiolus*. In Iſtria, *Coſtiacus*. Plurimis etiam irrigatur paſsim Fluviis, inter quos *Padus*, *Atheſis*, *Rubico* *Flumina.* *Tiberis*, *Arnus*, *Mincius*, *Ticinus*, *Ollus & Abdua*. Primum locum dedimus fluvio nobiliſsimo, qui omnes Europæ fluvios, ut Strabo adſerit, docetque experientia, præter Iſtrum magnitudine ſuperat, *Pado*, Sic Latinis Scriptoribus Livio, Virgilio, aliis dicitur: qui Italis hodie *Po*. *Padus* dictus, notante apud Plinium Metrodoro Scepſio, quod circa Fontem arbor multa ſit picea, quæ *Pades* Gallice. Ἠ ἐλάτη olim Græcis Poetiſque. Sic dictus ut vult Servius ab Solis Filio Phaëtonte, qui antequam per temeritatem in hunc fluvium eſſet præcipitatus, *Eridanus*, fertur appellatus. *Bodincus*, teſte Plinio Liguridus vocabatur, quod fundo careat. Βόδεγκος Polybio lib. III. *Padi* Pater Mons Veſus, Antiquis omnibus *Veſulus*, ut docet Plin. In finibus Ligurum Gabienorum Fonte profluit, ut idem Plin. notat, *Viſendo*: non qui proprio ſic nomine, ut Leander putat, dictus, ſed qui viſu dignus & mirabilis, ut apud Marcianum Cappellam. Ex Fonte ſuo nulli Amnium claritate inferior profluens, per anguſtas confragoſasque Rupes, & artas ſcopuloſi montis Cóvalles præcipitat; tantaque vi prorumpit, ut ſummam habeat admirationem. In ſaxa hinc delabens, fragore ſtrepituque maximo reſonat. Mox in planiciem effuſus aquæ copia, quæ verſandæ molæ frumentariæ ſufficit, temere lateque, non ullo certo alveo diſcurrit, ſpacio trium fere milliar. uſque ad Paiſanam, ubi quaſi Cuniculis ita abſorbetur, ut exigua plane ſupra terram veſtigia relinquat. Poſt alterum vero milliar. rurſus exoritur ad Paracolum, unde pergens Aquulas. Torrentes, Amneſque, ab Alpibus & Apenninis Montibus varios colligit, quibus tandem mirum in modum auctus altuſq;, mediam Langbardiam & Romanulæ partem permeans, in Hadriaticum ſe exonerat Mare ſeptem oſtiis prægrandibus. Quia longius vomit, ſeptem Maria efficere dictus, inquit Plin. apud quem lib. III cap. XVI, vide de curſu plura, ut & apud Polybium lib. II, Strab. lib. v, Pomponium Melam lib. III, Solinum in Polyhiſt, cap. VII, Leandrum Albertum, alioſque Novitios. Flaviorum Rex *Erydanus*, Virgilio IX Æneidos. Non minor hic *Nilo* canit lib, II Lucanus, cui paullo poſt ibidem, *Non minor hic Iſtro*. *Pandum* maritimorum commeatuum Italicis ſubſidiis *Fidem* vocat *Invectorem* Ambroſius. Appianus *Intimum Maris Hadriatici Sinum*. Sequitur *Atheſis* Virgilio & aliis: *Athagis* Straboni: qui Italis hodie *l'Adice vel l'Adeſe*; Germanis *Etſch*. Tradit Plinius Atheſim ex Tridentinis Alpibus profluere. Initio perquam exilis lapſu vim magnam aquarum colligit, accedentibus paſsim multis amnibus, ſubter Bolſanum ad meridiem verſus rapido ſe curſu flectit: dein ab Tridento lenius nonnihil per planiciem evolvitur: ac mox iterum emenſis campis inter montium anguſtias tanta cum violentia ſævit, ut omnibus, qua fluit, locis infeſte minari videatur: eaque vehementia per Veronam præcipitat, infra quam in duo flumina deducitur; uno, quo Paludes petit, altero, quo in Mare perringit ad Foſsiones, haud ignobilem portum. Plura

apud Leandrum, Ab Fonte Veronam usque ratibus navigabilis non est ob rapiditatem: Trabibus autem navigatur. Nam ingentes Larices Abietesque cum Asseribus maximis, aliaque prægrandia ligna compacta Tridentinis ex Montibus eo deferunt: Verona porro usque ad Fossiones optime navigatur. Torellus in Historia Veronensi *Athesin Atrianum* vult esse Ptol. Quibusdam idem etiam cum *Athesi* putatur esse *Adrias*, qui apud Stephanũ & alios. Tertinm locum tenet *Rubicon*, ῥυβικὼν Ptolemæo aliisque Scriptoribus Græcis: ῥαβίκων Strabonis: nunc *Pisatellus*. Flumen est illud, quo antiquitus post translatos ab Æsi Amne Terminos, Italia finiebatur, auctore Plinio. Sic Lucan. lib. I.

Puniceus Rubicon quum fervida canduit æstas,
Perque imas serpit valles, & Gallica certus
Limes ab Ausoniis disterminat Arva Colonis.

Quartum in locum venit *Tiberis* limes inter Etruriam & Latium. Nescio an fluminum quid eo in historiis Romanorum celebratius. Varia leguntur ejus nomina: quorum alia profani, ut sic loquat, genii, alia sacri. Prioris Classis sunt *Ianus*, *Albula*, *Rumon*, *Tiberis*; posterioris *Serra*. *Ianum* antiquissimis temporibus appellatum fuisse, tradit Athenæus, ab *Iano*. *Albulam* fuisse dictum, patet ex Varrone, & aliis. Ab albo colore dirivant Paullus Diaconus & Servius. *Rumon* a ruminando dictus fuit, ut idem docet. Omnibus his insuperhabitis nobilissimum nomen induit hic flu. *Tiberis*, cujus varia produntur Etyma. Ab *Tibri* Aboriginum Rege trahunt quidam apud Servium ad VIII Æneid.; Tuscorum Festus & Servius; ab *Tiberino Silvio*, Albanorum Principe, diducunt Livius, Ovidius, Festus Pompeius, & Eusebius. Varro *De Heberim* hunc fluvium ab nonnullis nominatum tradit ab *Dehebri*, Veientum Regulo. *Serram* in Sacris nuncupatum memorat Servius ad eundem Æneidos librum ab secando. Hæc de nominibus; in quorum quarto illud notandum, aliquod observatum fuisse discrimen in prolatione vocum *Tiberis*, *Tibris* & *Tiberim*, *Tiberis* enim communi sermone dicebatur, *Tibris*, poetice: *Tiberinus* in sacris, notante Servio, quod tamen non ubique verum. *Tevere* vulgo. *Tiberis* autem caput in Apenninis jugis tollit, ex media propemodum ejus longitudine, finibus Aretinorum, eadem ferme parte, ubi fons Arni supra Aretium. Tenuis admodum initio est & modici rivuli instar, lapsusque aliquamdiu paullum etiam incrementi adsumit, quod præter exiguos fonticulos aquæ grandes accedant nullæ: ubi fluminibus augeri incipit, paullatim crescens, navigabilis efficitur, non procul Tipherno, sed lintribus & naviculis tantum usque Romam, procurrens non procul Tipherno, Perusia, Otriculo, Etruriã ab Vmbris Sabinisq; dirimit: dein citra Romam P. M. fere XIII Veientes ab Crustiminis, & Fidenatibus: item Latiũ ab Vaticano separat: Romam tam grandis delatus, ut transiri nisi Pontibus aut Navigio nequeat, scribente Halicarnassæo. Pergit inde ad Ostia sua, ubi in Mare Tyrrhenum evolvitur. Cursum delineant Plinius libro tertio capite quarto, & Servius ad VIII Æneidos. Videndi & Florus libro primo Histor. Rom. capite quarto, & Varro lib. IV de L.L. De Piscibus Tiberinis Romanis peculiarem scripsit libellum Paullus Iovius. Amnes vel fluvios XLII in Tiberim influere, docet Plin. lib. III ca. IV. *Arnus* succedit, Livio, Plinio & aliis memoratus, *Arnus* Straboni & Ptolemæo: *Arno* Vernacule.

Nascitur

Naſcitur, ut Strabo perhibet, ex Apennini latere dextro. Modicis initiis principio inter rupes horridas præcipiteſque convalles in Occaſum tendit: deinde conlectis fontibus, torrentibus, amnibuſque plurimis tumidior, magna cum mole Florentinum ingreditur agrum: Florentiaque & Piſa diviſis multis adauctus fluviis, Mare petit. *Mincius* Virgilio, Straboni, Plinio & aliis, qui *Mencio* vel *Menzo* hodie Italis. Lacum hic ingreſſus Benacum præcipua claritate: circumdata inſigni ſtagno Mantua, XIII inde lapide in Padum evolvitur. *Ticinus* Livio, Plinio, Silio, Polybio, Strab. Plut. Ptol. Steph: *Ticenus* Tabulæ Itinerariæ: qui hodie *Teſino*. Oritur ex Monte Summano, qui nunc D. Gothardi nuncupatur: unde &, in diverſum tamen, eunt Renus, Rodanus, Atheſis & alii. Ex illo Monte per Lepontios in Auſtrum inter præcipites rupes ad Belinzonam Opidum munitiſsimum fertur: inde copioſius acceſsione plurimorum amnium ac torrentium in Verbanum evolvitur lacum, quem ſupermeat, ut Plin. auctor eſt: ac tandem redditus per planiciem præcipua claritate Padum influit, quamquam non illa, quam ex lacu trahit, abundantia: quum dirivationibus & foſsis in irrigua paſsim exhauriatur. Tam eſt aquis perlucidis: ut quidvis, etiam minimum, imo in fundo clare demonſtret. Aurum quoque & Argentum ex ejus arena percipitur. Piſcium nobilitate eſt inclytus, nominatim laudatiſsimo Thymallo, *Ollius* Plinio, qui vernacule *Oglio*. Cernuntur in hoc fluvio juxta Palatiolum magno numero excipuli ſeu loculi conſepti fabricatique viminibus, in quo annuo certo tempore, deferentibus aquis, Anguillæ glomeratæ cadunt, quæ mirabili numero extractæ ſaliuntur. Ortum ejus inveſtigare operoſum. Opinio recepta eſt duos modicos rivos ex lacu Frigidulpho, qui inter Alpes eſt, profluere unum ad dextram nomen Frigidulphi retinere, Ollioque tandem jungi: alterum ad lævam in alium amnem præcipitari, eumque ab adcolis *Olly* principium conſtitui. Alii alia adferunt. In Iſeum lacum influit, ubi Piſonium Opidum: ecfuſus in planiciem paſsim dirivationibus exhauritur: quibus irrigua Brixiani & Cremonenſis agri ſic adaquantur, ut ex iejunis atq; calculoſis opima benignaq; fiant. Aquarum *Olly* perpetua claritas, nec ullo unquam tempore deficiens. Brixianum agrum ab Cremonenſi & Bergomate hac parte ſejungit. Recipit alios ſupra XXXVII amnes. *Abdua* vel *Addua* (variante ſcriptura, Poſteriorem Priori præfero) Plinio Taciteque nominatur, qui Ἄδδας Polyb & Strab. *Adda* vulgo. Cenomanos dividit ab Inſubribus. Pater illi Mons Braulius. Notat inconſideratius Strabo naſci ex Adula Monte. Redditus è Lacu Lario, cujus aquas ſupermeat per planiciem in Padum tendit, deferens ſecum cum alios, ut *Piſclavonem*, *Meiram*, *Liram*, *Tartenem*, *Leccium ortum*, *Brembũ*, *Serimortũ*; tum *Serium* qui in montibus ſupra Bergomũ ortus perq; Serianã fluens, hibernis mẽſib⁹ Cuniculis quibuſdam ſe condit, rurſuſq; juxta Cremã copioſe exoriẽs, tandẽ in *Adduam* inlabitur: æſtate tamen lique ſcentibus ardore Solis montium nivibus, adeo ſolet augere & abundare, ut non ſolum meatus ſubterraneos impleat, ſed etiam ſupra terram fluat perpetuo. Reliqua flumina quæ plurima ſunt brevitatis ſtudio, ſilentio prætereo. Succedunt *Maria*, *Sinus*, *Portus*. *Mare Superum*, *Inferum*, *Jonium* tribus Italiã cingunt lateribus.

Vnde

Sinus. Vnde de *Italia* Plinius: *Tot Maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens undique, & tanquam ad juvandos mortales ipsa avide in mare procurrens.* *Sinus* habet plurimos, inter quos, *Rapallinus, Frycis, Amuclanum Mare, Sinus, Batanus, Pestanus, Hipponiates, Scylleticus, Tarentinus, Vrtas, Tergestinus, Largus, & Flanaticus.* Post Sinus nominavi *Portus.* Italiam plerisq; in locis importuosam esse, scribit Strabo lib. v 1, & quos habet Portus, magnos esse atquæ admirabiles, horum illud adversus exterorum incursiones usui esse, hoc ad invadendos

Portus. vicissim exteros, & expeditam Mercaturæ copiam conducere. *Portus* autem *Olvvnlæ, Anaonis, Avisonis, Herculis Monœci, Maurici, Albngauni, Vadorum Sabatiorum, Savonæ, Genuæ, Delphin, Eryeis, Lunæ, Pisanus, Vadorum, Populonij, Falesiæ, Scabrorum, Telamonis, Herculis, Graviscæ, Augusti, Antias, Caieta, Julius, Baianus, Vilinus, Metaurus, Orestis, Castra Hannibalis, Tarentinus, Brundisinus, Garne, Agasius, Anconitanus, Arimınenſis, Ravennas, Peretolus, Livenza, Pola,* multique alii. Portuum enarrationi succedit *Montium.* Inter eos principem obtinent locum *Alpes.* quas Galliæ quis, an Germaniæ, vel Italiæ adscribat parum refert: sunt certe Montes,

Montes. qui Italiam hodie ab Gallia Germaniaque, procursu suo, tamquam nativo muro separant. Nomen *Alpibus* datum censet Festus ab Candore, Sabini enim *Alpum dixere*, inquit, quod postea Latini *Album.* Isidorus *Alpium* nomen vult esse Gallicum: & Gallorum lingua *Alpes* Montes *altos* vocari. Agnoscit hodie nomen *Alpium* Idioma Germanicum: cui tamen non id quod notat Isidorus significat. *Alp* enim & *Alpen* Germanis Montes vocantur pascui, in quibus fœnū non secatur, inque hibernos usus colligitur: sed in quos Boves aliaque Armenta pascendi tantum gratia mittuntur. *Albia* & *Alpionia* olim hos Montes dictos fuisse scribit Strabo. Stephano etiam *Alpia* & *Alpij* dicuntur. *Olbia* sunt Phavorino *Salpij*, Lycophroni. *Alpis* singulari nuemero est apud Ovid 111 de Arte Amandi, Lucanum, alios: *Alpius* apud Dionysium Afrum. Multa etiam *Alpium* nomina in Veterum Monimentis occurrunt, quæ indicant multas quoque Alpium partes fuisse, per quas itinera patuerunt. Ea sunt, *Alpes Maritimæ* quæ & *Ligusticæ*: *Cottiæ, Gratæ, Peninæ, Alpes Summæ, Lepontiæ, Rhæticæ, Juliæ* & *Carnicæ.* Hæc de *Alpibus* quæ Italiam secundum latitudinem ab Gallia Germaniaque separant: sequitur *Apenninus*, qui inter Superum Mare & Inferum excurrens perpetuo ductu eandem secundum longitudinem secat in duo latera. Sic dictus putatur, quod radices habeat sub *Penino* Hannibalis transitu: ejusque juga contingat. Nonnullis *Apeninus*, quasi a *Pœnis*, quum Hannibale Duce, in Italiam irrumperent, patefactus: quidam ab *Api* prisco Duce, qui totam Italiam devicit, derivant. *Apennina* Ptol. & aliis: *Apennium* Steph. *Apeninus Mons*, inquit Plin. *Italiæ amplissimus perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum Fretum.* Multos alios habet Italia Montes: vel qui minores Apenni sunt Portiones & quædam quasi Membra: vel quos idem, tamquam fœcundus multorum genitos, ex se hinc inde protendit: vel denique, quos haud procul ab se locatos, radicibus eos suis contingens majestate quadam & superiore conjacentibus fastigio despicit. Eos ego, ne prolixior sim, hoc loco prætereo. Montes porro de quibus proxime dixi, & Valles Campique, suis superbiunt *Silvis, Lucis, Nemoribus*, quorum non pauca apud priscos etiam nominibus leguntur celebrata.

In Etru-

In Etruria qui hodie *Saltus*, vernacule *Bosco di Monte Fiacone*, Volsinio, quod vulgo *Bolsena*, Viterbium cuntibus occurrit, *Volsiniensium Lucum* ab Antiquis appellatum tradit Leander. In Cimino Etruriæ Monte quomdam, calcari pauciens ob horrorem solita, fuit Silva, de qua sic Livius: *Silva erat Ciminia, magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici Saltus: nulli ad eam diem, ne Mercatori quidem, adita, Eam intrare haud fere quisquam præter Ducem ipsum audebat.* In Latio apud Capenates *Lucus* fuit *Feronæ*, quem canit Silius.

Dives ubi ante omnes colitur Feronia Luco. Et Sacer humectat Fluvialia rura Capenas.

Iuxta Numicum Amnem *Lucus* erat *Iovi Indigeti* sacer, teste Plin. *Dianæ Æstolicæ Lucus* Livio est ad Agninum Compitum. *Næviam Silvam* extra Vrbem ad quartum Milliarium fuisse notat Festus. *Camænarum Lucum* extra Portam Capenam scribit Livius. Quod huic *Algidum Nemus*, hodie *Selva del Aglio* dicitur. *Albuneam Silvam* in altissimis Tiburtinis Montibus habet Servius, aliamque in Laurentinorum agris, cognominem. *Angitiæ Nemus* propinquum Albæ Marsorum fuisse, significat Virg. *Furinæ Lucus*, Territorii Romani, est apud Ciceronem. *Furinarum Lucum* habet D. Victor in XIII Regione Trans-Tiberina. *Furiarum Lucus* Plutarcho vocatur. *Vacunæ Nemora* agnoscit juxta Montem Fiscellum in Vmbria Plin. Gaudent & suis Campani, cum primis *Luco Sacro & Gallinaria Silva.* *Sacer Lucus* Livio, hodie *Hami.* *Gallinariam Silvam* nominant Cic. ad Pœtum scribens & Strab lib. v Lucanorum sunt *Silvæ Lucique, Eboli, Peregrinalis, Veliarum.* Brutiorum *Rhegius vel Reginorum Saltus.* Apulorum *Batini Saltus*, & *Lucus Gargani.* In Gallia Cis. Padana *Silva Lucina*, & *Pedaneæ Silvæ.* In Trans-Padana *Castorum Lucus.* Straboni denique apud Venetos duo sunt Luci, unus ab Iunone *Argiva* cognominatus: alter ab *Diana Ætolica*, alius ab Superiore, qui in Latio ad Anagninum Compitum. Ad Opera publica cum sacra tum profana venio, quæ cum sint innumera, pauca tantummodo è tanto numero delibabimus. Et ut a sacris ordiamur. Ea sane innumera pene sunt. Sola enim Roma hodie supra CCC Templa numerat: quorum VII Religionis causa maxime frequentantur. I *S. Petri* in Vaticano: sumtu, marmoribus, magnificentia & opere omnia Orbis superans Templa. Multa ibi singularia: Columnæ aliquot ex Templo Schelomonis advectæ: duo Ærei Pavones ex Pyramide P. Cornelii Scipionis Africani, quæ olim in Valle Vaticana fuisse dicitur, translati. Visuntur item ibi Sepulcra multorum Pontificum: Othonis quoque II Imperatoris marmoreum. Est & Iudicium Orbis supra in Sacello Pontificis, opus Michaelis Angeli. Et ut omittam reliqua, Monasteriam item, Xenodochia, Nosocomia, Orphanotrophia; Quid dicam de variis cum Pontificis & Cardinalium, tum aliorum Palatiis? Pontificis in edito Vaticani loco est, situ longe augustissimum: quire licta Lateranæ Sede, eo ob amœnitatem loci & salubritatem commigravit. Inchoatum ab Nicolao III, auctum post

Opera publica.

Sacra.

Profana.

ab aliis perfectum ab Iulio II & Leone X, ædificiis tandem inlustratum picturisque ab Xisto V, ut Machina cœlo adsurgere, pendereque videatur. Adcensus sunt facilimi & Ædibus Palatinis accommodati ex omni parte, adeo ut etiam equo ad tectum usque eniti liceat. Opidum potius quis dixerit, adeo est amplum, quam Domum. Sacellum ibi est Xisti, quod amplissimum æquat Templum. Eo, vacante Sede, conveniunt Cardinales creando Pontifici Maximo. *Conclave* vulgo dicitur. Aliorum Palatia commemorare longum esset. His ergo paucis contenti, ad reliqua pergamus. Sequitur Italorum Gubernatio, ea duplex, *Politica & Ecclesiastica*. Ad *Politicam & Civilem* gubernationem hodiernam quod attinet, discerpta nunc est nobilissima Regio in varias *Dynastias*. Inter eos, sub quorum ditione nostro est ævo, præter *Ponuficem*, *Regem Neapolitanum*, *liberasque Respublicas*, *Venetam*, *Genuensem*, *Lucensem* & alias, primum facile obtinent locum in Septentrionaliore, *Principes Etruscus*, *Ferrarienſis*, *Mantuanus*, *Mediolanenſis*, *Montis-Ferratenſis*, *Parmæ*, *Salluzziarum*, *Veronenſis*: In Australiore multi sunt & innumerabiles *Dynastæ*: quos occasione oblata, suis recenseo locis. In Ecclesiaſtica *Pontifex Maximus ibi Hierarcha* est & Ecclesiarum omnium Caput, numerosam habens familiam. *Quoties procedit Gemmis conspicitur ornatus, & Sericis vestibus* (verbis utar D. Bernardi ex libro de Consideratione IV, Papam Eugenium interpellantis) *tectus Auro, vectus Equo albo, stipatus Milite, circumstrepentibus septus Ministris*. Reliquis *Sacerdotibus* admiranda ibi Dignitas & Auctoritas. Honorantur magis quam Nobiles. *Cardinales*, ut Petrus Messias notat, in locum Consulum, qui Romanum olim Imperium administrabant, successerunt: *Archiepiscopi* Ducibus sunt adæquati: Episcopi Comitibus subfecti, eorum *Vicarii* Præsidum Imperii dignitatem; *Præpositi* Præfectorum vicem referunt: *Archipresbyteri* in locum Tribunorum Militum sunt substituti: *Cancellarii* Cribunos plebis repræsentant. Alia apud eundem Messiam. Porro Italia *Jure* utitur triplici, *Pontificio*, *Cæsareo*, *Municipali*. Primum Alterumque quale, notū aliunde: Tertium ex Statutis constat & Legibus, quas Civitates sibi singulæ condere sunt solitæ: sufficiant illa, non hic Iurisconsultum agam. Referam vero huc, quæ de variarum Civitatum *Consiliis* leguntur in quadam Membrana: In Consiliis (scriptum ibi) *Mediolanenſes*, præstantes: *Veneti*, prudentes: *Lucani*, temerarii; *Pisani*, inconstantes: *Placentini*, providi: *Florentini*, lenti: *Veronenſes*, fideles: *Ferrarienſes*, cauti: *Genuenſes*, ignari: *Lucenſes*, utiles: *Volsci*, maligni: *Brutij*, stupidi; *Mutinenſes*, acuti; *Perusini*, celeres: *Senenſes*, tardi: *Patavini*, ambigui. Literarum cultores Itali, quantum in ipsis est, tuentur, fovent, alunt, ornant: iisque omnia bonorum Mecœnatum exhibent officia. Hinc tot per Italiam *Academiæ*, *Romana*, *Mediolanenſis*, *Bononienſis*, *Patavina*, *Papienſis*, *Neapolitana*, *Perusina*, *Salernitana*, *Pisana*, *Ferrarienſis*, *Senenſis*, *Florentina*, *Veneta*, *Bergomenſis*, *Mutinenſis*, *Taurinenſis*: Nam *Parmenſis*, *Placentina*, *Anconitana*, & *Maceratenſis* magna ex parte interierunt. Inde item tanta Doctorum, summaque eruditione variis Artibus & Disciplinis præstantium Virorum copia. Stupendum fuit ab iis omne Aevum. Eos uno

Gubernandi ratio.

Leges & institutu.

Academiæ. Ingenio & bonarum artium celebres Viri.

uno ductu enumerare si conarer, maximum mihi quidem conciliarem laborem, Lecturis vero tædium. *Itali* porro Comitate, Convictus, facilitate, facetis Colloquiis alios antecellunt populos. Fœlici fœcundoque nati ingenio, supra modum prompti sunt in excogitando, & docilitate percipiendis cum litterarum studiis, tum variis Artibus præstant incredibili: Honoris ab omni ævo & gloriæ sitientissimi, Laudisque præter alios adpetentes. Cum lacte voluptatem inbibibentes, propensi sunt in Mollitiem: in Luxuriam proclives: in Venerem soluti. Vindictæ vehementer sunt cupidi: eamque vita ipsa jucundiorem censentes: Testamentis suis mandare soliti Posteris. Mulieres porro variarum Civitatum depingit scite Menbrana quædam: quæ inter alia, hæc habet: *Senenses*, pulchræ: *Florentinæ*, delicatæ: *Perusinæ*, elegantes: *Cajetanæ*, formosæ: *Consentinæ*, obstinatæ: *Beneventanæ* rusticæ: *Bononienses*, arrogantiunculæ: *Mutinenses*, benigne; *Cesenates*, rapaces: *Genuenses*, salaces: *Cremenses*, fallaces: *Placentinæ*, difficiles; *Lucenses*, caste; *Pistorienses*, faciles; *Romanæ*, graves: *Capuanæ*, superbæ: *Neapolitanæ*, solicite: *Brundisinæ*, inertes: *Ferrarienses*, avidę; *Ravennates*, humanæ: *Urbinates*, adfabiles: *Vincentinæ*, constantes: *Parmenses*, avaræ: *Papienses*, lucri-cupidæ: *Mediolanenses*, urbanæ: *Pedemontanæ*, procaces: *Venetæ*, petulantes: *Veronenses*, gratiosæ: *Brixianæ*, diligentes: *Formianæ*, speciosæ; *Laudenses*, superstitiosæ: *Cremonenses*, fumtuosæ: *Tarvisianæ*, zelotypæ; *Bergomates*, astutæ; *Aretinæ*, tenaces: *Puteolanæ*, bellę. Itali vero quomdam multis magnisque superstitionibus ad stuporem usque leguntur fuisse dediti. Hodie Sacrorum Ceremonias ex Romanæ Ecclesiæ præscripto atque institutione religiosissime observant omnes: nisi quod in Australiore Italia pauci Græcorum sequantur ritus, & ipsi quidem Græci generis. Quam autem quomdam bellicosi fuerint Itali Militiæque dediti, loquitur subactus ab iis Orbis Terrarum: canente ad gloriam hanc classicum Romano. Quales in re Militari plerique sint *Itali*, quæque ad Expeditiones felicius suscipiendas conficiundasque singuli conferant, quibus denique hi, quam illi magis valeant præstentque, docet eleganter Membrana, quam dixi, hoc modo: In re Bellica *Perusini*, strenui; *Calabri*, præcipites; *Spoletani*, callidi; *Senentes*, felices; *Bononienses*, efferi; *Neapolitani*, animosi; *Farentini*, hosti instantes; *Pratenses*, sacrilegi; *Collenses*, libidinosi; *Piceni*, rapaces; *Aemiliani*, inconsulti; *Placentini*, crudeles; *Romani*, truces; *Mediolanenses*, intrepidi; *Romani*, fortes; *Vincentini*, vindictæ cupidi; *Pistorienses*, sanguinei; *Papienses*, firmi. Ad rem Bellicam conferunt *Veneti* pecunias; *Mediolanenses*, Caleas; *Placentini*, Carros; *Cremonenses*, Tentoria; *Papienses*, Lanceas; *Pistorienses*, Pugiones; *Bononienses*, Arundines; *Florentini*.....*Romani*, Perseverantiam; *Ferrarienses*, Tormenta; *Neapolitani*, Equos;

Parmenſes, Clypers; *Tarviſiani*, Enſes; *Viterbienſes*, Calcaria; *Laudenſes*, Commeatum; *Neapolitani*, Induſtriam; *Mediolanenſes*, Tolerantiam; *Genuenſes*, Perfidiam. Præſtant *Mantuani* Equitatu; *Piſtorienſes* excipiendo ictus Clypeis; *Brixienſes*, exſtruendis Vallis; *Genuenſes*, Claſſe; *Lucenſes*, obſidendis urbibus; *Cremonenſes*, ſtruendis Ordinibus; *Veneti*, adparanda Claſſe; *Patarini*, moderandis Equis; *Bergomates*, locandis Inſidiis. De Veteris autem Italiæ moribus ſic canit Virgilius libro nono Æneidos:

Quis Deus Italiam, quæ vos dementia adegit?
Non hic Atridæ, nec Fandi Victor, Ulyſſes.
Durum a ſtirpe genus; Natos ad Flumina primum
Deferimus ſævoque gelu duramus & undis:
Venatu invigilant pueri, Silvaſque fatigant.
Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu.
At patiens operum parvoque adſueta juventus
Aut raſtris terram domat, aut quatit Opida bello.
Omne ævum Ferro teritur, verſaque juvencum
Terga fatigamus haſta: nec tarda Senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem:
Canitiem galea premimus, ſemperque recentes
Convectare juvat prædas & vivere rapto:
Et quæ ſequuntur.

Conſtanti contenti ſunt hodie *Itali* *Matrimonio*: *Repudium* non permittentes, ex Vrbem Roma, ad malos jam inclinante Mores, Sp. Carvilii ductu quaſi profectum. Regum Nobiliumque Primogeniti, Inſtituto veteri, Principatus obtinent: in privata fortuna viriliſ ſtirpis Liberi exæquo ſunt Heredes, modo legitimo nati toro. Quod ad *Victum*, ſobrii ſunt & frugalis vitæ: non operoſi in adornandis ſtruendiſque Menſis, niſi quum neceſsitas flagitat. *Victus.* *Veſtitus* non omnibus eſt unus: ſæpe enim pro tempore variatur, cum qualitate, tum forma & ritu. *Veſtitus.* *Venetis Veſtitus* eſt laxitate inſigni & prolixitate: & in his Vrbicus Municipali ſumtuoſior. Matronæ ibi ante paucos annos Vlnas, Brachia, Pectus, Humeros nudabant: nunc omnia contegunt, laxioribus utentes Manicis, & in Hiſpanicum degenerantes. Secundum Venetos civilis & nitidus *Florentiæ*, reliquæque *Tuſciæ*, *Mediolanenſibus* totique *Aemiliæ*, *Liguriæque* floridior, ſed paullo contractior. Romæ *Aulicus* prolixitate colorumque varietate cunctos alios antecellit: *Romanus* ipſe multo frugalior: cui tamen ſuus non deeſt nitor, præſertim

sertim in Feminis, quæ Tuscum nuper adfectabant. *Neapolis* magis nitido utitur, quam sumtuoso. Cetera *Italia* simplicius vestitur. In tota *Gallia Cis-Alpina* Feminæ Principes in Hispanico videri gaudent habitu: Viri in Gallico malunt conspici. Sed de privatioribus Civitatem in Italia Moribus; de selectior quorumdam *Cibo* & *Vestitu*; deque earumdem *erga Hostes & Hospites Adfectu*, loquitur Exemplum membranæ, de qua ante dixi; ubi hæc: *Florentini* parci; *Lucenses*, elegantes; *Mantuani*, viles; *Anconitani*, sordidi; *Senenses*, magnifici; *Mediolanenses*, copiosi: *Novocomenses*, luxurioli; *Vincentini*, abundantes; *Cremonenses*, exquisiti; *Neapolitani*, splendidi; *Genuenses*, modici; *Putavini*, mediocres; *Aretini*, tenues; *Veneti* obsonantur parvo; *Papienses*, agrestes; *Bononienses*, lauti; *Astenses*, opipari; *Perusini*, delicati. Delectantur *Florentini* Caseolis; *Lucenses*, Pyris; *Mantuani*, Phaseolo; *Ariminenses*, Anseribus; *Tarvisani*, Ranis; *Cremonenses*, Farcimine; *Neapolitani*, Caulibus; *Genuenses*, Lactucis; *Putavini*, piscibus; *Piceni*, Porcis; *Perusini*, piscibus; *Papienses* Cæpis & Allio. In Vestitu *Mediolanenses* splendidi, *Genuenses*, elegantes; *Mantuani*, pueriles; *Neapolitani*, sumtuosi; *Veneti*, magnifici; *Florentini*, ridiculi. In persequendis Injuriis *Lucenses*, mites; *Mediolanenses faciles*; *Perusini*, dissimulantes; *Fulginates*, accensi; *Matinenses*, placabiles; *Senenses*, magnanimi; *Neapolitani*, benigni; *Ferrarienses*, pertinaces; *Veneti*, subdoli; *Cremonenses*, aperti; *Piceni*, maligni; *Romani*, iniqui: Erga hospites *Calabri* inofficiosi; *Lucenses*, fideles; *Senenses*, amabiles; *Veneti*, blandi; *Putavini*, duri; *Mediolanenses*, incauti; *Ferrarienses*, asperi; *Mantuani*, deglabratores; *Placentini*, serveri; *Piceni*, infensi, *Neapolitani*, benigni; *Florentini*, profusi; *Astenses*, Benevoli *Spoletani*, agrestes; *Veronenses*, studiosi; *Papienses*, prudentiores; *Genuenses*, inhospitales; *Parmenses*, inconitantes; *Matisnenses*, prolixi; *Novocomenses*, inhumani. *Mercaturam* denique *Itali* summa exercent industria. Quales autem singuli sint in Mercatura, sequitur in eadem Membrana: *Florentini* videlicet, callidi; *Genuenses*, tolerantes; *Mediolanenses* aperti; *Lucenses*, fideles; *Veneti*, splendidi ..... cauti. *Mercimonia.*

Regio & unde dicta.

HACTENUS in genere Italiam descripsimus: nunc ad specialiorem singularum Partium deliverationem nos accinganus. Italiam alii aliter diviserunt. Augustus, teste Plinio, in XI eam divisit regiones: Strabo in VIII partitur: In plures alii. Quibus omissis divisionem ac methodum nobis a Mercatore propositam sequemur. Occurrit in ea primo loco Tabula prima *Lombardiæ*, in qua Alpestris & Occidua ejus Pars, cum Valesia describitur. *Lombardia* hodie Euphoniæ gratia dicitur pro *Langbardia*, sic appellata ab *Lang-bardis*, ex Germania huc Iustiniani Principatu profectis: qui ad utramque Padi ripam multos annos suas cum Imperio habuerunt sedes. Hæc *Cisalpina Gallia* olim dicta fuit. *Gallia* quidem ab *Gallis*, *Boiis*, *Senonibus*, *Insubribus*, *Cenomanis* aliisque, a quibus quidquid Alpium radicibus Rubiconisque fluentis intercipitur, pulsis veteribus Colonis occupatum, fuit habitatum. *Cis-Alpina* vero dicta, quod prisci Italis, Romanisque Scriptoribus, de ea differentibus cis esset Alpes, quum alia trans Alpes habitaretur. *Cis-Alpina* hæc, qua Septentrionalissima Montibusque adhæret propius, *Sub-Alpina* cognominatur Plin. *Citerior* etiam appellatur Gallia Sall. Cæs. ob causam modo indicatam. *Veterem* quoque *Galliam* nominat Ausonius: *Italiam Gallicam*, γαλατικὴν Appianus in Hannibalicis: *Mediterraneam Italiam* vocat Notitia Provinciarum: non quod Mediterraneo adposita mari: sed quod in locis Mediterraneis: cincta, qua Septentrio,

Situs.

Occidens, Meridiesque sunt, Alpibus & Apennino tumescente: qua Oriens est, Mari Hadriatico. Polybius & Plinius toti huic tractui Gallico formam tribuunt triangularem: cujus Apicem faciunt Alpes & Apenninus Montes: Basin Sinus Hadriaticus. *Florentissimum Italiæ* latus appellat Tacitus. Vbique arboriferam

Soli fertilitas.

hanc regionem, pecori pascendo aptam, & multis irrigari fluviis, testis est Plutarchus in Camillo. Pereleganter autem de ea Sigonius: *Campi adeo culti & uberes intercedunt* (de Pado loquitur) *ut satis constet haud temere alios reperiri aut natura feraciores, aut rebus necessariis ad hominum vitam instructiores.* Addit deinde idem Sigo-

Imperium majorum.

nius antiquos ejus Principes fuisse *Ligures* & *Etruscos*: mox *Gallos*: postremo *Romanos* his *Gothos* successisse: Gothis iterum *Romanos*: Romanis *Langbardos*. Videndus & Sabellicus lib. Histor. Venetæ 1, Decade IIII. Gallia autem *Cis-Alpina* versus Occasum duplex est Straboni, Plinio, aliis, vel *Cis-Padana*, vulgo *Lombardia di qua dal Po*, vel *Transi-Padana della dal Po*, illa quod cis, hæc, quod trans Padum. Hic vero *Lombardiæ Alpestris* Pars Occidentalis nobis describitur, quæ magnam partem *Lombardiæ Transi-Padanæ* complectitur. Est autem regio hæc licet valde montosa, atque alibi Silvis innexa, Naturæ luculentissimis dotibus varie locupletata: Valles enim & Campestria loca Solum fœcundum satis habent, Tritici, aliarumque Frugum, item Vini abundantia beatum. Colles etiam præstantissimorum Vinorum feraces. Sunt & in silvis & Montibus Ferarum venationes frequentes. Vrbes hic multæ sunt, ac Opida plurima: *Mediolanum*, *Crema*, *Bergomum*, *Comum*, *Clavenna*, *Luganum*, &c. quæ in Tabula conspiciuntur. Superat vero reliquas Italiæ partes multitudine magnitudineque Lacuum hæc Regio: inter quos *Verbanus* Plin. & Strab, qui hodie, quod reliquis in hoc tractu sit major, *Lago Majore* Italis: Germanis autem *Lang-see*. Longitudinē ejus ponit Str. stadiorum CCC;

Latitudinem


Lombardiæ alpestris pars occidentalis cu Valesia
Miliaria Italica
29
Septentrio
31
32
Occidens
Orions
Meridies
46
45
Herve
Thun
Spiez
Plassey
Corbens
Erlenbach
Frutingen
Grindelwald
Loun
Rossiniere
Adelbodē
Laufanna
Rochemont
Genever see
Nyppaille
Martinach
Saxo
S. Brandsciet
Orsiere
S. Peter
Alpes
Antignes
Castillon
La Magdelena
La chambre
Aschebourg
Cervole
Inuirea
Naters
Arnen
Gomesiana
Deuedro
Polese
Locaro
Lugano
Como
Lecco
Bergamo
Milan
Biela
Biagrassco
Lodi
Crema
Tauetsch
Splugen
Saringas
Nullis
Waggis
Sargans
Malans
Chur
Realt
Reame
Clauen
Teyo
Valle
Adesce
Cusion
Touere
Verrua
Cantu
Cara
Seriat
Bastia
Caraviscio
Vailat
Soncino
Ponte
Binasco
Marignano
Lodi Vecchio
Brembo
Adda
Ticin
Lambro
Olona
Seue
Aare
Reuss
Rhin
Rhone
Ticin
Po
Dora
Varo
Tanaro
Vrsel
Vrsera
Vald Augusta
Sabaudiæ Pars

103.

Latitudinem maximam ſtadiorum xxx. Altitudo pleriſque locis tam eſt vaſta, ut fundo videatur carere Piſces generat optimos, cum primis Truttas per magnas, Lucios inſignes: Calcides vel Aquones, Phoxinos vel Veronos, Percas aurei coloris, & alios. *Larius Lacus* Virgilio & aliis; *Comacenus* ab urbe adjacente Paullo Diacono & Antonino; Hodie *Lago di Como* Italis: Germanis *Chumer-ſee*. *Benaco* major eſt, *Verbano* æqualis fere. Longitudinem Strabo ſtadiorum ſcribit ccc, Latitudinem, xxx: Novitii paullo aliter metiuntur. Excurrit ab Septentrione in Meridiem, pronior tamen in Orientem. Conſpiciendos ſe præbent inter Verbanum & Larium, Lacus quidam minorum gentium. *Luganus Lacus*, *Gavitatius*, *Monatius*, aliique. Irrigant etiam hanc regionem Fluvii *Ticinus*, *Adaua*, *Serius*, *Toſa*, *Bremba*, atque alii plurimi. Montes etiam varii inter quos *Lucumonis Mons*, vulgo *Luckmannuer*, *Mons Gothardi*, *Alpes Lepontiæ majores*, quibus ab Lario Lacu per Clavennam Curiam Rhetorum itur: *Alpes Rhæticæ*, aliique multi. Sed hæc hactenus; reliquum nunc eſt, ut de *Valeſia* altera hujus Tabulæ parte agamus.

Valeſia.

Regio unde dicta Situs.

Valeſiæ nomen, quam *Wallis* aut *Walliſſer Landt* vulgo dicunt, unde ortum ſit minime reperi, niſi Munſteri ea de re ſententia cuiquam placeat, veriſimilis certe eſt. Arbitratur autem vocabulum illud natum eſſe a Latina voce Vallis, aut ab arce Sedunenſis civitatis *Valeria*. *Valeſiæ* conregionales ad Boream Bernates & Lucernates Helvetii: ad Meridiem Cottiæ Alpes & Lepontiæ: ad Ortum ſummæ Alpes & Rhetia alta: ad Occidentem Graiæ Alpes & Lemanus Lacus. Ejus longitudo ab Occaſu in Ortum itinere quinque dierum protenditur: Latitudo vero valde eſt anguſta, niſi quod prope Octodurum & Sedunum paullo ſpacioſior eſt.

Soli fertilitas.

Hæc licet altiſsimis Montibus & præacutis petris undique innexa, qui pro magna parte altitudine fere unius Germanici Milliarii elevantur in Cœlum: multique ex iis perpetuo aut glacie irreſolubili aut nive obducuntur: nulla tamen re ſuſtentationi hominum neceſſaria caret: per ſe ferax Frumenti & Vini, atque omne genus Fructuum. Habet Triticum & Siliginem, habet Hordeum, Avenam, Fabas, Piſa, Lentes & Milium. Vinum incipit creſcere in Diœceſi Brigenſi in Montibus, continuaturque ejus plantatio per deſcenſum Rhodani, donec venias ad S. Mauricium. Apud Sedunum Rubrum Albo præſtantius eſt, tamque atrum & denſum, ut eo ſcribi poſsit. Iuxta Octodurum, album bonitate ſuperat rubeum. Vixque in Germania locum reperias ubi nobilius quam Seduni creſcat Vinum, atque inde in vicinas vehitur Regiones. Hic ut & in *Siders* & *Gundes* creſcit Crocus in magna abundantia. Sunt ibi Mala Punica, Amygdala, & Ficus. Per totam quoque regionem invenias omnis generis Poma, Pira, Nuces, Pruna, Ceraſa, Caſtaneas, Mora, Perſica, Avellanas Corna. Suppeditant præterea Montes hujus regionis multas nobiles Herbas & Radices Medicas, quibus inſignes ſunt & peculiares vires, Gentianam, Antrinam, Squillam &c. Mi-

neratum etiam feraciſsima eſt regio: ac Chryſtallus pura & impura in *Gums* juxta Rhodani originem eruitur.

Varia

Varia quoque producit Animalia, Vaccas, Boves, Equos, Asinos, Mulos, Oves, Porcos, Capras, Cuniculos: Anseres item, Anates, Gallinas, Pavones, Columbas. Abundat etiam Apibus, unde illis non exiguum emolumentum. Habent præterea Montes Animalia quædam nobis penitus incognita, ut sunt Ægocerotæ seu Capricorni, Meles, Ibices, Mures Alpini, Lepores nostris dissimiles, Phasiani, Galli silvestres, Gallinæ petrosæ, Aviculæ quas *Parnassas* vocant, Perdices, Bonosæ, Fulicæ, Vultures, Palumbi, Ardeæ. Ficedulæ, Mergi, Coturnices, Turdi. Abundant quoque Vrsis, Lupis, Lyncibus, Vulpibus, Martibus, Falconibus. Carent autem Cervis, Capreis, Apris, Scorpionibus & Conchyliatis Ranis. Tanta autem Ferinæ in hac regione abundantia, ut bubulæ instar, & nonnunquam viliori precio in macello veneat. Episcopus porro Sedunensis Princeps est & Dominus totius Valesiæ, in Rebus Secularibus & Spriritualibus, deditque Carolus Magnus circa annum Christi CCCIOV hunc Comitatum & Præfecturam S. *Theodolo Episcopo* Sedunensi atque omnibus successoribus ejus. Confirmarunt quoque multi alii Imperatores hanc donationem & roboraverunt usque in hodiernum diem. *Valesia* in *Superiorem & Inferiorem* dividitur. Superior idiomate Germanico utitur, incipitque a Furca Monte, excurritque ad Marcam regionis usq;, quę est sub Seduno, juxta amnem Morsum, complectiturque septem Decimas seu Diœceses, quas illi *Zenden* vocant, nempe *Sedunum*, *Syder*, *Leuck*, *Raren*, *Visp*, *Brig* & *Gombs*. In *Inferiore Valesia* lingua Sabaudica in usu est: ab amne Morso initium sumit, extenditurque ad pontem S. Mauricii usque, cujus Incolæ olim *Veragri* dicti sunt. Habet autem Inferior *Valesia* sex Communitates quas illi vocant *Vexica* seu *Banneras*, nempe *Condes*, *Ardon*, *Salluen*, *Martinacht*, *Intremont*, & S. *Mauricii*. Metropolis Valesiæ *Sedunū*, Germanice *Sitten*, & Gallice *Sion* pro patriæ more elegans Civitas, crescitq; indies splēdor ædificiorum. Adjacet monti, qui in media planicie, inter altissimos Montes vallem claudentes, sensim versus ortum consurgit: bifurcaturq; in duo petrosa fastigia seu eminentes colles. Subest autem Torentasiæ Archiepiscopatui Sabaudiæ, Sedunum Episcopatus Valesiæ, & Augusta similiter. Præter Sedunum nullam muris cinctam Civitatem habent Valesii, quamquam *S. Mauricius* sive *Agaunum* pro Opido haberi posset. Sunt hic præterea *Martinacht* sive *Octodurum*: *Gradetsch* & *Vetus Sider* arces, *Sider*, *Leuc*, *Raronia*, *Vespia*, *Brig*, *Naters*, *Morel* Opida. Montes qui Valesiam ambiunt, habent hodie alia, quam olim nomina. Mons ex quo Rhodanus oritur olim *Subecus*, *Coatius* ac *Vrsellus* vocatus fuit, hodie *Furca* nuncupatur. Huic vicinus est *Gothardi Mons*: juxta Brigam est *Sempronius Mons*, hodie *Simpelberg*. Huic vicini sunt *Sases* & *Matter* Montes. Ex altera parte Rhodani sunt *Loetsch* & *Gemmi* Montes. In *Valle Poenina*, *Arolla* mons glacialis est. E regione *Sider* versus Septentrionem est *Sylvius Mons*, is jam *Austal-berg* vocatur, & ex utraque parte *S. Bernhardi Mons*. Silva Hercynia huc etiam spargit ramos suos diversis insignitos nominibus, alibi enim *Milebach* Silva iuxta Arnen nimirum, juxta Perigrad *Persim Waldt* vocatur, atque alibi aliter. Populus in Valesia est hodie erga exteros, valde humanus & affabilis, totusque beneficus. Inter se vero paullo rigidiores, quam amicos & vicinos deceat.

Animalium varietas.

Imperium majorum.

Urbs & Opida.

Montes.

Silvæ.

Mores.

Regio & unde dicta.

SECVNDA Lombardiæ Tabula Tirolenſem Comitatum & Marcam Tarviſinam complectitur. *Tirolenſis Comitatus* nomen habet ab Opido *Tirolo*, quod antiquitus ſplendidum fuiſſe videtur.

Situs.

Iacet inter Atheſin & Oenum flumina, interque Alpium juga: ad Septentriones Bavaria clauditur, ad Auſtrum Lombardia: ad Ortum Marca Tarviſina, Foroque Iulii: ad Occaſum Helvetia. Rheticæ quondam pars fuit.

Soli fertilitas.

Regio hæc licet Alpibus incluſa & extenſa per ipſa juga Rhetica, Fructuum tamen, Rerumque ad vitam neceſſariarum, nec non Auri, Argenti, Metallorumque omnis generis optimorum copia, dives & locuples. E Montium viſceribus ingentes hauriuntur Metallorum theſauri, cacumina vaſtis Silvis Ferarumque multidine plena: Colles ac Clivi, Frugibus ac Vineis: valles Fontium ac Fluminum Aquis irriguæ, Armentis & Pecoribus refertæ ſunt. Itaque Comitatus iſte, non ſolum Ducatui, verum etiam Regno aequiparari poteſt.

Imperium majorum.

Adjunctus fuit Domui Auſtriacæ anno CIↃCCCLX a *Rodolpho* Alberti filio Auſtriæ Duce.

Urbes.

Vrbs primaria *Oenipons* vulgo *Inſpruck*, ad dextram Oeni ripam, Sedes Principis: Parlamenti regionem Auſtriacarum ſedes. Sunt præterea *Maranum* Opidulum ad ipſum caſtrum Tirolenſe regium; *Bolzanum* Emporium: *Halla* factitio Sale nobilis ad Oenum: *Brixia* ad Iſacum fluvium, qua ſe Rientius in Iſacum exonerat, urbs Epiſcopalis. Eſt & *Tridentum* ad Atheſim, Vrbs vetus, quam in decima Regione Iraliæ inter Mediterraneas collocant Plin. & Str. Conditam volunt a Gallis: & ita Trogus prodidit. Nomen habere creditur a Neptuni Tridente. Nam ut Randenenſes Saturnum, ita Tridentinos conſtat coluiſſe Neptunum, cujus effigies cum fuſcina adhuc exſtat in templo B. Viglii, eo latere quod forum reſpicit. Vrbem muro cinxit Theodoricus Oſtrogothorum Rex, uſus ad ſtructuram lapide quadrato. Idem Caſtellum Verrucæ Tridento imminens in altera ripa pari opere munivit. Poſtea ejectis ex Italia Oſtrogothis, tenuerunt eam Langbardi titulo Ducatus. Victo autem Langbardorum Rege *Deſiderio* a *Carolo Magno*, rurſum facta eſt juris Imperii, auctaq; ab Imperatore acceſsione *Ripæ* Opidi ad Benacum, cum vallibus quibuſdam & villis. Poſt hunc *Carolus Saxo*, univerſum Comitatum Tridentinum, una cum valle venuſta, & Bolzamo Opido Eccleſiæ dono dedit. Additus defenſor & protector Comes Tirolenſis. Ex eo itaque juriſdictionem utramq; exercet Epiſcopus. Sermo civibus partim Germanicus, partim Italicus: & quod in limitaneis Civitatibus rarum eſt, tam pure utramque linguam ſonant, ut neque in media Germania, neque in media Italia vix quiſquam purius. In hac Vrbe celebratū eſt Concilium illud famoſum, Anno CIↃIↃXLVI, ſub Paullo III.

Flumina.

Fluminibus Regio rigatur duobus præcipue. *Oeno* & *Atheſi*: Reliqui rivuli potius quam juſti fluvii dicendi ſunt.

Montes.

Montium hic numerus non eſt, qui omnes uno nomine *Rhetica Juga*, ſeu *Rheticæ Alpes* vocantur, quamvis propriis deinceps nominibus diſtinguantur.

Silva.

Sylvarum quoq; hic magnus numerus eſt: uti *Grinwald*, *Hofgarten*, *Inder Aich*, *Mihrinald Foreſt*, *Vnſer frauwen Holtz*, &c.

Dixi


Tarvisina Marchia et Tirolis Comitatus.
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
TIROLI S COMI ATVS
Brixia
Marca
Trento
Verona
Mantua
GOLFO
DI VENETIA
Stams
Landeck
Innsbruck
Meraner
Bozen
Trient
Brixen
Sterzing
Lienz
Gemona
Udine
Conegliano
Treviso
Padua
Vicenza
Bassano
Feltre
Belluno
Venetia
Chioza
Rovigo
Ferrara
Adige
Po
Brenta
Piave
Tagliamento

104.

Regio. *Unde dicta.*

DIxi de *Comitatu Tirolensi*: restat nunc ut de *Marca Tarvisina* agamus. Nomen accepit a *Tarvisio* Vrbe quæ sedem & domicilium dabat Marchionibus Langbardici nominis, qui huic tractui cum imperio præerant. *Tarvisinum* appellant Cassiodorus & alii. Dicitur & *Venetia*, a *Venetis* populis. Hodie vernacule *Marka Trevigiana*.

Situs.

Quod ad Fines, scribit Leander ab Occidente *Venetiam* claudere Mincium, Benacum, & Sarcam Fl: a Septentrione, Montes Taurisanos, Italiæ Germaniæque discrimen; ab Oriente Timavi Ostium, partemque Hadriatici maris: ab Meridie, Ostium Athesis, Paludesque Melarianas ac Brigantinas: hos autem *Venetiæ Veteris* terminos esse, non *Markæ Tarvisinæ*, quæ multo erat angustior, suamque habebat longitudinem inter Mincium Alsamque fluvios: trans Alsam enim Forojulienſem Agrum adnecti; præterea *Markam Tarvisinum*, quæ nunc vocatur, nonnulla continere loca Cenomanorum &c.

Cœli temperies.

Regio pernobilis est & lauta; Cœlum salubre, jucundum & temperatum.

Soli fertilitas.

Campos habet amœnos, ac Frumenti ceterarumque frugum: item omnigeni Fructus ac Vini maxime fertiles. Adest Metallorum ubertas; nec Pecudum greges desunt; tantis denique & tam multis municiæ naturæ dotibus adfatim ornata est & locupletata, ut inter principes Italiæ Regiones optimo jure censeri possit. Habitarunt hic olim *Euganei* quibus nomen, si Etymon ex Græcia petendum, ab genere nobili clarisque natalibus. *Euganeos* his sedibus profligarunt, ut Livius notat lib. 1 *Veneti*, a quibus tota Regio *Venetia* dicta.

Urbes.

Vrbes *Tarvisinæ Marchiæ* sunt *Verona*, *Vicentia*, *Patavium*, *Venetia*, *Tarvisium*. De tribus prioribus *Verona*, *Vicentia*, *Patavio* in propria quam obtinent Tabula, dicemus. *Venetia* (vulgo *Vinegia*) multitudinis numero nominatæ: Vrbs, modicas complexa Insulas circiter LX, sita est in intimo Sinus Hadriatici recessu, mediis in stagnis, quæ æstu singulis senis horis irrigua: adfuso, qua Oriens est, Pelago, quod tamen, ne sua violentia vel ira sit noxium, præjectis aliis quibusdam Insulis, tanquam aggeribus cohibetur. Licet non muris, non propugnaculis, non turribus ullis sit munita, loci tamen natura est tutissima. Quamplurimis dividitur Canalibus. Vicis pene omnibus sui sunt Rivi, conjungentibus ipsos Pontibus ex lapide lignove circiter CCCCL. Inter Canales principis loci, qui vulgo *Canal grande*, longitudinis trium Milliarium, qui Vrbem totam in duas quasi dirimit partes: circa medium Pontem gestans visendum. Ita commoditas passim Vrbem vel pedibus percurrendi, vel cymbis, quarum numerus octo dicitur millium. Vulgus *Gondelas* vocat. Ambitus Vrbis VIII circiter Milliarium. Imperii magnitudine, populi frequentia, opum splendore, mercium varietate, inlustris: Ingeniis excellentibus Virisque eruditissimis beata: bonis Legibus laudabilibusque Institutis ornata. Frumento, quod ex diversis Orbis partibus advehitur, Vinis multiplicis generis, inter quæ generosum illud, quod vulgo *Malvaticum* vocant, aliisque rebus humatæ vitæ necessariis, ita adfluit, ut recte *Paradisus delitiarum* appelletur. Regiones ibi seu Parochiæ LXIV. Aedificia cum publica tum privata ibidem magnifica, splendida, sumptuose ornata. Inter Templa preciosissimum illud quod D. *Marco Evangelistæ* dicatum, Auro multis locis ornatum. Et ut reliqua omittam: Intra Vrbem

Armamen-

Armamentarium est (vulgo *Arsenale*) cujus circuitus duorum circiter milliarium. In hoc è ligno, ferro, ære, lino, canabi, omne nautici apparatus genus, anchoræ, torméta, catenæ, spiræ, rudentes, vela quotidie conficiuntur: hic insignia a Turca, piratis, hostibus capta ostentantur, Manubiæque illæ opimæ Anno CIↃ IↃL XXI ad Naupactum ablata. Ostenduntur Prætoriæ quinqueremes, & navis Bucentaurus qua vectus quotannis ad Maris introitum, ubi Castella Aestuarii, Princeps, Senatu Primoribusque Vrbis comitatus, ceremoniis ab Episcopo peractis, Mare sibi despondet; injecto ad perpetuandum Dominium aureo annulo. Est & Gymnasium publicum, cum Bessarionis Cardinalis Nicæni Bibliotheca, quam ipse moriens Reip. Venetæ legavit. Civium frequētia *Venetijs* plane stupenda. Numerus trecentorum circiter millium censetur. Triplicis illi sunt generis: *Patritii*, quos penes Imperii & Reip. administratio: Cives qui Scribarum & aliorum honorum munera gerunt: *Artifices*, qui mechanicas exercent Artes. Præter hos, *Mercatores* innumeri & Advenæ qui vario cultu ex omnibus Mundi partibus eo negotiationis gratia confluere soliti: Turcæ, Aethiopes, Slavi, Arabes, Syri, Cretenses, Cyprii, Macedones, Germani, Vngari, Hispani, Galli, alii. Prima *Venetæ Reipublicæ* administratio fuisse fertur *Consularis*: altera *Tribunitia*, per annos CCL I I: postea anno IↃCC V I I sub Ducis cœpit esse imperio. *Dux*, *Dage* vulgo, Reip. caput, *Senatus* est Princeps, eique nihil injussu *Senatus* nec pace agere, nec bello quidquam licet. Ipse *Senatum* consulit. *Senatus* Auctor decernit: Decreta tamen Ducis nomine promulgantur. *Duci* de publico certa penduntur stipendia: eoque defuncto, statim in locum defuncti ex Senatorum numero alius per suffragia sufficitur. *Senatus*, vulgo *Gran Consiglio*, basis est totius Status; ejus membra Nobiles omnes, XXV annis Majores: quibus mira in dicendo libertas, summa in consulendo integritas, eximius recti verique cultus, studium conservādæ libertatis augendique Imperii incredibile, insignis in adversis constantia. Præter Ducem Senatumque alii multi sunt *Magistratus*, quos hic brevitatis studio prætereo. Hæc Vrbs omnium Vrbium clarissima cēsetur & florentissima, Mundi Theatrum, commune totius Orbis Emporium, Victrix dominatrixque tot tantorumque hostium: Hadriatici Regina Maris, Italici nominis gloria decusque. Quamvis multa bella gesserit, variamque fortunam mille annorum spatio sit experta, in externi tamen hostis potestatem nunquam devenit. Reliquas Civitates & minorum gentium Opida silentio prætereo. Fluvii insigniores hujus tractus *Flumina.* *Montes.*
Plavis, *Piave* vulgo, *Brenta*, *Bachilio* & omnium maximus *Athesis*. Montes sunt hic tractu Patavino, qui nec ad Apenninum, nec ad Alpes pertinent, qua conditione nullus alius ager est totius Italiæ. Horum unus est *Gemula*, alter *Venda*, & *Colles Euganei*, Poetis celebratissimi. Mercator hæc habet: Patriarchæ *Aquilegiensi* subjiciuntur Episcopatus, *Mantua*, *Cuman*, *Tridentinensis*, *Verona Maravensis*, *Paduanensis*, *Vincentinensis*, *Trevisinensis*, *Cenetensis*, *Ceneda*, forte, *Feltre*, *Bellun.* Atq; hæc de Tirolēsi Comitatu & Tarvisina Marca breviter dicta nobis sint.

Pedemontium.

Regio & unde dicta.
Situs.

TERTIA *Lombardiæ* Tabula sequitur, in qua *Pedemontium*, *Montis Ferrati Marchionatus*, cum *Ducatu Genuensium* delineantur. Occurrit primo loco *Pedemontium*: sic dictum, quod ad *pedem montium*, ad radices inquam Alpium, quæ Galliam Sabaudiamque ab Italia dividunt. Vulgo *Piemonte*: Fines ab Oriente Padus: ab Meridie Ligurum Alpes: qua Occidens est Alpes Galliæ: qua

Soli fertilitas.

Septentrio, Duria Riparia. Regio est amœnis fructiferisque Collibus plena, Frumentem, Fructus, Vina producentibus nobilissima. Ferri prope Turinum, Marmorumq; ad Paisanam, Fodinis non carens. Habitarunt olim *Turini*, Polyb, Liv. Plutarcho noti: item Straboni, Ptol. Pli. in nona Italæ regione eos notanti, Ligurumque stirpis facienti. Inde *Ducatus Taurinus*, appellari cœpit hic tractus sub *Langbardis*, qui in Provinciæ formam redacto Ducem præposuerant. Iis deletis, primum in *Italiæ Regum* venit potestatem: post Principum diversorum: præcipue *Sabaudiæ, Franciæque* ditione fuit subjectus: vastatus supra modum bello quod gestum inter Carolum v Imperatorem & Franciscum Galliarum Regem. Caput Regionis est antiqua Civitas *Taurinum: Augusta Taurinorum* Tacito, Plin. Ptol. *Taurini* hæc Vrbs ab ipsis populis, apud Antoninum, non uno loco. Vulgo *Turino*. Dictum vult Stephanus Grammaticus ab *Tauro*, Massilienſium, quorum fertur Colonia, Insigni. Iacet ad ostium in Pado Duriæ: forma quadrata, Portis patens quatuor, splendidis ornata ædificiis, nobilitate Civium clara: rerum omnium copia abundans. Summum Templum Ioanni Baptistæ est sacrum: præter hoc alia sunt xx aut circiter. Palatium ibi Ducis visendum: Academia celebris, in qua Erasmus Roterodamus S. Theologiæ Doctor est creatus. Prima hæc Italiæ Vrbium Officinam habuit librariam. Episcopatus gaudet dignitate. Ad Collem *Rivoli* est Opidum frequens: ulterius *Avilliana* Iuxta Padum est *Carignano*. Altius inter Rivolos & Avilianam splendidum visitur Cœnobium *D. Antonij Ravesini*: & nonnullo inde intervallo *Ad D Ambrosium*. Succedit mox *Susa* quam plerique Sabaudiæ adcensent. Ad Padum sexto ab Sangoni ostiis lapide Opidum jacet, quod vernacule *Pinarolo*, opulentum, cum Cœnobio sumtuoso: supra pandunt se *Petrosa*: Læva fontis Sangoni *Pagellato* & *Briacasse*, dextra *Monte Bobio*. Haud procul Pelice amne, Padi incola, *Pancalerum* est & *Villa Franca*, ubi ponte Padi ripæ junguntur. Sequuntur ad Padi fontem *Revello* & *Paisana*: ulterius *Critio*: moxque *Mambrino*, ubi Vallis Padi initium. Incolæ vocant *Valle di Lucerna*, ab Castello, quod ibi cognomine.

Imperium majorum.

Vrbs & Opida.

Montis-Ferrati Marchionatus.

Regio.
Unde dicta.

SVCCEDIT jam nunc peramœna & fœcunda Regio *Mons-Ferratus* explicandus, sic dictus uti censet Leander, quasi *Mons Ferax*, ab modicorum Collium, quos habet, fertilitate: vel a *Ferro*, similitudine quadam, quod uti Ferrum cetera Metalla vi ac duritie vincit: ita ille finitimos ubertate cum aliorum fructuum,

Soli fertilitas.

eorumque nobilitate & suavitate, tum vero Vini longe superet. Describit *Montem-Ferratum* Merula lib. v I Antiquit. Vicecom, hoc modo: *Mons est perpetuus expansus jugis, totus amœnus & fructifer, omniumque rerum ad vitam*


Septen.
Meri.
Orions.
Occ.
29
30
31
32
33
43
44
Milliaria Italica
3 10 15 20
MARE DI GE NOA
Pedemontana Regio, cum Genuensium territorio et Montisferrati Marchionatu.

105.

ad vitum utilium fertilis, & colonis admodum frequens. Incipit diurno fere itinere ab Alpibus, planicieque separatur, quæ inter hos Colles & Alpes intercedit. Nihil hic incultum quidquam propter summam Solibonitatem opportunitatemque. Lævam Tanarus, dextram Padus adluit, nec ullis alveum Regio egreditur. Quanto magis autem ab amnibus abscedunt Colles, tanto majores amœnioresque Campi inter eos panduntur, quos haud male Mesopotamiam *queas dicere, quippe quod amnibus utrimque sint inclusi. Montis Ferrati* Marchionatum tenuit primum *Palæologa stirps* usque ad annum CIↃIↃXXXIV: quo, defuncto San-georgio Palæologorum ultimo, Carolus V Imp. *Mantuæ Ducem* legitimum *Montis-Ferrati* Hæredem declaravit. Erectus fuit Marchionatus in Ducatum anno CIↃIↃLXXV ab Maximiliano Imp. primusque *Montis-Ferrati* Dux dictus est *Gulielmus* III, Mantuæ Princeps. In hoc autem terræ tractu tres insignes habet urbes Mantuæ Dux, quæ sunt *Casalis D. Evasii*, Civitatis jus adepta ab Sixto IV anno CIↃCCCCLXXIV: Episcopatus fulgens dignitate: sedes Marchionum *Montis-Ferrati*. Duplex ibi Arx: Vetus, Marchionũ quomdam domicilium, & Nova, quam exstruxit Vincentius Gonzaga, Mantuæ *Montisque Ferrati* Dux, quæ vulgo *La Citadella*. *Alba*, Plinio *Pompeia* cognominata, cui inde *Albenses Pompeiani* nominantur. Amplitudine superat Casalem D. Evasii, clementia Cœli interior, Marchionum *Montis-Ferrati* prius, nunc *Ducum Mantuæ* subjacet Imperio. Ager omnium fœcundissimus, qui *Languvilla* vulgo. Tertia est quæ vulgo dicitur *Acqui*: *Aquæ Statyellorum* Plin lib. III cap. v. in Liguribus ponenti. *Aquæ* simpliciter Antonino: ab *Aquis* proculdubio & fontibus, qui hic sunt, calidis & medicatis: sunt enim in hac Civitate Thermæ publicæ cum Mensis lapideis & gradibus. Præter jam dictas urbes sunt; *Bassiniana, Valentia, S. Salvatore, Mon-calvo, Alexandria, Nicæa, Palea* cognominata, *Asta, Pollentia, Ceva*, atque alia multa.

Genuensium Ducatus.

Regio unde dicta. GENUENSIUM *Ducatus*, vel *Ora Genuensis*, olim dicta fuit *Liguria*, non tamen tota, sed quæ *Transalpina* fuit cognominata. *Liguriæ* unde nomen varie disceptatur. Quidam inter quos Paullus Diaconus, ab *legendis Leguminibus* tradunt: alii ab *Ligone*, uno ex fabulosis Iapeti Ducibus: suppositicii ab Annio Viterbiensi Berosus, Caro, Fabius Pictor & Semprocius ab *Ligure Phaethontis* Ægyptii Filio: Nunc vulgo *Riviera de Genoa* vocatur, ab *Genua* clarissimi nominis Vrbe. Hodie fines ipsi ab Occasu Alpes, Galliam Narbonensem ab Italia dividentes, ab Ortu, Etruria, Macra interfluente: qua Meridies est, cognomine pulsatur Mari: qua Septentrio, Apennino clauditur. Hæc olim, ut scribit Strionnino sterilis fuit, nihilque memoratu dignum habuit, nisi quod intus maximæ arbores & vastæ, quæ navibus fabricandis idoneæ erant, producebant ũ. Nunc vero Vini, Olei, ac variorum Fructuum proventu beata. *Ager Dianus* Oleo adeo adfluit, ut quandoque octodecim, nonnunquam viginti millia urnarum reddat, quas vulgo *Barilas* vocant. *Ora Genuensis* hodie duplex, Occidentalis & Orientalis: quæ vulgo ab Metropoli, quæ in medio utriusque, *Riviera di Genova, di Ponente, & di Levante*. Vrbs primaria *Genua* Liv. & aliis: *Genoa* Steph *Ianua* dicitur Luitprando Ticinensi, & ejus ætatis Scriptoribus: Hodie *Genoa* & *Genova*. Quod ad Situm. Fronte Meridiem Cirnumque spectat Insulam, amplissime circa littus consurgens, dorso Septentrioni obverso, leniter in planitiem, velut ad quiet-

Situs.

Soli fertilitas.

Urbes.

ad quiescendum descendens, Montium innixa radicibus, quorum a tergo contra sævorum Septentrionum adflatum vallo munitur, non tota montosa, nec vicissim tota plana, sed mixta specie. Circuitu palmos colligere tricena quina millia, supra nongentos quinquaginta quinque, Nebianus Episcopus tradit. Palmus haud multo minor antiquorum est pede. Hinc mensura totius urbis si palmos septenos passui demus, milliariorum erit quinque, sin senos, sex, demptis quadraginta quinque palmis, nec moles, nec portus in hanc dimensionem venit. Insignem Portum habet ad Austrum & Africum patentem, ingenti mole ad securam stationem prę-munitum. Cætetum de Genua politissimi & rotundi exstant Scaligeri versus.

Ditis opes Asiæ, & claros Orientis honores
Quantaque ab Euxino tunditur ora salo,
Pisanas acies, Thuscæ decora inclyta Pubis
Et traxit ad Ligures Gallica signa manus.
Subjectis domitas tenui cervicibus Alpes,
Et tremuit nostras Africa terra trabes.
Afflictus toties Venetus, quæ fugerat olim
In patriis movit tela petitus aquis.
Frustra Galle cupis: frustra es frustrator Ibere,
Frustra sæva ferox Insuber arma capis,
Vinco ego, cum vincor, par est Victoria damno,
Sumque eadem domina servaque facta mea.

Metropoli visa, reliquarum Vrbium nonnullas & Opida indicabo. Haud procul Varo *Nicæa* est Ptol. *Nicia* Antonino, *Nizza* hodie. Vrbs maritima, quomdam ab Massiliensibus condita, dorso Alpibus innitens, partim in juga, partim in planiciem porrecta. Nunc est munitissima, firmam habens Arcem in colle, ditionis Sabaudiæ Principis. Supra Portum Herculis Monœci ad alterum lapidem editis in montibus *Torbia* jacet, vel *Turbia*. Sunt & *D. Remi* Opidum, *S. Remo*, peramœno & fertili agro, qui Citris, Palmis, Medicis, Limonibus, aliisque fructiferis Arboribus mirum in modum ornatus. *Castellum Tabia*: ambitu exiguo, sed nomine celeberrimum, ob generositatem Vinorum Apianorum. *Albingaunum*, Vrbs antiqua, situ plano, quingentis a mari passibus, gravioris Cœli, alioqui opulenta rebusque necessariis adfluens. *Finarium* item, *Naulum*. *Savona* urbs antiquissima, ædificiis ornata magnificis, cujus ambitus est CIↃIↃ passuum. Atque hæc sunt in ora Genuensi Occidentali. In Orientali sunt: *Claverium*, *Sestri de Levanto*, & alia. Flumina hic sunt *Varus*, qui Limitem statuit inter Provinciam & Liguriam: hanc Italiæ, illam Galliæ regionem. Recipit hic, qua Occidentalior ejus ripa & Gallica Fluvios, qui vulgo Gallorum audiunt *Caremp*, *Lavaire*, *Esteron*: qua Orientalior & Italiã spectans, *La Lince & La Vesubie* Sequuntur inde per Liguriæ littora *Paulon*, hodie *Palion*: *Rutuba* hodie *Rotta*. Sunt item *Merula*, *Porzevera Ferisano*, *Lavagna*, *Maera*, *Magra* hodie. De Administratione autem Ecclesiastica apud Merc. in hac Tabula hæc leguntur: Archiepiscopus *Taurinensis*, cui subsunt *Casalensis*, *Salutiarũ*, *Montis Regalis*, *Novariensis*, *Lodensis*, *Vercellensis*, *Ipporegiensis*, *Actensis*, *Aquensis*, *Albensis*, *Terdonensis*, *Saonensis*, *Albingaunensis*, *Vintimeliensis*, *Placentinus*. *Papiensis*, Mediolanensi Archiepisc. subjecti. Archiepisc, *Ianuensi* subsunt *Bobiensis*, *Aprumacensis*, vel *Brumacensis*, *Metenensis* vel *Maranensis Acviensis* vel *Ampruniacensis*, *Nubiensis* in Corsica sive *Nebiensis*, *Naulensis*, *Albigaunensis*, *Arbenga* credo, inter suffraganeos Mediolanensis Archiepisc. recensitus.

Regio.
Unde dicta.
Situs.

QVarta & postrema Lombardiæ Tabula *Romandiolam*, *Ducatum Parmensem*, & *Mantuæ* repræsentat. Primo loco occurrit *Romandiola* vel *Romanula*, sic dicta hodie, Caroli Magni Imperatoris & Romani Pontificis beneficio atque auspiciis. *Romanulæ* Limites ex communi sententia ad Septentrionem quidem Paludes Veronenses & Patavinæ, usque ad Fornaces, Ostium Padi ultimum, una cum parte Maris Hadriatici: ad Orientem Isaurus, una cum Piceno; ad Meridiem Apenninus, cum Etruria; In Occidentali variatur. Quidam ultra Vatrinum flumencis Forum Cornelii non procedunt: transiliunt nonnulli Scultennam, nunc Panarium, in eo plerique, sistunt. Hos sequemur, Longitudinem ejus CX milliar. aut circiter, posituri inter Foliam & Panarium: Latitudinem XCVI milliar. vel paullo minus, inter Apenninum &, quarum memini, Paludes. Quod ad Regionis qualitatem, agros habere optimos scribit Leander, omniumque frugum, tam quæ ad vitam necessariæ, quam quæ ad humanas voluptates opportunæ & delitias, fertiles. Campi hic latissimi, fructiferis Arboribus omne genus consiti: Colles peramani, Vitibus, Olea, Ficu nitentes. Silvæ munificæ herbidaque prata cum dumis venationi apta: salubres passim aquæ: Salinæ cum circa littus, tum intus frequentes: Metallorum fodinæ: innumeræque præterea Naturæ dotes eximiæ: quæ nisi longissima narratione, commemorari haud possent. Vrbes sunt in hac Regione aliquot celebres & complura Opida. Primariæ sunt *Arminum* Ptol. & aliis, hodie *Rimini* Incolis: *Rumelen* Germanis. Nomen illi ab Amne, quo adluitur. Alii aliunde trahunt. Rerum omnium copia supra modum abundat. Portus olim amplus, splendidus satisque capax: hodie modicis navigiis tantum est aptus, arenis oppletus. *Cervia* urbs maritima olim *Phycoles* dicta. *Cerviani* majori ex parte salarii sunt Artifices, tanto quæstu, ut Pontifex annuatim inde habeat LX millia Coronatorum. *Cesena*, *Casana* Ptol. *Casena* Strab. hodie plerisque *Cesena*, aliis *Cesnadigo*, tertiis denique *Cesna*. Hodie Civitas est admodum frequens: annis superioribus a Bernardino Rubrio Parmensi, qua Occidentem Septentrionemque spectat, aucta. Arx urbi ex colle, qua Auster est valida imminet, a Friderico II Imp. condita. *Sarsina* urbs antiqua ad Apennini radices: Plauti Patria: nomen hodie retinet. *Ravenna*, Ῥάβεννα Strab. cui & Ῥάσεννα: Ῥάβενναι Ptol. Antiquam Civitatē testantur omnes. De Situ multa Str. lib. V: Vrbs est Archiepiscopalis. Subsunt huic Archiepiscopo *Adriensis*, *Comaclensis*, *Cervicnsis*, *Forolivicnsis*, *Foropompilicnsis*, *Vellimensis*, *Fille* forte, *Cesenatensis*, *Sarsinatensis* vel *Sarsinatensis*, *Faventinus*, *Imolensis*, *Mutinensis*, *Bononiensis*, *Reginensis*, *Parmensis*, & *Barcinensis*.

Solifertilitas.

Urbes.

Pasuac


32
33
Septentrio
34
35
Occidens
Oriens
Meridies
44
43
Mare di Genoa
GOLFO DI VENETIA
ROMANDIOLA cum D. PARMENSI.
Milliaria Italica
0 5 10 15 20
Brescia
Verona
Mantua
Ferrara
Ravenna
Forli
Cesena
Rimini
Bologna
Modena
Parma
Piacentino
Lombardia
Romandiola
Appenninus Mons
PARS
THUSCIAE
Pisa
Livorno
Lucca
Pistoia
Prato
Florenza
Empoli
Arno flu.
Po flu.
Adige flu.
Reno flu.
Lamone flu.
Montone flu.
Savio flu.
Rubicone flu.
Foglia flu.
Metauro flu.
Cesano flu.
Misa flu.
Esina flu.
Musone flu.
Potenza flu.
Chienti flu.
Tenna flu.
Ete flu.
Tesino flu.
Tronto flu.
Pescara flu.
Sangro flu.
Trebia flu.
Taro flu.
Enza flu.
Secchia flu.
Panaro flu.
Reno flu.
Idice flu.
Savena flu.
Santerno flu.
Senio flu.
Lamone flu.
Marecchia flu.
Conca flu.
Foglia flu.
Metauro flu.
Cesano flu.
Misa flu.
Esina flu.
Musone flu.
Potenza flu.
Chienti flu.
Tenna flu.
Ete flu.
Tesino flu.
Tronto flu.
Pescara flu.
Sangro flu.

Pascua ad Vrbem optima; ex quibus magna Lactis, Butyri, Caseique copia. *Forum-Livij*, hodie *Forli*. Vrbs natura & situ, rerumque omnium ubertate præstans inter duos Amnes Roncum & Montonum sita; Aere fruens optimo. *Forum Cornelij* vulgo *Imola*. Sita est ad Santernum Amnem, Agro frumentario, Vini, Olei, aliarumque Frugum ferace. *Bononia* nobilis & antiqua Civitas, *Bologna* vulgo: Apennini radicibus adpositа, ad Amnem Rhenum, Aposa torrente mediam urbem interluente: tota Orienti exposita: qua Auster est, Montes imminent vetiferi, qua reliquæ partes, agri patent longe lateque, omnis generis Frugum feraces. Cœlum illi non admodum salubre. Circuitus VII milliarium: olim multo minor. Portas habet XII. Potens est nobilitate, ædibus magnifica, porticibus frequens. Academiam instituit Theodosius Imperator, anno CCCCXXIII. Nunc *Ferrariam* videamus: cui unde nomen datum valde variatur. Veritati maxime consentaneum, *Ferrariam* nuncupatam ab *Ferridæ*, quæ trans Padum erat, Colonis huc ex Theodosii Imperatoris decreto translatis anno CCCCXXXIII: quo tempore Vicus fuit absque muris ab Smaragdo Exarcho circa annum IↃXCV fossa mœnibusque septus; paullatimq; ita auctus, ut tandem in nobilissimam Civitatem commutatus fuerit: Vetere Præsulatu ab Vitaliano, P M. huc circa annum IↃCLVIII traducto, aliisque XII Pagis finitimis illi subjectis ab Constante II Imp. qui multa ipsi largitus est Previlegia. Hodie *Ferraria* audit. Adsidet ripæ Padi amnis, quo qua Ortum Austrumque respicit, adluitur. Cœlum ipsi crassius, ob situ palustrem. Plateas habet rectas, longas, amplas quarum pleraque Leonellus Marchio coctis stravit lateribus. Ædificiis cum publicis, licet non magnis: tum privatis supra modum est ornata. Maximum est Vrbis Fanum. Arx illi duplex, una ad flu. altera è Regione S. Georgii, Ducis Sedes: utraque satis munita. Populo frequens, rebus ad vitam necessariis abundat. Non inamœna inter primas Italiæ Vrbes merito censenda: Caput Sedesque Ducatus Atestinæ familiæ, nobilitatis & antiquitatis stupendæ. Academiam hic instituit Fridericus II Imperator in Bononiensium contumeliam. Planiciem habet circa se maximam sed sterilem. Reliquas Romandiolæ urbes, & minorum gentium Opida prætereo.

Ducatus Parmensis.

Regio & unde dicta.

Soli fertilitas.

Imperium majorum.

Ducatus Parmensis a Civitate Parma nomen habet. Ager amœnus est, & Frugum Vitiumque optimarum fertilis, aquis medicatis pascuisque lætissimis felix: cujus Caseus & Vellera summam merentur commendationem. Civitas unde Ducatus iste nomen accepit *Parma* ab *Thuscis*, ut multæ his locis aliæ, condita, a Boiis inde possessa, lapsu temporis Romanos habuit Dominos: qui anno IↃLXX, quo tempore Mutinam, eo Coloniam, ut Livius tradit lib. XXIX, duxerunt: Calamitatem ab L. Antonio inlatam deplorat M. Tul. Philip. ultima. Conlapsa, authoritate Romani nominis libera cum aliis cœpit esse: Sequuta nunc Cæsares, nunc Pontif. Rom. Bononiensibus semper amica & conjuncta. Gravem passa est totum biennium obsidionem ab Friderico II Imp. circa annum CIↃCCXLVIII, quod partium esset Pontificiarii. Eo

Eo inde profligato, varios habuit Regulos, *Corregios*, *Scaligeros*, *Ateſtinos*, *Vicecomites*, *Galeatios*, *Sfortias*, *Gallos* denique, quibuſcum ſæpe de Vrbis dominatu certavit *Pontifex Romanus*, qui ope & auxilio Caroli v Imperatoris, Gallis tota Italia pulſis, rerum ſolus deinceps in urbe potitus eſt. Hodie ſuos habet *Duces*, quorum primus a P.M. inſtitutus eſt *Petrus Aloyſius Farneſius* Paulli III P.M. filius, quo crudeliter intra bien-nium cæſo, ſubrogatus eſt *Octavius* filius, ejque defuncto *Alexander*, Belgicæ Gubernator: cui mortuo ſuc-ceſsit ante aliquot annos Filius. Ceterum *Parma*, Strab Ptol. in Aemilia via, quinque ab Apennino P M. Nomen illi ab Amne Parma: ex aliorum mente, quod *Parmam*, hoc eſt, breve ſcutum referat. Aedificiis eſt ſplendida, plateis ornata rectis largiſque; rebus ad vitam neceſſariis adfluens: Incolarum nobilitate, civium-que frequentia celebris ſitu eſt admodum plano: Cœlo ſumme ſalubri: adeo ut Plin. *Parmenſes* tradat, tres qui-dem annos CXX, duos vero CXXX vixiſſe. Eam neque hiems, neque æſtas adfligit. Caſtrum habet munitiſ-ſimum, Principum & inluſtrium Familiarum Palatia non pauca. In foro ſatis amplo, Fons pulcerrimus: & Templum ad imitationem S.P. Romani exſtructum: Campana tribus impoſita columnis: Turris perſimilis Bononienſi, Separatur ab ſuis Suburbiis fluvio cognomine, Epiſcopatus floret titulo. Incolæ venuſti, nobi-les, Martii, animoſi, genio ingenioque præſtantes. *Ducem* cum Parma habet vetuſta & nobilis civitas *Pla-centia*; Ptol. aliiſque Πλακεντία, vulgo *Piacenza*. Iuxta Padum, a quo diſtat circiter M.P. jacet, loco peramœno; agrorum bonitate, Civiumqne claritate ſuperbiens. Muri novi ſunt: Propugnacula ampla, Munitiones in-ſignes. Epiſcopatus gaudet titulo. Gymnaſium habet omnium diſciplinarum. Vrbis ager Vini, Olei, Fru-menti, omniſque generis Fructuum fertiliſsimus eſt, propter copiam aquarum: multos habens fontes, fluvios, rivulos, paſcuis irrigandis facientes.

Mantuæ Ducatus.

Regio.

Imperium majo-rum.

Ducatus Mantuæ nomen habet ab urbe *Mantua*. Hujus Imperium primum fuit penes *Tuſcos*, Vrbis auctores: hinc penes *Gallos Cenomanos*: poſt quos *Romani* rerum ibi ſunt potiti. Maximam ſub Tri-umviratu cladem tulit. Quum enim *Cremona* victoribus diripienda eſſet conceſſa, proter vicinita-tem magnam Agri ſui partem amiſit. Hinc Virgilius. *Mantuæ veh miſeræ nimium vicina Cremonæ*. Suc-ceſſerunt Romanis *Gothi*, *& Langbardi*: quibus profligatis. Vrbs ad *Imperatorum* poteſtatem eſt retracta, earur-ſus iabante, in libertatem ſe cum multis aliis vindicavit, quam obtinuit, donec ab Othone II Imp. *Theodo-baldo* Comiti Canoſſano donaretur. Subrogatus illi *Bonifacius* Filius; eique ſine maſcula prole defuncto *Beat-rix* conjux, cum *Mathilde* filia, quæ Mantuam ſummopere ampliavit. Vrbs *Mantua*, Strab & Ptol. hodie *Mantoa*. Initium Vrbis ponunt varii varie. Quidquid ſit, antiquiſsima ipſi eſt origo. Poſita eſt in medio Palu-dum, quas Mincius, ex Lacu Benaco egreſſus, creat, nec niſi Pontibus, qui eximii admodum, aditur: hinc ob na-turam loci munitiſsimis Italiæ concenſenda. Ampla eſt, & magnifice publicis privatiſque ædificiis ornata, re-ctiſque plateis decora.

Vrbs Mantua.

Regio unde dicta

HACTENUS *Lombardiam* perluſtravimus: ſequuntur nunc *Brixienſis Comitatus* & *Mediolanenſis Ducatus* explicandi. Nomen priori a civitate nobili *Brixia*. Partem ejus tractus occupat quem olim *Cenomani* tenuere. Paterque *Territorium Brixienſe* in longitudinem mill. c a Limone Benaci Lacus

Situs.

vico, ad Vrceanum Opidum. Latitudo eſt mill. L a *Moſo* uſque ad *Dialengum*: ſituſque eſt inter Be-

Soli fertilitas.

nacum, Sebinumque Lacus. Ager uberrimus Tritici, reliquorumque Frumenti generum, item Vini, Olei-que fertilis, neque carens Ferri Æriſque fœcunditate. Habet & Aurum, Argentum, Alumen, Marmor Porphyreticum, & aliud ex atro & viridi variegatum, quod *Serpentium* uocant, Ophiten Plin. alioſque Lapides precio nobiles: *Marchaſitam* etiam, quem *Pyritem* vocarunt Veteres: Abundatque omnibus quæ ad vitæ neceſſitatem cultumque expetuntur. *Brixia* fidem *Populi Rom.* perpetuo coluiſſe legitur: præſertim Bello Punico poſt cladem ad Trebiam amnem ab Hannibale inlatam. *Colonia* deducta eſt cum reliquis Tranſ-Padanis ab

Imperium majorum.

Cn. Pompeio Strabone, anno IↃCLXV, & poſtea cum aliis ab C. Cæſare Dictatore Civitatis jure donata. Deinceps in *Imperatorum* fuit poteſtate, quâdiu ſalua ſtetit ſua Romano Nomini majeſtas. Poſt ab Radagiſo Gothorum Rege incendio vaſtata, anno CCCCXII: hinc ab Attila Hunnorum Principe ſubverſa ſed refecta anno CCCCLII imperante Martiano: mox ab *Langbardis* poſſeſſa uſque ad captum ab Caralo Magno Deſiderum: quo exſtincto, ſucceſsit *Francorum Imperium*. Inde ab Othone Saxone Cæſare libera Imperii Romani Civitas eſt facta, anno CIↃCXXXVI: mox ab Henrico VI direpta, muris nudata, ſuiſque ſpoliata Privilegiis: ab *Scaligeris*, Veronæ Ducibus, opera Guelforum eſt capta. His ſucceſſerunt *Vice-comites*, Medioloni Principes: a quibus ſæpe vexata ad *Venetos* defecit: quibus ab *Gallis* rurſum ademta, paullo poſt iis eſt reſtituta. *Brixia* Strab & Ptol. hodie *Breſcia*. De hujus Vrbis origine varia traduntur, ſed parum explorata. Aliis certiora

Vrbs & Opida.

forte apud Livium, quem multi ſequuntur. Notatis ab *Cenomanis* conditam: cum Elitovio & Beloveſo Ducibus ex Galliis, per Taurinos & Aples Iulias in Italiam tranſgreſsis. Hinc *Cenomanorum* genti tribuitur etiam a Plin. & Ptolemæo, quin & Livius lib. XXXII *Brixiam Cenomanorum* ſignat caput Civitas eſt pervetuſta, dives, populoſa, ampla, validis munita muris, Arce ſuperbiens inexpugnabili, pulcra edificiis cum publicis tum privatis. Eam amnis perlabitur *Garcia* quem alique *Melam* vocant. Caſtrum habet munitiſsimum è vertice Vrbem deſpiciens: & egregio firmatum ab Venetis præſidio: Templa magnifica: Monaſteria ſtupenda: Hoſpitale pulcrum. In Palatio Capitanei hæc leguntur:

Hic locus odit, amat, punit, conſervat, honorat:
Nequitiem pacem, crimina, jura, Probos.

Templum & Epiſcopi Palatium, quin tota Civitas, ejuſque Territorium, omnia inquam, paſsim lectiſsimis Marmorum Inſcriptionibus, Statuis, Statuarum titulis & elogiis, variorumq; Epitaphiis ſunt plena. Incolæ locupletes, lauti, nobiles, ſolertis ingenii,

Opibus


BRESCIA
Episcopatus
MEDIOLANŪ
Ducatus
Milliaria Italica
Septentrio
Lago de Garda
Lago de Como
Lago Maggiore
Summo lacu
Pedemont
Metiola
Buyo
Adua flu
Tusine
S Pierre
Corten
Monno
Campeto
Pe di Legno
Canaio
Bonle
Balin
Drone
Alla
Riua
Torbole
Massesene
Znane
Torri
Garda
Salo
Gauardo
Pescheira
Lonado
Desenzano
Cauriana
Gaito
Canoleto
S Bartholome
Mantua
Montana
Borgo forte
Asola
Tor Ollio
Belfonte
Lucera
Breda
Salvio
Ligata
Guastalla
Po vel Padus flu
Mantigllio flu
Suricum
Diuersano
Liroy
Eiuynenegro
Prosegna
Louena
Sanazara flu
Ponte
Romano
Becesca
Recionico
Adunc um
Illeuisum
Premia
Bellanu
Varena
Borog na
Lipral xi
Scriuer
Oudde
Monti
Cento
Campoler a
Rocca
Castion
Angolo
Nosa
Masu
Vaniua
Ladrae
Gradesello
Luiso
Vestone
Liuton
Bonarno
Cazzi
S Fauſt
Prestate
Tiouer
Costa
Ider
Minacium
Pagnoua
Gugio
Pont de
Verina
C Franco
Flacanico
Calepi
Forno
Zone
Couche
Bionde
S Gallo
Fer magia
Gargano
Arcenium
Molgio
Morti one
Azon
Lecco
Tagio
Casamga
Brembia flu
Serri flu
Guerna
Fresco
Marquzzo
Lonado
Gana
Como
Pusiano
Baranello
Vercurae
Brippio Villa
Besozo
Biumo
Senon
Azi
Lomuzo
Fucino
Berzano
Robia
Mera
Cernuschio
Adda flu
Bergamo
Cologola
Bremba
Calepio
Calchuat
Pacirano
Calabaro
Iseo
Cusino
S Onofrio
Pisogne
Pinzia
S Lorenzo
Gallara
Castion
Berlasina
Cara
Monteno
Desio
Serono
Monza
Legnan
Balsamo
Rho
Milano
Caranschio
Gorgon zola
Para
Carana
Renoltasecca
Canerallà
Palazzo
Azano
Vignon
Mediolago
Brembia flu
Lamber flu
Olona flu
Lambro flu
Arza go
Paloſto
Romano
Cinari
Calcinato
Calcino
Tedercca
Ospedaleto
Casali
Villa
Bonez
Brescia
Mons de S Marco
Besnlora
Mentichia
Aspes
Gidzzolo
Zanc
Cesirano
Cde Conadi
Cacciuico
Lorzivecht
Pader
Lorzi nou
Martinenga
Gozzoli
Castello
Calus
Roberta
Palina
Scuadretto
Otaſca
Cazzago
Pedeſchera
Spin
Paul
Bagnol
Palazzo
Soncino
Crema
Vicuola
Milza
Ponte Vichio
Caneto
Monestirolo
Bina
Noci
Sorcsina
Leon
Donato
Lodi
Vecchio
Casaletto
Lisello
Corna leto
Farlengo
Casal buttano
Gremello
Picenedi S Mau
Vescouato
Sabio
Ca di bono
Casal maiore
Castelletto di ponzoni
Verranata
Salvator
Solarolo
Cremona
Picighiton
Valcarengo
Tombio
Codogno
Orio
Maleto
Macha
Sforma
Pocrello
Padus flu
Miradol
Dorno
Gogna flu
Sartura
Cozo
Sangallo
Vespola
Cala negia
Mortara
Vigeuano
Diuombio flu
Ticinus vel Tesin flu
Tordisola
Pauia
Vildel golfo
Sauina
Betola
Binasco
Zibidi
Mariguano
Zibido
Rcina
Cisliano
Bufalora
Bagio
Monzon
Sedrano
Castano
Soma
Busto
Marlian
Lomazate
Rebec co
Gaia
Nouara
Garbagnate
Vigeuano
Ponte
Pod sno
Lambro flu
Adda flu
Isola
Fontanelle
Lorzivecht
Pader
Lorzi nou
Martinenga
Gozzoli
Soncino
Crema
Vicuola
Milza
Ponte Vichio
Caneto
Monestirolo
Bina
Noci
Sorcsina
Leon
Donato
Lodi
Vecchio
Casaletto
Lisello
Corna leto
Farlengo
Casal buttano
Gremello
Picenedi S Mau
Vescouato
Sabio
Ca di bono
Casal maiore
Castelletto di ponzoni
Verranata
Salvator
Solarolo
Cremona
Picighiton
Valcarengo
Tombio
Codogno
Orio
Maleto
Macha
Sforma
Pocrello
Padus flu
Miradol
Dorno
Gogna flu
Sartura
Cozo
Sangallo
Vespola
Cala negia
Mortara
Vigeuano
Diuombio flu
Ticinus vel Tesin flu
Tordisola
Pauia
Vildel golfo
Sauina
Betola
Binasco
Zibidi
Mariguano
Zibido
Rcina
Cisliano
Bufalora
Bagio
Monzon
Sedrano
Castano
Soma
Busto
Marlian
Lomazate
Rebec co
Gaia
Nouara
Garbagnate
Vigeuano
Ponte
Pod sno
Lambro flu
Adda flu
Isola

Opibus hodie floret: *Urbis Venetæ Sponsa* cognominari sollta. Fidem Christianam susceпisse traditur ab D. *Apollinari* Ravennatum Præsule. Episcopatus habet titulum. De ea sic Scaliger:

Quæ pingues scatebras specula despectat ab alta — Atque modum ignorat divitiis uber agri.
Postulat Imperij Brixia magna vices, — Siregeret patrias animis concordibus oras,
Cœlum hilarum, frons læta urbi gens nescia fraudis — Tunc poterat Dominis ipsa jubere suis.

Est in hoc Territorio etiam *Quintianum* Opidum, viginti mill. pass. a Brixia Meridiem versus situm, prope Ollium amnem. Item *Reggiate*, *Botteſino*, *Virle*, *Novalara* cum multis aliis. *Lacus* habet *Benacum*, sic dictum ab Opido quod hic olim, cujusque hodie cernuntur vestigia. Hic *Lydius* Catullo, ab *Lydis* 1. Tyrrhenis, quos fama est quomdam vicinos illi agros coluisse: *Lago di Garda* Italice: *Gard-se* Germanice ab Arce orientaliori ripæ adsita. Hic Lacus, ut scribit ad Cardinalem Polum Alexius Vgonius, optimis piscibus aliis præstat: amœnissimis Collibus circumseptus: undique fontes scatent: hac, illac Nemora, Prata virentia, Vineæ, Olivæ, Abietes, Lauri, Cedri: Opida præterea rebus omnibus necessariis referta in modum coronæ illum ambiunt: ita ut nihil omnino illi desit ex hisce rebus, quæ loca Campestria visu quidem pulcherrima & usu grata atque jucunda efficere possunt &c. Est & alius *Sebinus* aut *Sevinus*, nunc *Lago d'Iseo* ab *Iseo* Castro quod in ejus ripa. Hic exceptum ad Septentrionem *Ollum*, rursus ad Austrum evomit. Est denique inter *Sebinum* & *Benacum Lacus Idrinus*, vulgo *Lago d'Idro*, vel *Idro Lago*. Nomen illi ab *Idro* Castello. Alii ab *Hydra* dictum censent, quam Hercules hic perhibetur peremisse. Piscibus abundat. Exonerat se in *Idrinum* per varios amnes: Minores, qui vernacule *Lago Cap*, *Lago Runcone*, & alii. *Mella* vel *Mela* hoc Territorium medium quodammodo secat. Mellæ nomen retinet in hunc usque diem. Non percurrit tamen ipsam, uti videre est, urbem, sed haud procul inde ipsius agrum. Fluviolus qui urbem perlabitur hodie *Garza* vocatur.

Lacus.

Flumina.

Ducatus Mediolanensis.

Regio.
Soli fertilitas.
Imperium majorum.

DVCATVS *Mediolanensis* suo ambitu CCC milliaria complectitur. Incredibis agro est fertilitas, copiaque rerum omnium stupenda. Tractum vero hunc M. Marcello & Cn. Scipione Coss. cum pleriſque urbibus Transpadanis in Romanorum ditionem concessisse, formamque Provinciæ accepisse, auctores sunt Livius, Florus, Polybius. In eadem urbe Imperatores aliquot posteriores consedisse loci oportunitate ductos constat, Nervam, Trajanum, Hadrianum, Maximinianum, Philippum, Constantium, Constantinum, Iovinianum, Valentem, Valentinianum, Theodosium. Trajanus certe regiam hic ædificavit, quæ hodieque nomen servat *Palatij*. Debilitata autem Cæsarum potentia, variorum hæc urbs Barbarorum impetu convulsa est & labefactata: Gothorum, Hunnorum, Langbardorum: quibus, Caroli Magni auspiciis, Italia exactis fidei se commisit *Francorum Regum* inde *Germanorum Cæsarum*, quorum plerique Ferream Coronam Imperij solemnia, accipere ibi, in vetusta celebrique D. Ambrosii æde, consuerunt, uti singulorum exemplis probat Leander. Tandem sub Fridericis I & II Cæsaribus, quibus perpetuo rebellavit, novos sortita est Dominos, *Galeatios Vicecomites*, qui deinde, anno CIↃCCCXCIV *Duces* Wenceslao Imperatore nominati. His

deficientibus

deficientibus *Sfortiæ Ducum* insignia sunt adepti, consentientibus Civium suffragiis, & accedente Romani Imperii auctoritate: quod Galeatii nunquam obtinere potuerant. Horum stirpe Majorum nostrorum ævo exstincta, successit Carolus V Imp. qui Principatum ad *Reges Hispaniæ*, Successores, transtulit. Vrbs primaria Latinis Scriptoribus omnibus *Mediolanum*, *Mediolanium* Polyb. Strab. Ptol. cui & *Mediolana*, Italis hodie *Milane*: Germanis *Mey-lant*. *Mediolanum* ab Gallis Insubribus conditum: auctores sunt Livius, Trogus, alii qui, Belloveso Duce, in Italiam profecti, pulsis Tuscis, fundamenta isthic Vrbis locarunt: anno, ut quidam computant, ante Christum natum CCCXXXIX: ut alii CCCLXXX. Quidquid sit: antiquissima est. Nomen: illi natum, judicio V. CL. Isaaci Casauboni ad lib. IV Strab. ab Santonum in Galliis Vrbe *Mediolanio*. Quidam vocem aiunt esse Germanicæ originis, quasi *Mey-landi* ab agro vernante, qualis *Majo* mense solet esse: vel *Midlandt*, quod medium esset & velut umbilicus, uti etiam Iovius indicat Insubriæ, Ticino amne clausæ: vel denique *Maegde-landt* sive *Meidel-landt*, *Virginis Regio* vel *Terra*, ab Minerva cujus ibi Templum fuit, quod olim S. Salvatori, post D. Virgini, hodie D. Teclæ sacrum. Situs *Mediolano* inter Ticinum Abduamq;, haud procul Alpibus, peroportunus: natura cœli solique temperatus. Inter maximas Europæ censetur Vrbes, mercatura opibusque florens: splendore superbit ædificiorum: Templorum magnitudine, Prætoriorum amplitudine, pulchritudine Vicorum: Mœnibus, Propugnaculis, Armamentariis supra modum instructa: spacium complectens immensum. Suburbia habet longa lataque, quorum nonnulla cum magnis Civitatibus committi possent, altis fossis non secus, ac Vrbs ipsa, undique cincta. Post Ædem Sacram, quam *Domum* vocant, magnifice speciosque ad Forum exstructam, D. Laurentii Fanum est ingens in ruinis Templi Herculis excitatum. Exstant etiamnum sedecim striatæ Columnæ peraltæ, magnificentissimi operis vestigia. Arcem ibi videre est, omnium fere, quæ in hoc terrarum Orbe munitissimam, cui *Portæ Joviæ* nomen: inexpugnabilem, quaque in Europa nihil celebrius. Xenodochium ibi vel Nosocomium suburbanum, via Bergomati, jugerum aliquot spatio amplissimum, ab Sfortiis inchoatum, nondum absolutum. Est & Curia vetus, ubi exiguum D. Gothardi Fanum, nobilibus aliquot Vicecomitum sepulcris decoratum. Multæ sunt in hac Vrbe prisci ævi Inscriptiones, aliaque veterum Monimenta. Academiam habet antiquissimam, ubi etiam Virgilius litteris operam dedisse creditur. Ad Prædicatores tam insignem esse Bibliothecam scribit Leander, ut celeberrimis Italiæ non cedat. Artificum diversa ibidem genera, tanta frequentia, ut vulgato proverbio dicatur, *Checbi voleſſe raſſettare Italia, ſi ruma Milano*: *Mediolanum* scilicet *deſtruendo*, *Italiam inſtrui poſſe*, nimirum quorumvis arrificum copia. Dicitur Hispaniæ Rex ex hoc Statu proventum habere octoginta aureorum millia. Administratio causarum civilium & criminalium pendet ab Senatu Mediolanensi: in quo XVI sunt Doctores, & nonnulli Prælati Patritiique Mediolanenses. Archiepiscopatus Mediolanum floret dignitate, cujus Archiepiscopus hos habet suffraganeos, *Bergomensem*, *Brixiensem*, *Cremonensem*, *Laudensem*, *Novariensem*, *Vercellensem*, *Ipporegiensem*, *Viglevienſem* *Astensem*, *Aquensem*, *Albensem*, *Terdonensem*, *Saonensem*, *Albingaunensem*, *Vintimeliensem*, *Placentinum*: *Papiensem*, & *Ferrariensem* exemptos.

Vrbs Mediolanum.

Ratio gubernandi.

Regio. Situs.

HAc Tabula Ditiones trium Vrbium primariarum *Markæ Tarvisinæ* delineantur, *Veronæ*, *Vicentiæ* & *Patavii*. Occurrit primo loco *Veronæ ditio* sive Territorium. Ejus longitudo, quæ a Brucchelio Opido sumitur Rivam usque, in ultimo Benaci recessu positam, LXV est Milliarium: latitudo ab Turre Confinium Rivoltellam usque XL.

Soli qualitas.

Ager ex parte lapidosus, ac propterea incultus, ex parte optimus est: Tritico, Oleo, Vino, Pecoribus, vellerum item precioforum ceterarumque frugum copia abundans: nobliſsimas item habens Lapidicinas. Lectiſsimos etiam medicinalium herbarum thesauros, præcipue in monte Baldo, quibus legendis undique eo confluit A Esculapii proles.

Imperium majorum.

Vrbem Veronam condidisse feruntur *Tusci*, apud alios *Galli Cenomani*: quibus ejectis, in fide diu fuit & potestate *Romanorum*: quorum auspiciis *Coloniam* eo duxit Cn. Pompeius Strabo, Magni Pater. Ab *Attila*, Hunnorum Rege, post vastata, variis inde subdita fuit Tyrannis, quorum agmen duxerunt facile *Gothorum Reges*: Hos expulerunt *Langbardi*: Langbardos Carolo Magno Duce *Franci* I post quos *Berengarius* ab Othone I Imp. Italia ejectis, sui juris facta quietem aliquandiu habuit sub auctoritate fideque *Romani Imperii*. Per vim adeptus *Aetiolinus Romaninus* Præfecturam in Dominatum convertit, exacto *Azone Atestino*, quem S.P.Q. Veronensis Prætorem designarat. Eo defuncto circa annum CIↃCCLIX communibus Civium Suffragiis *Scaligeri* magistratum gesserunt cum titulo Vicariorum & Principum annos propemodum CXXVIII: quibus exturbatis partim, partim veneno necatis, suæ ditionis fecerunt *Galeatii*, inde *Carrarienses*. Hos exterminarunt *Veneti* in quorum etiamnum potestate constanter & tranquille perseverat.

Vrbs Verona.

Vrbs *Verona* Latinis & Οὐηρῶνα Ptol. Nomen hodie retinet. Germanis *Dietrichs Bern*. Aerem habet tenuem. Non absimilis Helvetiorum Basileæ natura, situ, pulcritudine ædificiorum est nobilis: æquo solo recumbens, ad Meridiem, Ortum, Occasumque conversa brumalem: tellure od Septentrionem leniter adsurgente, jugisque Theatralem pene formam exprimentibus. Atheſi amne non tam dividitur, quam munitur & circumquaque cingitur. Mille Antiquitatum vestigia vererem testantur Vrbis magnificentiam & divitias. Vias habet rectas & amplas, cotili stratas lapide. Templa circiter XXXV, quorum præcipua pervetusta Aedes Cathedralis, & *D. Anastasij*: *Monasteria* X. In summo clivo duæ sunt Arces nobiliſsimæ *D. Petri*, & *S. Felicis*. Item *Castellum Vetus*, & quæ vulgo *Citadella*. Amphitheatrum ibi visitur omnium maximum, & quo nullum fere integrius, media Vrbe adsurgens. Civitas hæc Episcopatus gaudet dignitate. Incolæ magnifici, splendidi, jucundo adspectu, ingenii summi, maximeque ad litteras idonei. Illud hoc loco non omittendum, quod cum Veneti hanc urbem munirent, in ipsis fossis antra excavata è topho inventa sint; cumque in monte foderetur, Echini Saxei illic spectati sint, itemque conchæ, ostrea, avium rostra, Stellæque pisces, omnia in lapidem versa.

Vicentiæ


VERONÆ VICENTIAE ET PATAVIÆ DIT.
Milliaria Italica
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
Caden
Magna Vacca
Vrsdio
Tusapinm
Aqua
Piaz
Preda
Frigna
Sas
Rovero
Val Duga
Baisi
Mori
Mualarn
Posag
Falcion
Campo dal ha'ra
Vivaro
Altissimo
Vicenza
Montechio
Tavernelle
Lamignan
Larmi celo
Organan
Longo
Vo
Ascian
Polana
Este
Monselese
Seasen
Tevessa
Ponte Casal
Candiana
Villa de Carmognin
Triban
Conaltar
Molin
Pozo bon
Cona
Fappoa
Agne
Cavarsere
Adese fl.
Campo Nove
S. Suavo
Torre nova
Lorco
Ratmela
Ferna
Marimago
Ravigo
Frambini
Lafosana
Cavanele
Mezzana
Tartaro fl.
Po fl.
Carbo Fricl
Beltumbra
Corbola
Gardazela
Crespino
Scravalla
Albaran
Savenzo
Labai
Francolin
Capara
Boncio
Fizarale
Villanova
Massa
Po fl.
Cnova
Spalantene
Sermene
To Fiume
Garolada
Tartaro fl.
Marzo fl.
Laca del Pozo
Mantua
Villa grossa
Moradega
Vlma
Mezana
Asperta
Nogara
Grazo
Macacari
Borgofranc
Ronzi
Zelo
Bagnol
Argua
Sogue
Cavanele
Mezzana
S. Aponaro
Racan
Fiezo
Canaro
Villa franca
S. Maria
Valere
Grella
Scala
Villafotana
Cerca
Aselongna
Crocetta
Mora
Lendenara
Rampin
Isola porcariza
Lenago
Saluro
Hotti
Vrsoira
Ladefinetta
Sebastiano
Mon tagnara
Balduin
Lacreda
Bova
Scudo Orlado
Alban o
Suave fovalvto
Sinna
Campagno
Peschera
Zau
S. Lience
Pacego
Palazzolo
Lazire
Cdi Cauri
Verona
Caldero
Calegnola
Motorio
Lacro sara
Pes cantina
Chiusa
Szorci
Lugo
Terbe
Magron
S. Viola
Flasi
Cnaue
Bol ca
Cam pi
Nogar ola
Vello
Conalsar
S. Moro
Podestaria
Maniga
La Corona
La Croara
S. Gallo
Ceruc de Garda
Cason del tempesta
Dek ph ini
Gesue de Val Arsa
S. Valetin
Jmprogin
Altinate
Tesega Carzarola
Villa musa
Ca mpolongo
Padua
Grossa
Bolzonella
Cado
Perega
Borgo ricco
Casa di Rossi
Stra
Noal
Maranzan
Venetia
Stlario
Pove
Mestre
Torre de Caligo
Cava
Padue
Madelino
Rosan
Persegaro
S. Anna
Villa di conti
S. Justinar
Cortarolo
Scala
Scala
Scala

Vicentiæ Ditio.

Regio.
Soli fertilitas.
Imperium majorum.

VIcentiæ *Ditio* sequitur; cujus Ager ut amœnissimus: ita Vini Frugum aliarumque rerum fertilissimus: præcipue Mororum, quorum frondibus Bombyces aluntur. Haud procul Vrbe duæ nobiles Lapidicinæ, in Monte, qui *Cornelius* Latinis, vulgo *Covelo*. Sunt & Marmorum in Valdanio vico. Vrbs ab *Tuscis*, vel, ut scribit, Trogus, ab *Gallis* condita, sequenti ævo in fide diu sterit *Populi Romani*, usque ad *Attilæ* tempora, a quo vastata, post in *Gothorum*: inde in *Langbardorum*, postremo in *Italiæ Regum* fuit potestate. Iis pulsis, libertate sua sub auctoritate *Imperii Romani* est usa usque ad Frederici II Imper. principatum, a quo direpta crematæque varios habuit Dominos, *Carrarienses* Patavinos, *Scaligeros* Veronenses, *Galeatios* Mediolanenses: *Venetos*. Tandem *Maximiliani* I *Imperatoris* armis infestata, ejusque fidei subjecta, *Venetis* ad extremum est reddita. Vrbs ipsa Trogo, Pomponio, Tacito, aliisque dicitur *Vicentia*: *Vicetia* Plin. & Antonino: *Bisetia* & *Bietia* Aeliano, Ὀυικεντια, Ptolemæo: vulgo *Vicenza*. Sita juxta radices collis, duobus amnibus, qui navigabiles, Rerone & Bachilione inæqualiter divisa. Non usque adeo elegans & magna: sed populosa, rerumque omnium copia abundans. Quatuor ibi notatu digna, Palatium Prætoris magnificum: Pons unius Arcus; Saxum solidum Aræ majoris in Ecclesia D. Laurentii, stupendæ longitudinis: Theatrum denique, vulgo *L' Academia*. Cœnobium ibidem D. Coronæ, ubi pulcerrima Bibliotheca. Incolæ ingeniis sunt vividi: ad litteras, militiam, mercaturam promtissimi, faciendæ rei perpetuo sudantes: splendide vivunt, honeste vestiuntur. Episcopatus gaudet dignitate. Porro in *Vicentinorum* ditione Opida sunt *Marostica* celebre & divitiis affluens Opidum: *Brendulum* divitiis, nobilitate ac frequentia nobile: *Lenicum* cum opibus & multitudine, ac nobilitate, tum amplitudine, multis Italiæ Civitatibus par. Est & sexto supra Vicentiam lapide, Austrum versus, pagus & Castellum *Custodia*, quod ibi quomdam noxii homines custoditi consuerint in vastis Latumiis, ad cædendos ædificiis faciundis lapides,

Urbes & Opida.

Patavii Ditio.

Regio.
Situs.

SVpereſt *Ager Patavinus* nobis in hac Tabula describendus. Hic apud Bernardinũ Scardconium describitur his terminis: *A Meridie Atheſis Fluvius procurrit: a Septentrione Muſo amnis parvus dilabitur: ab Oriente æſtuaria Venetiarũ: ab Occidente vero Colles ſunt Euganei & Ager Vicentinus. Patet omnis hic circuitus* CLXXX *P. M. in quo Sexcentæ & quadraginta ſepiẽ Villæ ſeu Pagi.* Dicere solitus scribitur ab Cœlio Rhodigino Cõstantinus Palæologus: *niſi ſciret a Sanctiſſimis Viris affirmari, in Oriente Paradiſum eſſe, arbitrari ſe non alibi cũ reperiri poſſe, quam in perſuavi Patavina amœnitate. Ager* Frumenti, variorum Fructuum, Vini etiam generosissimi ferax: unde Martialis: *Pictaque pampineis Euganea arva jugis.* Venationibus insuper, Aucupiis & Piscationibus frequens. Mirabilem rerum omnium copiam Incolæ triviali celebrant proverbio: *Bologna la graſſa, Padova la paſſa.*

Soli fertilitas.

Vrbs

Vrbs perpetuo amica ſociaque Populi Romani, uti patet ex Livii libro XLI & Marci Tullii Philippicis, Colonia deducta multo meliore fuit conditione, quam aliæ Coloniæ: Nam Patavinis jus etiam ſuffragiorum datum legitur, tamquam Civibus Romanis. Capta direptaque cum aliis ab Attila Hunnorum Rege, anniſque centum poſt ab Langbardis, qui & igne cremarunt, cum Caroli Magni principatu, partim ſub Regibus cœpit eſſe *Italiæ*, Franciſque Cæſaribus: partim ſub Berengariis: ſui tandem juris quodam-modo facta imperante Othone I, Prætorem ex ſuis creavit & Populi Præfectum. Duravit hæc Reipubl. forma uſque ad *Fridericum* II, cujus juſſu auſpiciiſque Vrbem occupavit *Actiolinus Romanus*: poſt quem Dominos habuit *Carrarienſes*, *Scaligeros*, *Galeatos*, & circa annum ab Chriſto nato CIↃCCCLV *Venetos*: quibus adhuc paret, tamquam pia Mater, præ ſenio virium non ſatis compos, piæ Filiæ (nam *Patavinorum Colonia*, *Venetiæ*) non tam imperio, quam miniſterio regenda. *Patavium* Civitas antiquiſsima, flos & decus Vrbium, quaſcumque tellus Itala continet, Πάταυιον Pt. hodie *Padua*. Ptol. etiam alio loco *Batobium* nominatur. Nomen natum quidam putant a *Padi* vel *Paludum* vicinitate: ſic que dictum quaſi *Padavium*: nonnulli a *petendo*, quod avem Antenor, Vrbis conditor, telo petiverit: Incertis conjecturis. Condidiſſe memoratur *Antenor* Troja profugus. Sita eſt Vrbs loco fertili & plano: placidiſsima Cœli fruens temperie, ſumma Soli bonitate, Euganeorum Montium amœnitate, Alpium Mariſque vicinitate beatiſsima. Perfluit eam Brenta amnis. Ambitus duplex hodie, olim triplex: Exterior VI millia ducentoſque paſſus continet, cum VI Portis magnificis: Interior tria millia paſſuum altiſsimus, ſuperne deambulacrum habens perpetuum. Magnifica porro, ſplendida, rebus omnibus, quæ ad vitam neceſſariæ, adfluens: Silice ſtrata: Foſsis, Valliſque & Propugnaculis undique bene tuta. Ædificia habet Sacra, Profana, Publica, Privataque magnifica & ſumtuoſa Monaſteria Virorum ſunt XXIII: & XLIX Virginum Colligia. Palatium ibi Henrici Imp. opus, in quo Ius dicitur: tota Italia nominatiſsimum, nullis fultum columnis, plumbo tectum. Curia, inſuper publici conſilii, cum Porticu, columnis marmoreis ſuſtulta, Saxo conſtructa, plumbeis item laminis intecta; Fora maxima ſunt V: Pontes XXXIX, ex lapide, fornicati, ſupra Brentam. Porticus ampliſsimæ: Areæ ſpatioſiſsimæ: Noſocomia III: Xenodochia totidem. Eſt & Orphanotrophium. Domorum quatuor millia hodie ſuo ambitu complectitur. Incolæ ſummis præditi ſunt ingeniis: ad arma, litteras, omniumque virtutum ſtudia prompti. Nobilitarunt Patavium ortu ſuo Titus Livius, C. Valerius, Flaccus, L. Aruntius Stella, & innumerabiles alii. Academiam habet Patavium nobilem, quæ Natales ſuos debet Carolo Magno Imperatori, vel, ut aliis placet, Friderico II: adoleſcentiam Vrbano IV P.: maturitatem inluſtriſsimæ Venetorum Reipublicæ. Videre ibidem eſt Bibliothecas varias, Græcis Latiniſque libris abunde inſtructas: unam, apud S. Ioannem in Viridario: alteram, apud S. Iuſtinam: tertiam, apud S. Antonium. Adeo vero Fluminibus irrigatur hæc Regio, ut maximo Incolarum commodo & utilitate, nullus agreſtis vicus ultra V paſſ. Millia a Fulmine diſtet. *Urbs & Opida.*

Regio unde dicta

Situs.

Cœli temperies. Soli fertilitas.

Imperium majorum.

Urbes.

SEQUUNTUR apud Merc. *Forum Julii*, & *Istria* cum aliis regionibus. Nomen primæ Regioni vel ab *Foro Julio*, Vrbe primaria, vel ut alii volunt, ab *Julio Cæsare*, qui aliquot Legiones hac adversus Germanos duxerit. Italis hodie *Friuli*: Germanis, *Friaul*: Venetis aliisque *Patria* nuncupatur. *Aquileiensem* etiam appellatam fuisse patet ex Historiis. Fines huic Regioni ab Ortu Istria: ab Aquilone, Montes lapidei: qua Occasus, Alpes Vindelicæ Noricæque: qua Auster, Sinus Hadriaricus. Beant regionem Cœlum temperatum, Aer salubris: Campi lati, irrigui, fructuumque omnigenorum fertiles: Prata nitidissima: Pascua Pecoribus gratissima: item Vites Vina generantes generosissima: Silvæ quoque tam materia cædenda, quam venationibus munificæ: Montes Metallorum, Marmorumque variorum, nec non preciosorum lapidum feraces. Inhabitarunt primum hanc regionem *Euganei*, inde successu temporis *Veneti*, mox *Galli*: postea sub *Populi Romani* fuit imperio, cujus majestate inclinante in *Langbardorum* venit potestatem. Iis successerunt *Imperatores*, his *Berengarij*: quibus exclusis in ditionem rediit *Imperii Romani*. Donavit bonam ejus portionem *Aquileiensi Ecclesiæ* Otho Imp. reliquamque cum Istria Conradus. Fecerunt tandem sui juris *Veneti*, circa annum CIↃCCCCXX, qui hodieque ibi dominantur: licet pleraque *Comitibus Dominisque* subsint peculiaribus. Metropolis hujus regionis *Utinum*, vulgo *Udene*: Germanis *Weyden*. Leander arbitratur antiquū esse opidum, ejusque mentionem fieri apud Plinium. Niger credit Ptol. aliorumque *Forum Julium* esse: non bene. Quidquid statuendum sit de prima origine, Vrbs est ampla & magnifica: rebus omnibus necessariis adfluens. Ambitus ejus milliarium est quinque. Veneti hodie Remp. regunt missis eo præsidibus quos *Locumtenentes* vocant. Civium in ea numerus est XVI millium. Sunt & aliæ Vrbes: *Aquileia*, *Aquilegia* vulgo: *Aglar* Germanis. Sita ad Natisonem fl. Vrbs olim fuit ampla, copiosa, Mœnibus firmissima: Templis, magnifico Theatro, aliisque operibus publicis & privatis supra modum ornata. Hodie infrequens est Colonis, & ad solitudinem propemodum perducta; quæ quomdam summo fuit splendore, summaque amplitudine. Fidem sequuta legitur constantissime *Imperij Romani* usque ad *Attilæ* Hunnorum Regis tempora: a quo totum obsessa triennium magna Annonæ inopia laborans, tandem capta est & vastata, obtruncatis XXX fere septem hominum, qui in ea degebant, millibus: reliquis Gradus insulam fuga elapsis. Post ab *Narsete* restituta, in *Langbardorum* aliquandiu fuit potestate, usque ad Caroli Mag. in Italiam adventum: ex quo *Italiæ Regibus*, deinde *Imperatoribus* paruit. Post sub ditione *Patriarcharum* esse cœpit: ab iis ad *Venetos* venit, sub quibus jam nunc pace alta & tranquilitate fruitur. Ceterum Patriarchatui Aquilegiensi subsunt Episcopatus hi, *Concordia*, *Pola*, *Parentium*, *Triestinensis* vel *Tergestinensis*, *Comaclensis* vel *Petenensis*, *Justinopolitanus*, *Madriensis*, *Civitatis Novæ* vel *Emonensis*. Reliquos quære Tabula secunda Lombardiæ. Gradensi vero *Castellanensis* vel *Venetiarum* Episc. *Tercellanensis*, *Equilensis* vel *Eusulanus*, *Caprulensis*, *Clodiensis*, *Civitatis Novæ*, *Goritia*,


Septentrio
35
36
37
38
Occidens
Oriens
46
45
Meridies
Forum Iulium, Karsth a. Carniola, Histria etc.
GOLFO
DI
VENETIA
Golfo di Trieste
Caput Istriæ
Milliaria Italica
5 10 15 20
Lienez
Villach
Pettau
Cilli
Laubach
Idria
Neter
Krain
Ober Krain
Gradisca
Monte Falcone
Aquileia
Grado
Concordia
Udine
Belgrado
Tisana
Caorle
Venetia
Isola
Capo de Istria
Pirano
Isola
Valle
Albona
Parenzo
Medolin
Pola
Cherso
Veglia
Zeng
Osero
Lussin
Palatia
Silva
S Petro
Triest
Duino
Fiume
Buccari
Terzacz
Wakowitz
Castua
Lupoglava
Moschenitze
Reifnitz
Weichselstetten
Rudolfswerth
Gurckfeld
Landstrass
Windisch
Gratz
Rain
Laibach
Franz
Trola
Aich
Globowitz
Monsperg
Wallenburg
Gerlschach
Billigratz
Klein Laubach
Czobelsperg
Scomberg
Gallenberg
Neideck
Seisenburg
Aynod
Lads
Feistritz
Czirknitz
Pogono
Thomaxan
Faba
Gleinach
Gleutz
Lybsse
Martinspach
Schneberg
Rieggh
Saci
Kostach
Brea
Sosirgo
Gerne
Buye
Quieto fl
Novaco
Castagna
Pyson novo
Bastia
Borga
Humago
S. Zuan
Vertenegia
S. Lorenzo
Sotto terra
Misiel
Cresari
Adigna
Mimaran
Castagna
Carne
Breconi
Lu
Obenuc
Sniela
Vegna
Welka
Pryndel
Toplicz
Ploz
Lipa
Moraun
Mouschburg
Frauenthein
Leutbach
Feistritz
Weitenstein
Pleyburg
Sunneck
Iaustain
Merling
Rabenstain
Lauamund
Mainz
Draburg
Merenberg
Rechperg
Esling
Neuburg
Michlstein
Stain
Crainburg
Flednick
Lauff
Sulzpach
Wehni
Eckenstein
Koschach
Grunenburg
Saaueck
Aynod
Weixelberg
Neuhauss
Cilli
Trachenberg
Lanzdsp.
Khaisersperg
Peistain
Rain
Windisch
Gurckfeld
Landstrass
Wergel
Samabar
Iastrouarsko
Kaczndorf
Metling
Krupp
Laserpach
Mesetlal
Benaw
Moungr
Lipa
Iamtsch
Ogulin
Prozor
Toplicz
Pryndel
Zeng
Stariograd
Vegna
Welka
Cherso
Osero
Lussin
Palatia
Silva
S Petro
Lu
Obenuc
Medolin
Carne
Pola
Albona
Istria
Valle
Adigna
Mimaran
Castagna
Parenzo
Cresari
Sotto terra
Misiel
Vertenegia
S. Zuan
Humago
Borga
Bastia
Novaco
Castagna
Pyson novo
Valoska
Klon
Costiach
Sosirgo
Gerne
Buye
Quieto fl
Saci
Kostach
Brea
Monte padena
Munian
Isola
Capo de Istria
Pirano
Lonea
Martinspach
Schneberg
Rieggh
Moschenitze
Reifnitz
Weichselstetten
Rudolfswerth
Gurckfeld
Landstrass
Windisch
Gratz
Rain
Laibach
Franz
Trola
Aich
Globowitz
Monsperg
Wallenburg
Gerlschach
Billigratz
Klein Laubach
Czobelsperg
Scomberg
Gallenberg
Neideck
Seisenburg
Aynod
Lads
Feistritz
Czirknitz
Pogono
Thomaxan
Faba
Gleinach
Gleutz
Lybsse
Iesera

Goritia, judicio Leandri, *Julium Carnicum* Antonino & Ptol. Alii de *Julio Carnico* aliter ſtatuerunt. Amaſæus lib de Venet. finib. *Goritiam* notat, ubi quomdam *Noreia*: *Norıtiam* Candidus. *Goritia* ſuos habet Principes, qui Ducibus Auſtriæ parent. Opidum eſt opibus & nobilitate clarum. *Portus Gruarius*, Plin. *Portus Romatinus*, *Spilimbergum*, natura loci opereque munitiſsimum: *Maranum* frequentia divitiiſque clarum: *Mons Falconis* nobile diveſque Opidum. Eſt & *Palma* Civitas & Arx rotunda a Venetis exſtructa anno CIↃ IↃXCIII, cujus fundamentis ſubſtrati ſunt nummi cum hac inſcriptione. Parte una, *Paſcale Ciconia Duce Venetorum*, *an. Dom.* CIↃIↃXCIII. Parte altera: *Fori Julij, Italiæ Chriſtianæ fidei propugnaculum*. Reliqua minorum gentium Opida præ-

Flumina. tereo. Flumina ad hanc regionem pertinent *Romantinum*, *Tilaventum*, *Suntius*, *Frigidus*, *Natiſo*, *Alſa*, *Turrus*, & alia. Indigenæ ad humanitatis Artes, Mercaturam aliaque honeſta ſtudia aptiſsimi.

Iſtria.

FORO Iulii ſuccedit *Iſtria* Latinis Græciſque Scriptoribus ſatis nota: nomen hodie ſervans; Germanis *Hiſter-reich*, quaſi *Iſtriæ Regnum*, dicta. *Japydiam* quomdam fuiſſe nuncupatam, indicat non obſcure Pl.

Regio. *Peninſulæ* formam refert: pleraque, inter duos ſinus Tergeſtinum & Carnarium, Mari cincta Hadriatico: ab

Situs. Septentrione Alpibus munita Carnicis & Noricis: ab Occaſu anteaquam in Mare excurrere incipiat, Formionem habens amnem, Arſiam vero fl. ab Orru. Latitudo XL P. M. Ambitus, CXXII, ab Formione, quem dixi, ad Fanaticum uſque promontorium, vel intimum Carnarii ſinus angulum extenſa. Tota regio aſperior eſt:

Soli qualitas. collibus tamen potius, quam Montibus ornata: qui Vini, Olei, aliorumque Fructuum feraces: Frumenti ceterorumque Leguminum infœcundiores: exceptis Agris *Piſcino* & *Humagio*. Mons ibi eſt, qui *Major* vulgo, benignus Herbarum Simplicium, quas avide extranei quæſitum huc properant Medici, genitor. Salem *Iſtria* abunde præbet. Saxifordinæ ibi non inutiles. In Rovinienſi agro Marmor cæditur, quod *Iſtricum* dicitur, maximi per Italiam precii. Porro Iſtria ex parte Venetorum eſt, ex parte Auſtriacorum. Specialiora videamus. Per oram incedenti occurrit ſtatim *Juſtinopolis*, Vrbs Cherſoneſi primaria. Sic doctis vocatur, quæ vulgo *Cabo d'Iſtria.*

Urbes. Nomen prius ab *Juſtino* Imp. Poſteriore deinceps nomine cœpit dici, quod Foro Iulio egreſsis in capite aditusque Regionis occurrat. Parvam occupat inſulam, quæ paſſ. longa mille, latitudine modica: trino teli jactu diviſa ab Continenti, cui jungitur Pontibus, qui verſatiles. Arcem habet in medio, quatuor munitam turribus. In *Venetorum* hodie eſt, ditione. Succedit in ora quinto fere lapide Caſtellum *Inſula*: Continenti ponte lapideo nexum. Sequitur mox *Vranum*, Italis *Caſtellatium*, & poſtea *Caſtillerium*, vulgo *Caſtelier*. Quingentis hinc paſsibus ad *D. Simonem* devenitur: inde millia V *Piranum* abeſt: totidem hinc *Salvorium*: pari propemodum intervallo *Vinacum*. Ab Vinaco millia duo numerantur ad *D. Peregrinum*: hinc ad *D. Joannem della Corne* paſſ. mille: totidemque dein ad *S. Laurentium* vulgo *di Daila*: mox ad alterum lapidem ipſa *Daila* & ad tertium *Civitas Nova*, olim *Æmonia*. Poſt *Quietum* fl. tria mil. ſunt ad *Portum Cerverium*. Viſitur quarto inde lapide *Parentium* civitas, hodie *Parenzo*. Sequitur mox Opidum *Orſer*, Latinis *Urſerium*. Superato *Lemo*,

Rovinium

Rovinium: tum mox quæ volgo *Le Colonne*, *Portesuol*, *Mutazzo*: indeque promontorium *Cisanum*. *Muratio Phasaniam* tria sunt millia, hinc ad *Vallem Bandoniam*, duo, totidemque ad *Marcodainum*: tria inde, ad *Portum Polæ*. Conspiciendam deinde se præbet in alto difficilique monte Vrbs Episcopalis *Pola* priscum nomen retinens. In solo plano sita, Tergeste millibus circiter C abest: Ancona, trajectu maris Hadriatici, mill. cc x x. *Istriæ* fluvii sunt: *Risanus*, *Draconia*, *Quietus*, *Lemus*, *Arsia*. Silvæ etiam sunt, tum aliis usibus, tum ad naves exstruendas materiam affatim subministrantes. Incolæ re sunt tenuiore. Venetis omnem negotiationem ad se trahentibus. De *Windorum Marchia* infra dicendum erit, eoque de ea scribere hic supersedebo. De *Karstia* & *Ciliæ Comitatu* vix habeo quod scribam: pauca de *Carniola* subiiciam.

Flumina. Silvæ.

Carniola.

CARNIOLA a *Carnis* populis, quemadmodum & Carinthia nomen obtinuit. De his Volaterranus Geographiæ lib. II: Supra Istros *Carni* sunt, lata regio, a Foro-Iulien sibus incipiens, atque ad montana pertinens. Regio ipsa Carniolæ montosa licet & Alpestris, quemadmodum & reliquæ hujus tractus Provinciæ: Vini tamen, Olei, Fructuum ac Frumenti hinc inde copiam profert. *Carniolam* autem duplicem statuunt: *Siccam* scilicet, quæ aquarum indiga est: alteram irriguam, in qua *Savus* fl. ortum habet, & *Nauportus* qui *Labatus* hodie dicitur, & alii plures flu. *Ducatus titulo* ornata est. Vrbs primaria *Labacum* ejusdem cum fl. nominis. Nonnulli *Goritiam* in Carniola collocant, quam nos supra in Foro Iulii recensuimus. In Læva Sontii ripa sursum propugnacula reperiuntur bina, quondam a Venetis ad tutelam fl. condita, ne Turcarum excursionibus hac, uti prius, pateret via. Reliquæ, quæ hic recensentur in Foro Iulio a nobis commemoratæ sunt. Porro in hac regione Lacus est, qui singulis annis Messem, Piscationem & Venationem præbet. Adcolæ *Zirckniтzerzee* nominant ab Opido *Zirckniтz*, quod in ejus ora situm. Sed libet ejus descriptionem paullo accuratius ex Georgio Wernhero hic describere: Clauditur is circumquaque Montibus: patet ad sesquimilliarium, minus laxa latitudine. Ex montibus circumpositis rivi quidam ignobiles procurrunt suo quisque alveolo: ab Orientali quidem plaga tres, ab Australi IV. Singuli quo longius fluunt, hoc minus scatent aquis, terra nimirum ipsos conbibente, donec postremo absorbeantur scrobibus saxeis, ita natis, ut humano opere excisæ videri possent. Itaque quacumque pateat locus, diffunduntur aquæ, & Lacum efficiunt. Hæ aquæ non minus fere celeriter recedunt, quam accesserunt, sed non per scrobes illas tantum, sed universa pene terra eas non aliter recipiente, quam si per cribrum diffunderentur. Quod cum fieri sentiunt adcolæ, continuo grandioribus ejus meatibus, quo ad fieri potest, obstructis, agminatim advolant ad piscationem, quæ ipsis non modo jucunda, sed etiam perfructuosa est. Nam hi pisces sale conditi magna copia ad vicinos exportantur. Porro siccato lacu fit Messis, qua parte solum consitum, & idem rursus conseritur, antequam inundet. Graminis ita est ferax, ut post vigesimum diem secari soleat. Quis hic ludentis Naturæ miracula non suspiciat. Sed de his hactenus, ad reliqua pergamus.

Regio & unde dicta. Soli fertilitas. Urbes. Lacus.

Regio. Nomina & unde deducta. Situs. Soli fertilitas.

SEQUITUR *Tuscia*, antiquis Scriptoribus tribus præcipue nominibus celebrata: *Tyrrheniæ*, *Etruriæ*, *Tusciæ*: Ex his tribus postremum sane hodieque retinet. *Toscana* namque vulgo audit. Fines ejus sunt ad Meridiem Mare Inferum, sive Tyrrhenum; ad Septentrionem Mons Apenninus, ubi Vmbria & Galliæ Togatæ pars: ad Occasum Liguria, a qua Macra fl. disterminatur: ad Ortum Tiberis. Terra ipsa qua Mari propior, planior est, oræque spectatu jucundissimæ; intus montosior: universim pulcra, nobilis, nullique Italiæ Regioni sua beatitudine postponenda. Latos lætosque aperit Campos, rerum omnium fertiles; amœnissimas Valles, Montes, Collesque, Prædiis, Hortis, arboribus, præcipue Malis Medicis Citreisque consitis, nitentes. Vinetis abundat, *Vina* producentibus generosissima. Veteres Incolæ universim dicti quomdam *Tyrrheni*, *Etrusci*, *Tusci*.

Imperium majorum.

Cum *Tuscis* jam inde ab Romuli tempore Populus Romanus bellum gerere cœpit, perpetuoque temporum tractu gesit, adeo ut, rebus ad periculosissimum statum adductis, sepe Dictatore contra ipsos fuerit opus. Anno Vrbis CCCCLXXIV Vulsinienſibus & Vulcientibus florentissimis *Etruscorum* Populis victis per Ti. Coruncanium Cos. Romano Imperio sunt adjecti, atque ea parte Imperium ad Arnum usque est propagatum. Neque post id tempus justum cum *Tuscis* bellum fuisse gestum memoratur. Ita subjugati constanter in fide Populi Romani manserunt. Inclinantibus Romanorum rebus, varias sunt Calamitates passi ab *Gothis*, *Langbardis*, *Hungaris*, aliis. Eo tandem ventum est, ut *Etruria* nunc, majorem partem, *Magno Etruriæ pareat Duci*, sub cujus Imperio nobilissimæ sunt *Florentia*, *Pisæ*, *Sena*, *Pratum*, *Pistorium*, *Volaterræ*, *Mons Politianus*, *Aretium*, *Cortona*, *Pescia*, *Puntia*. *Mons Alcinus*, *Liburnum*, *Plumbinum*, aliaque quam plurima Opida. Ad *Summum Pontificem* pertinet *Patrimonium* quod vocant, *S. Petri*. Id ab Amne Pescia & a S. Quirico capit initium, & ad Caparanum usque Castrum in novo Latio non procul ab Liri fl producitur. Ditionis *Hispaniarum Regis* sunt *Pontremulum* juxta Macræ fl. fontem, quod olim Ducum fuit Mediolanensium, deinde *Portus Herculis*, *Orbetellum*, *Mons Argentarius*, & *Plumbini Arx*. *Carseniana* seu *Grasiniana Vallis*, sub Apennino ultra citraque *Serciam* Amnem posita, in qua Castellum Novum est Granfinianum, cum plurimis aliis Castellis Vicisque, sub potestate est *Ducis Ferrariensis*. *Sarzana* apud Macram fl. ad *Genuenses* spectat. *Massa* & *Carraria* particularium sunt *Marchionum*, qui earum Titulis decorantur: Alia quoque sunt Opida, Romanis quibusdam Proceribus subjecta, inter quæ *Bracianum Ursinis* Ducatus Titulum præstat.

Vrbes.

In *Tuscia* porro hæ sunt Vrbes maxime præceteris memorabiles: *Pisa* Vrbs stupendæ vetustatis, *Pisæ* Trogo & aliis. Incolæ singulari valent memoria: quod Vrbs crassiore fruatur aere. Iacet inter Amnes Auserem & Arnum, ut Strabo Pliniusque notant. Hodie Arnus per eam fluit, tribus ornatus Pontibus. Vetustatem ejus & Nobilitatem celebrat Dionysius Halic. lib. I. Connumerari solitam Primis XII *Etruriæ* Vrbibus tradunt alii.

Pisa


TUSCIA
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
MARE
TOSCO
Siena
Marc
ma di
DUCATO
Casentino
Piombino
Porto Barato
Populonia
Castagneto
S Vincent
Gorgona
Palmaiola
Cosmopoli
Giogo
Lungone
Formiche
S Andrea
Pianosa
Fontiche
Monte Christi
Gigio
Girolamo
Saline
Orbetello
Isola di Hercole
Gianuti
Zanara
Cittanuecchia
Roma
Galera
Ceri
Tolfa
Cerueteri
S Antonio
Palo
SS
Bracciano
Cornseto
Trinignano
Viano
Viterbo
Caprarola
Ronciglione
Bieda
Nepe
Lamentano
Fiano
Civita Castellana
Arignano
Borghetto
Ignanello
Vitorchiano
Orti
Acqua Sparta
Ornieto
Cinitella
Denano
Palazzo
Celle
Triniana
Eigne
Pomentino
Eigule
Olmeto
Paniccale
Leoni
Marciano
Casag
Castellini
Albiano
Todino
Terni
Basilia
Roccantica
Magliano
Canto
Lupo
Foton
Costaciaro
Fossato
Sassoferrato
Augubio
Fratta
Piscina
Piero
badia
Iturum
Piano
Poggio di Sotto
Assisi
Porta
Beuagna
Lione
Todi
Albiano
Solbiecciato
Sanguineto
Bagnaio
Castel Vieto
Perugia
Sauino
Pole
Lago Trasimeno
Chiusi
Massaini
Affolonica
Nobezi
Montepulciano
Asso fl.
Arna fl.
Tiber fl.
Nera fl.
Marta fl.
Ombrone fl.
Era fl.
Cecina fl.
Cornia fl.
Pescia fl.
Arbia fl.
Elsa fl.
Pisa
Livorno
Vada
Rosignano
Castellina
Volterra
Ripaille
Elci
Pentolina
Bon Conuento
Orgia
Nouo
Bibona
Sasso
Piombino
Scarlino
Buriano
Castiglione
Grosseto
Istia
Telamone
Albingao
Orgia
Cotono
Mogliano
Magliano
Capalbio
Farnese
Pitiglia
Piamaa
Castro
Tessenano
Caparino
Marsigliano
Lago di Castro
Acquapendente
Fiore
Gradoli
Capo di M
Sorano
Soana
Azura
Ciclo
Piano
Colle Massari
Bastignano
Scansano
Campagnatica
Montorio
Montalto
Fiascone
Ronco
Torcela
Camaldoli
Bibiena
Chitignano
Colle
Arezo
Castiglioni
Cortona
Asciano
Castiglion Fiorentino
Laterina
Ragonaia
Cicilia
Marciano
Cinitella
Lenana
Gulpaia
Impruneta
Gallule
Arignano
Trappola
Firenze
Prato
Pistoia
Pescia
Lucca
Serravezza
Carrara
Massa
Viareggio
Lampolaccio
Empoli
Vico
Eccelino
Minuato
Castellina
Barbarino
Rinniano
Gertaldo
Colle
Siena
Sciano
Brotn
Gampassi
Fabrica
Lego
Pisa
Terriciola
S Regolo
Castellina
Vada
Rivani
Elci
Gio Sachari
Scarlino
Buriano
Piombino
Palmaiola
Cosmopoli
Giogo
Lungone
Formiche
S Andrea
Pianosa
Fontiche
Monte Christi
Gigio
Girolamo
Saline
Orbetello
Isola di Hercole
Gianuti
Zanara
Cittanuecchia
Roma
Galera
Ceri
Tolfa
Cerueteri
S Antonio
Palo
SS
Bracciano
Cornseto
Trinignano
Viano
Viterbo
Caprarola
Ronciglione
Bieda
Nepe
Lamentano
Fiano
Civita Castellana
Arignano
Borghetto
Ignanello
Vitorchiano
Orti
Acqua Sparta
Ornieto
Cinitella
Denano
Palazzo
Celle
Triniana
Eigne
Pomentino
Eigule
Olmeto
Paniccale
Leoni
Marciano
Casag
Castellini
Albiano
Todino
Terni
Basilia
Roccantica
Magliano
Canto
Lupo
Foton
Costaciaro
Fossato
Sassoferrato
Augubio
Fratta
Piscina
Piero
badia
Iturum
Piano
Poggio di Sotto
Assisi
Porta
Beuagna
Lione
Todi
Albiano
Solbiecciato
Sanguineto
Bagnaio
Castel Vieto
Perugia
Sauino
Pole
Lago Trasimeno
Chiusi
Massaini
Affolonica
Nobezi
Montepulciano
Asso fl.
Arna fl.
Tiber fl.
Nera fl.
Marta fl.
Ombrone fl.
Era fl.
Cecina fl.
Cornia fl.
Pescia fl.
Arbia fl.
Elsa fl.
Pisa
Livorno
Vada
Rosignano
Castellina
Volterra
Ripaille
Elci
Pentolina
Bon Conuento
Orgia
Nouo
Bibona
Sasso
Piombino
Scarlino
Buriano
Castiglione
Grosseto
Istia
Telamone
Albingao
Orgia
Cotono
Mogliano
Magliano
Capalbio
Farnese
Pitiglia
Piamaa
Castro
Tessenano
Caparino
Marsigliano
Lago di Castro
Acquapendente
Fiore
Gradoli
Capo di M
Sorano
Soana
Azura
Ciclo
Piano
Colle Massari
Bastignano
Scansano
Campagnatica
Montorio
Montalto
Fiascone
Ronco
Torcela
Camaldoli
Bibiena
Chitignano
Colle
Arezo
Castiglioni
Cortona
Asciano
Castiglion Fiorentino
Laterina
Ragonaia
Cicilia
Marciano
Cinitella
Lenana
Gulpaia
Impruneta
Gallule
Arignano
Trappola
Firenze
Prato
Pistoia
Pescia
Lucca
Serravezza
Carrara
Massa
Viareggio
Lampolaccio
Empoli
Vico
Eccelino
Minuato
Castellina
Barbarino
Rinniano
Gertaldo
Colle
Siena
Sciano
Brotn
Gampassi
Fabrica
Lego
Pisa
Terriciola
S Regolo
Castellina

Pisæ Magnus Etruriæ Dux sæpe moratur, & in ea Domicilium habent Equites D.Stephani, ab Magno Duce instituti. Primarium Templum, quod *Domum* vocant, ambitum habens ıɔxʟ passuum, columnisque subnixum ʟxx, & splendidas Præsulis ædes ex spoliis ædificarunt *Pisani*, quæ devictis ad Panormum Saracenis retulerunt. Ager suburbicarius segetibus est percommodus: adeoque fertilis, ut *Etruriam* fere totam pascat, & exteris etiam annonam non neget. Vina ibi notæ non admodum probæ: Pepones optimi. *Lucæ Tuscis Delicium, Tusci laus incluta Cœli*, inquit de ea Iul. Scaliger. *Luca* Latinis Græcisque Scriptoribus notissima: Strab.& Ptol. *Luca*. Nomen retinet, litteris omnibus. Vrbs Templis & Ædificiis splendida, populoque frequens, jacet in planicie, Collibus undique circumdata. Mœnibus est firmissima, quadrato strata silice, spacio parvo, sed Civibus arta & negociationum plena. Incolæ lauti sunt, prudentes, ingenioſi: quique libertatem diu sapientissime conservarunt integram, licet finitimorum bellis haud raro petiti. *Pistorium* hodie *Pistoia*. Mœnibus cincta auctaque plurimum legitur ab Desiderio Langbardorum Rege: iisdem post nudata, fossis impletis & undique complanatis, omnique agro inter Florentinos & Lucenses diviso; Tandem Florentini totam suæ subjecerunt ditioni. *Florentia*, Etruriæ caput & Metropolis. Hodie vulgo *Fiorenza*, vel *Firenza*. *Florentia* nomen id habere putatur vel ab *Flore*, cui ob felicitatem florentemque fortunam similis: vel ob *Florida* excellentiaque Incolarum ingenia: vel denique quod ab Roma deducta esset omnium Vrbium florentissima. Ambitum habens sex millium, supra nonaginta millia continens Incolarum æquali loco jacet ad Arnum, quo intersecatur, quatuor eximiis conjuncta Pontibus, silice quadrato strata, latis ornata Plateis. Collibus cincta est Theatri instar ab Oriente & Septentrione amœnissimis, quique undique fructiferis vestiti arboribus: qua Occidens est pulcram habet planiciem: Cœli regione inter Aretium & Pisam media mistaque; quarum Vrbium prior acutissima fert ingenia, altera homines memoria valentes singulari. Munit eam contra vim externam hostiumque incursiones brachiis aliquot suis Apenninus. Splendore & elegantia summa est: ut voce incertoque vulgi sermone feratur, *Fiorenza la bella, totiusque flos Italiæ*. Multa hic cum sacra tum prophana publica ædificia; quæ brevitatis studio prætereo Incolæ acuti, graves, facundi, bonarum artium studioſi. Pecuniæ sunt studioſiores, cujus conquirendæ desiderio in ultimis etiam terris negotiantur. Mulieres forma pudicitiaque præstantes, earumque, ut & Virorum, Vestitus supra modum egregius & decorus. *Volaterræ*, Οὐολατέρραι Ptol. *Aquæ Volaternæ* Itinerariæ Tabulæ, Difficili asperoque jugo est imposita. Mœnia quadratis constant Lapidibus, longitudinis senum fere pedum; qui eleganter & adfabre absque bitumine compoſiti. Quinis in Vrbem portis aditus datur: pro singulis Fons eximius aquas ejaculatur purissimas. Antiquitatem ejus arguunt Muri, quibus adhuc cingitur, Sepulcra, Epitaphia litteris Etruscis posita, Veterrimæ ex Marmore Statuæ, Lapides elaborati, qui indies hic eruuntur, & alia

Sena

Sæna Ptol. *Sæna Julia* Itinerariæ Tabulæ: vulgo *Siena*, Roma distans 100 ccc stadiis edito sita est loco, cis Arbiam, flexu sinuoso propter Montis dorsum, lateribus angustior & proclivior, tria habens quasi cornua: quorum quod Meridiem spectat, latius est iis, quæ ad Ortum sunt & Occasum. Cœlo utitur benigno & salubri, nisi quod subinde noxiis infestetur ventis: Aere temperatissimo. *Italiæ delitias* multi vocant Poetæ. Strata est *Sæna* latere coctili, plateis recta & longa, alta Turribus. Frequentia nitet nobilium Ædificiorum. Cives cum suavissimis, tum elegantissimis sunt moribus: maximaque humanitate, erga exteros etiam præditi: quæstui dediti & civilis vitæ muneribus. *Perusia* Ptol. *Perusium* Eutropio & Itinerariæ Tabulæ. Hodie *Berugia Italis*. Colli insidet Apennini: natura loci permunita. Ædificia habet cum publica, tum privata, valde nobilia, ampla, excelsa. *Viterbium* jacet specioso spacioso que loco, jugis Cyminiis a tergo imminentibus; Lapide quadrato ædificata: Turribus plena. Inter opera publica Fons est insignis, & maxima cum admiratione copiosus. Vrbicarius illi Ager bonus & fertilis: Vino abundans & Frugibus. *Lacus* in Etruria visuntur non pauci. *Trasumenus* Livio aliisque, *Trasimenus* Silio, hodie ab urbe vicina *Lago de Perugia*. *Aprilis Lacus* Antonino, hodie *Fangosa Palude*. *Marinus* qui & *Salsus: Lago d'Orbitello*, vernacule *Lacus Vadimonis*: *Ciminius*: *Volsinienſis*; *Sabatus*: *Palus Bientina*: *Ciana*. Fluviis scatet piscium optimorum fœcundissimis, qui sunt *Laventia*, *Frigidus*, *Anser*, *Arnus*, *Cecinna*, *Cornia*, *Alma*, *Brunus*, *Umbro*, *Osa*, *Albengia*, *Floris*, *Martha*, *Minio*, *Eris*, *Vacina*, *Sanguinaria*, *Aron* & alii nonnulli. Habet & saluberrima Balnea, nobilissimas Thermas, aliasque Aquas mirabili præditas virtute. Montes hic sese offerunt cum alii, tum *Ciminus* Livio Vibioque notus: nec non Virgilio. *Soractes* Plin. *Monte de S. Silvestro* hodie. *Fesulanos Montes* hebet etiam in Etruria Orosius: *Cortonenses* etiam ibidē sunt ad Septentrionem Trasumeni Lacus. Silvæ, *Volsinienſium Lucus*, *Silva Ciminia*, *Mœsia*. Academias habet *Pisis*, *Sæna* & *Perusiæ*. Bibliothecas item varias, *Pisæ* apud Dominicanos: *Lucæ* apud Franciscanos: In Vrbe Florentina VI: Senæ I & Perusiæ. Etruscos porro gentem Italiæ opulentissimam Armis, Iuribus, Pecunia esse aiunt Livius & Diodorus. Cerimoniis maxime semper addictos fuisse, constat ex antiquis Scriptoribus, ut qui Sacrificia, Divinationes, Auguriaque primi Italorum invenerint, eaque Romanis tradiderint, Tullio de Divinatione, aliisque notantibus. Episcopatus Tusciæ hi commomerantur a Mercatore, *Nepesinus*, *Castellanensis*, *Montis Falconis*, *Viterbiensis*, *Suavensis*, *Soano* opinor: *Castellanus*, *Vulteranus*, *Senensis* Archiep. *Fesulanus*, *Zarzanensis*, *Sutri*, *Ortanensis*, *Cornetanēsis*, *Tuscanensis*, *Clusinus*, *Aretinas*, *Pientinensis*, *Pontito* forte, *Pistoriensis*, *Binensis*, *Corthonensis*, *Civitatensis*, *Balneorigensis*, *Urbevetanus*, *Castrensis*, *Perusinus*, *Grossetanus*, *Lucanus*, *Florentinus*, Arch. *Lunensis*: *Pisa* Archiep. cui subsunt *Messanensis*, *Civitanensis* & reliqui Episcopatus in Corsica.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Silvæ.

Academiæ.

Bibliothecæ.

Mores.

Regio unde dicta

Situs.

Soli fertilitas.

Imperium majorum.

Urbes.

MARCHIA vel *Marka Anconitana* ab Langbardis nomen accepit, ab *Ancone* Emporio celeberrimo, quod sedem & domicilium dabat Marchionibus universæ regionis Dominis & Moderatoribus. *Picenum* nominatur Livio, & aliis. Conregionales Picentibus sunt ad Meridiem quidem Sabini, Vilumbri, Vmbri cum Apennino Monte: ad Occidentem Galli Cisalpini cum Isauro fluvio: qua Septentrio est, Sinus illos pulsat Adriaticus: in Orientali limite statuendo variatur. Plinius Aternum ponit amnem & Anconem: Ptol. Matrinum fl. cum Ancone. Novitii, in quis princeps Leander, Truentum signat Finitorem inter hos & Prætutianos. Ager Picens (ut cum Livio loquar) rerum omnino fertilis: fructibus tamen lignariis, quam frumentariis, præstantior. Nobilissimum Vinum ad Sirolum Opidum colligitur, quod Plinius *Anconitani Vini* celebrat nomine. Regio majore ex parte sub ditione summi est Pontificis, cujus in ea sunt *Ancona*, *Recanatum*, *Fanum D. Mariæ Laureti*, *Camerinum*, *Fanum Fortunæ*, *Tolentinum*, *Firmum*, *Macerata*, & alia quædam Opida: *Eugubium*, *Caglium*, *Forum Sempronii*, *S. Leo*, *Senogallia*, *Urbinum*, aliaque nonnulla sub aliorum sunt Principatu. Vrbs ejus primaria *Ancona*, *Ancon* Ptol. Hodie nomen retinet: quod impositum Vrbi ab oræ ibi flexu, Cubiti formam efficiente. Opposita Promontorio Cumero, Mari suoq; Portu clauditur a Septentrione: Portis porro, propugnaculis muriſque undique munitissima, Pontificum præsertim Romanorum industria. Portum imprimis habet, qui natura arteque validus: aditu peroportunus: multarum navium capax: ab Trajano Cæsare exstructus. Propugnaculis Vrbs sex superbit, quæ omnia suis tormentis bene instructa. Continua Græcorum, Illyricorum, Pannonum, imo totius Europæ mercatura præsignis, viis longissimis sed angustis, frequens habitatur. Ager suburbicarius, rerum omnium & Vini est fertilis. Sunt præterea *Firmium*, hodie *Firmo*. *Firmianus* fuit *Cœlius Lactantius*. Vrbs vetus est. *Ricinetum*, *Reccanoto*, vel *Recunati*, vel *Ricanati* Italis hodie. Emporium est celeberrimum, venientibus eo bis ad Nundinas, statis anni temporibus, ex tota Europa Asiaque pleraque Mercatoribus. Stupenda *Helviæ Ricinæ* vestigia passim in itinere per agros monstrantur, inter alia lateritium Amphitheatrum ingens in ripa fluminis Potentiæ, aliaque magnorum ædificiorum rudera. *Auximum* antiqua & Episcopalis Civitas, vulgo *Osmo*, *Oximum* Livio. Summam loci antiquitatem testantur passim plurima nuper reperta hic Epitaphia & Elogia. *Fabrianum*, Latine scribentibus *Faberiana*: Opidum quatuor nobilissimis Italiæ Castellis ob ædificiorum splendorem connumerari solitum. Opificum Tabernis frequens: quæ ita distributæ sunt, ut Vici singuli proprias habeant uno in loco, Fabri suas, Calceolarii suas, Chartarii suas. *Senogallia* Vrbs Episcopalis. *Senum* prius appellatam fuisse patet ex Polybio & aliis. Deinde *Senogallia* cœpit audire. Hodie *Sinigaglia* vel *Sinegalia*: Opidum Cœlum habet grave. Parvum ab Occasu Misa fl. adluitur: muro validum lateritio, valde crasso, vallo item & propugnaculis. Penuria laborat propter Maris vicinitatem aquarum dulcium: inportatis uti coacta. *Fanum* opidum Episcopale non magnum, in monte situm, vulgo *Fano*, *Fanum Fortunæ* Tacito & Ptolemæo.

Fani,


Septentrio
Occidens
Orientis
Meridies
GOLFO DI VENETIA
MARCHA ANCONITANA cum SPOLETANO DUCATU
Milliaria Italica
Apenninus Mons
THUSCIAE
PARS
Ravenna
Rimino
Cesenatico
Forli
Forlimpopoli
Cesena
Forano
Meldola
Mifano
Maiol
Ronco
Cestino
Belfort
Carpegna
Castellaccia
Coriano
Capresi
Borgo S. Sepulcro
Arezzo
Angiari
Cortona
Lago di Perugia
Castiglioni
Betole
Chiusi
Pietrafitta
Figule
Centero
Coele longe
Orvieto
Groſigniano
Caſtello
Bolſena
Viterbo
Vetralla
Capranica
Viano
Nepi
Sutri
Ronciglione
Caprarola
Arignano
Piano
Ariano
Sorrano
Civita Caſtellana
Borghetto
Fota
Farfara
Curtze
Lunghezza
Lago di Celano
Sobyne
Aſcrulo
Ortonadio
Rocca antica
Rocchetta
Poggio S. Lorenzo
Poggio nadio
Arquata
Corvaro
Capo di forfaro
Rio freddo
Scanzano
Paterno
Alba
Camerata
Celano
Sarraciueſco
Sublaco
Guadagnolo
Moritone
Curtze
Namento
Celle
Vrzano
Scarpa
Patrino
Pedimonte
Offeno
Aguila
Capana
Busſo
Populai
C. Retenga
Pietra ſtu.
Monte S. Iuliano
Moſculo
Ardo
Torre di Auto
Metulla
Valeriano
Laureto
Rosano
Milano
Campo
Campoleſto
Morello
Romano ſtu.
Peſcara
Caſtel nouo
Caſſia
Patarino
Amandola
Acquaſanta
Arcadia
Acquabruna
Camerata
Caſtel florido
Caſtel Vecchio
Caſtel Vecchiano
Viſſo
Sarnano
Sefro
Rocca di Varo
Serravalle
Chiuſa ſtu.
Caſtel Vecchio
Caſtel Raimondo
Caſtel Piano
Caſtel Fiorito
Caſtel Fiorito
Caſtel Fiorito

Fani, quod ibi Fortunæ sumptuosissimum olim dedicatum, adhuc magna monstrantur vestigia. Visitur ibidem Arcus ex marmore, sumtuoso nobilique opere factus, altus cubitos xxx, latus xx. Fastigio, quod mirabili arte elaboratum concidit, insculptũ legitur Constantino Imperatori Elogium, quod apud alios. Adluitur ab Argilla fl. *Forũ Sempronii*, nunc *Fossumbrunũ*, *Fossumbruno* Opidum Episcopale. Vestigia ibi Antiquitatis quãplurima, præter Aquæductus, Vias Silicatas, Columnas & alia. Marmora multa cernuntur dissecta cũ antiquis Inscriptionibus quæ ab aliis collecta. *Pisaurum* Vrbs Episcopalis: hodie *Pesaro*. Emporium Italiæ celebre, mercimoniis dives, amplum, splendidum, pulchris ædificiis ornatum. *Vrbinum* alto situm Monte & inæquali loco inter eosdem amnes: Vrbs est lautissima, splendideque satis ædificata, bono & fœcundo agro. Illustrat eam

Lacus. præcipue Bibliotheca, libris optimis & multis referta. In Piceno ad latus Montis Victoris Lacus invenitur fama nobilitatus: *Nursinum* dicunt. In eo Cacodæmones innatare Vulgus imperitum dictitat: quoniam aquæ

Flumina. perpetuis motibus salire, & vicissim subsidere cernuntur, equidem non sine ingenti illorum admiratione, qui causam ignorant. Flumina eam rigant *Truentus*, *Tronto* vulgo: *Castellanus*, *Asonus*, *Letus mortuus*, *Tenna*, *Chientus*, *Flastra*, *Letus*, *vivus*, *Asinus*, *Potentia*, *Musõn*, *Esinus*, *Misa*, *Sontinus*, *Cesanus*, *Metaurus*, *Cantianus*, *Boasius*, *Argila*. Inter Montes vero præter *Furcas*, *Pescas Auximus* est ab *Anximo* Vrbe, & *Corvius*, unde cũ *Albula* & *Truentus* multi fluunt amnes per Marrucinos, Præcutianos, Marsos. Ceretum *Apenninus mons* hoc loco, ubi huic regio-

Montes. ni imminet, editissimis jugis seipsum superat. Episcopatus hic sunt *Asculanensis*, *Firmanus*, *Camerinensis*, *Auximanensis*, *Humanas*, *Anconitanus*, *Esinensis* vel *Eximas*, *Senogalliensis*, *Fanensis*, *Pisaurensis*, *Forosempronien sis*, *Callien sis*, *Vrbinas*, seu *S. Leonis*, *Maceratensis*, *Racanatensis*.

Spoletinus Ducatus.

Regio. SPOLETINVS *Ducatus*, vulgo *Ducato di Spoleto*, ab Vrbe *Spoleto* nomen habet, quæ olim Regia fuit Ducum Langbardorum. Olim *Vmbria*. Latissimos *Vmbriæ* fines olim habitos non obscure colligitur ex

Situs. Strabone, qui Montem illi Apenninum & Hadriaticum Mare pro Limitibus adsignat. Longitudinem a Ravenna Otriculum vel ab Tiberim, per viam Flaminiam alii demonstrarunt, quo spacio CIↃIↃCL stadia continentur vel, milliaria CXXVII & semis. Regio nunc altis asperisque quasi horret montibus, nunc col-

Soli qualitas. libus vestitur, qui Vini, Olei, Ficuum, aliorumque Fructuum tnirum quam fertiles: nunc denique amœnissimas pandit planicies, nihil non frugum abunde ferentes. Vrbes *Ducatus Spoletini* sunt *Eugubium* ad Apennini radices positum: aditum præstante amœna pulcraque planicie. Sunt qui volunt esse, quod *Inginuum* Silio: *Iguvium* Cice. Ἰγούιον Ptol. Opidum pervetus, multis Antiquitatem suam testans hodieque vestigiis. Fre-

Vrbes. quens hodie: Incolis industria summa lanariam negotiationem tractantibus. Ager Campestris partim, partim Collinus. Frumenti undique ferax. *Nuceria*, lateri item Apennini adhærens: *Nucerium* Tabulæ Itinerariæ. *Nocera* vulgo. *Fulignum*, *Fuligno* vernacule, sexaginta supra centum stadiis Perusia distans. *Fulginia* Silio

Italico

Italico. *Tinna* dividitur, flumine parvo & inglorio. In Foro Palatia sunt tria: in uno habitant VII *Viri Fulginates*, ad quos primum Civiles deferuntur Controversiæ Magistratu fungentes bimestri: in altero Prætor, qui graviores causas diiudicat, cujus munus sex durat menses: in tertio Gubernator, cui summa potestas Pontificis nomine tribuitur. *Assisium*, ab *Asi* monte proximo dictum. *Æsisium* Ptol. *Æsium* Str. *Asceſi* vulgo & *Sasſi*; Episcopatus dignitate claret. Patria est *D. Francisci*, qui Familiæ Minorum conditor: Templo ibi honestatus sumtuosissimo. Est hic Bibliotheca instructissima. *Mons Falco* opidum amœnis in collibus: Novum quidem, sed incolis frequens: quo B. *Clara*, Eremitarum Ordinis virgo, fertur ora. *Spoletum*, a quo *Ducatus Spoletini* nomen Vmbriæ tributum. Vulgo *Spoleto*, *Spoletium* Str. & Pt. Situm est inæqualiter, partim in plano, partim in colle, cui & Arx insidet munitissima, ex vetusto quondam Amphitheatro, quod hic erat, facta. Vrbs hodie splendida est, & omnium rerum adfluit copia. Videre ibidem licet præter alia magni ævi ædificia & Antiquitates residuas Theatri fundamenta, vetustissimum extra urbem Concordiæ Fanum, Formas ibidem sublimes ac solidas aquæductuum, ex Apennini costis partim excisas, partim opere lateritio ex ima valle fornicibus in altum subductis. *Ceretum* novi nominis Opidum, sed frequens: a quo *Ceretani* vocantur Errones, qui nunc per universam Italiam discurrentes sanctitatis religionisque prætextu variis artibus emungere stipem consuerunt. *Pons Castellanus*, *Ponte Castello*: ab Ceretanis conditum. Eo ortus Ioannes Pontanus, Vir magni nominis & omni doctrinarum genere præstantissimus. *Conissa* novi nominis Opidum, montoso situ, frequens admodum. *Interamna* Str. *Interamnia* Antonino: *Interamnium* Itinerariæ Tabulæ: vulgo *Terni* vel *Terani*. Rebus omnibus ad vitam necessariis abundat: Incolis frequens. Agro insignis ab fl. est fertilitas. Vinum notæ optimæ *Vernaccia*. *Tuder* vetusta Civitas in colle amœno sita, Ficubus, Oleis, Vitibus, aliisque fructiferis arboribus ornato. Lacus habet *Floridum*, *Velinum*, *Cutiliensem*. Montes autem præter *Inginium*, cujus meminit Strabo, *Eugubinum*, *Floridum* & alios: sunt, qui *Cornicli* Halic. Latinis forte *Corniculi*: videtur Zonaras *Carnitas* vocare. *Crustumeni* Montes ibidem, ex quibus Allia fl. prælto alveo defluit. *Fiscellus* Iugum illud Apennini Plinio dicitur, unde duobus erumpit fontibus Nar. fl. hodie *Monte Fiscello*. Sequitur inde pars Apennini, que *Mons Victor*, ubi Apenninus supra Castellum Arquatam altissimis cacuminibus effertur, ut adeo seipsum celsitudine videatur superare, id est, ut adhærentia circumquaque juga cetera, quamquam editissima, longe vincat: ideoque ex re nomen huic Culmini datum *Mons Victor*. Incolæ reliquis Italiæ populis sunt bellicosiores. *Ariminensis* Episcopatus subest Ravennatensi Archiepiscopatui. Episcopatus in Ducatu Spoletino, sunt, *Assisinas*, *Fulginas*, *Nucerinus*, *Eugubinus*, *Spoletinus*, *Tudertinus*, *Amelienſis*, *Narnienſis*, *Interamnienſis*.

Lacus. *Montes.*

Regio & unde dicta.

OFFERT se nunc percurrendum *Latium*: Italiæ Regio: quæ nullis non Auctoribus celebrata. *Latium* dictum putarur ab Saturno, qui Patria profugus in his locis latuisse fertur. Varroni placet *Latij* nomen huic Regioni datum, quod inter Alpium & Apennini sublimes præcipitesque rupes, Mare, Tiberim atque Lirim, tanquam abscondatur & lateat. Aliis *Latium* ab Latino nominatur Rege. Nonnullis ab *Latitudine* dirivatur, quod nulla Italiæ Regio latius se inter Montes & Mare adspiciendam præbeat. Hodie *Territorium Romanum* vel *Campagna di Roma* vocant. Fines Latii pleriſque ſtatuuntur

Situs.

ad Septentrionem Apenninus Mons & Anio fluvius: ad Ortum Liris: qua Meridies est, Mare Tyrrhenum: qua Occasus, Tiberinum flumen; ambientibus illud Populis, Tuscis, Sabinis, Marsis, Samnitibus, Prægutianis & Campanis. Fertilis & abundans est Regio: præterquam aliquibus in locis, propter Oram: quibus

Soli fertilitas.

cum aspera saxosaque habet multa, tum Paludes, & ex Paludibus Aerem vitiosum atque gravem. Primi incoluere *Siculi*, *Aborigines*, *Pelasgi*, *Arcades*, *Aurunci*, *Volsci*, *Osci*, *Ausones*, & alii. Hæc de Latio universim paucis: flagitat Methodiratio, speciatim ut perlustrem, orsus ab Vrbe, quæ Orbis quomdam compendium. Ea

Vrbes.

Prima, in Antiquo Latio, Tiberim ex Etruria transgresso se cum incredibili hodieque majestate offert. Hæc nomen suum semel obtentum retinet. Sita est loco non admodum fertili, Austro objecta: Cœli gravioris & intemperantioris. Ambitus, qui quomdam Romæ fruisse scribitur tredecim millium passuum, hodie multo minor esse deprehenditur. *Turres* in Murorum ambitu circiter CCCLX: olim IↃCCXL; *Regiones*, ut olim, sic hodie, sed mutatis nominibus, sunt XIV. *Aquæ* nunc *Tiberis* & *Almo* fluvii Occurrunt etiam variis locis reliquiæ Fontium ex veteribus ductibus. Fora conspiciuntur varia. Colles mœnibus includuntur VII. Ab his Roma *Septicollis* quibusdam: *Septimontium* Varroni, *Septemgemina* Statio. Sunt præterea in Vrbe Templa CCC atq, amplius. *Cryptæ subterraneæ*: quæ quomdam, Imperatoribus in Christianos sævientibus, ipsorum fuerunt latebræ & sepulcra, quatuor. *Cœmiteria*, quæ partim olim fuerunt, partim nunc sunt, numerantur XXVIII. *Xenodochia* publica omnium nationum V, singularum quarundam singula Præter *Academiam* sunt XX *Seminaria* & *Collegia ommium nationum* ab Gregorio III P. instituta. *Bibliothecæ* publicæ multæ, tres in Vaticano, una selectorum librorum clausa; altera minus secreta: tertia quæ diebus profestis per duas horas omnibus patet. Sunt & aliæ etiam in Templis B. M. in Ara cœli: S. M. de populo, S. M. supra Minervam. S Aug.: & alibi. *Horti* Pontificis & Cardinaliũ, *Bosilicæ* & *Palatia*, per universam Vrbem varie dispersa sunt. *Aquæductus*, *Thermæ*, *Arcus*, *Triumphales*; *Amphitheatra*, *Theatra*, *Circi*, *Porticus*, *Columnæ*, *Obelisci*, *Colossi*, *Pyramides*. *Naumachiæ*, *Septizonia*, *Equi*, *Statuæ* in publico & privatim spectandæ, aliaque plura, quorum numerum descriptionemque accuratiorem non ferti instituti operis ratio. Hæc hodie qui viderit, comparaveritque cum vetere Roma, merito dixerit.

Qui miseranda videt, veteris vestigia Romæ *Ille potest merito dicere, Roma fuit.*

Hæc


Sept 40 ent.
Meridies
ORIENS
OCCIDENS
Ducatus
Spoletani pa.
Apenninus mons
Parte di Abbruzzo
CAMPAGNA
ROMA
DI
Thoscana
MARE
TYRRHENUM
LATIUM nunc Campagna di Roma
Milliaria Italica
Roma
Tiuoli
Lago di Celano olim Fucinus lacus
Tiuere fl.
Pilastrina
Valmontone
Tusculo
Frascati
Ferentino
Velletri
Anagnia
Alatro
Veroli
Sora
Aquino
Arpino
Babuco
Fabrica
Campaniæ pars
Ostia
Ardea
Antio
Capo d'Antio
Astura
Foghata
Palus Pontina
Terracina
Fondi
Gaeta
Sinuessa
Formiæ ruin.
Sicco
Traetta
Fabiaterra
Pontecorvo
Valcorsa
Fratte
Rocca Guglielmo
Montecalli
Cecubo desolata
Sonnino
Torrella
Roccasecca
Arce
Atina
Casino
Sora
Posta
Verulo
Torrice
Ferentino
Anagnia
Alatro
Segni
Gavignano
Carpineto
Genazzano
Olibano
Agnani
Anticoli di Corado
Guadagnolo
Subiaco
Cicilano
Lamentano
Villa d'Adriano
Paliano
Gallicano
Capranica
Lausta
Ceruara
Trasacca
Celano
Colle Armeo
Aufidena
Ciuitella
Opo
Venere
Auersa
Sutri
Nepe
Capranica
Caprarola
Valerano
Fabrica
Mola
Basano
Vacarecia
Capagnano
Triuignano
Cesano
Lastorta
Lago di Bracciano olim Sabatinus
Bracciano
Palo
Batachia
Antonio
Magliana
Malor one
Dragoni
Romana
Porto
Patrica
Nymphis
Aqua Pura
Appio
Foro
Setia
Torilla
Paterno
Abbadia
Maruin
Torrella
Rocca Guglielmo
Montecalli
Cecubo desolata
Sicco
Fondi
Formiæ ruin.
Itro castello
Gaeta
Sinuessa
Terracina
Sonnino
Roccasecca
Arce
Atina
Casino
Sora
Posta
Verulo
Torrice
Ferentino
Anagnia
Alatro
Segni
Gavignano
Carpineto
Genazzano
Olibano
Agnani
Anticoli di Corado
Guadagnolo
Subiaco
Cicilano
Lamentano
Villa d'Adriano
Paliano
Gallicano
Capranica
Lausta
Ceruara
Trasacca
Celano
Colle Armeo
Aufidena
Ciuitella
Opo
Venere
Auersa
Sutri
Nepe
Capranica
Caprarola
Valerano
Fabrica
Mola
Basano
Vacarecia
Capagnano
Triuignano
Cesano
Lastorta
Lago di Bracciano olim Sabatinus
Bracciano
Palo
Batachia
Antonio
Magliana
Malor one
Dragoni
Romana
Porto
Patrica
Nymphis
Aqua Pura
Appio
Foro
Setia
Torilla
Paterno
Abbadia
Maruin
Torrella
Rocca Guglielmo
Montecalli
Cecubo desolata
Sicco
Fondi
Formiæ ruin.
Itro castello
Gaeta
Sinuessa
Terracina
Sonnino
Roccasecca
Arce
Atina
Casino
Sora
Posta
Verulo
Torrice
Ferentino
Anagnia
Alatro
Segni
Gavignano
Carpineto
Genazzano
Olibano
Agnani
Anticoli di Corado
Guadagnolo
Subiaco
Cicilano
Lamentano
Villa d'Adriano
Paliano
Gallicano
Capranica
Lausta
Ceruara
Trasacca
Celano
Colle Armeo
Aufidena
Ciuitella
Opo
Venere
Auersa
Sutri
Nepe
Capranica
Caprarola
Valerano
Fabrica
Mola
Basano
Vacarecia
Capagnano
Triuignano
Cesano
Lastorta
Lago di Bracciano olim Sabatinus
Bracciano
Palo
Batachia
Antonio
Magliana
Malor one
Dragoni
Romana
Porto
Patrica

112

Hæc de Roma proloci angustia sufficiant: qua versus Meridionaliora egresso sese offert *Ostia* Latinis, ut & Græcis, Gravioris est Cœli & pestilentis Aeris. Ager Pepones fert copiose. Ostiis relictis, reliqua Latii Opida præcipua quæ mari fere adsident, pervagabor. *Neptunium* agro fertiliore situm est: Cives Aucupio & Piscationi vacant, hodie pertinet ad *Columnenses*. *Astura* Plinio quidem Flumen cum Insula cognomine: Tabulæ vero Itinerariæ, Opidum, quod forte fuit vel ad flumen in Continente, vel in Insula. Locus hic memorabilis cum indignissima M. Tullii Ciceronis, Antonium fugientis cæde; tum Corradini fato Henrici F. Friderici II Imperat. N. quem Carolus Eculismensis securi percussit. *Taracina* vel *Terracina*, *Taracina* Straboni: *Tarracina* Ptol: *Tarracine* Steph: *Terracina* apud Antoninum. Volscorum lingua *Anxur* vocabatur. Opidum est exiguum, sed frequens & honestum. Muri ex quadrato silice absque cemento facti. Ager ejus fœcundissimus est & amœnissimus, Vitibus, Aurantiis, Citris, Limonibus, aliisque id genus Arboribus abundans. *Caieta*, *Caiatta* Strab. Hodie *Gaietta*. Vrbs est munita cum primis: Arcem habens invictissimam, cum Turri altissima, Summo in Monte, quē superioribus annis, Gallis profligatis, muro cinxit Ferdinandus, Aragonum & Neapolitanorū Monarcha. *Sinus* ad Vrbem *Caietanus* audit, apud Strabonem. Portum ibi fuisse celeberrimum, amplissime ab Antonino Pio refectum, refert Spartianus. Hodie nullus est. Mediterranea *Latii* loca perlustranti offerunt se *Velitræ*, Straboni *Belitra* Steph. vulgo *Belitro*, vel ut alii scribunt, *Belletri*. Opidum vetustissimum Volscorum, amplum & populo satis frequens, Episcopatus fulgens dignitate. Venustissimi situs, jucundissimi prospectus. Mœnibus undique cinctum. *Alba* Latinis, *Alba* item Græcis. *Longam* cognominant Veteres Scriptores, ab Situ. Hodie *Savello*, si Leandro fides: si aliis, *Gandolffi*, vel *S. Gandolffo*. Conditor ejus *Ascanius* Æneæ Filius, xxx post ædificatum Lavinium anno. Hodie plane desolata jacet. Nunc Septentrionaliora Latii per viam Valeriam Tiburtinamque peragremus. Hic primo se offert loco *Tibur*, Ptol. *Tibura* Strab. *Tivoli* hodie. Vrbs ad Anienem fl. Roma distans C L Stadiis, Procopio. Cœlo est temperatissimo: locoque ob Aquarum Fontiumque copiam saluberrimo. Episcopatus Titulo est nobile. *Maruvium* ad Fucinum Lacum, Marsorum olim Caput, exiguis nunc se prodit, vestigiis; quæ *Marvo* vulgo, nominant. *Alba* Latinis, ut & St. *Albam* hanc, quod in penetralibus regionis sita, & permunita undique esset, tradit Strabo. Romanos iis, qui custodiendi erant tamquam carcerem adsignare, consueviſſe. Ruinis nunc tota fere collapsa jacet. *Præneste*, *Præneſtus* Strab, *Præneſtum* Ptol. hodie *Palastrina*. Situs ejus in declivi Monte ad Veneſtrim fl. olim longe fuit & amœnissimus; & jucundissimus; ideoque florent Re Romana frequenter Imperatores Augusti huc animi gratia secessisse leguntur. Arx summo Mōti in quo conditum, imposita est. Episcopatus hodie gaudet dignitate. *Tusculum* multis olim nominibus insigne, quod haud procul ab *Frascata*, abfuisse censet ex ruderibus, quæ hodieque visuntur, Viri docti. Plura sunt hujus Nobilissimæ Partis Italiæ Opida, quæ brevitatis studio omittimus. Sunt & Latio Lacus,

Hostia

Hostia Lacum habet Obsequens: *Stagno* vulgo vocatur. Inter Marinum & Albam Longam *Lacus* est *Albanus*, cujus meminit Livius Lib. v. Hodie *Lago di Castel Gangolfo*: Sunt & *Lacus* vel *Stagnum Nemorense*, hodie *Lago di Nemo*; *Iuturnæ Lacus*: *Regillus*, hodie *Lago de* S. *Prassede*: *Fucinus* hodie *Lego di Marsos*: *Pontina* vel *Pomptina Palus* etiam in Latio describitur a Plinio, nunc Ausente Palude. *Fundanus Lacus*: *Tiburtinus*: *Cæcubus* & *Simbruina Stagna*, *Flumina Tiberis* quem in generali descriptione delineavimus, & varia fl. quæ cum eo, nominibus amissis, Mare petunt. Reliqua Latii, ut antiquitus appellabantur, *Numicius*, *Loracina*, *Stura*, *Nymphæus*, *Ufens*. Montes præter septem Vrbis Romæ, Colles, de quibus supra, *Albanus* est, scriptoribus omnibus Græcis Latinisque celebratissimus. *Mons Cæcubus* in Sinum Caietanum usque porrectus, ab Vini, quod fert, generositate nominatissimus. *Vestinus* item, *Algidus*, *Aventinus*, *Lepinus*, *Catillus*. *Ceraunios* etiem Montes Latii habet Halicar. *Silvæ* sunt *Silva* sive *Lucus Feroniæ*, *Lucus Iovi Indigeti sacer*: *Dianæ Æolica Lucus*, *Silva Nævia*: *Camænarum Lucus*: *Algidum Nemus*: *Albunæ Silva*: *Angitiæ Nemus*: & *Furinæ Lucus*. Populi hujus regionis ab hæc usque tempora præterquam in Civitatibus, plerumque rudes, moribusque agrestibus, animis audaces confidentesque: Viribus corporis, non minus quam olim præstantes, Ecclesiastica ex Provinciali Romani Pontificis apud Mercatorem sic habent. *Roma* caput omnium Ecclesiarum dicta, in qua residens Papa sub se habet intra urbem v Ecclesias Patriarchales dictas, quæ sunt Ecclesia S. *Ioannis Lateranensis*, S. *Petri* Monasterium, *S Pauli* intra muros urbis, S. *Maria Major*, & Monasterium *S. Laurentii*. His Ecclesiis adsignati Episcopi v III primum dicti Archires Pyteri. Primus & summus Papa, reliqui sub eo, *Ostiensis*, qui Patriarcha Campaniæ, & Papam consecrat, huic junctus est qui sequitur *Velletrensis* sive *Valerien sis*: *Portuensis*, sive S. *Ruffina* & *Secunda*, *Sabinensis*, *Tusculanensis*, *Prænestinensis*, *Albanensis*. Iisdem Eccleiis adsignati sunt Presbyteri Cardinales XXVIII videlicet *Titulo* S. *Crucis* in Ierusalem: Tit. S S. *Ioannis* & *Pauli*: Tit. S. *Stephani* in Celiomonte: Tit. S. *Susannæ*, Tit. S. *Petri* ad Vincula. Tit. S. *Priscæ*: Tit. S. *Siriaci* in Thermis: Tit. S. *Marcelli*: Tit. S. *Balbinæ*: Tit. S. *Grisogoni*: SS. *Marcellini* & *Petri*: S. *Anastasiæ*: S. *Clementis*: S. *Potentianæ*: S. *Martini* in montibus: S. *Praxedis*: S. *Marci*: S. *Laurentii* in Lucina: S. *Mariæ* in Transtiberina: SS. IV *Coronatorum*, S. *Sabinæ*: S S. *Nerei*: & *Archilei*: S. *Sixti*: S. *Eusebii*: S. *Vitalis*: Basilicæ XII *Apostolorum*: S. *Laurentii* in Damasi: S. *Ceciliæ*. Iisdem adjuncti Diaconi Cardinales XVIII. Extra Vrbem in Campania maritima Episcopi, *Agnaninus*, *Alatrinensis*, *Fundanus*, *Tiburtinus*, *Sagninus*, *Terracinensis*, *Verulanus*, *Feretinus*, *Soranus*, *Aquinus*. Habet etiam sub se Papa per alias Orbis ditiones IV Patriarchales Ecclesias, quibus ibi constitutæ Ecclesiæ subsunt: *Constantinopolitanam*, *Alexandrinam*, *Antiochiensem*, & *Hierosolymitanam*.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Silvæ.

Vulgi mores.

Regio unde dicta Situs.

HAC Tabula duæ regiones in Regno Neapolitano peragrandæ ſuccedunt, *Aprutium & Terra Laboratoris*. Priorem *Aprutium, Abruzzo* vernacule hodie vocant Itali. Fines ejus conſtitui ſolent ab Ortu Apuli Dauni cum amne Phiterno: ab Occaſu Sabini & Picentes cum Truento fl. qua Septentrio eſt, Mare Hadriaticum: qua Meridies Picentini, Campani, Marſi, Æquicoli, ſecundum Apenninum Montem ultra citraque ex parte habitantes. Regio ſumma gaudet Cœli ſalubritate & incredibili Incolarum frequentia: amœna eſt & commoda verſus Mare, ſed montibus aſpera in Mediterraneis. Præter alia

Soli fertilitas.

Crocum abunde mittit, nutritque Animalia innumera. Hodie hujus tractus Caput *Aquila*. Condidiſſe eam perhibent Langbardos: Carolum inde Martellum vel ut aliis placet, Fridericum II Imp. mœnibus cinxiſſe, muniiſſeque; Colonis Civium jure, & civitati *Aquilæ* nomine adſignato ab ſigno Cæſareo, vel potius ab fauſto *Aquilæ* nomine. Ea autem brevi maximis incrementis ita auxit, ut civitatum reliquarum principatum in hac regione facile nunc obtineat. Sunt præterea *Guaſtum Amontum* vernacule *Guaſto di Amone*: Plinio Melæque *Hiſtonium*: *Iſtonium* Pt. ſine aſpiratione. *Lancianum* celebre Emporium: quo quotannis menſibus Majo & Auguſto Italiæ, Inlurici, Siciliæ, Græciæ, Aſiæ & reliquarum mundi partium Negotiatores ad frequentiſsimum conveniunt Mercatum. *Sulmo* Σουλμῶν Pt. & Σοῦλμον Str. Hodie *Sulmona* eſt teſte Leandro: aliquibus male *Sermona* dicitur. Vrbs eſt pulchritudine loci, frequentia populi, aquarum abundantia in primis nobilis. Ovidii patria. *Chieti*, vel *Civita Cheto* vulgo, Vrbs Archiepiſcopalis. *Aſculum* antiquiſsima Civitas, *Aſclum* Antonino. Plin. nobiliſsimam *Piceni Coloniam* appellat. Iacet plano patuloq; campo, munitiſsimo in loco, mœnibus firmis. Ab una parte Mons ſublimis in quo ſita eſt Arx: ab altera Truentus ripis præ altis munit. *Beneventum* auſpicatius mutato nomine, quum initio appellaretur *Maleventum*, ab *Malo Vento*, quem injurioſum & horribilem ſæpe patitur, *Beneventi* vulgo. Situ urbs eſt admodum oportuno, & amœno, ſumma agrorum bonitate præſtans. *Sora* vicina eſt Liri Amni: populo haud infrequens, titulóque Ducatus ornata. *Aquinum* Pt. Nobilitavit hanc patriam ſuam *Thomas* magnus Philoſophus, *Aquinas* hinc cognominatus. Nomen retinens collapſa pene jacet, veſtigia præferens priſtinæ amplitudinis: Comitatus habens titulum. Reliqua deſcribere Opida chartæ anguſtia prohibeor. Flumina hic *Phiternus*, quo Samnium ab Apulia dividitur: *Fortore* vulgo. Ejus in Tiferno monte

Flumina.

fons eſt, haud procul a Boviano. Exonerat ſe in Mare Hadriaticum juxta Leſinenſem Lacum. *Trinius* quod *Portuoſum* notat Plin. *Aſinella*, *Sentus*, *Sangrus*. Sunt item *Morus*, *Feltrinus*, *Peſcara*, *Aternus*, *Raſentus*, *Orta*, *Liberata*, *Salinus*, *Plumba*, *Vomanus*, *Turdinus*, & alia. Montes porro in Samnitibus adeo ſunt excelſi, ut etiam ipſos

Montes.

Apenninos ſuperent. Inter eos *Mons Virginis*, ob D. Mariæ Templum nominatiſsimus. *Maiella* amplitudinis vaſtiſsimæ adcenſu difficillimus, rupibus aſperrimus. Cacumen perpetua nive tegitur: multa herbida habet prata: plurimos ecfundit Fluvios: Silvis ſuperbit immenſis, Ferarum copia ſcatentibus: præcipue Vrſorum: Rupibus etiam abruptis horret plurimis. Sunt & Iuga Apennini: quæ *Montes Tremuli* vocantur.

Tota


OCCIDENS
ORIENS
MERIDIES
SEPTENTRIO
41
42
43
37
38
39
MARIS IVR.
RHENI PARS
TERRA DI LAVORO
ABRVZZO
Golfo di Venetia
ABRUZZO et Terra di LOVORO
Milliaria Italica
Roma
Napoli
Gaeta
Sora
Aquino
Capua
Aversa
Salerno
Amalfi
Sorrento
Capri
Ischia
Procida
Benevento
Isernia
Sulmona
Aquila
Teramo
Atri
Pescara
Chieti
Lanciano
Vasto
Termoli
Larino
Campobasso
Venafro
Caserta
Nola
Avellino
Melfi
Venosa
Matera
Gravina
Acerenza
Potenza
Tricarico
Montepeloso
Tursi
Anglona
Rocca Imperiale
Cassano
Bisignano
Cosenza
Martorano
Rossano
Belcastro
Catanzaro
Squillace
Stilo
Gerace
Bova
Reggio
Oppido
Mileto
Nicastro
Tropea
Amantea
Paola
Cotrone
Crotone
Strongoli
Isola
Cirò
Umbriatico
Policastro
Diano
Sala
Marsico
Muro
Lagonegro
Castrouillari
Rocca Bernarda
Rocca Falluca
Rocca Cinquemiglia
Rocca Calascio
Rocca di Mezzo
Rocca di Cambio
Rocca di Vasto
Rocca Morice
Rocca Spinalveti
Rocca Guglielma
Rocca Secca
Rocca Ripesena
Rocca Monfina
Rocca Gorga
Rocca Sicca
Rocca Ianula
Rocca Ianni
Rocca Montepiano
Rocca Montefalcone
Rocca Montefalcone
Rocca Montefalcone

Regio.
Situs.

Soli qualitas.
Imperium majorum.

Urbes.

TErra Laboris, *Terra di Lavoro*, Regio hæc audit hodie. Ea dicta olim *Campania*. Fines ejus, ut videre est apud Strab. Ptol. & alios, ad Occasum Liris, Latium ad alteram relinquens oram; ad Septentrionem, Samnitium Montes; qua Ortus est, Silarus Fluvius, Lucaniam hinc dirimens, parsque Agri Samnitium quos dixi: qua Meridies: Mare Tyrrhenum sive Inferum. Vere *Campus* est *Campania* in quem Natura luxurians effudisse videtur largissimo Sinu quidquid uspiam est Deliciarum, Amœnitatum, Gaudiorum & Oblectationum. Paradisus vere Italiæ. Tam incredibilis ibi rerum est fertilitas. Principatum habuerunt olim in hac regione varii Populi, de quibus Strabo lib. v. Et Plin. lib. III cap. v *Opici*, cognomine *Ausones*, *Osci*, *Cumani*, *Tusci*, *Samnites*, qui postremum a Pop. Rom. debellati sunt. Hæc in genere paucis de Campania: jam nunc specialior me vocat ejus descriptio, & primum Vrbium. Caput Campaniæ Regnique Neapolitani Metropolis *Neapolis* in Numismatibus dicitur. Nomen hodie retinet, *Napoli* vulgo audiens. Spatium amplectitur magnum inter mare colliumque amœnissimorum radices ædificata magnifice: Muris firmissimis: Propugnaculis, Turribus, Castellisque, præsertim jussu Caroli V, cujus jam nunc paret Nepoti, ut sit quasi inexpugnabilis, munita. Fossas habet LXXX pedes profundas: Portas octo: Fora ampla. Fontes publici, ex quibus aqua limpidissima nunc Lanceæ altitudine, nunc duorum capitum crassitudine, nunc per centum fistulas prosilit, sunt innumeri. Forma est oblonga, seque in modum dimidiatæ Lunæ incurvans. Circuitus olim III, nunc, prolato pomerio, V milliarium. Aere gaudet permolli & placido: hiemen vix sentit. Ædes hæc Vrbs cum Divorum tum hominum habet ornatissimas: arces invictissimas. Academiam etiam ab Friderico II Imp. institutam: ad quam Studiosorum ex toto regno magnus fit concursus. Sunt & Bibliothecæ aliquot, in quis primi loci D. Dominici. Ager suburbicarius, vicinique colles amœnissimi sunt & jucundissimi: Frumenti, Vini, variorum Fructuum, Herbarum, Florum, rerumque omnium, ad Hominum Animaliumque necessitatem, voluptatem, delicias facentium feracissimi. Multa de hac Vrbe brevitati studens prætereo. Sunt & aliæ, *Capua Vetus* & *Nova*. *Vetus* nulli non Latinorum Scriptorum nota. Splendor ejus, amplitudo & magnificentia ab omnibus summopere passim celebratur. Visuntur hodie ejus altero ab *Nova Capua* lapide peringentes ruinæ, juxta Templum D. Mariæ Gratiarum. *Nova Capua* ex *Antiquæ* dirutæ ruinis cœpit excitari, feliciterque crescere, quam conspicere jamnunc est adstitam sinistræ Vulturni ripæ, duodecimo ab Mari lapide, in planici, satis magnificam, commode habitatam, sed infrequentius: stratam silicibus, plateas habentem rectas, altaque ædificia. Adluit eam ab Ortu & Septentrione Vulturnus, indeque in Occasum reflectitur. Pons est supra amnem ex lapide insignis. *Teanum* cognomento *Sidicinum*. Desertum hodie *Theano* vernacule dicitur: Episcopatus nihilominus titulo nobile. *Calvi* opidum Episcopatus dignitate superbiens: *Cales* Virg *Cuma* Str. & Ptol. aliisque Græcis. Nunc hic omnia fere conciderunt, oppletaque jacent ruinis, ut tamen undique amplissimorum operum vestigia satis agnoscantur.

Sunt

Sunt etiam *Aversa, Caserta, Nola, Summa, Puteoli*, atque alia minorum gentium Opida. Inter Lacus paludesque, quæ Campaniæ, loci principis sunt *Lucrinus & Avernus*. Tribuuntur & Campaniæ *Linterna Palus, Pompina & Statinæ Paludes*. Flumina sunt *Liris*, qui suscipit dextra quidem *Fibernum, Cosam, Alabrum, Trerum*, & alios. Sinistra vero *Casinum, Melfam*, & *Omnem*. Liri succedit *Vulturnus*. Hic amnes torrentesque multos colligit: inter ceteros, dextra quidem *Cusanum, Correctum*: Sinistra *Freddum, Pratellum, Sabbatum, Isclerum*, & alios. *Glanis* item *Linternus, Sebetus, Sarnus, Furor, Ebolis, Silarus*. Montes huc pertinent *Gaurus, Massicus, Falernus*, alii, ut *Vesuvius, Pausilypus, Misenus, Culma, Mons Christi*, Taburnus, Tifata, *Planus, Astrunus*, & *Trifolinus*. In Regno autem Neapolitano hi sunt Principatus & Dominia: Principatus x, *Ascoli, Bisignano, Evoli, Melfi, Melfetta, Monchercole, Squilaci, Sligliano, Sulmona. Venosa*. Ducatus xxiii, *Andri, Amalphi, Ariano, Asis, Bojano, Castrovillari, Gravina, Martina, Montalto, Monteliano, Nardo, Nocera, Popoli, Rocca di Mondragone*, S. *Petro in Galatina, Seminara; Sæssa, Somma*, Sora, Tagliacozzo, *Termoli*, Terra nova, *Traietto*. Marchionatus xxx. Comites de Statu liv: Domini xv: Barones titulati cccciii. Archiepiscopatus & Suffraganei in hac tabula ex provinciali Romano sunt. In Aprucina & Marsicana Provincia Episcopatus hi, *Aquilensis, Forcanensis, Marsicanus, Valvensis seu Sulmonensis*: *Theatinus, Adriensis, Pennensis, Aprutinus seu* Teranus. Archiepiscopus *Beneventanus*: hujus Suffraganei *Telesinensis, Agathæ, Alphiensis* vel *Alipharensis, Mons Marani, Mariano* opinor, *Avellinensis, Vicanensis, Arianensis, Bojanensis* vel *Rojanensis, Asculanensis, Nucerinus*, Tertibulensis, *Tracoensis, Vulturanensis, Alarinensis, Ferentinensis* vel *Florentinensis, Civitatensis*, Termelensis, *Lesinensis, Frequentinensis, Triventinensis, Biminensis*, forte *Bomia, Vadiensis* vel *Gadiensis Musanensis*, S. *Mariæ*. Archiep. *Neapolitanus*, cui subsunt *Aversanus* exemptus, *Nolanus, Puteolanus, Cumanensis, Acerranus, Iscalanus*. Archiep. *Capuanus*, cui parent *Theanensis, Calvensis, Calmensis, Suessanus, Venafranus, Aquitanensis* vel *Aquinatensis, Isernienſis, Casertanensis, Cajacensis, Casinensis* exemptus. Archep. *Amalfitanus*, ei subsunt *Capricanensis*, Scalensis vel *Camensis, Minorensis*, Siteranensis. Archiep. *Salernitanus*, Caput *Aquensis, Policastrensis, Nusantanensis* vel *Nuscanensis*, Sarnensis, *Acervensis* vel *Acernensis, Marcicensis, Ravellensis* exemptus. Archiep. *Surrentinus*, cui subsunt *Lobrensis, Salpensis, Aquensis* vel *Equensis*, alias *Vicensis* vel *Vicanus, Castellimaris* vel *Stabiensis*. Atque hęc de hac Regni Neapolitani parte sufficiant, ad alteram transeo.

Lacus.

Flumina.

Montes.

Puglia Piana.

Regio & unde dicta.

SEQVITVR nunc altera Regni Neapolitani pars perluſtranda, in qua primo loco ſe offert Regio, quæ Italis hodie *Puglia Piana*, ab latiſsimis campis, & majore, quam in Peucetiis agrorum æquore. Hæc etiam *Apulia Daunia* quomdam dicta fuit. Fines illi ab Oriente Apulia Peucetia, intercurrente Aufido: ab Meridie Apenninus, cum Hirpenis & Samnitibus: ab Occidente Frentani, Caracenique, nunc Aprutii, cum Phiterno: ab Septentrione Hadriaticum vel Ionium Mare. Agri hic fertiles ſupra modum, Tritici aliorumque Frumenti generum.

Soli fertilitas.

Urbes & Opida.

Vrbes hic ſunt & Opida, *Manfredonia* urbs lauta populoque frequens, in Rupe Sinus marini, quem Gargani Montis flexus efficit, ſita. Invictam ad Littus habet Arcem. *Luceria* Opidum Epiſcopale: *Nuceria* Ptol. & Suet. Rudera, quæ hodieque paſsim eo loco, priſcam docent Vrbis amplitudinem. *Troia* Civitas opulentiſsima, fœcundi agri: Comitatus titulo clara. *Aſculum* Vrbs, titulo Ducatus incluta: *Aſculum* Appiano Alexandrino; *Aſculo* vulgo, cognomine *Sattriano*. Sunt & *Salpe*, *Arpi* Plinio commemorati, aliquando *Argos Hippium* dictum, mox *Argyrippa*: & Vrbes duæ, quæ in proverbii ludicrum abiere *Apina* & *Trica*, &c. Flumina ſunt *Aufidus*, hodie *l'Ofanto*. *Candilaris* item & *Cervaria*.

Flumina.

Sic ſe habet Apulia Daunia; ſequitur explicanda jam-nunc quæ cognominari ſolet *Peucetia*: nunc vernacula Italorum lingua *Terra Bariana*, *Terra di Bari* ab Vrbe *Bario* primaria. Regio hæc ſtupenda agrorum ubertate, admirandaque nobiliſsimorum Fructuum copia cum reliqua fere Italia committi poteſt. Sunt tamen ibi, ne quid ſit omni ex parte beatum, loca quædam, quæ pluviis, aquiſque laborant. Civitas primaria eſt *Barium*, *Βαριον*, Plin. ante *Japyx* addenti, *Barri* vulgo. Vrbs antiqua, ea pulcritudine populique frequentia, ut Regionis univerſæ teneat Principatum, eique nomen ab ſe *Terræ Barianæ* largiatur. Sunt præterea *Monopolis* Vrbs nova Marchionatus titulo celebris; non quidem magna ſed pulcra, ſplendida, ædificiorumque magnificentia nobilis. Ager Olei feraciſsimus, *Polinianum*, *Polignano* Civitas Epiſcopalis, edita licet præruptaque & ſaxoſa in rupe ſita, lauta tamen & populo frequens. *Mola* frequens quidem ædificiis, ſed Colonis agreſtibus. Condidit Arcem ibi ſuperioribus annis Marchio Polinianus ad Oræ tutelam. *Juvenatium*, *Giuvenazzo*, Vrbs Epiſcopalis: Agro fertili. *Marfetta*, vel ut aliis ſcribitur, *Morfitta*, vel *Melfatta*, Principatus hodie titulo floret. *Vigiliæ* vulgo *Biſegli* ad littus præcelſis in rupibus Opidum Epiſcopale. *Tranum* Civitas Archiepiſcopalis, vulgo *Trani*. Ab ædificiis eſt pulcherrima: ſed hodie majore ex parte deſerta. Silvæ Olearum & Amygdalorum ab hujus Opidi agro Tarentum uſque pertinent.

Terra di Barri & unde dicta.

Soli fertilitas.

Urbes.

Barulu


38
39
OCCIDENS
41
42
MARIS MEDITER
RANEI PARS
SICILIA
Lipari
Volcano
Stromboli
Milazzo
Messina
Rasocalmo
Tropia
Nicotera
Rocella
Motta
Arachi
Stilo
Schilacci
Belcastro
Roccella
Squillace
Amato
Belforte
Mentelia
Arena
CALABRIA
Corneto
Corenza
Aquanica
Sabato
Nocera
Rotta
Rocca
Tarsia
Camiri
Rosano
Abbatia
Grati
Golfo di Taranto
Grotole
Carlati
Lenta
Ciro
Petolia
Castello
Isola
Crotone
Castello
Le Colone
MARE IONIO
Milliaria Italica
1 2 3 4 5 6
Golfo di Venetia
Puglia Piana. Terra di Barri Otrãto etc
PUGLIA PIANA
BARRI
OTRANTO
Trani
Barletta
Andria
Canne
Bari
Monopoli
Brindisi
Otranto
Lecce
Gallipoli
Nardo
Alessano
Ugento
Taranto
Martina
Oria
Ostuni
Cisternino
Fasano
Ceglie
Conversano
Polignano
Mola
Rutigliano
Bitonto
Giovenazzo
Molfetta
Trani
Barletta
Canosa
Ascoli
Troia
Lucera
Serracapriola
Termoli
Vasto
Ortona
Pescara
Chieti
Sulmona
Aquila
Rieti
Spoleto
Terni
Narni
Amelia
Orvieto
Viterbo
Civita Castellana
Tivoli
Frascati
Velletri
Albano
Roma
Ostia
Civitavecchia
Corneto
Piombino
Elba
Capraia
Gorgona
Pianosa
Giglio
Monte Argentario
Orbitello
Talamone
Grosseto
Massa
Carrara
Lucca
Pisa
Livorno
Firenzuola
Arezzo
Cortona
Perugia
Assisi
Foligno
Spoleto
Rieti

Barulum, Barleta vulgo. Inter quatuor Italiæ Castella numeratur, *Ostunum* populo frequens, parvo in colle situm. *Cilium, Cilio: Celia* Ptol. *Venusia, Venusium* Horatio, cujus patria. *Venosa* hodie. Sunt item *Canusium, Acherontia, Biletum* & alia Opida.

Terra d'Otranto. Post *Apulias* explicanda succedit *Salentinorum Regio*, quæ & *Iapygia Massapiapue*, item *Calabria*. Nunc Italis ab *Hydrunte, Terra Hydruntina*, vulgo *Terra d'Otranto*. Habet hæc Regio ab Meridie Tarentum & Mare usque Promontorium Salentinum, ab Oriente idem Promontorium cum Mari Ionio: quod etiam & Hadriatico, qua Septentrio est, adluitur ab Hydrunte Brundisium usque; qua Occidentem respicit Apulia illi adjacet Peucetia, cum Magnæ Græciæ portione. Tota hæc Regio saluberrimo gaudet aere, cœloque sudo & sincero, præterquam in ora, quæ ab Lacu Hydruntino Brundisium usque: ubi plerisque in locis juxta mare sunt Paludes, Regio fertilis & optima; Caput Regionis, cui nomen a se præbuit *Hyaruntum*, Ὑδροῦς Strab. Ptol. & aliis. *Hydrus* Melæ. Hodie *Otranta*. Vrbs est vetustissima, cœlo potitur clementissimo. Præter Portum satis capacem, Aquilone flante non satis tutum, Arcem habet in Saxo, quo mari imminet, tutissimam: opus Alfonsi II. Ager illi amœnus & fertilis. Reliquæ sunt: *Gallipolis*, hodie *Callipolis*: Aliis *Callipoli* tamquam *Urbs pulcra*. Munitissimum habet natura situm. Scopulo enim insidet seu Insulæ modicæ, quæ mari undique cingitur. Continenti ponte adhærens, saxis fulto ingentibus. *Castrum* Civitas Mercatoribus freqnens Olei coemendi. *Brunduſium* & *Brundisium*, *Breundesium* Ptol. *Brentesium* Steph. *Barnedis* Benjamino, *Brundisi* hodie. Aerem habet clementissimum. Portus olim illi incultus, ex quo Romanis tutissimus quondam fuit in Græciam transitus. Nunc repletus est: adeo ut vix triremibus per eum currere liceat. Arx urbi munitissima. *Orra* civitas in Colle Tarentum spectans. Spectat eam Arx in Colle valida. *Aletium* Ptol, hodie *Leze* & *Leccie* vulgo. Salentinorum hodie primaria Concilio totius Apuliæ Regio, Foroque perpetuo: Procerum totius hujus tractus Domicilium, multorumque Nobilium Sedes. *Uxentum* hodie *Ugento*, *Vgenti*, *Ogento*, variante scriptura: nunc perexigua est.

Calabria & unde dicta. *Calabria*, ab *Calabris*, quos Magnæ Græciæ partem Salentinis adhærentem ad Ionium Æquor circa Iapygium Promontorium tenuisse, ex Ptolemæo est manifestum, nomen habet. Regio Italiæ in extremis ejus finibus instar linguæ porrecta inter utrumque fretum inferum superumque interjacet. Fert ubertate quadam felicitateque stupenda, quidquid Vitæ ex voto transigendæ, deliciisque fruendis necessarium: Triticum, Hordeum aliaque Frumenti genera: Vinum varium, Oleum, Saccarum, Manna, Mel, Ceram, Sal nativum Factitiumque, Ficus, Poma Medica & Citria, Limones aliosque fructus nobilissimos: item Aurum, Argentum, Lanam, Gossypium, Crocum, Sericum, Linum, & quid non? *Calabria* duplex, *Inferior*, quæ Brutiorum olim Sedes, hodie proprie *Calabria*. *Inferior*: & *Superior*, quæ olim *Magna Græcia*. *Inferioris* fines ab Occasu Laus, itemque Lucani: a Meridie Mare Tyrrhenum & Siculum: qua Oriens est, parte Maris Hadriatici

Hadriatici: qua Septentrio, Magna Græcia & Amne Crathi clauditur. Caput & Metropolis ejus ut olim, ita & hodie *Consentia*, Strab. Ptol. Græciſque ceteris: *Consenza* hodie. Sita circa declivitatem pene Apennini, colles amplectens ſeptem, quibus maxima Vrbis ædificiorum pars impoſita. Civitates reliquæ: *Manthia, Fredus, Belmontium, Sanctæ Euphemiæ, Fanum Rhegium, Tropia, Caſtrum Villare, Altomonti, Turranum, Rugianum, Marturanum, Nicaſtrum, Briaticum, Hippo*, quæ etiam *Vibo Valentia* dicta fuit. *Superioris* quæ olim *Magna Græcia* fines, ad Solis exortum Æquor Adriaticum: ad Meridiem Flumen Alex & Bruttii: qua Occaſus eſt Crathis Amnis cum Apennino & Lucanis: qua Septentrio Sinus Tarentinus, cum Apulis Peucetiis. Hic antiquiſsima nobiliſsimaque Vrbs eſt *Tarentum, Tarantum* Appiano Alexandrino; *Taras* Strab. & Ptol. *Taranto* hodie. Calabriæ quondam & Apuliæ, totiuſque Lucaniæ Caput, L. Floro. Situs ejus notatur in intimo receſſu Sinus, qui ab ipſa Vrbe dicitur *Tarentinus*. *Vrbes.*

Supereſt in hac Tabula *Lucania*, hodie *Baſilicata* dicta: unde incertum. Fines hodie ab Occidente Silarus Amnis Campaniæ Limes: ab Meridie, Mare Tyrrhenum: ab Oriente, Laus cum Bruttiis Magnæ que Græciæ parte; ab Septentrione Peucetii in Apulis, cum Hirpinorum portione. Montoſam & aſperam eſſe totam indicat Livius. Hodie fartean, quam olim, Incolis eſt frequentior: quamquam adhuc magna multis locis ſolitudo, propter vias difficiles, horridoſque Nemorum Saltus Latrociniis infeſta. Opida hic ad Mare *Pæſtum: Pæſti* meminit Virg. lib. IIII Georg. *Biferique Roſaria Pæſti*. Ad quem locum Servius *Pæſtum* Calabriæ facit Civitatem, ubi bis quotannis Roſæ generantur. *Acropolis* Opidum ab Silario oſtio M. XII: Aere gaudet præſtantiſsimo. Originis eſſe Græcæ, ut hoc tractu pleraque, ipſum indicat Nomen. *Piſciotta, Buxentum* Plin. Melæ. & Ptol. *Policaſtrum* nobilis Vrbs, Ducatus titulo inſignis. In Mediterraneis *Padula* Opidum, Marchionatus inclutum dignitate. *Capacia* Vrbs, olim frequens admodum & opulenta. Reliqua omitto. Porro in altera parte Regni Neapolitani, Archiepiſcopi ſunt: Archiep. *Regienſis*: huic ſubſunt *Laurenſis, Cotronienſis, Caſſanenſis, Cathacenſis Neocaſtrenſis, Giracenſis, Tropetenſis, Vibonenſis, Squilacenſis*. Arch. *Conſentinus*, ſub quo eſt *Maturanenſis*. Arch. *Roſſanenſis* non habet ſuffraganeos, *Biſignanenſis* eſt exemptus. Arch. S. *Severinæ*, ſub quo ſunt *Ebriacenſis, Strangulenſis, Geneocaſtrenſis, Gerentinenſis*, S. *Leonis*. Arch. *Larcatinus* ſub quo *Mutulenſis, Caſtellanenſis*. Arch. *Brundiſinus* cui ſubeſt *Aſtrinenſis*. Arch. *Hidrontinus*, cui *Caſtrenſis, Gallipolitanus, Licienſis, Ugentinenſis, Lucenſis, Nertonenſis* exemptus eſt. Arch. *Barenſis*, cui ſubſunt, *Betontinenſis, Calphaianus, Juvenacenſis, Rubentinenſis, Salpenſis, Caurienſis, Baterenſis, Converſanus, Minervienſis, Polignircenſis, Catherinenſis, Lavellinenſis*. Arch. *Tranenſis*, cui ſubſunt *Vigilienſis, Andrenſis, Penenſis*. Arch. *Sipontinus*, cui ſubſunt *Veſcanenſis* exemptus; *Troianenſis* exemptus: *Melphienſis, Monopolitanenſis* & *Rapolenſis* exempti. Arch. *Cannoſanus* ſub quo *Auranenſis, Sarranenſis, Montiſviridis, Laquedonenſis*, S. *Angeli de Lombardis, Biſacienſis*, Arch. *Acheronti*, cui ſubſunt *Potentienſis, Tricarienſis, Venuſienſis, Gravienſis, Angolenſis*. *Lucania Baſilicata & unde dicta.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Vrbes & Opida.*

Regio unde dicta

CORSICA a *Corso* ejus tertæ Domino dicta : alii a qualitate cacuminis Montis alicujus dictam volunt. Græci hanc Κύρνον appellavere, a *Cyrno* Herculis Filio : *Theraphne* ab Ovidio nominata est, ut scribit Villanovanus. Ab Occidente & Septentrione respicit Mare Ligusticum : ab Ortu Tyrrhenum : a Meridie Sardiniam. Longitudo mill. CXX non excedit : licet Strabo mill. CLX, Plinius CL ponat: Latitudinē hic LX mil. facit : ille LX, quod verum esse ex dimensione per circinum constat. Ambitus secundum Plinium mill. CCCXX : secundum alios CCCV & CCCIX : secundum Maginum CCCXXV, quod se per dimensionem exactam reperisse scribit. Insula est ab omni parte aditu difficilis, cum præruptis undique collibus comprehensa sit. Interius similiter magna ex parte montosa, ideoque Frumenti neque Leguminum adeo fertilis est : quæ nisi paucis quibusdam locis crescunt, ubi se aperit, atque fluminibus & aquis irrigatur, ac feracissima redditur. Ea pars quæ respicit Etruriam est mediocriter plana, habetque ibi fœcundum solum & producit nobiles ac dulces Fructus. Vina Insulæ, præstantissima, primæque nobilitatis, & a Romanis semper expetita, *Corsica* a loco dicuntur. Mellis & Resinæ hic magna ubertas : Olei item & Ficuum. Cæterum Mella Corsicana amara esse notavit Servius in IV Georg. Fitque id ob Taxi copiam, è qua Apes Mella legunt. Venenata etiam credidit Ovidius. Solus hic Ager lapidem gignit *Catochiten*, quem Democritus Abderites etiam in certamina contra Magos adhibuit. Rhennius de Corsica:

Situs.

Soli fertilitas.

Hanc solam perhibent Catochitem gignere Terram : Corporibus lapis hic seu glutine tactus adhæret.

Similia tradunt Plinius lib. XXXVII cap. X & Solinus cap. IX : sed Plinius de rei fide ambigit. Alumen quoque hic reperitur : & Ferri fodinæ sunt apud fl. *Bivincum* in Comitatu *Nebiensi*. Sunt, & Salinæ vulgo dictæ *della Rosa*, non longe a Portu S. Florentii : & prope *Niolum* sunt valles profundissimæ perpetuis nivibus scatentes, sub quibus aiunt Crystallum copiose latere. Nascitur etiam in ea magna copia Buxus teste Plinio, & Diodoro, nec non Taxus arbor venenata. Animalia producit varia : Equos inprimis feroces, & Canes venaticos spectatæ magnitudinis, *Musmo* quoque animal, Plinio auctore hic est, arietis genus, *Mosoli* hodie vocant : Animal præterquam in hac Insula & Sardinia nusquam apparens in tota Europa. Habet corium & pilos instar Cervi, & cornua instar Arietis, non longa sed retro circum aures reflexa præcipuæ duritiei, ut si altitudine L pedum præcipitetur inter saxa, ac capiti incumbat, non lædatur; magnitudinem retinet Cervi mediocris, foliisque herbis vescitur, cursu præditum velocissimo, carnesque habens gustu sapidas. Ovibus insuper & Bobus referta est. Insula omnis jam olim maligne culta, primum a *Phocensibus*, tum a *Liguribus*, post etiam a *Romanis* qui duas Colonias eo deduxerunt, *Marianam* & *Aleriam*, quæ adhuc exstant. Cætera *Barbari* tenuere : proinde cum Romani in eos irruerunt, magnum servorum gregem captum Romam abduxerunt : exiguo fructu quod tam nequam servi essent, tamq; bruti, ut quamvis vili emerentur, tamen Dominos semper emptionis pœniteret. *Romanis* succesſere *Saraceni* : his *Genuenses* : tū *Pisani* : hodie vero iterum ad *Genuenses* jus rediit. Nunc bifariam in II partes eam distinguunt. Plagam quæ Orientem solem respicit, Latus interius : partem huic obversam, Latus

Animalium varietas.

Imperium majorum.


CORSICA
SARDINIA
Septentrio
Meridies. ZUYD
Occidens
Oriens
Mare Tyrrhenum
MEDITERRANEU
MARE AFRICVM
Sardinia
Corsica
Cap Lugdori
Cerviu
Arcæna
Sarda
Villa Petres
Frisan
Torre
Puagri
Sassari
Sara
Motagno
Valentino
Fava
Olbia diruta
Galea
Erea
Bossa
Sarlpe
Pessa
Oseo
Barouela
Girapala
Neapoli
Manila
Civita di Chiesa
Nora
Arcas
Villa fu nim
Domus no va
Villa de Orexia
Villa no va
Maria Mag
Villa Masarga dalena
Palma de Soso
Budelo
Chia
Saroch
Argetera Prom.
S. Petro
Palma de Salo
Tortolini
Valerio
Albaraso
Sarabis
Quia
Morvenxi
Villa Pori
Mara
Calari
Colango
Carbonaire
Cottelazo
Capo ferrato
Asinara I.
Corton Porto de ton
Moraco
Milliaria Italica
Nisluichi
Fischi
Mori
Pino
Morian
Erbalōga
Bastia
Bargoer
Tyr
Pieve
Luco
Travalca
Vivaro
Lopeno
Autisa
Solezara
Cerviani
Canale
Faon
Arādi
Pola
Coucas
Dominicagio
Ovissa
Ruēza
Orti
Cagnaroli
Pfreta
S. Bonifacio
S. Spirito
Monagui Insula
Fiorenza
Locogno
Nebbio
Avetare
Pacina
Calui
Larga
Balagna
Poggio
Bouello
Orbo
Musarena
Corte
Case lurche
Cavagno
Porta Erossa
Asanaio
Sagana
Pietra
Asco
Dagio
Besugen
Figari
Sari
Matra
Salitti
Lagnia
Paomia
Genarca
Villa nova
Vico
Pieve
Falone
Corbione
Masco
Viazo
Pago mia
Jaira
Garalarte
Zimatri
Alā
Merlini
Alissari Pieve
Tartagine
Satella
Rivela
Galera
Camera
Nebbio
Pieve de Cinise
P. Gionellana
Mauer
Pieve
Lopeno
Solezara
Arādi
Pola
Dominicagio
La Chiapa
Cerviu
Arcæna
Cast Rahone
Euveri a
Castel fāque
Villa Petres
Valentino
Osuli
Castel ferru
Scieri
S. Lucia
Olbia diruta
Valenti
Saronese
Erea
S. Antoli
Tortolini
Valerio
Albaraso
Sarabis
Quia
Villa Pori
S. Petro
Colango
Carbonaire
Capo ferrato
Milliaria Italica
10
20
30
31
32
33
40
41
42

115

Latus exterius vocant. Pars quæ Italiæ propior est, *Cismontana*, & quæ versus Sardiniam excurrit *Ultramontana* dicitur. Vrbes Plinius XXXIII fuisse in ea testatur, quod etiam ex eo notavit Martianus Capella: Ex Strabone tamen non tam Civitates quam Castella fuisse videntur. Hodie Opidum est *Bastia* in quo Summus Gubernator præsidium habet. Est & *Nebbium* Civitas cum Comitatu. Eam Pto. *Cersunum* videtur appellasse.

Flumina. Fluminibus rigatur *Gelone*, *Tavignano*, *Sagona*, *Bavono*, *Tegiamo* & nonnullis aliis. Silvis, Nemoribusque, quæ

Montes. Resinam exhibent, Montes hinc inde vestiuntur. Montes vero præcipui sunt *Illia Orba* dicti: item *Cheparense Mons*, *Mons Tenda*, *Mons Gualango*, *Mons Russus*. In mari autem inter Corsicam & Sardiniam Coralium legi-

Portus. gitur. Portus habet binos hæc Insula satis amplos, maximarum navium capaces, in Sinu qui vocatur S. *Florentii*. Est & S. *Bonifacii Portus*, Ptol. *Portus Syracusanus* dictus. Hodierni Corsicæ Incolæ etiammum, uti olim,

Vulgi mores. habentur homines agrestes ferocesque, qui vel ipso adspectu animi quamdam ferocitatem referant. Homines pauperrimi, furtis & latrociniis dediti: ac aliteris prorsus alieni. Episcopi in Corsica Archiepiscopi Pisani Suffraganei, *Aiacensis*, *Alerensis*, *Sagonensis*, *Civitatensis*. Et Episcopus Archiepiscopo Ianuensi subjectus *Nebiensis* vel *Nebiensis*.

Sardinia.

Regio unde dicta

SARDINIA a *Sardo* Herculis Filio nomen habet. Timæus *Sandaliotin* appellavit ab effigie soleæ: Mirsilus & Chrysippus *Ichausam* a similitudine vestigii. Eodem respexit Manilius cum inquit, *Sardiniam in Libyco signant vestigia planta*. *Sardegna* hodie audit. Eam ab Ortu Solis Mare Tvrrhenum, a Meridie Africum: ab Occasu Sardoum ambit & littora pulsat; a Septentrione Mare quod ipsam & Corsicam in-

Situs.

Cœli qualitas. terluit. Aer Insulæ inclemens est: propterea Q. F. monet M. Cicero, ut valetudinem curet, memor quod quū optime valeret, tamen in Sardinia esset: & in Epistolis Tigellium quendam Sardoum hominem esse ait patria

Soli fertilitas. sua pestilentiorem. Abundat tota Insula Frugibus, Tritico, Vino, Argenti fodinis, Pecore, Armento, & cunctis ad vitæ usum necessariis. Equorum tanta copia, ut non pauci agrestes sint, dominis carentes, nostris minores, generosi tamen, robusti ac agiles. Venationem habet uberem: multique Rustici ex sola vivunt venatione. Abundat enim regio Apris, Cervis, Damis, & alio quodam animali quod *Muslonem* vocant, quod modo in Corsica descripsimus, Nullum gignit Sardinia Lupum, aut aliud hujusmodi nocens animal. Caret etiam Serpentibus. Silius: *Serpentum tellus pura, ac viduata veneno, Sed tristis cœlo, ac multa vitiata palude.* Sed quod aliis terris Serpens est, id *Solipunga* Sardois agris: Animal perexiguum, simileque Araneis forma. Lucanus *Salpiga* vocat, Plin. *Solifugam*, quod diem fugiat. In Metallis argentariis plurima est: est enim solum illud Argenti dives. Occultim reptat, & per imprudentiam superfedentibus pestem facit. Accedit etiam huic incommodo Herba Sardonia quam Pausanias in Phocaicis Selino, hoc est Apio similem esse dicit: Latini Ranunculum & Strumeam vocant. Hæc si edulio fuerit, ora hominum & rictus contrahit, & quasi ridentes perimit

perimit. Strabo ex ea ſcribit Hiſpanos venenum conficere, quod urgente vi majore hauſtum, citra dolorem perimat: inde proverbium natum, *Sardonius riſus*. Vrbs Sardoa primaria eſt *Calaris*, vulgo *Cagler*. Sita eſt in Monte juxta mare, Africam reſpiciens, Portumque habet ampliſsimum. Vrbs multis ornata eſt privilegiis. Conſules creat, qui poteſtatem habent ſontes puniendi citra auctoritatem Regis: præterea novas leges condendi, cum populi tamen conſenſu. In hac Vrbe *B. Auguſtini reliquiæ* tam diu quievere, donec ab Heliprando Langbardorum Rege Papiam tranſlata ſunt. In ea *Sardiniæ Prorex* fere ſemper moratur, una cum Baronibus, Comitibus & multis divitibus. Mela & Plinius *Sulchitanam* urbem hic commemorant. Hodie etiam ſunt Civitates, *Oriſtagnum* Civitas Metropolitana, ſita in loco plano & parum diſtans a Mari. Fuit olim regio illa Arborea appellata, nunc autem Marchionatus Oriſtagni dicitur. In hac olim Turrita fuit Romanorum Colonia. *Saſſaris* civitas ſolum amœnum habens & pulcherrimis irriguum fontibus, multis boniſque frugibus abundans. Parum tamen munita eſt. *Alghet* civitas nova, exigua, populo tamen frequens & munitiſsima, domibus & ædificiis pulcris ornata: cujus Incolæ fere omnes Taraconenſes. Habet Sardinia & alias Civitates, & Opida, quorum mentionem hic non faciemus, brevitati ſtudentes. Flumina habet multa & amœna, ſed non profunda, quæ æſtatis tempore vado tranſiri poſsint. Multi ſunt in Sardinia *Magiſtratus*. Omnium ſupremus eſt *Prorex*, qui omnem fere Regis tenet auctoritatem: & ſolus Hiſpanus hunc Magiſtratum gerere poteſt ſecundum antiquas conſtitutiones. Habet a Rege adſignatum *Adſeſſorem* Iuris V. Doctorem quem *Regentem* ibi appellant. Habet præterea & alios *Conſiliarios*, quorum conſilio omnia fere diſponit, appellaturque ejus Tribunal, *Regia audientia*. Olim hunc Magiſtratum juxta privilegium Regni nullus poterat gerere niſi per triennium: deinde alius ſuccedebat in locum ejus. Nunc autem in eo Munere multis temporibus quis perſiſtit, ut Regi placet. Ad Mores & Genium Sardorum quod attinet: corpore ſunt robuſti & laboribus adſueti, præter paucos luxui deditos. Litterarum ſtudio parum ſunt intenti, venationi autem deditiſsimi. Multi pecuariam exercent rem, agreſti cibo & aqua contenti. Qui in Opidis & Villis habitant, paucifice inter ſe vivunt. Advenas amant & humaniter tractant. Vivunt in diem & viliſsimo veſtiuntur panno. Et quod mirandum eſt nullum habent Artificem in tam ampla inſula, qui enſes, pugiones & alia fabricet arma, ſed hæc ex Hiſpania & Italia petunt. Apud Mercatorem hi leguntur Epiſcopi: Ahrchiep. *Calaritanenſis*, cui hi ſubſunt, *Sulcitanus* vel *Sulcienſis Dolienſis*, *Suellenſis*. Archiep. *Turritanus*, cui ſubſunt hi *Sorrenſis*, *Plonatenſis*, *Anapurienſis*, *Giſacenſis*, vel *Girardenſis*, *Caſtrenſis*, *Othanenſis* vel *Othricenſis*, *Boſanenſis*, *Boſſa*. forte Archiep. *Alborenſis*, cui ſubſunt *Uſſellenſis*, S. *Juſtæ*, *Terræ albæ*, *Civitanenſis* & *Gaſtellinenſis* exempti.

Flumina.
Ratio gubernãdi Senatores.
Vulgi mores.
Victus.
Veſtitus.

Regio. Nomina & unde dicta.

Sicilia ante omnes Mediterranei maris Insulas claritate eminens, Thucydidi *Sicania* a *Sicano*, qui, ut Solinus & Capella scribunt, cum Iberica manu in eam terram ante bella Trojana devenit. *Trinacria* pluribus, ac præsertim Poetis, ob tria Promontoria. Aspecie etiam *Triquetra*: tribus enim Promontoriis in diversa procurrens, Græcæ litteræ imaginem quæ Delta dicitur, efficit. Tria illa Promontoria autem sunt *Pelorus*, *Pachynus* & *Lilybæum*. *Sicelia* Græcis. Ceterum ut quidam arbitrantur

——Trinacria quondam Italiæ pars una fuit, sed pontus & æstus.
Mutavere situm: rupit confinia Nereus Victor, & abscissos interluit æquore montes.

Situs.

Atque hinc *Rhegium* in Italia dictum quod illic Siculum latus ab Italia divulsu. A Septentrione Mari Tyrrheno seu Infero pulsatur; ab Ortu Hadriatico vel Supero & Ionio; ad Austrum Africo Mari, & ad Occidentem Sardoo. Thucydides lib. vi scribit ambitum Siciliæ non multo minorem esse octo dierum itinere. Tantaque cum sit, tamen tantum xx Stadiorum intervallo dirimi a terra continenti. Insula porro hæc salubritate Cœli, Soli

Cœli temperies. Soli fertilitas.

fertilitate, Frugum omnium copia rebusque aliis, quibus indiget Mortalium usus, maxime præstat. Subjacet enim quarto Climati, quod Cœli clementia sex aliis antecellit. Quo fit, ut, quidquid Sicilia gignit, sive Soli, sive Hominis ingenio, ut Solinus ait, proximum sit iis quæ optima judicantur. Marcus Cato eam Cellam Penariam Reip. Nutricemque Plebis Romanæ apellavit: Horreum Pop. Romani Strabo. In Agro Sunensi, in quo raptam Proserpinam Veteres finxerunt, loco quem dixerunt *Umbilicum Siciliæ*, tanta est Frumenti ubertas, ut ex uno Tritici Modio centum colligantur; quem Agrum idcirco vocant *Campe dallo cento Salme*. Huic tamen non cedit Ager Leontinus, de quo videndi, Cicero III Verrina. Quid Vina commenorabo optimi saporis odorisque? Vina in Sicilia laudatissima premi, Plinius (qui in recensendis Vinis quibusque optimis diligentissimus ac prope curiosus fuit) peculiariter prædicat. *Balincium* enim Vinum (quod Mulsi saporem habet) in Sicilia ponit. Vocant autem *Mulsum* vinum melle affectum, unde conjicitur *Balincium* Vinum illud esse quod *Muscatellum*, exactæ dulcedinis vocant. Vvas namque, quarum Apes sunt avidæ, a quibus & *Apianæ* dicebantur eas & Muscæ quoque, ut inquit Columella, in sectantur, a quibus *Muscatellæ* vulgo nunc dicuntur, ex quibus Vinum dulcissimum, & eximiæ suavitatis exprimitur, quod *Muscatellum* dicitur: licet plerique a Musci odore, quo plurimum redolet, id ei nomen impositum, existiment. Hac ætate Vinis Siculis jure optimo præstantia debetur, quod cum Italis non impari certamine contendant, tum quod palato æque arrideant, tum quod ætatem optime ferant. Oleum item Sicilia ubertate quadam, & abundantia fundit, Saccarum, Crocum, Mel, Sal, omnis ferme generis Fructus nobilissimos, & Sericum præstantissimum. Est præter hæc Sicilia Metallis etiam dives: Aurum namque habet, Argentum ac Ferrum, & Alumen. Lapides quoque pretiosos gignit, Smaragdum, Achatem, Betyllum, Porphyriten, Iaspidem. Boum, Pecorum, ceterorumque Animantium Armentis Gregibusque densissimis præstat. Damarum etiam Aprorumque Venatione, ac Perdicum ac

Animalium varietas.

Ataginum


SICILIA
MARE TYRRENO
MARE AFRICO
Milaso
C. Milaso
Rasokalmo
Faro
Casale
Messina
C. de Orlando
C. Brolio
Patti
Oliverio
Martinis
Lo Castro
M. de Namari
F. de Nisi
Savoia
Taormia
Cisalu
Cardonia
Tosa
Caraon
Mirtino
Galatis
Maniaci
Randasso
Calatabiano
C. Schiso
C. de la Molina
Modello
Palermo
Cefala
Rosalaimis
Thermini
Termine
Migaido
Grasteri
S. Anastasio
Bonuicino
Trainas
Centorve
Monasterium Album
Paterno
Catania
C. Rami
Palymita
Tayhurum
Camar
Sclafani
Petralia
Nicosia
Rachalbuto
Agirone
Xillata
S. Vito
Trapano
Bicari
Musumeni
Enna
La Bruca
Leontini
Nunziata
Petralonga
Prissi
Naro
Rasicadia
Grutis
Marsella
Perribayde
Palatiu
Hadriani
Villa frãca
Burgio
Xacca
Calatunixatta
Muxaro
Favarotto
Cap Arsum
Butera
Passanito
Sirac usa
Vizini
Serra
Cassarus
Rasi Cansir
Yhasybli
Renda
Terranoua
Chiaramoti
Ragusa
Saccolino
Dirillo
Camarana
Mazzarelle
Motica
Motia
Leocata
Gergenti
Heraclea
Sicilianoemp
Falconara
Milliaria Italica
10
20
30
40
Meridies
Oriens
Occidens
Septentrio
36
37
38
39
40

116

Ataginum (quas *Francolinas* vulgo appellant) Aucupio insignis est. Falcones sacri & peregrini, volatilium, hostes, aliunde advolantes, his etiam capiuntur. Regionem hanc primi tenuere *Lestrygones* immanes; tum *Sicana* Hispanorum Coloni; accessere *Troianorum* & *Cretensium* populi. Postea *Græci* eam appetivere, inde *Romani*, & quidem post divisum Orientis & Occidentis Imperium Constantinopolitanis paruit per annos pene CC. Sub *Justiniano* autem Imperatore Insulam *Gothi* invasere, qui ipsi annos XVIIa *Belisario* expulsi sunt. Postea occupavere eam *Saraceni* sub Michaele Balbo, qui CCCC annos ea potiti sunt. Hi *Normannis* cessere: Succesſere *Langhardi*, *Suevi*, *Germani*: sed his a Clemente IV, exactis, *Galli* rerum potiti per annos XVII ad vesperas usque Siculas, quæ incidere in annum CIↃCCLXXXII. Ex eo paruit *Aragonensibus*, usque ad *Ferdinandum Regem*, quo extincto *Hispaniarum Reges* Aragoniæ & Siciliæ imperium possedere. Plinius in hac Vrbes LXXII numeravit. Hodie sunt civitates & Opida CLXXIII, Magino teste. Regni Metropolis est *Panormus* Ptol. & aliis: *Palermum*, *Palerno* hodie. Vrbs est vetustissima, Phoenicum Colonia, uti ostendunt Epitaphia aliqua Litteris Chaldaicis conscripta. Existimatur temporibus Abrahami exstructa. Sita est loco amœno & fertilissimo. Ad Septentrionem spectat, Pelagoque adluitur Tyrrheno, Muris septa altissimis, quod opus est Friderici Regis: Secundum mare Arx est, quæ nostra tempestate amplificata, quod *Castrum ad Mare* nominant. Tres item antiquæ Civitatis Portæ, & veteres Muri multis cum Turribus Lapide quadrato constructi, etiam num manent. Templum est Panormi D. Petro Sacrum, a Rogerio Siciciliæ Rege conditum, quod sua pulchritudine & rerum preciosarum apparatu, ceteris, quæ in Italia nunc usquam exstant, seu veteribus, seu novis merito præferri constat: quo nomine ab omnibus, qui Panormum aut inhabitant aut invisunt viris, non imperitis modo, sed ingenio etiam doctrinaque præstantibus, summa cum admiratione ac voluptate frequentatur. Major etiam totius Vrbis Ecclesia reticulata est structura, quadrato ac diversis in exteriori facie imaginibus figurisque inciso ac perpolito Lapide a Gualtherio hujus nominis II Archiepiscopo, anno CIↃCLXXXV fundata: ubi Regum Reginarumque Siciliæ ac Ducum quoque corpora sunt recondita. Est & Gymnasium publicum & Xenodochium. Longum foret reliqua hujus Vrbis ornamenta & præclara ædificia commemorare. Reliquæ Civitates sunt, *Syracusa*, urbs quondam maxima, quam ita Orator describit Actio IV in Verrem. *Urbem Syracusas maximam esse Græcarum Urbium pulcherrimamque omnium, sæpe audistis. Est, Judices, ita ut dicitur: Nam & situ est cum munito, tum ex omni aditu vel terra vel mari, præclaro ad adspectum, & Portus habet prope in ædificatione adspectuque urbi inclusos. Qui quum diversos inter se aditus habeant, in exitu conjunguntur & confluunt. Eorum conjunctione pars Opidi quæ appellatur Insula, mari disiuncta angusto, ponte rursum adiungitur & continetur. Ea tanta est urbs, ut ex quatuor urbibus maximis constare dicatur, quarum una est ea quam dixi Insula: quæ duobus portubus cincta, in utriusque portus ostium aditumque projecta est: in qua est domus, qua regis Hieronis fuit, quæ*

Imperium majorum.

Urbes.

Prætor

Prætores uti solent. In ea sunt ædes sacræ complures: seddua, quæ longe cæteris antecellunt, Dianæ una, & altera quæ fuit ante istius (Verris) *adventum ornatissima, Minervæ. In hac Insula extrema est Fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole Lapidum a mari disjunctus esset. Altera autem est Urbs Syracusis cui nomen Acradina est, in qua Forum maximum, pulcherrimæ Porticus, ornatissimum Prytaneum, amplissima curia, templumque egregium Jovis Olympij, ceteræque urbis partes una lata via perpetua multisque transversis divisæ, privatis ædificiis continentur. Tertia est Urbs, quæ quod in ea parte Fortunæ Fanum antiquum fuit, Tyche nominata est, in qua & Gymnasium amplissimum est, & complures ædes sacræ, colituraque ea pars, & habitatur frequentissime. Quarta autem est urbs, quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur, ad quam Theatrum est maximum, præterea duo templa egregia, Ceteris unum, alterum Liberæ, Signumque Apollinis, qui Tennites vocatur pulcherrimum & maximum.* Hodie tam amplæ urbis decora omnia periere: ruinæ exstant & Opidi partes. *Messana* urbs freto incumbens, cujus Incolæ primum Messanenses, postea Mamertini dicti sunt, noti Punicis & Atticis bellis, ex Herodoto & Thucydide. *Catina*, quæ etiam *Catana*, Patria Charondæ Legislatoris, Gymnasio hodie celebris. *Tauromínium* urbs a Zanclæis condita, hodie *Taormina*. *Leontium* patria Gorgiæ Sophistæ. *Agrigentum* pervetusta Civitas, quam olim Carthaginenses everterunt, & Megalus atque Feriscus rursum instaurarunt. Sunt etiam *Augusta* antea *Megara*: *Castrogianum* olim *Ennea*: *Drepanum*, *Monreale*, *Heraclea*, & aliæ urbs complures. Fluminibus rigatur plurimis, in quibus, ut & in Lacubus Mugilum, Alosarum, Anguillarum, Tincarum & Troctarum non spernenda captura. In Mari vero Thynnorum non modo ad Pachynum sed ad Panormum etiam & Drepanum; ac omnem eam, quam Mare Tyrrhenum adluit, oram, larga captura. Capiuntur & in Freto Messonensi Xiphii. Siculum Mare omni denique Piscium genere benignissimum est, & Mullorum copia, quos Græci Trichias, Barbatos autem Sophron. & Cic. vocant, & Murenarum ac Horycinorum, qui teste Athenæo lib. VII secundum obtinent locum, insigne. Fretum autem Siculum angustum, anceps, atrox, sævum, Scyllæ Charybdisque nominibus infame. *Montes* præcipui sunt *Ætna* & *Eryx*. *Ætna*. *Cœlestis Columna* cognominatur Pindaro. *Typhoeum* eum vocat Silius Italicus. Hodie *Monte Gibello* aut *Mongibello* nominant. Assiduis ignibus flagrat. Describitur a Virg lib. III Æneidos, Plinio lib. III cap. VIII, Mela lib. II cap. VII, Solino, aliis. *Eryx* maxime memoratus ob delubrum Veneris ab Ænea, quod scribitur conditū. In Sicilia Archiepiscopi *Panormitanus*, cui subjecti Episcopi *Agrigentinus*, *Mazarensis*, *Milevitanus* sive *Maltensis*. *Montis Regalis* Archiep cui subsunt *Siracusanus*, & *Cothanensis*, *Messanensis* Archiep cui *Cephaludensis*, *Pacensis*, *Liparensis*, *Marci* & *Militensis*, nunc *Milaza*.

Flumina.

Mare.

Montes.

Regio unde dicta

STIRIAM vulgo *Stirmarck*, a Tauro dictam esse vix dubium est, cui opinioni subscribit etiam Ægidius Tschudus: ubi refert ex Plinio, Catonem Lepontios & Salassos Tauricæ gentis asseverare: (inquit enim:) Fuerunt autem Tauriſci isti Galli, quorum natio in antiquissimis Gallorum præliis Sedem collocavit ultra Alpes, de quibus Polybius lib. 11 de Bello Gallico sic scribit: In Alpibus ab utroque latere montosa habitant ad eam partem quæ versus Rhodanum & Septentrionem spectat, *Galli* qui *Transalpini* appellantur: ad eam vero quæ campis imminet *Tauriſci*, *Agones* & alia pleraque Barbarorum genera, a quibus Transalpini non generei, sed differentia loci differunt, ideo Transalpini dicti, quod trans Montes colant &c. *Isti Tauriſci* postea emigrantes, alia quæsierunt loca, occupaveruntque regionem quæ modo Comitatus *Goertz* appellatur, ac deinde profecti sunt in Stiriam, nomen suum illi terræ relinquentes. Significat enim Taurus Germanis *Stier*. Fuderunt se quoque in Austriam, & Hungariam, de qua re hic non est locus differendi. Hæc ille. *Stiriam* vero *Valeriam* olim dictam fuisse affirmant nonnulli, sicque appellatam fuisse in honorem Valeriæ Diocletiani Filiæ, quemadmodum Marcellinus memoriæ prodidit: Et Aurelius Victor de Cæsaribus. Volaterranus vero *Japidiam* dictam putat: Sic enim scribit lib. VIII Geograph. Proxima huic *Japidia*, quam *Stiriam* nunc vocant, licet Pius Pontifex eam Valeriam putat: ego vero ex descriptione Rufi, *Valeriam* potius *Croatiam* dixerim, inter Danubium & Dravum. Hactenus ille. Si prior opinio vera est, *Quados* aliquando hæc loca tenuisse, ex eo paret, quod Sextus Rufus scribit sub Iulio, *Marcomannos* & *Quados* de locis *Valeriæ* quæ sunt inter Danubium & Dravum fluvium pulsos esse. Est vero & hæc regio Norici Mediterranei pars, quemadmodum & Carinthia, & Illyrici provinciis adnumeranda. Germaniæ quoque posterius accessit. Conregionales Stiriis sunt ad Ortum quidem Hungari, ad Meridiem Carniola Carniaque: ad Occidentem Carinthia: qua Septentrio est, Austria. Terra undique Montibus obsita præterquam qua Orientem respicit Solem, ubi spaciosa est planicies. De ejus fertilitate parum polliceri ausim. Regio quidem uniuersa Mineris turget, verum Principum incuria parcius foditur. Argentarias Fodinas habet in Alpibus quas *Schwenberger Alben* ipsi nuncupant. Ferrarias juxta Anisum fluvium. Salis quoque ingens hic copia coquitur, quam in alias regiones exportant, ac lucrum ingens recipiunt. *Marchionatus* olim Pannoniæ primæ erat, unde Stiriæ Marchia dicta fuit. *Marca* autem Limitem sonat: per Limitaneum itaque Comitem administrabatur, uti Lazius ostendit. Deinceps Ducatus titulum adepta per Fredericum Barbarossam, Austriis Ducibus accessit, quibus etiamnum paret. Vltimus Marchio dictus fuit *Ottocarus*, cujus Filiam duxit uxorem *Lupoldus* Dux Austriæ, qui consensu Imperatoris factus est Dux Stiriæ. Deinde successione illa rursus extincta, miserunt Provinciales quidam in Pavariam, alii in Hungariam, cujus regni moderator misit Filium suū: sed cum ille viveret juxta mores suos, intolerabilisque esset Stiriis, exactus fuit, & vocatus *Ottocarus* filius regis Bohemiæ, qui

Situs.

Soli qualitas.

Imperium majorum.


STIRIA
Milliaria Italica
SEPTEN.
MERIDIES
ORIENS
Au striæ Pars
Ca rinthiæ Pars
HUNGARIÆ PARS
Cell
Enspruck
Leinburg
Friben
Magtuiese
Radmar
Rotmans
Ernaw
S. Peter
S. Johan
S. Gilgo
Com
Leoben
Kapfenberg
Leb
Moßenburg
Visschentz
Knittfeld
Sterkaw
Wasserfang
Karlsperg
S. Marein
Wayr
Stubeck
Rabnstain
Gesting
Obdach
Gaistal
Millchrod
Muschnitz
Reychnfels
Kaynach
Voytsperg
Leoprad
Predyng
S. Florian
Leonhart
Burgstal
Bischoffn
Waldstayn
Velasperg
Hemlern
Belbycz
Reisperg
S. Andre
Hainburg
Gryfn
S. Paul
Gryfenarx
Draburg
Volckmarck
Globnoschieta
Schwabeck
Faunstain
Pleybus
Ekndorff
Gruenburg
Seldnhouen
Lembach
Schlautz
Cranichfeld
Pulsca
Weitnstain
Frauenheim
Kosiach
Fürteck
Wydrdrey
Sidlerpach
Lauff
S. Wolfgang
Schonstain
Grunenburg
S. Primus
Walai flu.
Eckstein
Arnod
Leonburg
Altenburg
Presperg
Halfenberg
Schwarcza
S. Johan
Reichaw
Myesndorf
Glockniz
Praunsperch
Lyechtneck
Schonaw
Klam
S. Margret
Langwang
Veistritz
Fronsperg
Synderdorf
Harnsdorf
Rauhnsichtem
Rotenbach
Pinck flu.
Pinckafeld
Khitzlarn
Harlperg
Gusting
Winthn
Furthfeld
Holnprukh
Wernperg
Perlstayn
Fewlschrudna
ob Lymbach
Valbach
Puzadzi get
Kamysna
Lutenberg
Sride
Gutenbag
Czakhonthurn
Sacklon
Waradan
Weinitza
Marefchal
Cosnitz
Rastia
Copranitz
Apoteuitza
Töplouen
Ramning Gr.
Ramning Kl.
Sayda
Labor
Rohutsch
Crapin
Seitz Closter
Seitzdorff
Trockenburg
Pancken stein
Studenicz
Closterlein
Feistritz
Mouspurg
Aur
Wasserfluß
Tracherstain
Wolfsperg
Lemberg
Pfarr
Gleychnit
Ferring
Klekh
Hayneld
Velpach
Wybritz
Veistritz
Vela
Kerberstayn
Graecz
Waitz
Gleysdorf
Hermansdorf
Hausstein
Wasen
Wernperg
Murecke
Rakelsburg
Murafür.
Negaw
Trappnhoff
Altmarck
Cramps
Brumberg
S. Leonhart
Pettau
Fridau
Wildhaus
Wildaw
Margpurg
Schwam
burg
Goldstat
Landsperg
Mautt
Drauus flu.
Wyrtschein
Ernfeld
Glymsnitz
Kyrchperg
Laumá flu.
Eybery
Staynitz
Kiffligk
Praitneck
Kaintabitz
Millstatt
Ossiach
Wayr
Kobenz
Rotelstain
Pfan berg
Pasayrl
Angor
Stadl
Kobel
Weing Cell
Wayeneck
Sembriach
Pernegk
Fronsperg
Veraw
Kuelhouen
Khitzlarn
Pinckafeld
Pinck flu.
Rauhnsichtem
Rotenbach
Synderdorf
Fronsperg
Veistritz
Langwang
Schonaw
Lyechtneck
Praunsperch
Klam
S. Margret
Kriegla
Schwayghoffn
Turna
Afflenz
S. Leonhart
Radmar
Magtuiese
Leinburg
Cell
Myesndorf
Glockniz
Reichaw
Schwarcza
S. Johan
Enspruck
Friben
Rotmans
Ernaw
S. Peter
S. Gilgo
Com
Leoben
Kapfenberg
Leb
Moßenburg
Visschentz
Knittfeld
Sterkaw
Wasserfang
Karlsperg
S. Marein
Wayr
Stubeck
Rabnstain
Gesting
Obdach
Gaistal
Millchrod
Muschnitz
Reychnfels
Kaynach
Voytsperg
Leoprad
Predyng
S. Florian
Leonhart
Burgstal
Bischoffn
Waldstayn
Velasperg
Hemlern
Belbycz
Reisperg
S. Andre
Hainburg
Gryfn
S. Paul
Gryfenarx
Draburg
Volckmarck
Globnoschieta
Schwabeck
Faunstain
Pleybus
Ekndorff
Gruenburg
Seldnhouen
Lembach
Schlautz
Cranichfeld
Pulsca
Weitnstain
Frauenheim
Kosiach
Fürteck
Wydrdrey
Sidlerpach
Lauff
S. Wolfgang
Schonstain
Grunenburg
S. Primus
Walai flu.
Eckstein
Arnod
Leonburg
Altenburg
Presperg
Halfenberg
Schwarcza
S. Johan
Reichaw
Myesndorf
Glockniz
Praunsperch
Lyechtneck
Schonaw
Klam
S. Margret
Kriegla
Schwayghoffn
Turna
Afflenz
S. Leonhart
Radmar
Magtuiese
Leinburg
Cell
Myesndorf
Glockniz
Reichaw
Schwarcza
S. Johan
Enspruck
Friben
Rotmans
Ernaw
S. Peter
S. Gilgo
Com
Leoben
Kapfenberg
Leb
Moßenburg
Visschentz
Knittfeld
Sterkaw
Wasserfang
Karlsperg
S. Marein
Wayr
Stubeck
Rabnstain
Gesting
Obdach
Gaistal
Millchrod
Muschnitz
Reychnfels
Kaynach
Voytsperg
Leoprad
Predyng
S. Florian
Leonhart
Burgstal
Bischoffn
Waldstayn
Velasperg
Hemlern
Belbycz
Reisperg
S. Andre
Hainburg
Gryfn
S. Paul
Gryfenarx
Draburg
Volckmarck
Globnoschieta
Schwabeck
Faunstain
Pleybus
Ekndorff
Gruenburg
Seldnhouen
Lembach
Schlautz
Cranichfeld
Pulsca
Weitnstain
Frauenheim
Kosiach
Fürteck
Wydrdrey
Sidlerpach
Lauff
S. Wolfgang
Schonstain
Grunenburg
S. Primus
Walai flu.
Eckstein
Arnod
Leonburg
Altenburg
Presperg
Halfenberg

117

qui usurpaverat Ducatum Austriæ, obtinueratque anno Christi CIↃCCLXIX Carinthiam, sed diu conservare non potuit. Nam cum eo arrogantiæ provectus esset, ut contempta Imperii Majestate de Clientelaribus Bohemiæ beneficiis Cæsari Rudolpho Habsburgio Sacramentum dicere nollet: hic ad Augustam Vindelicorum, Germaniæ Principum conventum indicit, citaturque gravissimis sub pœnis *Ottocarus*, uti se sistat, ac de injuste occupatis Imperii Provinciis neglectaque ejus Majestate rationem reddat. Ridet citationem *Ottocarus*: neminemque ad Comitia qui pro se respondeat, mittit. Interim Legati ab Austriæ Ordinibus missi Augustam ad Cæsarem Principumque conventum perveniunt, & apud Cæsarem Principesque gravissime de injuria crudelitateque Ottocari conquesti docent, eum iniqui tituli jure Austriæ se insinuasse: Margaritam legitimam uxorem, Austriæ Hæredem superinducta pellice repudiasse, ac tandem veneno sustulisse: Agnetem Badensem Filiamque ejus Elizabetham cum fratre Henrico, legitima Austriæ hæreditate spoliasse: Optimatesque complures in Vrbe Vienna crudeliter trucidasse, ac sæpissime in innocentem populum sæviisse: Austriam, Stiriam, Carniolam ac Vindorum Marchiam Imperii beneficia, cum Bela Hungariæ Rege clam esse partitum, ac ut exteræ nationis auxilio, Austriam retinere, populumque duro jugo premere posset, ab Imperio ac Cæsare defecisse &c. Decernitur communi Principum sententia, Legatos ad Bohemum mittendos. Sed cum ii indigna in Cæsarem imperiiq; principes probra pro responso tulissent, omnium consensu decreto bello, ad id justa auxilia Cæsari promissa. Is maximis coactis copiis in Austriam contendit. Prodit contra Ottocarus non minoribus adductis copiis. Sed de prælii eventu, Cæsaris prudentiam ac vim veritus, dubitans, intercessione duorum hinc inde Antistitum, pacem cum eo facit restituta Austria, dictoque de Bohemia ceterisque ejus provinciis Cæsari Sacramento: in genua dum hæc fiunt ante Cesarem subsedit, inspectante exercitu. Qua de re, ut indigna, ab uxore hominibusque turbulentis reprehensus, violata pace, cum ingenti exercitu, Austriam invadit. Exit contra Cæsar Rodolphus, Germanorum copiis, Hungarorumque auxiliis stipatus, ac haud procul Opido Marchecco, cum Ottocaro cōgressus, eum superat occiditque, de inde infesto exercitu Bohemiam invadens, ferro ac igne adolescentem *Wenceslaum*, defuncti Ottocari filium, petere pacem coegit, legesque pro sua imperiique dignitate dat. Filium vero suum Albertum natu maximum Austriæ præficit: ac paullo post è communi Principum Imperii sententia Ducem Austriæ & Stiriæ eum renunciat. *Stiria* distinguitur in *Superiorem*, ubi Muræ fluvii divertigium, & *Inferiorem* juxta Dravi & Muræ confluentes, qua Pannoniæ Secundæ seu Hungariæ proxima est, unde is locus *am Hungerischen* dicitur. Vrbes Stiriæ sunt famatæ *Brugæ* ad Muram, ac ibidem *Grazium*, *Viana*, *Voytsperg* vulgo, ad Kaynacham fl. *Wolspergum* ad Lavandam fluvium *Marchpurgum* Metropolitana ad Dravi sinistram ripam, atque ex eadem parte *Petovia* seu *Colonia Petovia*, ubi Legiones Romanæ fixerunt sedem. Trans flumen *Waraſinum*, *Castra Variana* vocant. *Rackelspurgum* Muræ fl. sinistræ ripæ adjacet, ubi Savaria regio initium habet.

Vrbes.

In hac

in hac etiam *Cilia* est ad Savi ripam, urbs uti apparet ex vestigiis, antiqua. Nam Inscriptiones in ea plures nominum Rom. apparent. Opidani a Sulla conditam dicunt, vocarique *Sullacem*, nulla tamen auctoritate quam sciam, inquit Volaterranus. Nam forte ea fuerit aut ex ejus ruinis, quam Ptolemæus non longe ab hac ponit, *Celiam* appellatam. In Ducatu Stiriæ plures sunt Comitatus, inter quos *Waraſdin*, ad Dravum fl. & *Lebnau*, ad Muram fluvium. Fluviis rigatur *Stirla, Dravo, Lavanda, Sackan, Sulmo, Raynacho, Mura, Martza, Arrabone, Veystritza, Lausnitio*, ac infinitis propemodum Torrentibus ac rivulis qui omnes tandem Danubio miscentur. *Flumina.*

Montium hic numerus non est, quare singulorū nomina adscribere vix licet, omnes pene generali nomine *Norica Alpes* dicuntur. Vnde Alpium adhuc præ se ferunt nomina, cujusmodi sunt *Rauch Alben, Subalben, Saw Alben, Schwanberger Alben*. In confiniis Austriæ, Carinthiæ & Stiriæ *Taurus* Mons est: Muræ fluvio *Gesacus* Mons imminet, nunc vulgo *Der Schockel* vocatur, & *Sattli, Mansenperg, Weinsperg*, juxta Salzim fluvium dicitur *Ina Sawrussel*, hoc est *os porcinum*, *Deifelsteig* i. *Diaboli præcipitium*. Infra Muram dicitur *in Gaistal*, *Stainperg* & *Kainacher Alben*: Paullo inferius sunt, *Kreiczpergus*, & *Hertzpergus* montes: & versus Ortum *Radel* & *Plaitzperg*. Vltra Dravum versus Meridiem *Claudius Mons*, nunc *Dracimperg* dicitur. Refert Vadianus, quod superioribus annis Viennæ Austriæ constans fama increbuerit, ardere in Stiria cœpisse montem, quo pellectus Maximilianus Cæsar Augustus, nunciis ad inquirendum missis ita esse ut fere batur compererit, quod miraculi loco hic recensere libuit. Hæc vero accidisse verisimile est circa annum Christi CIↃIↃXX, quo tempore Vadianus hæc videtur scripsisse. Prædicti vero montes passim, sparsimque silvis vestiuntur. *Montes.*

Stirii agrestes vulgo populi sunt & strumosi, adeo quidem ingentistruma nonnulli, ut ipsis loquelam impediat: & mulier lactans illam post tergum perinde atque saccum rejiciat (si fama vera est) ne infanti impedimento sit. Memoriæ prodit Cortelius se Frisachii dum anno CIↃIↃLVIII Vienna Venetias proficiscebatur, non sine admiratione hominem contemplatum, cui mentum ab auribus incipiens, humeros latitudine fere æquabat, & ad pectus usque propendebat. Strumæ causam Aquæ Aerique, quibus vescuntur incolæ, tribuunt. Stiriani cultu & sermone Germani sunt præter Dravi adcolas, qui Illyrica utuntur lingua.

SCLAVONIA.

Regio & unde dicta.

Nomina.

Situs.

INter Regiones quæ hac Tabula nobis repræsentantur, primum locum sibi vendicat *Sclavonia*. Hæc agente Sclavonica nomen habet, quæ olim ad Mæotidem paludem habetavit. Dicta quoque fuit *Illyricum* Plin. ab *Illyrico* Cadmi, vel ut alii sentiunt, Polyphemi Filio. *Illyris* Ptol. *Illyria* Steph. Eam alii aliter definiunt. Ptolemæus ab Istria ad Macedoniæ usque confinia secundum maris littora producit; mediterranea ejus ad Pannones & Mœsiam superiorem expandit. Multo ampliorem eam describit Pomponius Mela, & Dionysius Alexandrinus: totam enim maris Hadriatici oram, a Tergesto ad Ceraunios usq; montes, Illyriis adscribit, eosque ultra Danubium fluvium habitare docet: Danubium namque inter ejus flumina Mela numerat. Alii etiamnum latius hujus fines extendunt. Plinius vero inter Arsiani & Titium fluvios constringit. Plerique in ea describenda Ptolemæum sequuntur. Secundum quem continet Illyris qua Macedoniam spectat, Dalmatiam, & Liburniam quam *Crabatem* nunc Lazius vocat: alii Croatiam: Pinetus Comitatum Iaderæ, hoc est *Contado di Zara* indigitat. Longitudo ab Arsa ad Drinum usque est mill. Italicorum CCCLXXX. Aere fruitur locis nonnullis puro ac salubri, quibusdam minus grato, qua paludes ac exhalationes fœdæ eum inficiunt. Regio omnis, teste Strabone, aprica est & amoena: optimos habet & firmos maris Porius, solum fertile, etiam vitiferum, nisi qua saxis & rupibus horret, aut ad Pannonias, ubi frigida est & nivalis. Florus de Illyriis scribit primo bello Punico Illyrios populationibus non contentos, licentiæ scelus addidisse, legatos Pop. Romani jure agentes, non gladio, sed ut victimas securi percussisse: Præfectos navium igni combussisse, idque, quod indignius foret, muliere imperante, quam ille *Teutam* vocatam scribit. Rursum bello Macedonico Illyrii a Perse Rege conducti Romanum militem a tergo cœperant distringere, sed deleta ab Anicio Prætoræ Scorda, quod Caput gentis erat, statim sequuta dedirio est. Plinius oram Illyridis mille amplius Insulis frequentari scribit, quum contra Italiæ ora huic obversa importuosa sit. Illyridis urbes potiores & Opida sunt *Senia* urbs, vulgo *Segna*, in planicie sita ad Mare, quod a Borea vento horridis tempestatibus obnoxium. *Jadera* Colonia, Liburnorum Metropolis, hodie præcipua ac munitissima. *Zara*, vulgo *Sebenicum* Opidum Ptol. *Sicum* dictum. Situm est in Sinu Scardonico, in conspectu irrumpentis Freti ad montis radicem, ubi est Arx. Fertiles habet agros, sed male nunc habitatur ob Turcarum vexationes, *Spalatum* & *Salena* Ptolemæo & Straboni celebrata. *Salona* etiam, Dalmatarum navale, quod quidem nunc parum colitur, ob Turcarum vicinitatem.

Æris qualitas.

Soli fertilitas.

Urbes.

"Vide Richardū Dinothū in locis communibus historicis sub titulo de legatis. ubi eam nominat Tencam citat in margine Polybiū lib 2. Sabellicū enn. 4 lib 9

Tragurium


SLAVONIA
croatia Bo
snia. Dalmat.
Milliaria Italica
10 20
HUNGARIAE
PARS
SEPTENTRIO
ORIENS
OCCIDENS
MERIDIES
39
40
41
42
43
44
45
46
SCL AVONIA
CROA TIA
BOS SE NA
SER VIAE
DAL MA TIA
PARS
GOLFO
DI VENETIA
Danubius Flu
Draus flu
Draunus flu
Bosna flu
Colubra flu
Drina flu
Vrbas flu
Vesbra flu
Saus flu
Fridaw
Sakhon
Zerdahel
Ersebewth
Welewar
Coprantz
Apotenitza
Ramin
Closter
Dombro
Koliantz
Sudestac
Nougrad
Rain
Chrastowitz
Zagrab
Sisaken
Demetel
Iessenocz
Gradiska
Czermick
Kowack
Turcicum
Lemax
Kowacz
Turcicum
Nobyn
Wania
Lapra
Wihrisch
Bechic
Zwezan
Sokol
Tayeza
Wana flu
Ostrowitz
Bazatz
Straza
Fiessin
Zerweni
Luenitz
Mileseueze
Magolay
Samandria
Dobacz
Braz
Arky
Grayssacz
Saba
Garra
Barka
Swynar
Posega
Gordwin
Netzka
Talyna
Morotin
Illey
Vywar
Valkowar
Pest
Vylack
Bon Monstor
Rednek
Dombo
Kyssiuasar
Salankemen
Kamacz
Sirmium Vetus
Nothany
Semlyn
Baurz
Sabacz
Kelpen
Czarno
Bolehoua
Zenobicz
Drinawar
Prachia
Sarato
Fochia
Nedin
Lim flu
Seberut
Delmino
Slatina
Clisura
Acochna
Luenic
Cranze
Econ
Bracca
Orach
Drin
Cepach
Tuscana
Sernitza
Grage Vechia
Sedistan
Pazitel
Sumiza
Gliebuselni
Virgova
Mostar
Prodola
Morchi
Cetina
Swiza
Agalar
Blagay
Vinat
Rag
Moglay
Zebernich
Prachouaz
Vezzischi
Sina
Obroazo
Nadin
Otanaca
Zara
Nona
Silua
Po de Lega
Viliaca
Petrois
Cosorvit
Pogio
Sebenico
Orisge
Sfinga
Traw
Spalato
Clinouo
Tuzepi
Chiuchio
Macarisca
Alimissa
Encoronata
Fasuri
Iuresnanic
Cittec
Arbe
Lopar
Segna
Modrussa
Ostrouitza
Tersatz
S. Georg
Wolay
Lapuz
Sirauna
Lionigrad
Sudenicz
Crapin
Frachnberg
Maroschal
Waras Am
Petraw
Lahrhon
Apotenitza
Draus flu
Welewar
Dombro
Koliantz
Sudestac
Nougrad
Rain
Sopploncha
Bakoczra
Athyna
Petrovyna
Pekeriecz
S Martin
Pelerd
Male
Tetemegh
Tzand
Draunus Au.
Ezekh
Walyo
Nekche
S Niclos
Selnyaleh
Velica
Erdewdy
Bath
Azomsal
Pest
Vylack
Bon Monstor
Rednek
Dombo
Kyssiuasar
Salankemen
Kamacz
Sirmium Vetus
Nothany
Semlyn
Baurz
Sabacz
Kelpen
Czarno
Bolehoua
Zenobicz
Drinawar
Prachia
Sarato
Fochia
Nedin
Lim flu
Seberut
Delmino
Slatina
Clisura
Acochna
Luenic
Cranze
Econ
Bracca
Orach
Drin
Cepach
Tuscana
Sernitza
Grage Vechia
Sedistan
Pazitel
Sumiza
Gliebuselni
Virgova
Mostar
Vesbra flu
Prodola
Morchi
Cetina
Swiza
Agalar
Blagay
Vinat
Rag
Moglay
Zebernich
Prachouaz
Vezzischi
Sina
Obroazo
Nadin
Otanaca
Zara
Nona
Silua
Po de Lega
Viliaca
Petrois
Cosorvit
Pogio
Sebenico
Orisge
Sfinga
Traw
Spalato
Clinouo
Tuzepi
Chiuchio
Macarisca
Alimissa
Encoronata
Fasuri
Iuresnanic
Cittec
Arbe
Lopar
Segna
Modrussa
Ostrouitza
Tersatz
S. Georg
Wolay
Lapuz
Sirauna
Lionigrad
Sudenicz
Crapin
Frachnberg
Maroschal
Waras Am
Petraw
Lahrhon
Apotenitza
Draus flu
Welewar
Dombro
Koliantz
Sudestac
Nougrad
Rain
Sopploncha
Bakoczra
Athyna
Petrovyna
Pekeriecz
S Martin
Pelerd
Male
Tetemegh
Tzand
Draunus Au.
Ezekh
Walyo
Nekche
S Niclos
Selnyaleh
Velica
Erdewdy
Bath
Azomsal
Pest
Vylack
Bon Monstor
Rednek
Dombo
Kyssiuasar
Salankemen
Kamacz
Sirmium Vetus
Nothany
Semlyn
Baurz
Sabacz
Kelpen
Czarno
Bolehoua
Zenobicz
Drinawar
Prachia
Sarato
Fochia
Nedin
Lim flu
Seberut
Delmino
Slatina
Clisura
Acochna
Luenic
Cranze
Econ
Bracca
Orach
Drin
Cepach
Tuscana
Sernitza
Grage Vechia
Sedistan
Pazitel
Sumiza
Gliebuselni
Virgova
Mostar
Vesbra flu
Prodola
Morchi
Cetina
Swiza
Agalar
Blagay
Vinat
Rag
Moglay
Zebernich
Prachouaz
Vezzischi
Sina
Obroazo
Nadin
Otanaca
Zara
Nona
Silua
Po de Lega
Viliaca
Petrois
Cosorvit
Pogio
Sebenico
Orisge
Sfinga
Traw
Spalato
Clinouo
Tuzepi
Chiuchio
Macarisca
Alimissa
Encoronata
Fasuri
Iuresnanic
Cittec
Arbe
Lopar
Segna
Modrussa
Ostrouitza
Tersatz
S. Georg
Wolay
Lapuz
Sirauna
Lionigrad
Sudenicz
Crapin
Frachnberg
Maroschal
Waras Am
Petraw
Lahrhon
Apotenitza
Draus flu
Welewar
Dombro
Koliantz
Sudestac
Nougrad
Rain
Sopploncha
Bakoczra
Athyna
Petrovyna
Pekeriecz
S Martin
Pelerd
Male
Tetemegh
Tzand
Draunus Au.
Ezekh
Walyo
Nekche
S Niclos
Selnyaleh
Velica
Erdewdy
Bath
Azomsal
Pest
Vylack
Bon Monstor
Rednek
Dombo
Kyssiuasar
Salankemen
Kamacz
Sirmium Vetus
Nothany
Semlyn
Baurz
Sabacz
Kelpen
Czarno
Bolehoua
Zenobicz
Drinawar
Prachia
Sarato
Fochia
Nedin
Lim flu
Seberut
Delmino
Slatina
Clisura
Acochna
Luenic
Cranze
Econ
Bracca
Orach
Drin
Cepach
Tuscana
Sernitza
Grage Vechia
Sedistan
Pazitel
Sumiza
Gliebuselni
Virgova
Mostar
Vesbra flu
Prodola
Morchi
Cetina
Swiza
Agalar
Blagay
Vinat
Rag
Moglay
Zebernich
Prachouaz
Vezzischi
Sina
Obroazo
Nadin
Otanaca
Zara
Nona
Silua
Po de Lega
Viliaca
Petrois
Cosorvit
Pogio
Sebenico
Orisge
Sfinga
Traw
Spalato
Clinouo
Tuzepi
Chiuchio
Macarisca
Alimissa
Encoronata
Fasuri
Iuresnanic
Cittec
Arbe
Lopar
Segna
Modrussa
Ostrouitza
Tersatz
S. Georg
Wolay
Lapuz
Sirauna
Lionigrad
Sudenicz
Crapin
Frachnberg
Maroschal
Waras Am
Petraw
Lahrhon
Apotenitza
Draus flu
Welewar
Dombro
Koliantz
Sudestac
Nougrad
Rain
Sopploncha
Bakoczra
Athyna
Petrovyna
Pekeriecz
S Martin
Pelerd
Male
Tetemegh
Tzand
Draunus Au.
Ezekh
Walyo
Nekche
S Niclos
Selnyaleh
Velica
Erdewdy
Bath
Azomsal
Pest
Vylack
Bon Monstor
Rednek
Dombo
Kyssiuasar
Salankemen
Kamacz
Sirmium Vetus
Nothany
Semlyn
Baurz
Sabacz
Kelpen
Czarno
Bolehoua
Zenobicz
Drinawar
Prachia
Sarato
Fochia
Nedin
Lim flu
Seberut
Delmino
Slatina
Clisura
Acochna
Luenic
Cranze
Econ
Bracca
Orach
Drin
Cepach
Tuscana
Sernitza
Grage Vechia
Sedistan
Pazitel
Sumiza
Gliebuselni
Virgova
Mostar
Vesbra flu
Prodola
Morchi
Cetina
Swiza
Agalar
Blagay
Vinat
Rag
Moglay
Zebernich
Prachouaz
Vezzischi
Sina
Obroazo
Nadin
Otanaca
Zara
Nona
Silua
Po de Lega
Viliaca
Petrois
Cosorvit
Pogio
Sebenico
Orisge
Sfinga
Traw
Spalato
Clinouo
Tuzepi
Chiuchio
Macarisca
Alimissa
Encoronata
Fasuri
Iuresnanic
Cittec
Arbe
Lopar
Segna
Modrussa
Ostrouitza
Tersatz
S. Georg
Wolay
Lapuz
Sirauna
Lionigrad
Sudenicz

Tragurium hodie *Tran*, a continenti parvo Euripo ſeparatum. *Epidaurus* urbs antiqua, ad cujus ruinas *Raguſium*, vulgo *Raguſi*, Turcis *Pobrovicha*, urbs exigua cum arce munitiſsima: hic nobile eſt emporium mercium Turcicarum, Reſpublica Legibus æquiſsimis conſtituta, Cives opulenti. Duobus præcipuis abluitur tota Regio fluviis, *Savo* & *Dravo* qui in Danubiũ corruunt. Vltra Montes plurimi minores amnes erumpunt in Sinum Hadriaticum, ut ſunt *Edanius*, *Titius*, *Naron*, *Rhizon*, & *Drinus*. Illyrici ſeu Sclavonici populi fere omnes ligneis habitant ædificiis, culmo contectis, præter paucas littorales urbes, in quibus humanius degunt. Et hæc de Illyrico ſive Sclavonia univerſim. Sclavonia autem quam hic noſtra exhibet tabula, Illyrici illius tantum pars eſt, niſi forte dicamus eam Plinii eſſe. Continet *Windorum Marchiam* & *Zagabrienſem Comitatum*, uti ex Pinace videre eſt.

Flumina.

Croatia.

Regio. Situs. Urbes.

CROATIA Illyrici quod initio deſcripſimus, pars verſus Hungariam, Rufo & Volaterrano *Valeria*, *Liburnia* aliis. Iſtriæ ad Sinum Fanaticum adhæret verſus Ortum, inter Cuſpam & Savum fluminis, & Superiorem Mœſiam ſita. Hujus Metropolis nunc *Bigihon* eſſe dicitur: aliquando *Fumium* erat. Vrbes præterea plurimas habet, utpote *Zeng*, *Wackat*, *Turnaw*, *Modriſch*. Ceterum Regio paucis ab hinc annis propter Turcarum in hanc invaſiones mirum in modum innotuit. Cum jam fœdus quod cum Chriſtianis erat Turca rupiſſet, hanc Regionem uti ſibi vehementer commodam ad invadendum ceteras Regiones, Italiam & Germaniam, ſuis Regnis & Provinciis adnectere ardebat. Sub initium itaque æſtatis anni CIↃ IↃXCII Turcarum Imperator per Baſſas & Duces ſuos in Croatiam exercitum duci jubet. Conſternatis vehementer per totam regionem adventante hoc exercitu militibus, *Hraſtovitzam* munimentum fortiſsimum per proditionem, Baſſa ex Boſnia capit. Neque hoc furioſi militis placata rabies eſt, quin *Wihitzam* civitatem munitiſsimam, vallis aggeribuſque undique circumductam, obſideat: militem omnem, qui eam tuebatur, cum pro vita ſuſtentanda, & reliquo defendendo, nihil, neque ſpes ſupereſſet, glorioſe ſe dantem, præter fidem datam, Turca enecat. Hanc deditionem mille aliæ calamitates ſequutæ ſunt, quas ſilentio tranſeo. Porro anno ſequenti qui erat Milleſimus Quingenteſimus Nonageſimus Tertius, cum ſe tot partas victorias, tot captas Arces & Munimenta Turca gloriaretur, habendi *Siſſegkum* Civitatem munitiſsimam vehemens eum cupido invadit: atque exercitu coacto, obſidione hanc Civitatem cingit. Verum Germani animadvertentes quantum mali hinc & detrimenti, ſi a Turcis caperetur, non ſolum Germaniæ, verumetiam toti Europæ accederet, collectis undique copiis, ac trajecto Savo fluvio, pro Civitate liberanda, cum inimico confligere ſtatuunt. Turci Equites qui numero erant 8000, aut ut alii volunt 10000, ut impedirent Chriſtianorum adventum per Pontem quem ante exſtruxerant, ad alteram Savi ripam properant, exercitum ſuum locant, pugnamque cum Chriſtianis ineunt: inſtant durius ac animoſius Chriſtiani, quorum impetum non ferentes Turcæ ad pontem fugiunt, verum eum jam paullo ante occupaverant Caroloſtadienſes Milites.

Turcæ

Turcæ nusquam refugio reperto, præcluso ponte ad reliquum exercitum aditu, omnes fere cæduntur, reliqui in Savo & Kulpa fluminibus salutem quærentes submerguntur. Pars reliqua Exercitus Turcici, cum a suis infelicissime pugnatum videret, turpiter fugit; ac tandem nostri auxiliante Deo XXII Iunii Anno CIↃIↃXCIII Civitatem arctissima obsidione liberant.

Bosnia.

LIburniæ Orientalem plagam *Bosniam* hodie dicunt a *Bessis* Inferioris Mœsiæ populis: qui inde a Bulgaris ejecti in hanc Superiorem Mœsiam migrarunt, ac mutato e in o litera, pro *Bessis Bossi* & *Bosni* dicuntur: atque inde *Bosna* & *Bosnia*. Quales mutationes in multis aliis propriis nominibus sæpe factas videmus, ut olim *Melita* & hodie *Malta*, *Longones* & *Lingones*, *Scandia* & *Schondia* &c. *Bosniæ* Vrbs est *Jaitza* in edito Monte sita, quam duo amnes circumfluunt, præruptisque rupibus & vadis obfirmant. Ad radices Montis & ad ambitum urbis amnes illi confluunt, admixtique una in Savum feruntur. Bosnensis regni hæc ante tempora nostra Caput erat, cum inexpugnabili Arce, ac Hostibus inaccessibili. Habet regio & alias quasdam insignes Civitates, præsertim *Schwonicam* & *Warbosayne*, quam aiunt hodie esse Metropolim, sed nullo cingitur muro. Milliatzka fluvius dirimit eam in duas partes, &c.

Regio & unde dicta.

Urbes.

Dalmatia.

REstat ut de Dalmatia, cujus etiam partem hæc Tabula delineat, pauca subjungamus. Ea a *Delminio* civitate gentis Metropoli nomen habere putatur. Fuit olim Dalmatia potentissima regio, atque ipsi Dalmatæ olim potentes armis & opibus, situ etiam confidentiores fuerunt. Agebant plerumque sub Silvis, inde in latrocinia promtissimi. Vrbes sunt *Salanum*. Hic supersunt aliquæ reliquiæ Diocletiani, qui hoc loco, uti patria sua, afficiebatur. *Raguzium*, de quo supra. *Castel novo* ad ostium sinus Rizonici ab antiquis vocati. *Catarum* optimum habens portum. Atque haud procul a limitibus hujus Regionis sita est ad mare *Civitas Apollonia*, juxta quam est petra quæ flammam ignis evomit, & infra eam ebulliunt aquæ calidæ, & bitumen, præsertim quando petra ardet. Ecclesiastica porro administratio ad hanc Tabulam pertinens ex Provinciali Romano apud Mercatorem talis: Archiepisc. *Jadra* quam nunc *Zaram* dici putant. Cui subsunt *Anzara*, *Vegla*, *Arbe*. *Archiep. Spolato*, sub quo *Tragurium*, *Tenensis Tina*, *Sardona*, *Temnensis*, *Nenensis*, *Nonensis*, *Almisa*, *Sibinicensis*, *Farensis*. Archiep. *Raguſinus*, vide in Tabula Græciæ & Macedoniæ, sub quo *Stagnensis*, *Rossonensis Risine* opinor; *Tribunensis Trebina*, *Cataro*, *Bacensis*, *Rosensis*, *Bidnanensis*, *Budoa*. Archiepisc. *Antibarensis* in Tab. Macedoniæ, sub quo sunt *Dulcinium*, *Suacinensis*, *Drinastensis*, *Polastrensis*, *Scodrensis*, *Sardensis*, *Surtanensis* vel *Acittarensis*, *Arbensis*.

Regio & unde dicta.

Imperium majorum.

VALACHIA. *Regio unde dicta*

VALACHIA a *Flaccis* Quiritum gente appellationem habet. Romani enim Getis ſuperatis & deletis, *Flacci* cujuſdam ductu eo Coloniam deduxere, unde primum *Flaccia*, deinde corrupta voce *Valachia* dicta. Hæc etiam Tranſalpini nominis originem ex re ſortita eſt. Alpibus enim & montibus continuis,& his quidem altiſsimis,ab Hungaria & ejus potiſsima Tranſilvania parte, nemoroſiſque paſsim amœniſque intervenientibus Silvis dividitur & terminatur. Habet autē ab Ortu piſcoſum Lacum, quem Hieraſus amnis incolis *Pruth*, efficit : ad Meridiem vergit terminata Danubio, atque item ab Occaſu Tranſilvaniæ fines attingens, ad Opidum Severinum, ubi Trajani pontis admirabiles pilæ XXXIV viſuntur. Ad Septentrionem autem finitur *Hoina*, ignobili flumine, & directis terreſtribus terminis ad Iſtrum, curvata admodum regionis fronte contra *Paucem Inſulam* antiquis Scriptoribus notam, quam hodie *Barillanam* dicunt. *Valachia* autem, licet altiſsimis ſit innexa montibus,nihil tamen ei deeſſe comperitur, quod uſui humano neceſſarium videri poſsit. Adhæc dives Auri,Argenti,Ferrique ac Salis fodinis. Nec Vineæ deſunt: nec varii generis Animalia : inprimis Equos alit inſignes Aſturcones optimos,alioſque magna copia. Hic *Ternovizza* Opidum Vaivodæ ſedes, eſt. Alia opida ſunt *Braila* & *Treſcortum*, non longe a quo effoditur bituminis ſpecies, ex quo ſicut ex cera optimæ cande læ conficiuntur. Reliqua hujus regionis per Pagos & Villas habitantur. flumina ſunt *Hieraſus*. Incolis *Pruth*, *Hoine*, *Danubius*, alia.

Situs.

Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Opida.
Flumina.

SERVIA.

SERVIA, *Mœſia Superior* Lazio, regio inter Boſniam & Bulgariam. Hanc antiquam *Tribullorum* regionem eſſe multi putant. Et hi quidem populi huc ex Septentrione, debilitatis Imperii Rom.Græcique viribus, commigrarunt. *Dardanos Serviam & Raſciam* habitaſſe, ſcribunt Cuſpinianus & Volaterranus. Regia Serviæ Vrbs fuit *Sinderovia*, quam alii *Spenderoben*,& alii *Simandriam*,vel *Semendriam*, Turcæ *Semender*, Hungari *Zendrew* vocant, quæ quidem non procul a Belgrado ad Danubii ripas jacet,& capta fuit ab Amurathe Turcarum Imp. anno CIↃCCCCXXXVIII, & in Sangiacatum redacta ſub Budenſi Beglerbego. Nobilia quoque Opida ſunt *Vidina*,quod Turcis *Kiratovum* appellatur,ad montem Argentarum ſitum, redactum in Sangiacatum Temiſvarenſi Beglerbego ſubjectum. *Novogradum* in finibus Serviæ, quod quidam porperam novum montem appellant. Arcem habet inexpugnabilem. *Mons Niger*,ubi ſunt Argenti fodinæ admodum nobiles. Sunt & *Samandria*:*Priſdena* patria Iuſtini Imp. *Stonibrigadum*, & *Belgradum* antea *Taurunum* dictum.

Urbes.

BULGARIA. *& unde dicta. Situs & Soli qualitas. Urbes.*

BVLGARIA quaſi *Volgaria* dicitur, quia nimirum hujuſmodi populi profecti a Volga circa annum Domini IↃLXVI hanc regionem occuparunt.Hanc quidam eſſe Veterum *Mœſiam inferiorem* putant. Iacet inter Serviam, Romaniam ac Danubium. Regio magna ex parte montibus, aſpera, & juxta dorſum Hæmi montis producta modo verſus Danubium, modo verſus Romaniam : unde media ipſa regio aſperior eſt: decliviora loca ſilvis obſita ſunt & Solitudinibus occupata. Metropolis hic *Sophia*,quam Pt.*Tibiſcum* Opidum,


WALACHIA
SERVIA, BULGARIA, Roman
Septen.
Meridi.
Occidens
Oriens
Bessarabia
Moldaniæ
WALACHIA
RASCIA
SERVIA
BVLGARIA
ROMANIA
Syrsia
Sagora
MARE MAGIORE
Macedonie pars
EGEO PELAGO
Golfo de Lodrin
Golfo de Cantesa
Golfo de Caridia
Stalimene
Milliaria Italica
10 20 30 40 50 60

119

dum, Niger putat. Hic ſedem habet Beglerbegus Græciæ, qui Turcis dicitur *Rumeli Blegerbeg*, habetq; Sangiacatus ſub ſe I & XX. Sunt & *Serraium* civitas Bulgariæ inſignis. *Nicopolis*, hæc a Sangiacis regitur. Prope hanc civitatem veſtigia ſuperſunt pontis admirabilis maximeque ſtupendi, quem conſtruxit ſupra Danubium Trajanus Imperator, dum contra Getas pugnaret.

ROMANIA. *Regio & unde dicta.* *Situs.* *Cœli & Soli qualitas.* *Urbes.*

BVLGARIÆ *Romania* proxima eſt, ſic dicta ab urbe præcipua Conſtantinopoli, quæ *Roma Nova* etiam dicebatur. Olim *Thracia* appellata fuit, vel a *Thrace* Martis Filio, vel a *Thraca* Nympha, vel potius a feritate, ſeu temeritate. Separatur a Macedonia Strymone fl. ad Septentrionem eſt Hæmus, cetera Mare adluit. Regio nec Cœlo læta, nec Solo: & niſi qua Mari propior eſt, infœcunda, frigida, eorumque quæ ſeruntur, maligne admodum patiens. Verſus mare vero Frugibus, Frumento & Legum inibus fœcunda. Raro uſquam pomiferam arborem, Vitem frequentius tolerat: ſed nec ejus quidem Fructus maturat ac mirigat, niſi ubi frigora objectu frondium cultores arcuere. Vrbes habet *Abderam* Democriti patriam: *Nicopolim*, *Philippopolim*, *Hadrianopolim*, *Trajanopolim*, *Selymbriam*, *Perinthum*, aliaſque complures. Metropolis eſt *Byzantium*, conditum a Pauſania, nunc *Conſtantinopolim* vocant a Conſtantino, qui ibi ſedem Imperii eſſe voluit. Turcis dicitur *Stampolda*, quaſi ampla Civitas. Sita eſt ad Euripum, habetque ex adverſo *Peram*, quam vocant *Galatam* in cornu Byzantino, veterem Genuenſium Coloniam. Multa admodum in urbe ſunt vetuſtatis monimenta partim illic primum poſita, partim Roma illuc allata. Præcipua hæc ſunt. Templum Sophiæ, opus Iuſtiniani Imp. Palatium Conſtantini, Columna Serpentina, & altera quæ hiſtoriata nominatur. Templum S. Lucæ, Navale, Caſtrum novum, Coloſſus, Gynæcerum, Hippodromus, Obeliſci. Flumina eam duo adluunt, *Cydrus*, vulgo nunc *Machlevam* & *Barbyſes*, *Chartaricon*. Ambitus urbis eſt XIII mill. paſſ. Incolarum numerus IDCC millia excedit. Regio vero paucos amnes habet, verum celeberrimos, *Hebrum*, *Melanom*, *Tearum*, *Arſum*, *Bathynam*, *Neſtam*. Montes attollit, *Hæmum*, *Rhodopen*, *Orbelum*, *Pangæum* & *Meſſapum*. Parent nunc iſta regna Turcarum Imperatori, qui ſedem imperialem habet Conſtantinopoli, & præcipuum ibi palatium. De cujus potentia & regnorum adminiſtratione breviter dicam. Ducenti circiter ſunt, quibus Turca mandavit ſingulis quadrienniis per Græciam, Walachiam, Boſniam, & Anatoliam, reliquaſque ditiones ſuas colligere Chriſtianorum pueros maſculos ex ſingulis familiis, tanquam decimas ſibi debitas, quos Conſtantinopolim, Peram & Andrinopolim adducunt, & civibus educandos tradunt, ac minus elegantes in Burſia & Caramania agricolis commendant. Hi omnes *Azamoglam* aut *Jamoglam* vocantur, id eſt, innocentes & ſimplices infantes, nihilq; ſcientes, & cum ad VIII annum pervenerint, elegantiores & docilioresin Saray, hoc eſt, palatium præcipuum Imp. Conſtantinopoli collocantur uſque ad quingentos, ibique in litteris & armis inſtituuntur, donec XX annum compleverint. Ex his eliguntur præter aulæ miniſtros & officiales *Janizari* pedites, quos ad XII millia in ſui perpetuam cuſtodiam habet Imp. Ex Janizaris ſpectabiliores electi *Spachoglani* ad 3000, dexteram Principis claudunt, ſinguli IV aut V equis ſervientes,

Ex iiſdem

Ex iisdem *Silichtar* ad 3000 similiter IV aut V equis servientes sinistrum Principis latus tuentur. Post hos II ordines Spachoglan & Silichtar equitant *Ulofagi* 5000, ad dexteram Imperatoris & 5000 ad sinistram, qui omnes ex Ianizaris, aut ex abjuratis Christianis, qui fideliter Beglerbeio aut Bassæ servierunt, eliguntur. Post hos ultimi sequuntur equites *Charipici*, id est pauperes, qui ex omnibus, Provinciis Turcici Imperii & diversis nationibus, Christianis, Persis, Mauris, Syris, Arabibus, Barbaris & Tartaris sponte ad Imperatoris servitium stipendii causa confluunt, ex quibus 2000 selectiores Imp. serviunt. Item ante Imperatorem 200 *Mutaferacha* lãceam gestantes equitant, qui ex servis ob facinus aliquod egregium sunt manumissi, & in nobiles aulæ electi. Item (post hos opinor) XXX *Chausiler*, hoc est, Caduceatores ante Principem equitant, qui accursum populi prohibent, & viam Principi aperiunt, supplicationes quoque ipsi tradendas recipiunt. Post hos proxime pedites *Solachi*, qui arcum inauratum cum sagittis portantes 200 Imperatorem præcedunt, 200 sequuntur, & ex utroque latere XXX comitantur. Iuxta hos proxime equum Principis incedunt sine tibialibus & calceis 100 *Peicter*, id est Cursores, quos huc illuc in pace ac bello mittat. Hæc perpetua est Imperatoris custodia, tempore belli vero habet etiam *Asaples*, qui sunt pedites extraordinarii, & *Carspoglan*: qui sunt equites extraordinarii. Per ditiones autem & Provincias suas in illarum defensionem alia habet præsidia. In limitaneis ditionum Christianorum sunt supra 10000 Ianitzarorum, intra provincias autem Turcicas 6000 Ianitzarorum sparsim commorantur, nulli Beglerbeio aut Bassæ subjecti, sed immediate Imperatori, & liberi ab omni contributione. Est item per Provincias alia juventus dispersa ad 10000 ex qua suppleri possint, qui in limitaneis provincialibus ordinibus defecerint. Reliquæ omnes copiæ militares præter dictas subsunt *Beglerbeis*, qui sunt rectores provinciarum, quales habet VII Græciæ, Anatoliæ, Caramaniæ, Amasiæ & Cappadociæ, Anacidulæ, Mesopotamię, Ægypti, de quibus suo loco. Habet etiam Imp. III aut IV ad summum Consiliarios, quos vocant *Visirbachas*, aut simpliciter *Bassas* Theo. Sãduginus lib. de moribus Turc. colligit annuos reditus Turcæ esse vasa auri LXVIII, & LVIII millia ducatorum. Vas autem auri continet millia ducatorum centum. Ecclesiastica administratio ex Provinciali Romano ejusmodi: Archiep. Constantinopolitanus hos habet Suffraganeos, *Colubrienſem* nunc forte *Chiorlich*, *Naturenſem Spigacenſem*, *Dorkenſem*, *Pavadenſem* forte nunc *Pandia* & *Calcedonenſem*, Arch. *Heraclia*. Huic subsunt *Rodesto*, *Peristacienſis*. *Gallipolis*, *Darnenſis* forte *Dardanello*, *Curlotenſis*, *Archadopolis*, forte nunc *Arco*, *Missenenſis*. Arch. *Patracenſis*, cui subsunt *Lampsacenus & Dinenſis de Sellana*. Arch, *Squisicenſis*, *Sequino* forte. Huic subsunt *Tzoianus*, *Andrunianus*, *Iacorenſis*, *Decandimonia*, *Lupadienſis*, *Epigonienſis*, *Libarienſis*. Arch. *Verisienſis*, cui subsunt, *Rossianenſis*, *Aprenſis*, *Ripsalenſis*, *Cypsela* opinor. Arch. *Madricenſis*, *Mariza* opinor: Arch. *Andrinopolitanus*: Arch. *Traianopolis*, cui subest *Avienſis*. Arch. *Malziacenſis*, sub quo *Maronia*. Arch. *Messipolis*, cui subest *Xanoenſis*. Arch. *Philippenſis*, cui subsunt *Christopolis*, *Dragonenſis*, *Chrisopolitanus*.

Regio. Nomina. Sinus.

Græcia sequitur Europæ nobilissima regio, totiusque eruditionis fons & Mater. Incolis *Hellas* dicebatur. Qui vero hodie eam habitant eam *Romechi*, Turci *Horomeli* nominant. *Rumelia* est Leunclavio: Septuaginta Interpretibus *Phobel, & Javan*. *Græciam* autem non semper omnes iisdem terminis circumscribunt. Proprie ab Isthmo Thessaliam usque extenditur, & ab Epiro Amne Acheloo dispescitur: Ortum versus habet Mare Ægæum: atque hæc proprie est *Hellas*. Hoc est quod Plinius aliquoties innuit; *Ab Isthmi*, inquit, *angustiis Hellas incipit*. Et rursum: *Angusta cervice Peloponnesum contingit Hellas*. Interdum etiam Peloponnesus & Thessalia Græciæ notione comprehenduntur. Ita L. Æmilius Paulus quum circuiret Græciam, per Thessaliam Delphos petiit, inde Lebadiam, tum Chalcidem, postea Aulidem, inde Athenas; altero die Corinthum, tum Sicyonem, Argos, Epidaurum, Lacedæmonem, Megalopolim, Olympiam: Ita peragrata Græcia rediit Amphipolim. Homerus solos *Phtiotas* vocat *Hellenas*. Herodotus inter *Hellenas & Pelasgos* discrimen facit. Hodie vero Græciam vocamus tractum omnem qui ad Occidentem Ionio mari adluitur, ad Meridiem Libyco, ad Ortum Ægæo: ad Septentrionem vero montibus a Thracia, Mysia, Dalmatiaque separatur. Regio hæc præstabat olim reliquis Europæ Cœli temperie, ac benignitate: Frugum omnium fertilitate, Armentorumque omnis generis copia. Hæc illa est regio, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude diu floruit. Libera primum, sed dum imperium in socios affectat, serva. Itaque eam primum *Cyrus*, postea *Xerxes* aliique *Persarum Reges* vexaverunt. Subjecere eam sibi inde *Macedones:* tum Perseo devicto *Romani:* quorum imperio diviso cessit tota *Constantinopolitanis*, donec *Gothi Bulgari*, *Saraceni* eam deprædati sunt, & *Turca* postremum in miseram servitutem omnem redegit, exceptis quibusdam Insulis quæ *Veneto* parent, Corcyta scilicet, Cephalenia, Zacyntho, Creta, aliisque minoribus. Superbivit olim Græcia multis urbibus florentissimis: *Athenis*, *Lacædemone*, *Delphis*, *Argis*, *Mycenis*, *Corintho* aliisque plurimis, quarum pleræque, ut caduca & fluxa est mortalium rerum conditio atque interitui obnoxia, prostratæ & dirutæ jacent. Flumina hic & fama & natura ingentia XXXII numero: Ea sunt *Strymon*, *Chabrius*, *Echedorus*, *Axius*, *Erigon*, *Lydius*, *Aliacmon*, *Pharybus*, *Peneus*, *Sperchius*, *Parvassus*, *Apsus*, *Lous*, *Celidnus*, *Thyamus*, *Acheron*, *Arachthus*, *Achelous*, *Evenus*, *Ilissus*, *Asopus*, *Ismenus*, *Cephisus*, *Boagrius*, *Asopus* alter, *Sus*, *Peneus*, *Alpheius*, *Selas*, *Panysus*, *Eurotas*, *Inachus*. *Maria*, *Jonium:* nomen habet ab *Jonia*, quam regiunculam in ultimis Italiæ oris facit Solinus: vel ab *Jonio* Illyriorum Rege: vel ab *Jonibus*, ut censet Archidamus, in trajectu maris ibi submersis. *Cronium* & *Rheæ Sinus* antea dicebatur, ut antiqui Scriptores testantur: *Creticum*, ab Creta: Hodie *Mar di Candia*. *Carpathium:* ab Insula *Carpatho*, quæ ad Orientale Cretæ Promontorium. *Ægæum* dictum, ut Festus & alii scribunt ab Aegæo Thesei patre, qui in id se præcipitasse perhibetur: ut Pherecydes,

Cœli temperies. Soli fertilitas. Imperium mijorum.

Urbes.

Flumina.


Sept50 ēntrio
Meri50 dies
Occi dens
Orientis
GOLFO DI VENETIA
MARE MEDITER RANEUM
ROMANIA
ASIAE PARS
MARE DI ARCHIPELAGO
GRÆCIA
Milliaria Italica com
20 40 60
Constantinopolis
Thessalonica
Durazzo
Corinto
Patras
Napoli
Athene
Thebe
Lepanto
Golfo di Lepanto
Negroponte
Smyrna
Efeso
Scio
Candia
Rodi
Cipro
Stampalia
Scarpanto

120.

recydes, ab Neptuno, qui & *Aegeus*. Aliorum opiniones prætereo. Nominatur etiam *Ægon* Valerio Flacco & *Aegeon*, *Mare Græcum* Thucydidi, Europæis hodie *Archipelago* voce Græca: Turcis *Mare album*. Romani totum hoc Mare duobus nominibus olim appellabant, teſte Plinio, *Macedonicum* quidquid ejus Macedoniam & Thraciam attingebat: *Græcienſe* quidquid Græciam. *Myrtoum*, Ægæi pars, *Myrtoum pelagus* Ptolemæo circa Cariam, Aſiæ Minoris regionem: Caſtaldo *Mar di Mandria*: Straboni vero Plin. & aliis inter Peloponneſum & Atticam. Nomen illi a Myttilo Mercurii filio, quem in id deturbatum ab Oenomao volunt Solinus & Iſidorus; vel, ut verius ſentit Plinius, ab exigua Inſula, non procul a Caryſto Eubœo Opido ſita. *Icarium*, ab Icari nota fabula pleriſque: Andrætæ Tenedio, ab una Cycladum, quæ & *Macris & Icarus*: Hodie *Mar di Nicaria*, Caſtaldo ſcribente: & alia.

Montes.

Montes etiam plurimi; *Bertiſcus*, *Athos*, *Olympus*, *Oſſa*, *Pelion*, *Citarius*, *Othrys*, *Oeta*, *Pindus*, *Acroceraunii*, *Stymphe*, *Calidromus*, *Corax*, *Parnaſſus*, *Helicon*, *Cytharon*, *Hymettus*, *Stymphalus*, *Pholoe*, *Cronius*, *Zarex*, *Minthe*, *Taygetus*, alii. In Græcia nempe Athenis Mercatus olim fuit, bonarum Artium & Diſciplinarum celeberrimus. Quare a Diodoro Siculo Communis Schola generis humani dicitur. Cicero lib. IV epiſtolarum ad familiares, *Nobiliſſimum Orbis Terrarum Gymnaſium* cognominat. Eo Romani aliæquæ nationes Philoſophiæ Græcæque linguæ gratia ſe conferebant. Cicero Græcis paſsim attribuit, multarum artium diſciplinam, ſermonis leporem, ingeniorum acumen, ubertatē dicendi, a quibus Philoſophiam, reliquas item artes & ſcientias Romani hauſerunt. Et Flaccus canit: *Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Muſa loqui.* Viri hic clari literis & doctrina fuerunt *Muſæus* Poeta, *Solon*, *Socrates* Philoſophorum omnium præceptor, *Xenophon*, *Plato*, *Iſocrates*, *Demoſthenes*, *Thucydides*, & innumerabiles alii. Quod ad veterum Græcorum religionem, regnavit apud eos Idololatria. Deorum Dearumque numerus fuit infinitus. Auguſtinus de Civitate Dei lib. III, ex Varronis ſententia affirmat, ſimul tam apud Romanos, quam Græcos extitiſſe 3000 Deorum, quorum CCC Ioves erant. Vnicuique ſuus Lar, ſuum Numen domeſticum. Vnicuique affectui, commodo, incommodo, periculo, ſuus tutelaris Deus: unicuique Deo ſuæ Ceremoniæ, ſuæ preces, ſui Sacerdotes, ſua Sacrificia, & libationes. Vulgus Græcorum hodie antiquitatis nihil retinet. Nam promiſſam plerumque geſtat comam, anterioremque capitis fronti imminentē partem tondere ſolet: duplicatoque & craſſo pileo utitur. Omnes univerſim pauca ſupellectile, uti Turcæ contenti ſunt: nec plumeis lectis incumbunt ſed culcitras ſive centones lana, aut tomento ſuffultos ſubſternere ſolent. Odioſum omnes cēſent Vinum aqua diluere, & etiam nunc poculis ſe invitant: ſed mulieres eorum Sympoſiis non interſunt, neque accumbunt in accubationibus epularibus. Vetus etiam Mortuos deplorandi conſuetudo apud Ethnicos perdu-

Schola.

Ingenia & bonarum artium ſtudiis celebres viri.

rat in
Patria
tanis c
ca. Ar
hæred
cram
deteſt
tulo d
torum
Begler
novæ
tanei
rantur
per mi
equis
tinent
bey m
equite
in ſubſ
tur, qu
fatales
præſta
millia
noſtri

rat in Grecia. Religione Græci Christiani a Romanis dissident, gaudentque titulo Ecclesiarum Orientalium. *Patriarchæ* ipsis quatuor, *Constantinopolitanus*, *Alexandrinus*, *Hierosolymitanus* & *Antiochenus*. Hi a Metropolitanis creantur, ut a Cardinalibus Papæ: sed ii perpetua Sanctimonia vitæ celeberrimi. Modestia in illis mirifica. Annuus singulorum reditus CCCC aureorum ab Ecclesiis quibus præsunt emendicatus. Nihil Ecclesiasticis hæreditarium. Vxorem, sed unam tantum ducunt, Sacramenta duo duntaxat agnoscunt Baptismum & Sacram Cænam. Sub utraque specie communicant, Pane & Vino. Purgatorium ignem execrantur: Sculptilia detestantur: Rasuram verticis non admittunt. Ceterum Græci qui opulentiores sunt, & qui auctoritatis titulo delectantur, vestibus utuntur consuetudini ipsius Principis convenientibus. Qui Venetis subsunt, Venetorum vestiuntur more: qui sub Turca sunt, Turcicis similes vestes gestant. Rector Græciæ vocatur *Vromeli Beglerbey* id est Rom. Principum Rex, præest enim omnibus regionibus, quas in Europa habet Turca, quæ novæ Romæ Constantinopoli subjectæ fuerunt. Hic sub se habet XL *Sangiagler* sive *Sangiacos*, qui sunt Capitanei Copiarum Equestrium ex Spachoglanibus electi, & in principalibus Civitatibus provinciarum commorantur ad continendum eos in officio & pace, ipsisque CL *Sobasci Cimmeriotæ*, aut plures, qui sunt quasi Vicarii per minora Opida distributi. Sub his autem Sangiacis XXX M *Spachi* sunt, quorum quilibet tribus aut quatuor equis meret. Et sunt hi Spachi per Flamboler, hoc est, vexilla distributi, quæ CC, CCC, CCCC, aut IↃ equites continent. Inter Sangiacos potentiores sunt Rector *Modenæ*, qui præest toti Moreæ, qui ad mandatum Beglerbey mille equites adducit, quos suo stipendio sibi devinctos habet. Item Gubernator *Bosnæ* habens IↃCCC equites, & *Thessalonicæ* habens IↃ equites, quorum centum perpetuo penes se servat, reliquos monitus Turcæ in subsidium mittit. Sunt præterea sub hoc Beglerbeyo Sangiacis subjecti XX M Equitum, qui *Tymariotæ* vocantur, quod ex Tymar, hoc est ærario Imperatoris stipendia habeant. Et item LX millia *Akingi* sive *Acconti*, id est fatales sive periclitatores, qui liberi & exempti a contributionibus absque ullo stipendio equites serviunt, victū præstantibus Civitatibus per quas transeunt. Sunt etiam multi feudatarii *Mossilm* dicti, qui aliquando ad LX millia Equitum & magnum Peditum numerum colliguntur. Longum foret omnia accurate referre: neque id nostri hoc tempore instituti est, quare ad specialiora Græciæ pergo. *Vistitus.*

Regio unde dicta Nomina.

GRÆCIAM alii aliter diviſerunt. Quibus omiſsis, Mercatorem noſtrum ſequemur, qui tribus Pinacibus ejus partes graphice nobis & eleganter delineat. In hac autem Tabula tres Græciæ Provincias proponit, *Macedoniam*, *Epirum* & *Achaiam*: proxima *Moream*: Tertia & poſtrema *Candiam*. Primo loco occurrit *Macedonia*, ampliſsima regio a *Macedone* Rege Oſiris filio, alii dicunt Iovis & Thyæ nomẽ ſortita: vel ut Solino placet, a Deucalionis Nepote. *Emathia*, ante dicebatur, Plin. & Trogo teſtibus. *Paeoniam* primo vocatẽ ſcribit Livius, deinde *Æmoniam*, *Edonia* item & *Pieria*, Solino. *Bœotiam* quondam dictam ſcribit Trogus. Ejus partem *Macetiam* dictam ſcribunt Steph. & Heſychius; & inde totam regionem nomen accepiſſe, refert Euſtathius in Dionyſium. *Cethim* item in libris Machab. ubi legimus Alexandrum egreſſum eſſe ex terra *Cethim*.

Situs.

In medio duorum marium Ionii ab Occaſu & Ægei ab Oriente deſcribitur: ab Aquilone Dalmatiæ partem & Mœſiam Superiorem: a Meridie Epirum & Achaiam attingit.

Soli qualitas.

Regio circumquaque fertilis: Montibus maximis circumvallata: cujus ora juxta Ionium Mare plana, ac nemoroſa eſt: nam tota ea pars *Albania* nunc dicta, quæ ſatis ampla, fertilis & amœna eſt. Auri præterea & Argenti Metallis ſatis dives eſt, atque in ea olim incognitum quoddam Auri genus, teſte Ariſtotele inventum eſt: Aſphaltum quoq; iſthic ex venis terræ eruitur. Gignit & Macedonia lapidem quem *Pœantiden* vocant. Hunc eundem & concipere & parere, & parturientibus opitulari fama prodiga eſt, ut Solinus ſcribit.

Imperium majorum.

Hæc eſt Macedonia (inquit Plin.) *terrarum imperio potita quondam: hæc Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucaſum tranſgreſſa: hæc in Bactris, Medis, Perſis dominata, toto Oriente poſſeſſo: hæc etiam India victrix, per veſtigia Liberi Patris atque Herculis vagata: hæc eadem eſt Macedonia, cujus uno die Paullus Æmilius Imperator noſter* LXXII *urbes direptas vendidit. Tantam differentiam ſortis præſtitere duo homines.*

Urbes.

Macedonia regiones plures in ſe complectitur, inter quas *Theſſalia* quæ nunc *Comenolitari* Caſtaldo, præſtantiſsima eſt. Vrbes Macedoniæ olim multæ & nobiles. Hodie præcipuæ ſunt *Theſſalonica*, nunc etiam ut olim frequenter a variis gentibus Chriſtianis habitata, & Iudæis, qui ibi LXXX Synagogas habere referunt. Sedes hodie Sangiaci Macedonici, Hic ad juſſum Beglerbeii, quoties Turca expeditionem aliquam parat. 10 Equites bene armatos habet, quorum C perpetuo penes ſe ſervat in defenſionem limitis ſui. Huic vicina *Siderocapſa* Metallis Auri celebris, *Pella*, ubi Gazæ regiæ cuſtodiebantur, & Equæ regiæ ad fœturam alebantur numero ſupra 3000: Plin. & Str. prodentibus. *Stagyra* Ariſtotelis patria. *Apollonia* in qua Auguſtus Cæſar Græcas literas didicit. *Dyrrachium* quod ante dicebatur Epidaurus e regione Brundiſii: *Aulon*, *Croia*, *Cavalla*. Flumina Macedoniæ ſunt poſt *Strymonem* in finibus Thraciæ *Axius*, *Erigonus*, *Aliacmon* & *Peleus*. Montes habet *Pelion*, *Oſſam*, *Pindum*, *Nymphæum*, *Athon*, Athos ingens eſt, aſper, aditu perdifficilis, umbras etiam in Lemnum uſque Inſulam proiicit: conſitus eſt Vite, Olea, Lauro, Myrtho. Pomis: nunc a Caloieris incolitur tanta religione, ut etiam Turcæ eo ſolo abſtineant, ſæpe etiam Monachos ornent muneribus & eleemoſynis.

EPIRUS,


ROMANIÆ PARS
GOLFO DI VENETIA
ALBANI A
MACEDONIA
EPIRUS
THESSALIA
LIVADIA
MORE A
CHIPELAGO
MAREDEI ARCHIPELAGO
Golfo de Lodrin
Golfo di Lepanto
Golfo di Tessa lonichi
Occidens
Oriens
Meridies
Septent.
Italiæ pars
Milliaria Italica
MACEDONIA, Epir. et Achaia
Thessalonica
Pella
Amphipoli
Philippi
Pergamum
Maximinopolis
Asperosa
Neostria
Eria
Taso Insula
Sal
Heraclia
Scotusa
Casal Europia
Europo
Torpillus
Aschra
Salonichi
Andarisso
Vardara flu
Horma
Erigonus flu
Almana
Dimir cast
Ardea
Coiari
Ostro
Heraclia
Pelagonia
Fano
Binchilla
S. Nicolo
Aliagmo flu
Dion
Eloro
Idrio
Platamona
Camistro
C. Camistro
C. Easio
Arsura
Pelagnisi
Sagra
Drymo
Prasonisi
Saraguino
Opula
Magnesia
Scanda
Schiro
Phere
Fiola
Facas
Vollo
Larissa
Armiro
Janizari
Ragin
Cyparia
Buchicia
Comiga
Tricola
Jamna
Gomphi
Itheme
Chiretie
Eatsa
Risno
Antopatra
Lipso
Litar
Tanagra
Valona
Negroponte
Locri
Thebe
Oenoe
Megara
Athenienses
Salona
Lepanto
Elatea
Vasilidi
Galaro
Arachthus
Vodiza
Plourona
Leucas nunc S. Maura
S. Maura
Nerico
Vlisicarao
Dulichio
Cephalonia
Valeompare
Patras
Helice
Vostica
Sicyon
Corynto
Morea
Sineri
Lepanto
Naupactus
Calydon
Aetolia
Amphiloca
Larta
Anactorium
Actium
Prevesa
Durazo
Vatax
C. de Durazo
Lodrin
Canota
Scutari
Antivari
Rocha
Rochaz
Endero
Straza
Pistrina
Lanana
Iffirga
Drino
Drinasso
Sat
Stalusi
Nova
Ragusa Vet.
Cataro
Cattaro
Cauaz
Thiguez
Scupi
Niso
Casi
Siona
Vranopoli
Boiani
Aioniam
Palene
Acrota
C. de monte santo
Oliserio
Talipso
Lentaria
Dardasi
Clodiana
Busar
Polina
Vdagrada
Salnich
Valona
Sidna
Clisu
Canina
Azoro
Argiretas
Chimera
Aladrina
Lan
Dcuino
Sanda
Corsi
Elatria
Fanaro
Pachsu
Antipachsu
Vodizza
Leucas nunc S. Micolo
Nerico
Vlisicarao
Dulichio
Cephalonia
Valeompare
Sasena
C. de la Tenguetta
C. de Otranto
C. di Caurion
C. de S. Maria
S. Maria de Casopo
S. Angelo
Pt. Timon
Lenalli
Pelio
Ta
riza
mo
Porto Raguseo
Cauaz
Endero
Rochaz
Straza
Pistrina
Lanana
Iffirga
Drino
Drinasso
Sat
Stalusi
Nova
Ragusa Vet.
Cataro
Cattaro
Scupi
Niso
Thiguez
Casal Europia
Europo
Torpillus
Aschra
Salonichi
Andarisso
Vardara flu
Horma
Erigonus flu
Almana
Dimir cast
Ardea
Pella
Amphipoli
Philippi
Pergamum
Maximinopolis
Asperosa
Neostria
Eria
Taso Insula
Sal
Heraclia
Scotusa
Coiari
Ostro
Heraclia
Pelagonia
Fano
Binchilla
S. Nicolo
Aliagmo flu
Dion
Eloro
Idrio
Platamona
Camistro
C. Camistro
C. Easio
Arsura
Pelagnisi
Sagra
Drymo
Prasonisi
Saraguino
Opula
Magnesia
Scanda
Schiro
Phere
Fiola
Facas
Vollo
Larissa
Armiro
Janizari
Ragin
Cyparia
Buchicia
Comiga
Tricola
Jamna
Gomphi
Itheme
Chiretie
Eatsa
Risno
Antopatra
Lipso
Litar
Tanagra
Valona
Negroponte
Locri
Thebe
Oenoe
Megara
Athenienses
Salona
Lepanto
Elatea
Vasilidi
Galaro
Arachthus
Vodiza
Plourona
Leucas nunc S. Micolo
S. Maura
Nerico
Vlisicarao
Dulichio
Cephalonia
Valeompare
Patras
Helice
Vostica
Sicyon
Corynto
Morea
Sineri
Lepanto
Naupactus
Calydon
Aetolia
Amphiloca
Larta
Anactorium
Actium
Prevesa
Durazo
Vatax
C. de Durazo
Lodrin
Canota
Scutari
Antivari
Rocha
Rochaz
Endero
Straza
Pistrina
Lanana
Iffirga
Drino
Drinasso
Sat
Stalusi
Nova
Ragusa Vet.
Cataro
Cattaro
Cauaz
Thiguez
Scupi
Niso
Casi
Siona
Vranopoli
Boiani
Aioniam
Palene
Acrota
C. de monte santo
Oliserio
Talipso
Lentaria
Dardasi
Clodiana
Busar
Polina
Vdagrada
Salnich
Valona
Sidna
Clisu
Canina
Azoro
Argiretas
Chimera
Aladrina
Lan
Dcuino
Sanda
Corsi
Elatria
Fanaro
Pachsu
Antipachsu
Vodizza
Leucas nunc S. Micolo
Nerico
Vlisicarao
Dulichio
Cephalonia
Valeompare
Sasena
C. de la Tenguetta
C. de Otranto
C. di Caurion
C. de S. Maria
S. Maria de Casopo
S. Angelo
Pt. Timon
Lenalli
Pelio
Ta
riza
mo
Porto Raguseo

Regio & unde dicta. EPIRVS, Græciæ Regio Ptol. & ceteris. *Chaoniam* olim dictam, scribit Martianus Capella: *Oriciam & Dodonam* ex Dionysio & Thrasibulo Grabelius. Hodie *Albaniam* vocari, scribunt Leander & Erythræus, *Larta* Richerius & Æneas Silvius: *Janinam* nuncupari Castaldus ait. Terminatur hæc regio ab Oriente Acheloo fl. a Meridie Hadriatico Mari abluitur: ab Occidente Ionio pulsatur Mari usquem ad Celydnũ amnem seu Pepylychnum: qua Septentrio est habet Macedoniam. Regio multis in locis nemorosa & sterilis, ad oram vero maritimam satis fertilis. Scribit Plin. Mala Orbiculata, ex figura orbis in rotunditatem circumacti, dicta, in Epiro primum provenisse, atque inde Græcis *Epirotica* vocata. Animalia producit magna excepto Asino, imprimis. Boves & Canes magnitudine egregia, atque etiam Oves. Equos generosos Epiri commendat Virg. 1 Georg.

Situs.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

India mittit Ebur, molles sua thura Sabæi.
At Chalybes nudi ferrum virosaque pontus
Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum.

Imperium majorum. Hanc regionem auctore Trogo *Molossi* primum tenuerunt. Troianis vero temporibus rexit *Ulysses*. Post quem ad *Æacidas* res pervenit, sub quibus longe propagatum Imperium. Deinde locus is ad *Romanos* postremo ad *Constantinopolitanos* pervenit Imp. & eorum concessione ad *Despotos*, familiam quandam magni Epiri. Sed hanc Turca *Amurathes* expulsis Christianis Principibus ante XL annos sibi subjugavit. Vrbes hic sunt *Dodona* oraculo Iovis Dodonæi celebris. *Nicopolis*, ab Augusto in memoriam victoriæ, cum navali prælio superavit Marcum Antonium & Cleopatram Reginam, condita. Civitas olim fuit egregia & Incolis frequentissima: nunc *Prevesa* dicitur. *Ambracia*, nunc *Larta* a fl. cognomine. Fuit hæc Pyrrhi Epirotici regia, patria Cleombroti Ambraciotæ, qui referente Cicerone, lecto Platonis libro de animæ immortalitate, pertæsus miseriarum vite, è loco edito se præcipitem dedit. *Actium*, quam etiam Acarnaniæ clarissimam urbem ponit Gerbelius. Hæc Augusti fuit Colonia, nunc *Capo Figulo* in recentibus tabulis. *Buthrotum* Str. & Virg. *Colonam* vocat Plin. *Butrinto* hodie Sophians. Et *Leucas* ubi Apollinis delubrum & saltus, quo crediti sunt amatores ab amoris æstu liberari, & ex quo prima omnium auctore Strabone, Sappho Poëtria desiliisse fertur, ut Ovidius etiam in epistola Sapphus meminit. Amnes Epiri sunt *Acheron* Ptol. *Aeheros* Livio. *Achelous* Str. Sophiano *Aspri*, Nigro *Catochi*, Kyriaco Anconitano, *Geromlea*. Montes, *Ceraunii* seu *Acroceraunii* altitudine famosi, nautis formidabiles. Nam quotiescumque nubeculæ inde elevantur, tempestates in eis maximæ exoriuntur. *Stymphe*, ex quo *Arachtus* fl. profluit, teste Str. Incolæ, Bellonio referente, turmatim sua regione æstate egrediuntur, ob soli sterilitatẽ, atque alio proficiscuntur, nempe in Macedoniam, Romaniam, & Natoliam, ubi operam Turcis locant lucri gratia, veluti ad segetes metendas, & Frumentum expurgandum: qui postea messe perfecta domum Autunni tempore redeunt cum uxoribus & liberis vetam traducturi. Sunt autem Christiani, & peculiarem habent linguam Græca diversam: religionẽ tamen Græcam colunt, & qnoniam Græciæ vicini sunt. Græcũ etiam Idioma callent.

Urbes.

Flumina.

Montes.

Vulgi mores.

Reliqua

RESTAT in hac Tabula *Achaia*, Græciæ regio. Hanc Ptol. *Helladem* quoque nominat. *Meram Græciam* vocat Plin. Cæcilius in epistolis. Terminatur a Septentrione Thessalia juxta amnem Sperchium, Sinum Maliacum, & Oetam Montem, ab Occasu Acheloo amne, ultra quem mox Epiri tractus incipit: qua Oriens est, nonnihil in Septentrionem reflectendo Ægæo Pelago, & Myrtoo pulsatur usque ad *Sunium* Promontorium, nunc *Capo delle Colonne*: qua Meridies est Peloponnesum habet objectam Isthmo conjunctam. Regiones apud Scriptores hic 1x reperio, quæ sunt *Doris* regio juxta Parnassum. *Ætolia* ad *Evenum* fl. Hæc ad Arctum plana, & fertilis, ad Austrum aspera ac sterilis. Multas vetustissimas habuit urbes, inter quas præstantissima fuit *Calydon*, quę hodie cum reliquis in ruinis jacet. Hanc regionem *Evenus* liquidissimus amnis perfluit, qui in mare devolvitur. *Locrorum* & *Opuntiorum* regio, aspera erat, quorum *Amphissa* Vrbs maxima & nobilissima. In hac etiam *Naupactus*, quam alii in Ætolia locant. *Phocis* juxta Parnassum montem. Vrbs ejus *Delphi*, ubi Templum Apollinis sumptuosissimum & Oraculum. *Bœotia*, inter montes sita agro potitur humido & paludoso, sed pingui & frugibus fœcundo. Vrbes *Ascra* ad Heliconis radices, Hesiodi patria. *Orchomenus*, Tiresiæ oraculo clara. *Thebæ*, quæ neque Athenis cedebant olim claritate, Plinio prodente. Multorum illustrium Virorum patria. Nunc vero prostratæ & diruiæ jacent. *Cheronæa*, patria Plutarc. *Platæa* memorabili victoria Græcorum Duce Pausania adversus Mardonium nobilis. *Tanagra* Vrbs superstitiosissima. *Aulis*, ubi Græci ad Troiam profecturi congregati fuere. *Attica*, terra sterilis ac silvosa. Vrbs primaria *Athenæ*, Pomponio clariores quam ut indicari egeant. Euripidi apud Athenæum Græciæ Gracia, seu Græcię compendium. Valde prædicat illam urbem Cic. oratione pro L. Flacco: lib. 11 de Legibus, & in Dialogo de partitione. Fuerent & *Marathon* celebri Miltiadis victoria notissima. Et *Eleusis* clara sacris Ceteris quæ *Eleusinia* dicta fuere. *Megaris*, a Steph. aspera vocatur. Hujus Vrbs *Megara* quæ ipsi regioni nomen dedit juxta Isthmum posita. Fluvii Achaiæ celebriores sunt: *Ismenus*, Thebas urbem adluens Bœotiæ fl. *Cnopus* quoque Straboni *Asopus*. Homero herbidus cognominatus. *Evenus*, ante *Lycormas* Apollodoro & Strab. testibus. Fluvius est Ætoliæ. Montes celebres *Parnassius*, Lucano lib. v *Mons Phœbo Bromioque sacer*: in ipso totius Orbis medio Claudiano & Lucretio situs. *Helicon* Plinio Musis natale. *Hymettus* Melle, Marmore, & omni eo, quod ad Medicinam utile est, clarus. *Cytheron*, a Cithara dictus Lactantio, quod illic frequenter hoc organum personaret & aliis Poëtarum versibus decantati. Episcopatus porro in hac Tabula juxta Provinciale Romanum sunt: Archiepiscopus *Philippensis*, cujus Suffraganei *Christopolitanus*, *Dragonensis*, *Chrisopolitanus*. Arch. *Serestanus* nullum habens Surffraganeum: Arch, *Thessalonicensis*, sub quo *Citrensis*, *Verensis*. Arch. *Laricensis*, sub quo *Dinutriensis*, *Almurensis*, *Armiro* credo: *Cardicensis*, *Sidonięsis*, *Dinucensis*, Arich. *Neopatensis*, sub quo *Lariatensis*. Archiep. *Thebanensis*, *Joro cemensis*, *Castorinensis*, Arch. *Athenienſis*, sub quo *Thermopylensis*, *Davalienſis*, *Salonenſis*, *Nigroponteńsis*, *Molgarensis*, *Megara* opinor, *Roonensis*, *Eginnensis*. Arch. *Corcyrensis* & *Duracensis*.

Regio & inde dicta.

Situs.

Urbes

Flumina.

Montes.

Regio.

HÆc de præcipuis Græciæ Regionibus quæ sunt in Continenti: *Morea* & *Candia* succedunt explicandæ. Prior *Peloponnesus* Ptolemæo, Straboni, Steph. Procopio ceteriſque, Peninſula eſt, hodie *Morea*, a *Maurorum* fortaſſe incurſionibus. Olim Appollodoro & Plinio teſtibus *Apia* & *Pelaſgia* vocata fuit. *Argos*, & poſtea *Argos Achaicum* nuncupatum, tradit Strabo; & *Achaiam* Oroſius I cap. II.

Nomina.

Item Apuleius VI Aſini. *Pelopia* etiam Euſtathio: & *Inachia* Stephano. *Ægialia* vocatur quoque in Euſebii Chronico.

Unde dicta.

Peloponneſo nomen eſt a *Pelope* homine Barbaro, qui ex Aſia profectus hic regnavit. *Pelopis* enim Inſulam ſonat, cum Inſula non ſit, ſed Peninſula, Platani folio, ut ſcribit Mela, ſimillima, pari pene longitudine & latitudine. Ejus Perimetrus eſt quatuor M Stadiorum, quibus Artemidorus addit CCCC. Iſthmo adhæret continenti, cujus Latitudo eſt Stadiorum XL. Anguſtias iſtas perfodere multi irrito auſu tentaverunt, quos inter Demetrius, C. Cæſar, Caligula, Nero & alii: quo inſtituto fruſtratis, murum ducere placuit, quem *Hexamilium* vocaverunt. Eum Amurathes Turca dejecit, Veneti reſtituerunt, Anno CIↃCCCCLIII ſpacio XV dierum; ſed Turcæ iterum eumdem poſtea ſolo æquarunt. In hoc Iſthmo Neptuni olim Templum fuit, ad quod *Ludi Iſthmici* celebrati. Ceterum *Peloponneſum* ad Ortum reſpicit Mare Creticum: ad Occaſum Ionium ſive Hadriaticum: ad Septentrionem Corinthiacum habet Sinum, & Saronicum, inter quos Iſthmus clauditur: ad Meridiem habet Mare Mediterraneum. Peninſula porro hæc Caput & Arx totius Græciæ eſt, &, ut ait Plinius, haud ulli terræ nobilitate poſtferenda. Ea ſiquidem rebus omnibus, quæ vel ad victum uberiorem vel ad elegantiorem vitæ cultum ſpectant, ſua fœcunditate, affluentiaque inſignis eſt. Colles enim & planicies frugiferas habet, ac Sinibus & Portubus refertiſsima eſt, quos Promontoria multa efficiunt. Peloponneſum incoluere *Elii*, *Meſſenii*, *Achivi*, *Sicyonii*, *Corinthiaci*, *Lacones*, *Argivi*, & *Arcades*. Fuitque hæc Græciæ pars toto Orbe quondam maxime celebrata propter *Mycenarum*, *Argivorum*, *Lacedæmoniorum*, *Sicyoniorum*, *Elienſium*, *Arcadum*, *Pyliorum & Meſſeniorum* Reſpublicas, & Imperium, ex quibus multi claruerunt Principes, ut *Agamemnon*, *Menelaus*, *Aiax*, & alii. Ac loci ipſius, tum ſitus, tum majeſtas Imperium quondam totius pene Græciæ obtinuit. At hodie tota *Peloponneſus Turcarum* dominio ſubjecta eſt, quemadmodum & reliqua Græcia: licet fuerit ab aliquot *Regulis* Græciæ quos *Deſpotas* vocant, & a *Venetis* annis ſuperioribus gnaviter defenſa. Præeſt autem nunc Turcæ Imperatoris nomine toti Moreæ *Sangiacus*, inter ceteros potentiſsimus, qui Modoni moratur, & ad mandatum *Beglerbeii* totius Græciæ mille equites adducit, quos ſuo ſtipendio alit. Vocatur hic *Sangiacus* a Barbaris *Morabegi*: cujus annuus in hac Provincia reditus eſt IↃCC mill. aſprorum, hoc eſt XIV mill. Aureorum. Vniverſam autem hanc regionem in octo Provincias fuiſſe diviſam ex Ptol. & aliis auctoribus conſtat, quæ ſunt *Corinthia*, *Argia*, *Laconica*, *Meſſenia*, *Elis*, *Achaia*, *Sicyonis* & *Arcadia*.

Imperium majorum.

Urbes.

Corinthia in Iſthmo ſita eſt: nomen ei a primaria urbe quæ primum *Ephyre* dicta fuit. Eam Cicero

merito


47
48
septen. 49
50
51
38
37
30
35
occidens
orientis
Meridi. 49
Golfo de Lepanto
Golfo de Engia
Mare
Golfo de Napoli
del Archi-
pelago
Golfo de larcadia
Golfo de Corinto
Golfo de Colochina
MARIS MEDITER.
RANEI
PARS
MOREA
Milliaria Italica
Calydon
Argos
Vedrinisa
Crissa
Lagia
Salona
Rossa
Meliae
Etalia
Sabino
Corothia
Selines
Megara
Athene
Maraton
Brauron
Thurium
Munichie
Piro
Nisea
Pagae
Lepanto
Molheria
Lanbina
Necastro
Natolica
Gaiata
Colombo
Cuzolari
Pardanello
Helice
Triiene
Solacastro
Corynto
Sicion
Sutica
Fuor
Esena
Engia
Vostica
Zacoli
Trippiania
Nicia
Sabmutara
Gaimirimo
Culurita
Patras
Perus
Sidro
Trapano
Papa
Phare
Segunizo
Edrocalno
Salmineo
Cleone
Fisunto
Siveri
Melisse
Schilla
Damala
Mala
Pleda
Methana
Lauacra ca
lida
C. schilli
Didymi
Argos
Chaenm.
S. Vasili
Stympha
lus
Esmo
Saminthe
Dume
Cassaniza
Cortopeli
Ternari
Gardichi
Tegea
M. Cyllene
Leondari
Longanico
Aica
Lerna
Lycea
Tyrinthi rume
Pilis
Celenderus
Sidra
Chiarenza
Comea
Belvedere
Vardogna
Chivr
Vostica
Sorzi
Fria
Palamida
Napolivec
hio
Napoli
Phare
Forle
Pilos
Tornese
Elis
Ignano
Marbolo
Castri
Megapolis
Midri
Drobog
Iasa
Aracona
Ciutri
Carlona
Szorzi
Belvedere
Vinero
Frasio
Alphera
Alone
Phea
Biocha
Rayeli
Neospiti
Pericari
Landon
Belemia
Verie
Astro
Necastro
Mantinea
Gardichi
Phanna
Tunmis
Nico
Molino
Siderocastro
Burgulia
Calamata
Nedina
Artos
Navarino
P. Grongo
Prodeno
Modon
Sapienza
Carprera
S. Venetico
Coloiero
Mosmiga
Calame
Zornata
Porama
Sillà
Magamico
Bordagut
Crisso
Chiere
Magamaco
Colochina
Istrechia
Maina
Cadepoga
Vmlo
Cerigo
Dragonere
C. degalo
Faneromeni
Prestran
Goir
Castri de
Missitra
Meloreas
Zadarizo
Iria
Seleniza
Ormoas
Vasilocamo
Altamura
Vasilico
C. Rapan
Esapo
S. Angelo
C. Malio
Martan
Maluasia
P. delle botte
Betonia
S. Polo
Sammas
Strilla
Caramio
Belle pola
Zette porzi
Spoficie
Toastri
Stinali
Larcadia
Milo
Cithera
Cerigo

merito *Græciæ Lumen* vocat. Vtrimque Portum habuit, quorum alter Asiam, alter Italiam spectabat; quâ oportunitate loci urbs subito crevit: juvit eam etiam Isthmicorum ludorum celebratio. *Acrocorinthus* in monte erat III stadiorum ac dimidiati altitudine, sub ea erat *Corinthus* ambitu XL stadiorum. In vertice montis ædes eart Veneri sacra: cui vicinus mons *Pirene*, quem fama finxit a Pegaso illic ungulæ ictu excussum. Everſa est urbs a L. Mummio, quod in ea legati Pop. Romani exceptiessent indignius, postannos nongentos quinquaginta duos quam ab Alete Hippotis filio erat condita, ut est apud Paterculum. *Argia* sequitur: hodie *Romania* Ortelio. Vrbes hujus tractus *Mycenæ* regia Agamemnonis, unde Ovid. *Agamemnoniæ* dictæ, celebres a Templo Iunonis vetustissimo & religiosissimo, unde Argiva Iuno. Eam Cyclopes muro scribuntur cinxisse. Non procul inde fuit *Lerna* palus, ubi Hercules Hydram Lernæam, seu potius Latrones ad ea loca latrocinantes, sustulit, vicit & dissipavit. *Argos*, urbs extructa, ut aliqui perhibent ab Argo. *Nauplia*, hodie *Neapolis* Romaniæ urbs munitissima. *Epidaurus* in Saronici Sinus recessu, Æsculapii Templo celebris: *Amyclæ*. *Argiam* sequitur *Laconica* sive *Laconum* regio. Hujus Metropolis *Sparta*, quæ etiam alio nomine vocatur Lacedæmon, hodie *Misithra*: urbs olim magna & potens. Fuit hæc non muris, sed civium virtute septa; non hinc operum magnificentia sed disciplina institutisq; Lycurgi Pomponio memorabilis, & quæ cum Athenarum urbe de inde de Imperio dimicavit, quemadmodum Thucydides id libris VIII exposuit. *Leuctra* nota è Plutarcho a Filiarum Scedasi tristi & tragica historia. *Epidaurus* quæ hodie *Malvasia*. *Messenia* a Taygeto Monte & fluvio Pamiso ad Alpheum usque porrigitur. Primaria ejus urbs *Messene* ad mare sita, hodie *Mattagia* dicitur. *Aristomenis* Messenii præstantissimi viri patria, qui referente Pausania, hirsutum cor mortuus habuisse, deprehensus fuit. Sunt & *Methone* nunc *Modon*, insignis quondam & nunc Sangiaci Turcici sedes. *Corone* nunc *Corone*, *Pylus* patria & sedes Nestoris Homerici trisecli illius & dulciloqui. Et *ciparissi* hodie *Arcadia*. *Elis*, inter Messeniam, Achaiam & Arcadiam sita est. Vrbes, *Elis* per quam mediam Peneus & Alpheus fluebant, memorata Iovis delubro, Ludorum claritate fastos Græcorum complexa. *Olympia* celebris a ludis Græcorum solemnibus, quæ *Olympia* dicta fuere, & templo Iovis Olympii sumtuosissimo, quod hominum frequentia potentissimorumque Regum donariis adeo crevit, ut in tota fere Græcia nullum fuerit magnificentius, nullum clarius opibus, cum etiam Iove ipso nihil ibi putaretur sanctius, nihilque augustius. *Cypselus* Corinthiorum tyrannus, Iovem totum aureum Olympiæ consecravit. Deinde *Phidias* Athenienſis simulachrum ejus Dei, ex ebore & auro stupenda & insolita magnitudine erexit, utpote pedum LX. In quo opere illud ab aliis artificibus reprehensum, quod simulacri ad templum nulla esset proportio. Cum enim in eburneo throno sederet Iupiter, capiteque templi fastigium contingeret, necesse erat, siquando sedendo defatigatus ebutenus ille Deus surgere vellet, ut Templi culmen una cum tecto dejiceretur: Et *Pisa*. *Achaia* ab Ptol. *propria* cognominata, Ab Araxo Promontorio usque ad Sicyonios extenditur, quorum terminus communis est fl. Sus; ad

Australem

Auſtrum eſt mons Stymphalus, ad Septentrionem Sinus Corinthiacus. Vrbes *Dyme* quæ nunc *Chiarenza*, unde Promont. Araxeum vocant *Capo di chiarenza*: *Olemus*, *Patræ* urbs inſignis olim, nunc *Patras* dicitur: *Ægium* urbs recentioribus temporibus *Voſtiza* vel *Boſtizan* dicta, & a Turcis exciſa. Ægira urbs quondam primaria in colle aſpero atque difficili poſita, quæ nunc diruta jacet & *Xilocaſtro* dicitur. Et in Criſſæo Sinu *Helice*, *Bura*, *Pellene*. *Sicyonia* inter Achaiam & Aſopum ſita: primaria ejus urbs *Sicyon*, omnium Græcarum urbium vetuſtiſsima, & tempore Abrahæ condita, Templis, aris, ſtatuis, ſimulacris pleniſsima Fuit & *Phlius*, quæ forte ea eſt quam hodie vocant *Vaſilicon*. Supereſt *Arcadia* regio Peloponneſi mediterranea, undique a mari remota. Hujus urbs *Megalopolis*, patria Polybii graviſsimi ac ſapientiſsimi Scriptoris. Hodie *Leontari* dicitur. *Stymphalus*, unde Stymphalis palus, & aves Stymphalides. *Lilæa*, *Mantinea*, *Pſophis*. Civitates autem totius Peloponneſi nobiliſsimas, quaſi compendio complexus eſt Ovid. lib. VI Meta morph.

Finitimi Proceres coeunt urbeſque propinquæ.
Orchomenoſque ferax, & nobilis ære corinthus,
Oravere ſuos ire ad ſolatia reges:
Meſſeneque ferox, Patræque humileſque cleovæ,
Argoſque & Sparte, Pelopeiadeſque Mycenæ,
Et Melea Pylos, nec adhuc Pytheia Trœzen,
Et nondum torvæ calydon inviſa Dianæ,
Quæque urbes aliæ bimari clauduntur ab Iſthmo.

Amnes celebriores ſunt *Aſopus*, nunc Arbon Theveto; *Peneus*, nunc Nigro & Theveto *Igliaco*: Alpheus, qui adcolis *Rophea* dicitur, ut Sophiano placet, & ſecundum Nigrum *Orphea*: Italis vero nautis *Carbon*: atque huic fluvio CXL amnes inlabuntur: & albas maculas ac impetiginem ſanat. *Paniſus*, *Stromio* nunc Nigro: ſed *Pirnaza* in Tabulis Caſtaldi & Mercatoris, totius Peloponneſi fl. maximus. Hujus aquæ puerorum & infantium morbis mederi dicuntur. *Eurotas*, hodie *Baſilopotamo* Sophiano & aliis, ſed *Iris* Nigro; cujus ripæ Lauro abundant: & *Inachus*, qui *Planizza* hodie eſt Sophiano & aliis. Reliquos prætereo. Montes *Stymphalus* Mons Arcadiæ altiſsimus, qui Dominico Nigro *Poglici* dicitur. *Pholoe*, Xiria Nigro. *Cyllenius*, Melæ, *Cyllene*, Strab. totius Arcadiæ altiſsimus. *Mænalus*, *Mænalius* Melæ, *Cronium* Ptol. *Grevenos*, Nigro *Zarex*, Gemiſtus *Zaraca* vocat. *Minthe* Ptol. & Strab. *Olono* vocatur Nigro. *Evan* videtur apud Pauſaniam dici, ab Evoe Bacchantium voce: quod hoc loco Bacchus, & quæ eum ſequebantur mulieres, ſic exclamaſſe credantur. *Taygetus* Plinio, Pauſaniæ, Vibio & Steph. Peloponneſi mons in Laconica, Eurotæ flumini vicinus. In hujus ſummitate exiſtentibus, proſpectus patet per omnem Peninſulam, ut nulla celebris viſum effugiat Civitas. Hic Mons varias Feras nutrit, conſecratus Baccho, Apollini, Dianæ, Ceteri. In Morea Epiſcopi juxta Provinciale Romanum hi: Archiep. *Corinthienſis*, ſub quo *Argivenſis*. Arch. *Patracenſis*, ſub quo *Colonienſis*, *Mothonenſis*, *Coronenſis*, *Amyclenſis*, *Androvillenſis*. *Flumina.* *Montes.*

Regio & unde dicta.
Situs.

TANDEM ad postremam Europæ tabulam pervenimus, in qua nobis *Candia* cum aliquot exiguis circa Græciam Insulis a Mereatore depingitur. *Creta* Ptol. Maris Mediterranei Insula. Hodie *Candia* vulgo dicitur. Eam a Septentrione Ægæi fluctus verberant, ab Austro Libyci & Ægyptii, ad Occasum est Mare Hadriaticum, ad Ortum Carpathium. Forma oblonga est: ad Orientem Promontorium Samonium excurrit: ad Occasum *Criu Metopum*, contra Cyrenem: In Septentrionem vero tertium prominet quod Strab. lib. x vocat Cimarum, nunc *Capo Chesin* dicitur. Longitudo est CCLXX M.P. Latitudo L. Ambitus IↃLXXXIIX. Regio omnis aspera est & Montibus ubique horrens, sed fertilissima Frumenti, & pascua.

Soli fertilitas.

Mira soli indulgentia, arborarii proventus abundantes. Plinius quoque auctor est, quidquid in Creta nascitur, infinito pretio ceteris ejusdem generis antestare. Profert Vites, Oleas, Mala punica, Ficus, Mala aurea, Citrea. Malvaticum Vinum in hac sola Insula premitur, atque ex ea Venetias & in reliquas Orbis partes defertur. Hoc Vinum antiqui *Pramnium* vocarunt, auctore Bellonio. At Volaterranus putat hodie Arvisia, Malvisia dici, adjectione unius literæ: additque id genus vitium ex Arvisio Chius Insulæ promontorio (unde Arvisia Vina olim) in Cretam esse delatum. Profert item Mel, Ceram, Caseum, Coccum, Ladanum copiose, Dictamon soli Cretæ peculiarem. Insula omnis Lupum, Vulpem Serpentem, aut omnino Animal noxium præter Phalangium, natura non habet. Eam ob causam magna cum securitate Animalium greges noctu in arvis pasci sinunt, præsertim Ovium & Arietum, qui *Striphocers* ab illis appellantur. Varia autem producit Animalia. Hoc etiam de Creta auctores prodiderunt, Noctuam non habere, eamque mori quando invehitur. Rexere Insulam primum *Jupiter*, tum *Rhadamantus* post *Minos* & *Græci. Romanorum* potestatis facta est a Metello, qui ex re *Creticus* dictus est. *Constantinopolitani* eam postea tenuere: *Balduinus* Comes Flandriæ & Imp. Constantinopoleos dedit *Marchioni* Montisferrati, a quo vendita est *Venetis* anno CIↃCXCIV immani Auri pretio: itaque adhuc illorum Imperium agnoscit. Olim centum urbibus claram fuisse prisci Scriptores tradunt: earum circiter XL Plinii ætas novit. Vrbium notissima *Gnossos*, Minois aliquando regia, a qua Gnosius arcus, tela Gnosia dicûtur. Sequitur *Cortyna*, unde tela Cortynia, vellis Cortynia. Claudianus de raptu Proserpinæ lib. II Ovidius.

Animalium varietas.
Imperium majorum.

Urbes.

Crispatur gemmo vestis Cortynia cinctu. Tum *Phæstos.*
Proxima Gnossiaco jam quondam Phæstia regno *Progenuit tellus.*

Et *Cydon*, unde Arcus Cydonius, Cornu Cydonium. Et *Dictinna*, *Manethusa*, *Lycastos*, *Lyctos*, *Holopixos*, aliæque. Hodie vero, Bellonio auctore, tres tantum alicujus nominis habet urbes: quæ sunt *Candia*, olim *Matium*, urbs totius Insulæ prima, a qua universa Insula appellationem desumpsit. Amplitudine secunda post Candiam, *Canea*, olim *Cydon*. Tertia est *Rhetymo*, quam veteres *Rhethymnam* dixere. Paullo incommodiorem habet hæc Portum: at *Canea* & *Candia* commodissimos habent.

Flumina.

Flumina per universam Insulam nulla sunt quæ navem ferant. Sunt tamen multi & magni rivi, in quibus sponte sua Colocasia proveniunt. In

littore


I. Corfu
Pars Græciæ
S. Maria Car.
Casali
S. Vido
S. Agnolo ca
Corfu
Crisidia
Pagiopoli
Gardici
Gudia I.
Casali
Cefaloniæ pars
Castel Tornese
Spiaza
Zante
Gaetani
Plamati
Lambeti
S. Giorgio
P. Peloso
ZANTE
Antimolo
Argentiera
S. Demetrio
Apanocas.
S. Elia
Atili
S. Basilio
Milo
Baruoto
Peteni
MILO
NICSIA
Apollonos
Mellatio
Ville
Cdostro
Nicsia
Fontana
dariano
Tempio di Bacchio
SCARPANTO
C. Calamo
Menete
Corach. R.
Scarpanto
Fianti R.
Cardamilla
S. Theodoro
Zorsadori
SEPTENTRIO
MARE DE CANDIA
C. Spada
Cecerigo
Dictamo
Suda
Retimo
Atalli
Gangro
Pantonia
Retimi territorium
Candia
Terri toriu.
Catapina
Edelo
S. Nicolo
Cresonello
S. Antonio
Candie
Cacchianpiali
Epihisa
Napuliar
Saline
Minolo
Epicidomo
Picorna
Lappia
Goza
Ginosa
Monasterio
Mirino
Cisamopoli
Stil v.
S. Brantin
c. Panonia
Lassa c.
Le fendina c.
Laberinto
Chetina
Bonifacio
Caco
Phalaarna
Olerno
Ludro
S. Constantio
Aperiopoli
Elinero
Territorium Caneæ.
Maura pilla
Cornico
Traba
Fenice
Pennico
S. Biasio
C. Nouo
Grotina
Nefisa
Arcatina
Sueta ca
Giropola
Stramatali
Matalia
Antropoli
Fonte
Ceraton
Gaiderones
Pentalo C.
Falconera
Standia
Louo
Cazucai
Dionisades
C. de S. Zuane
Limni
Sittia
Muslo
Sittiæ
Olo
S. Isidoro
Circo
Molixopoli
C. Palio
terri torium
Samoni
Verapolo
Garubas
Girpetra
Corronese
Xacro
Christiana
OCCIDENS
ORIENS
MARIS MEDITERRANEI PARS
Milliaria Italica
10 20 30
CANDIA
MERIDIES

123

littore Septentrionali sunt *Melipotamus*, *Scasinus*, *Cladilis*, *Epicidomus*, *Giffo*, *Divotro*: versus Occidentem est *Nepuliar*: versus Meridiem *Limens*. Piscem habet Creta in littoribus admodum frequentem Muli Barbati magnitudine, aliis regionibus valde rarum, qui *Scarus* dicitur, cujus veteres auctores sæpe meminerunt, & apud Romanos olim in deliciis fuit, primarium inter pisces locum facile obtinens. Montes ejus nobiliores sunt tres, *Ida*, qui *Psiloriti* adcolis vocatur: *Leuci* qui Plinio *Cadissi*, nunc vocantur *de Madara*: & *Dicta*, qui *Sethia*. Adeo celsi sunt, ut nix tota hieme eos operiat: tametsi Cupressi hinc inde inter saxa convallium nascantur. *Mons Ida* omnium est eminentissimus. Hic ante Solis ortum Solem videt: nam ut est apud Lucretium:

Montes.

——— *Idæis fama est è montibus altis Dispersos igneis orienti lumine cerni.*

Stirpibus rarioribus Herbisque variis abundat, quæ a Bellonio lib. I cap. VII enumerantur. *Labyrinthum* in Creta Dædali opus multi memorant: ejus, quemadmodum & Italici nulla vestigia fuisse suo ævo testis est Plin. lib. XXXVI cap. XIII. Mirandus propterea Incolarum stupor, qui etiam hodie ad radicem Montis Idæ pro vetere novum fictitiumque Labyrinthum ostentant: sed non est mirum Cretensem *Cretissare*. Incolæ vel Cœli Solique larga benignitate, vel suopte vitio fuerunt ad mala propensissimi. Mendaces olim, fraudulenti, rapaces, avarii, & vinosi fuerunt, ut auctores perhibent, laboris impatientes nullasque artes exquisite discentes: sed ut plurimum comessationibus, & potationibus dediti. Hodie vero naturæ impulsu, ut auctor est Bellonius, & ab ipsa pueritia Scythico arcu sese exercere solent, veterem sequentes consuetudinem. Namque tradunt eos olim Dianæ fuisse dicatos: propterea etiam ipsos Turcas arcus jaculatione superant: quinetiam dextri, agiles & strenui nunc in pugnis marinis sunt, sicut olim. Primi enim Cretenses navibus & sagittis valuisse scribuntur, quod ita capiendum puto, ut hi Græcorum primi hæc studia sectati sint. Nam ut est apud Philosophum cap. VIII lib. II Polit. *Videtur hæc Insula ad Principatum Græciæ nata, ac præ ceteris omnibus præclare sita. Imminet enim universo mari: cui Græci circumfusi sunt. Atque hac quidem parte exiguo abest intervallo a Peloponneso: illa, ab Asiæ loco qui est circa Triopium, & a Rhodo. Quocirca Imperium maris obtinuit Minos, atque Insularum alias subegit: alias quum diu fuissent desertæ, coli fecit.* Episcopatus in ea fuere iuxta Provinciale Romanum. Arch. *Cretensis*, nunc *Candianus*, cui hi subsunt Suffraganei: *Kirokensis*, *Archadiensis*, *Gerapetrensis*, *Sucinensis*, nunc *Sittia* opinor, *Milopotamiensis*, *Ariensis*, *Calamoniensis*, *Epicalamoso* forte, *Agiensis*, *Rissaniensis*. Arch. *Atridensis*, sub quo sunt *Casensis*, *Scopulensis*, *Napronensis*, *Margaricensis*, Arch. *Soltaniensis*, hos habet Suffraganeos, *Helenensem*, *Sudensem*, *Monovasiensem* *Tauristensem*, *Marrachitaniensem*. Arch. *Vostrenensis*, huic sunt Suffraganei *Tephelicnsis*, *Matrehensis*, *Cersonensis*. Atque hæc de Candia: restant paucis explicandæ aliquot circa Græciam Insulæ.

Opera publice.

Mores.

Corfu vulgo, *Corcyra* Ptol. Insula olim nobilis, bello & navibus imprimis potens. Distat a Epiro duobus mill. ubi fretum est arctissimum: ubi vero latissimum XX. Passus XCVII in longitudinem patet, teste Plinio.

Corfu.

Situs.

Cœli

Cœli hic mira clementia: qua fit ut Nemora ipsa ex Citris, Medicis, atque id genus arboribus constent. Solum fertile, abundans Vitibus, Oleis, Pomis, omnisque generis arboribus fructiferis: Mellis etiam ingens hic copia colligitur. Segetes vero minus lætas habet propter austrinos ventos, quibus exsiccatæ arescunt antequam ad maturitatem perveniant. Hodie *Venetis* paret, aquibus strenue adversus Turcarum rabiem defensa est. Vrbem habet cognominem. Incolæ Græci sunt. *Cœli temperies.* *Soli fertilitas.*

Zacynthus, vulgo *Zante*. Hanc inter Cephaleniam & Achaiam ponit Plin. Ipsa in circuitu colligit XXXVI mill. Ager Insulæ Frumentum profert magna copia: imprimis vero Vvas passas, Vinum & Oleum, ex quorum annuo proventu, Incolæ colligunt CL millia aureorum. *Græci* sunt & *Venetis* parent. Habet ejusdem nominis Opidum cum Arce in monte situm, mari imminens, Silvis obsitum, Aeris salubritate, pascuorum vicinorum ubertate, agrique fertilitate valde commendabile. *Mons* ipse *Elatos* dictus, nobilis est. *Zante.* *Situs.* *Soli fertilitas.*

Milo Insula, ea *Melos* prisco ævo dicebatur, in Cretico est mari. Ambitus LXXX milliaria complectitur. Feracissimos habet agros Frumenti & Olei, sed Vitibus parum accommodos. In hac etiam Argenti fodina & *Sardonius lapis* reperitur. *Milo.* *Situs.* *Soli fertilitas.*

Naxus, nunc *Nisia* Sophiano, & aliis. Hæc LXXX mill. in ambitu patet. Inter frugiferas Insulas hæc etiam numeratur. Vini admodum fœcunda est: in eaque Marmoris genus reperitur quod *Ophites* Græcis & Plin. maculosum, Serpentum maculis non absimile. Smirillus etiam lapis, Smiris Plinio, hic reperitur. Venam quoque Auri hic esse, sed desidia & ignavia Incolarum non inveniri, sunt qui credunt. Vespæ genus in ea, cujus punctio homini mortem adferre dicitur: Vespertilionumque magna copia. *Joanni Quirino* Nobili Veneto hæc quomdam paruit. Postea sub quodam Duce *Jacobo Crispo* fuit, quem *Solimus* Turcarum Imperator hinc expulit. Habitatur itaque hodie a Turcis & Iudæis. *Naxus.* *Situs.* *Soli fertilitas.*

Santorini vel *Santorino*, *Theresia*, Maris Ægar Insula, juxta Atticam, Straboni & Ptol. Formam nunc Lunæ corniculatæ habet, licet prius aliam haberet, antequam combureretur, & a mari in duas partes scinderetur, inter quas scopuli aliquot interjacent. Est etiamnum satis fertilis, & Portubus commoda. Incolæ piscationibus fere victum quærunt. Hæc etiam subjugata a Turcis est. *Santorini.* *Situs.* *Soli fertilitas.*

Scarparto, olim *Carpathus*, aut ut Homero placet *Crapathus* dicta. Carpathium hinc Mare. Situs ejus inter Cretam & Rhodum, medio fere itinere. Ambitus ejus LX, aut ut alii volunt LXX mill. pass. Ardua & montibus passim aspera: ac in ea Marmoris Lapidicina reperitur. Olim quatuor urbibus prædita erat, & ob id *Tetrapolis* nuncupabatur, ut habet in Homerum Eustathius. Habet multos Portus sed non admodum capaces, & male fidos. Incolæ Græce loquuntur, & Græcorum religionem amplectuntur: Venetorum tamen Dominio subsunt. *Scarpanto.* *Situs.* *Soli qualitas.* *Portus.*

Sed de Europa quæ dicta sunt hactenus, sufficiant. Reliquas igitur Orbis partes, & primum Africam, cui in nostra distributione post Europam princeps tribuitur locus, quod felix faustumque sit, ingrediamur.

BARBARIA.

Regio. *Vnde dicta.* *Situs.*

IN Africa, quam nos ſecundam cum Ptolemæo Orbis Partem fecimus, primo ſe offert loco *Barbaria* nobiliſsima Africæ regio. Ea nomen accepit vel a murmure inconcinno Incolarum, Arabibus dicto *Barbar*, eo quod Numidarum ſermo. Arabibus talis videatur: vel a frequentibus deſertis. *Bar* enim eorum lingua deſertum ſonat. Ab Ægypto ad Fretum uſque Gaditanum pertinet, complectiturq; Mauritaniam utramque, Tingitanam videlicet & Cæſarienſem, Africam proprie dictam, Cyrenaicam, Marmaricam, cum Libya exteriore. Statuunt illi recentiores Africæ Scriptores ab ortu Solis Marmaricæ (quæ hodie *Barcha* dicitur) deſerta ad Montis uſque Atlantis partem hodie *Meies* vocatam, quæ pars a Strabone forte ſub nomine *Aſpis* deſcribitur: huncque Montem Atlantem (ſecundum ejus ab Oriente in Occidentem ad Mare uſque, quod ab eo Atlanticum nuncupatur, longitudinem) a Meridionali plaga habet: ab Occidente ipſum Mare Atlanticum: Septentrionale vero latus mare Mediterraneum lambit. Aer & Cœli qualitas hujus Regionis varia. Vere Cœlum mite, clemens, ſerenum; Æſtate æſtus vehementiſsimi, inprimis Iunio & Iulio, menſibus; Autumno calor remiſsior: Hieme frigus vehementius, potiſsimum circa Decembrem & Iannuarium, ſed matutino dumtaxat tempore, adeo ut nemo ob frigus ad ignem accedere cogatur. Autumni finis, totaque Hiems, bonaque Veris pars, impetuoſis plena ventis. Quin & grandinibus, fulguribus & tonitruis horridis interdum vexatur: neque deeſt aliquibus in locis Nix copioſa. Ager Dactylorum, Malorumque Punicorum feraciſsimus: ſed Frumenti non adeo fertilis: unde ejus Incolæ magna ex parte panem conficiunt hordeaceum. Fructus alios profert magna copia, Ceraſa, Ficus, Poma, Pira, Pruna, Mala Perſica, Armenica, Cydonia, Olivas, & ſimiles. Abundat Oleo, Melle, Saccharo. Multijugis item Armentorum, Pecudum atque Ferarum generibus. Alit enim hæc regio Dracones, Elephantes, Capreas, Bubalos, & ſimilia Animalia: item Leones, ac Pardales: habet & Muſtelas Felibus pares ac ſimiles, excepta rictus eminentia: Simiarum quoq, maximam multitudinē. Coluerunt hanc Regionē primum *Phœnicū* Coloni, aliiq; qui ex Aſia aut Ægypto eo devenerunt: Poſtea paruit *Romanis*, tū *Græcis Imperatoribus*, deinde *Vandalis*, *Saracenis*, *Arabibus*: nunc partim *Turcæ* ſubeſt, partim proprio *Seriffæ*: *Hiſpaniarum* quoq; *Rex* Arces quaſdā in ea poſsidet. Regna omnino quatuor ſunt *Marocci*, *Feſſæ*, *Teleuſinū Tunetanū*, quibus nonnulli *Barcæ* addunt. De duobus prioribus Marocci & Feſſæ ſequētibus Tabulis agetur, de reliquis hic agamus. *Teleuſinum* regnū quod vocant *Tremiſen*, eſt *Mauritania Cæſarienſis*. Longi-

Soli fertilitas.

Animalium varitas.

tudo


BARBARIA.
579
Septentrio
Occidens
Oriens
Meridies
BARBARIA
Mill. Germanica
MARIS ATLANTICI PARS
MARE MEDITERRANUM
Græciæ
Sicilia
Cyprus
Candia
Morea
Corinthus
Rhodus
Malta
Sardi.
Majorca
Minorca
Hispaniæ
Cartagena
Silvis
Fretum Gaditanum
Tanger
C. de Cantin
Alcacer
Fez
Gerselwin
Dara
Tremisen
Tunis
Africa
Alger
Almedina
Mahomeria
Tunetania
Sirtis Minor
Nichlisosia
Borgi
Macara
Segelmese
Marroco
Taradante
Guada
Monester
Abenne
Auzichi
Zuenziga
Ziz
Tecboort
Segunt
Ighidi
Farga
Hayr
Giras fluvius
Lempta
Catif Elchebir
Agades
Digir
NUMIDIA
BARBARIA
Tripoli
Mesurata
Garion
Tega
Berdoa
Sibeca
Marci
Angela
Animon
Ebaida
Cleratis palus
Sabia
Licamedis palus
Geogan
GAOGA
Chelomedes palus
Borno
Albaiada
Cyrene
Lucho
Bar:cha
Carcora
Berdena
Alexandria
Aegyptus
Palmet
Elocat
Alguzet
Conza
Dia
Nilus fluvius
Aßuam
Garaga
Mora
Labea
Suez
Mare Rubrum
Larissa
Polopoli
Satalia
Alexandreta
Famagusta
Rhezo
Trapana
Messana
C. Passiro
Levis
Calicarnassus
MARIS MEDITERANEI PARS
Alexandria
Atacon
Calisen
Beltin
Nantubes
Petia
Damiata
Bierlchah
Salachia
Tacarie
Rambeli
Leonton
Nilus fluvius
Saline
S. Vato
Turamama
Demeriocuri
AEGYPTUS
Bulli
Piramides
Elbuchiara
Palemet
Birdena
Mercatis
Eleocath
Palema
Sakahemesse
Munia
Ascor
Cairo
Menuie
Tura
Albesia
Sues
Betsemes
Azirut
Ficte
MARIS MEDITERANEI PARS
C. Bono
Biserta
Cupla
Porto Farina
Adrameta
Ruspina
Sinus Carthaginensis
Aphrical. Aphrodiscum
Curza
Cuzia
Golenta
Raba
Stagnum
Tunis
Bona
Reudo
Cartaginis aqueductus et antiquarum
Bagrada fluvius
Sisarpalus
CARTAGINENSIS SINUS

124.

tudo ejus ab Ortu in Occasum est CCCLXXX milliariũ, Latitudo arcta, milliarium XXV, a desertis videlicet Numidiæ usque ad Mare Mediterraneum. Hujus regionis maxima pars, inculta est, arida atque aspera, eaque præsertim parte, qua Meridiem spectat. Maritimi autem agri aliquanto fertiliores atque fœcundiores sunt. Rarus in hac parte urbes, raraque Castella. Metropolis est *Teleusina*, quondam ampla, nunc magna ex parte collapsa. In eodem tractu est *Algira*, urbs magna & probe munita. Hæc a *Teleusino Rege* primum defecit, ac *Bugiæ Regi* tributum solvit: postea hoc deserto *Ferdinandum* Regem Hispaniæ admisit. Denique capta a Barbarossa Imperio Ottomanico adjecta est. Celebris est Naufragio Caroli V, tristi Christianorum captivitate, & piraticis excursionibus Turcarum. Hodie ita præsidiis firmata est, ut humana ope vix possit expugnari. Hanc Castaldus *Salden* Ptolemæi fuisse opinatur, sed Ortelius cum nostro Mercatore putat *Salden* Ptol. nunc esse *Tadelis*: Iovius censet esse *Juliam Cæsaream*, & alii *Cirtam*. Sunt quoque urbs *Mersalcabir*, *Messagran*, *Mustaganin*, & aliæ. Duos habet hoc Regnum Maris Portus nobilissimus atque frequentissimos, alterum *Horami* seu *Oraniæ* cum Arce munitissima, alterum *Marsæ Elcabiri*, ad quos solet confluere maxima Mercatorum frequentia: præsertim ex Italia: qui ambo ab Hispaniarum Rege ante aliquot annos occupati fuere, non sine illius Regni maximo detrimento. *Regnum Tunetanum* continet totam Africam minorem & magnam Numidiæ partem. Nam a *Majorfl.* quem *Audum* Ptol. esse putat Maginus, usque ad Mesratæ regionis amnem extenditur. Hoc autem Tractu Ager satis fertiles est, ac frugibus ac Pecoribus aptissimus, Arboribus fœcundissimus, præsertim ad Occasum; nam ad Ortum steribis est, & Aquarum inops. In hoc Regno urbes sunt *Bugia* ampla & copiosa, quam Petrus Navarrenus expugnavit spoliavitque anno CIↃIↃVIII. Hodie autem pulsis hispanis occupat Turca. Hæc Regioni Bugiæ nomen dedit. *Constantina*, quæ creditur *Cirta* fuisse, regia *Masiniſſæ*, urbs est locuples, amœna, Muris altissimis præcincta. In eodem tractu centum pene mill. a Mari Mediterraneo est *Bona*, sive *Hippona* a Romanis condita, cujus ecclesiæ *D. Augustinus* præfuit. *Tunetum*, vulgo *Tunisi*, quæ *Themisa* Ptolemæi, initio parvum Opidulum fuit, sed postea crevit ex ruinis Carthaginis. In ea Templum est Mahumetanorum. *Ametis Benatos*. De Tuneto ita Scaliger;

Urbes.

Portus.

Invide demolire altas Carthaginis Arces
Quem fors æqualis, parque futura manet.
En te invito iterum Horens excisa renascor.
Te non vinco ego, nec me tamen ipsa premis.

Ad

Ad Fretum Stagni vicini quod Tunetum ducit, sita fuit *Goletta* Arx, capta a Carolo v, destructa ab Vchialia Bascia. *Carthago* condita a Phœnicibus multis ante Romam conditam annis, ampla, potens dives, Romæ æmula. Arcem habuit *Byrsam*, media urbe sitam, exstructam a Didone, cujus spacium creditur fuisse duorum mill. passuum, nimirum *Taurino quantum potuit circumdare tergo*. Vrbis totius ambitus fuit XXII mill. eamque totam fere Mare cingebat. Ejus Situm luculenter describit Appianus in Punicis. Imperium ejus non in Africa tantum sed in Europa longe lateque patuit: Hispaniam enim a Freto ad Montes usque Pyrenæos domuit. Italiam, Siciliamque longo bello fatigavit. Tandem a Scipione capta totos dies VII atsit. Restituta est a C. Cæsare: posteaque a Vandalis, Gothis, Saracenis sæpius vastata: adeo ut nunc deserta ex magna parte sit, & præter rudera & aquæ ductus aliquot vix habeat quicquam antiquæ majestatis. De Carthaginensibus veteribus Plutarchus ista memoriæ prodidit Libro de superstitione: Mos fuit Carthaginensibus Deos placare infantibus impositis flagrantibus aris. Adstabat autem tunc Mater rigida & absque gemitu (ἄπηγκτος) si autem ingemuerat, aut lachrymaverat, honore privabatur, puer autem nihilominus sacrificabatur. Erant præterea omnia plena tibiis canentium, & tympana pulsantium ante statuam, ne clamor exaudiretur. Scribit item Silius Italicus lib. 4 Rerum Punicarum. Miserrimas autem gentes in tanta cæcitate, in tantis tenebris sine verbo manentes. Carthaginienses fuere Tertullianus & Cyprianus Ecclesiastici Scriptores valde eruditi, quorum etiamnum exstant scripta Theologica varia, singula in uno oper conjunctim edita. *Tripolis Babariæ* hodie piraticis excursionibus nobilis, cum prius mercimoniis maxime affluueret. Flumina *Barbariæ* sunt *Bagradas*, *Cynips*, *Tensist*, *Omirabih*, *Subu*, *Luccus*, cum multis alii. Regionis pars que mare Mediterraneum spectat, Montibus occupata est. Inter quos *Atlas*, qui in nubila erigitur in ipsam Lunaris Circuli viciniam, Cœlumque & Sydera non tangere modo vertice, sed sustinere etiam dictus, Montium omnium, qui sunt in Africa Parens, & totius Africæ flumina procreans, cujus vertex Virgilio semper nivalis, rigidisque horret pruinis. Vento pulsatur & imbri piniferum caput. Silet, scribit Solinus, per diem universus, nec sine horrore secretus est. Lucet nocturnis ignibus, choris satyrorem ac bacchantium undique personatur. Audiuntur & cantus tibiarum, & tinnitus cymbalorum per oram maritimam. Manat præterea Fontibus, Nemoribus inhorrescit, Squalet jejunio, humo nuda, non herbida. Incolæ probissimi (si Leoni fides) sunt Viri: nullus illis fucus: simplicitatem atque veritatem non amplectentes modo, sed & re ipsa comprobantes. Validissimi sunt atq; robustissimi; imprimis illi qui Montes incolunt De Ægypto proxima Descriptione agemus.

Flumina. *Montes.* *Mores.*

Regio. Nomina. *Ægyptus* antiqua & nobilis Regio primum a Misraim filio Chus, nepote Cham, abnepote Noachi culta est: quare a *Chamo Chemia* in sacris Osiridis vocata fuisse videtur, pro *Chamia*, ut ab alio *Misraim*, quâ appellationem etiamnum servat apud Arabas qui vocant *Mesre*. Turcis dicitur *Elquibet* vel *Elchebit*.

Situs. Termini sunt ab Occidente ultra Nilum deserta Barcæ, Libyæ & Numidiæ, cum Regno Nubiæ. Ab Austro Agro Bugiensi & Nilo concluditur, quo loco Nilus ab Occasu in Ortum nonnihil fertur. Plinius eam finit Syene urbe, quæ nunc Asna dicitur. Ab Ortu sunt deserta Arabiæ, quæ inter Ægyptum & Mare Rubrum sita sunt. Ab Aquilone clauditur Mari Mediterraneo, quod ea parte vocatur Pelagus Ægyptiacum. Raro pluit in Ægypto, imo ut Plato tradit, nunquam visum est pluere in Ægypto, sed Aer perpetuam habet serenitatem, atque ob id fortasis olim dicta fuit *Aeria*. Terra tamen etsi pene expers imbrium mire fertilis & Hominum aliorumque Animalium perfœcunda generatrix. Nilus efficit, qui per medium ejus labens, & singulis annis terræ superficiem inundans, humectans, & adducto limo impinguans, fœcundam, mireque fertilem eam reddit. De hujus Soli felicitate multa passim extant scriptorum elogia. Iustinus solum ita fecundum asserit, ut alimentorum nulla terra feracior sit in usus Hominum. Veteres etiam plurimi publicum Orbis Horreum Ægyptum esse prædicarunt. Plinius quoque asserit Romani Imperii amplitudinem absque Ægypti opibus Frugibusque diu perdurare non potuisse, cum in solo Nelo Populi Romani abundantia, vel fames esset. Idem etiam testatur, sic abunde Herbis ad cibum adcommodis Ægypti Agrum affluere, ut vel Frugibus carere possit. Huc etiam pertinet illud Lucani:

Cœli temperies.

Terra suis contenta bonis non indiga mercis,
Aut Jovis, in solo tanta est fiducia Nilo.

Summa in Ægypto est ubique Tritici, Siliginis, Hordei, Avenæ, Fabarum, aliorumque Leguminum: Vini etiam optimi fertilitas. Nec desunt pascua lætissima. Oleo tamen, ut plurimum, caret, raraque ligna isthic nascuntur. Præter bestias sævas ac nocuas, quibus hæc terra abundat, Animalia domestica mira copia alit, Bubalos, Boves, Camelos, Equos, Asinos, Arietes & Capras, quæ quidem omnia in magnam excrescunt molem, teste Bellonio, ob Aeris temperiem, pabuli abundantiam, ac stirpium a Nilo irrigatarum bonum alimentum: inter reliqua vero Arietes pingues admodum, & crassi sunt, atque amplam & densam, atque ad terram usque propendentem caudem habent, & palearia insupere collo dependentia, ut in Bobus, nigraque lana vestiuntur. Quia vero hæc Regio Hieme tepida est admodum ac palustris, in eam Aquaticæ Aves tanta copia commeant, ut Agri & Prata iis albescant; præsertim autem Ciconiis: Ranæ quoque tanta abundantia istic generantur, ut nisi Ciconiæ eas vorarent, nihil illis esset frequentius. Chamæleones etiam frequentes reperiuntur, eodem Bellonio teste, in Fruticibus qui Rhamnus altera dicuntur, & in varios colores sese commutant, qui non

Animalium varietas.


61
62
63 SEPTENTRIO
64
65
MARIS MEDITERRANEI PARS
C. delle brule
C. de bicchieri
Rachit
Ostrazi
Rive alte
Bichieri
Alexandria
Mogni
Petia
Tenese
Homeleffin
Birrechali
Cattie
Caco berich
Monestier
Tacarie
Darmata
Meseli
Bierdedare
Elboda
Acole
Calizene de alberi
Haorwe
Salachia
Surebi
Masura
Elmali
Berelles
Salerne
S. Vito
Turamama
Naruit
Deruti
Michale
Batoch
Nitriota
Farfon
Leonton
Albessia
Saidi
Catara
Demeriocaur
Nacaria
Belbes
Cinachi
Sues
AFRICAE
Damanore
Matharea
Fara
Bulli
Echiad
Cancha
Mechellat
Buldao
Tira
Cairo
Betsemes
Grondol
Palfinet
Elbuchiara
Piramides
Sakahamsie
Muziare
Dimas
Azrut
Eltor
Palerma
Bobystay
Daulmarach
Anserne
Hubdezeit
Birderia
Menuie
Asiuan
Veneria
PARS
Suquam
Albutig
Meratus
Elecath
Benesuaif
Almona
Dacati
Elsiuan
Elmeni
Ficte
Abutich
Azioth
Lemun
Coffir
Ascor
Giorgia
Elchiam
San
Couzia
Barbanda
Ernet
Cana
Milliaria Germanica
1 2 3 4 5 6 7 8
Asua
Zibit
ÆGYPTUS
61
62
63 MERIDIES
64
65

qui non vento vescuntur, ut multi prodiderunt, quamvis ii integro anno sine esca perdurare possint. Per universam vero Ægyptum, Pulli gallinacei a Matre excludi non solent: sed Fornaces artificiose exstructas habent, in quibus tria aut quatuor Ovorum millia reponunt: quorum calorem ita temperare norunt, ut omnia Ova simul excludantur. Quod & Antigonus, Aristoteles & Plinius de Ægyptiis prodiderunt. Metallis insuper Regio hæc perpetuo abundavit. Ceterum universa olim Ægyptus floruit sub variis Regibus diversorum nominũ usq; ad *Ptolemæos*: nam *Pharaones* admodũ pauci fuere. *Ptolemæi* longo tempore regnarunt, usq; ad Romanorum Imperium, quo præfracto res Ægyptia pervenit ad *Agarenos* Arabiæ Felicis, quorum Princeps *Sultanus* fuit dictus, & alii sequentes quoque vocati sunt, *Sultani*, Mahumetani omnes, regnarunt multis annis donec a Turcis expugnati fuerunt. Possidet jam totam Ægyptum *Solymannus* Turca, relicto ibi Præfecto, qui *Baxa* Ægypti dicitur. Divisa fuit ab Alexandro Macedone in Nomos sive Opidorum Præfecturas, quales Herodotus ponit XVIII. Strabo unum amplius. Ptolemæus XLVI. Plinius L. qui & addit quosdam nomina permutasse, ut proinde non sit putandum tot Ægypti olim Præfecturas fuisse, quot apud Historicos nomina possunt colligi, quum ejusdem Præfecturæ plura nomina esse potuerint. Leo Africanus auctor est a Mahumetanis in tres Provincias divisam esse. *Sahid* quæ est superior sive *Thebais*, a finibus Bugiæ ad Cairum usque. *Errifiam*, quæ est pars Occidentalis a Cairo ad Rosettum: & *Maremmam* quæ est pars Orientalis. Vrbes Ægypti sub Amasside creduntur fuisse XX mille. Diodorus tria millia suo ævo superfuisse testis est. Celeberrimæ fuerunt *Syene*, *Thebe*, quæ & *Diospolis*, *Tentyra*, *Heliopolis Memphis*, *Babylon*, *Alexandria*, *Pelusium*. *Syene* nunc *Asna* dicitur: Sita sub Tropico Cancti: Hic, teste Plinio, Puteum habuerunt Mathematici profundissimum, quem rectis lineis sol totum illustrabat, quum esset in principio Cancri. Quo respexit Lucanus lib. II. *Umbras nusquam Hectente Syene*. *Thebe* condita a Busiride Rege ambitu CXL stadiorum, ut refert Herodotus, centum portis, aliisque ædificiis publicis privatisque insignis, quæ jam olim esse desiit: adeo ut recte Iuvenalis scripserit satyra XV his versibus:

Imperium majorum.

Vrbes.

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Et Propertius lib. II.

Magni sæpe Duces, magni cecidere Tyranni,
Et Thebæ steterant altaque Troia fuit.

Tentyra ab Insula Nili nomen habet: Incolæ Tentyritæ, qui naturæ genio Crocodilis adversi sunt: qua de re apud Strabonem & Plinium videre est. *Heliopolis*, olim Sacerdotum habitatio, Straboni Hominum Astronomiæ & Philosophiæ deditorum mansio. *Memphis* olim *Arsinoe*, regia urbs, ubi Nilus primam accipit divisionem & Δ formã facit. Hanc hodie vocant *Cairum* vel *Alcair*. Vrbs est triangulari forma exstructa, ambitu, secundum nonnullos XIV seu XV Milliarium. Templorum continet viginti duo millia, quinquies major Lutetia, ut refertur Tomo II Vrbium Orbis Terræ illustrium, in aliquot quasi partes, Vrbes & Regiones divisa, ita tamen ut cunctæ contextæ cohæreant. Arce instructa tam spacioſa, ut par magnitudine Lipsiæ esse existimetur. Incolunt eam

Turcæ,

Turcæ, Ægyptii, Arabes, Hebræi, aliique. *Babylon* paullo ſupra Cairum ponitur a Bellonio, conſpiciunturque adhuc ſplendidorum ædificiorum ruinæ. Hic nunc eſt Chriſtianorum pagus. *Alexandria* nobilis olim & ſplendida urbs ab Alexandro Magno in extremitate Maris Mediterranei loco ſituq; pulcherrimo condita: Turcæ *Scanderiam* vocant. Straboni μέγιστον ἐμπόριον οἰκουμένης, ubi τῶν βαρυτίμων βαρέα καὶ τὰ τέλη, id eſt precioſarum Mercium precioſa vectigalia: παντοίας παιδεύσεως ἐργαστήριον Nazianzeno, propter Scholam eruditam, frequentem & celebrem, de qua apud Euſebiũ lib. VI cap. x. Deſerta nunc & in ruderibus jacens majori ex parte Curtius & Amnianus ſcribunt, nullo fere die Alexandriæ Solem ſerenum non videri, propter Aerem perpetuo ibi tranquillum. Alexandrinæ Eccleſiæ & Scholæ Doctores fuerunt *Clemens*, qui Alexandrinus dicitur: *Origenes*, *Ambroſius*, item Diaconus. Alexandrini etiam fuerunt *Philo Judæus* doctiſsimus, ac in lingua Græca eloquentiſsimus: *Cyrillus*; *Didymus* è parentibus cœcus, D. Hieronymi Præceptor; *Appion* Grammaticus Polyhiſtor Gellio; *Appianus* Hiſtoricus; *Didymus* Grammaticus, qui Ciceronis ætate vixit, & tria millia & quingenta volumina conſcripſiſſe a Suda proditur; *Achilles Statius*; & *Claudius Ptolemæus* Princeps Mathematicorum. *Peluſium* hodie vocant *Damiatam*, urbs eſt potens, opulenta, commodo Portu & navium frequentia celebris, ad Nili Oſtium Peluſiacum. Regio hæc fluvio Nilo totius Orbis nobiliſsimo ſecatur, irrigatur, ac fœcundiſsima redditur. Ortum notavit Rex Iuba in Monte Inferioris Mauritaniæ non procul Oceano habere, Lacu protinus ſtagnante, quem aiunt vocari *Nilidem*. Aliis alia mens eſt. Ex hoc Lacu profuſus longo curſu varias Regiones & ſqualentia arenis loca percurrit: poſtea multas efficit Inſulas, quatum clariſsima eſt *Meroe*, a qua quartus Parallelus Ptolemaicus nomen accepit: ejus ramum dexterum dicit Plinius vocari *Aſtuſapen*, lævum *Aſtaborem*, nec ante vocari Nilum, quam ſe totum Aquis concordibus denique junxerit. Tandem incluſus Montibus, torrentibus & properantibus Aquis ad locum vehitur, qui *Catadupa* vocatur: ibi inter occurſantes ſcopulos non fluere, ſed præceps catarecte ruere creditur, tanto fragore, ut auditũ Adcolis auferat. Ditionis Ægypti eſſe incipit a fine Æthiopiæ Syene. Poſt efficit illud Græcorum Delta, & diviſus in Oſtia ſe in Mare exonerat. Oſtia hodie ſunt quatuor, quorum duo navigabilia, *Pebuſiacum* ubi Damiata, & *Canopicum* ſive *Heracleoticum*, ubi Roſettum. Certis etiam diebus auctu magno per totam ſpatiatus Ægyptum fœcundus innatat terræ, pluviarum inopiam compenſans. Initium eſt VII Iunii; finis poſt diem quadrageſimũ; non poſt centeſimum, ut ſcribit Herodotus. Major autem lætitia gentibus quo minus terrarum ſuarum vident; nam quæ inundantur ſunt fertiliſsima, cetera ſterilia, & quo altior Nilus, eo ſolum fœcundius. Auctus ejus per putos menſuræ notis deprehenduntur. Sed hæc hactenus, ad reliquas Tabulas tranſeamus. *Flumen Nilus.*

Regio & unde dicta.

PARS illa *Barbariæ*, quæ olim *Mauritania Tingitana* dicta, hodie 11 Regna comprehendit, *Marocci* videlicet & *Fessæ*, de quibus nunc ordine dicendum est. *Marocci* regnum nomen acepit ab Vrbe primaria *Marocco*. Iacet inter Atlantem Monrem & Oceanum Atlanticum, Formæ pene triangularis. Amœnissima est regio, abundatq; frugibus & Leguminibus omnis generis, Oleo, Melle, Saccharo, fructibus omnigenis. Dactylis, Vvis, Ficubus, Pomis ac Piris variis. Armentis item ac gregibus: multæ etiam reperiuntur

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Capræ, quarum pelles *Marocchini* dicuntur: villi utilissimi sunt ad pannos contexendos quos *Camelottos*, vulgo vocant. Rerum denique omnium quæ ad victum conveniunt, quæ naribus adblandiuntur, quæ oculos pascunt, regio feracissima est. Ejus Provinciæ sunt, *Hea*, quæ ab Oriēte clauditur fluvio *Essivalo*, a Meridie Atlāte, ad Occasum & Septentrionem Oceano: estque regio aspera, montosa, nemorosa, dives & Incolis frequens. Frumentum hic copiose non colligitur, sicut Hordeum, Milium & Panicum. Fructuum autem magna est inopia, ignava potius Incolarum socordia, quam vel Cœli vel Soli injuria. Mellis vero magna copia, quo majori ex parte vescuntur, Ceram tamen abjiciunt, usum ejus ignorantes. Civitates paucæ hic sunt, sed pagi, vici & castra

Urbes.

munitissima maximo numero reperiuntur. *Susa* quæ ad Septentrionem Atlantem habet & opidum *Hea*, ad Ortum fluvium Sus, regio fertilis, amœna, dives. Abundat frumento, Hordeo, ac legaininibus, ac quibusdā in locis Saccharum satis copiose profert, licet Incolæ illud, neque coquere, neque parare probe sciant: Fructus etiam alicubi proveniunt, ficus, Vvæ, Mala Persica, & Dactyli: Oleo caret, quod tamen aliunde advectum huc defertur. Auri Metalla sunt in monte *Ilalemo*. Præcipuum hujus regionis Opidum *Tarodantum*, Mauris *Tarrent*, satis amplum, ab antiquis Africanis conditum. Domorum numerat circiter tria millia. Incolæ moribus sunt civilioribus. Hic Angli, & Galli Mercatores degunt & Ferrum, Stannum, Plumbum, Saccharo commutant. Sunt & *Messa*, sub quo nomine tria minorum gentium Opida continentur, unius miliaris intervallo alia ab aliis disidentia, a veteribus Africanis ad littus Oceani condita: *Teiiout* Civitas exstructa olim ab Africanis in pulchra planicie, cujus unum latus lambit Fluvius sus. Divisa in tres partes spatio plus minus unius miliaris distantes, quæ conjunctæ figuram triangularem constituunt: *Tedsi* Civitas magna, fundata olim ab Africanis, sita in agro fertilissimo: & *Tagavost* omnium hujus Regionis maxima. *Marocci* territorium Formam refert triangularem. Ejus Fines ab Occasu Mons *Netisa*, ab Ortu Mons *Hadimeus*; qua Septentrio est in eum usque locum extenditur, ubi notissimi Fluvii *Tensift* & *Asifinual* conjunguntur. Est autem (leone referente) regio hæc cultissima, Armentis, Pecoribus & feris abundans. Perpetua pene planicies, Lombardiæ non admodum dissimilis; Montes siquos habet, frigidissimi atque steriliſsimi sunt, adeo ut nihil præter Hordeum producant.

In hac


ATLANTICVS
OCEANVS
REGNI FESSÆ PARS
Edecsena planities
Serra Carnacara
Delligi pop.
Tedles
Adendum
Thagia
Tegeget
Eetdevet
Cithitheba
Elgiamuha
Esva
Tesza
Ruchi populi
Dodez mons
Darra reg
Hannimea
Serra Verde
MARRVECOS
Hea reg
Enedri
Asgeni pop
Haschora reg
Alendin
Elmadin
Sulachina
Terga
Cisadocavali
Ducala
Azamor
Subeit
Emendera
Anamor
Meramor
Couta
C. de Cantin
Asaphi et Cafim
Goza
Aman
Teculeth
Tedneſt
Montana
Mogador
Hadechi
Teisat
Tesegdelt
Culeihat
I. Domegador
Eirdevet
Igingigilia
C. de Zeni
Ideuacal
Taffetana
Adechis
Vbi Ideva
Cali pop
Campo de Cuz
C. de Guer
Gortguessem
Zebedic
S. Cruz
Teint
Marocchine adferuntur
Messa quondam Tenest
Hic Ionam eiectum acete fabulantur
C. de Non
Suana
Buleza
Monaster
Tagovast
Atlas m.
Eitdevet
Tagressa
Guzula
Guzula reg
Musinudæ
Tedza
Tarradante emporium
Argenti fodinæ
Sus Rio
Serra de Haha
Serra de Quique
Demen mons
Secsva mons
Imagiagen
Agmet flu
Delgamuha
Agmet
Hanimmea
Hanimmea mo
Gondate
Tensitmons
Tensit flu
Tumeglast
Elgiimet
Tenecza
Imismis
R. Tanisser
Hannimea
Dara reg
DARA REGNVM
SEGEL MESSE
MAROCCHI REGNUM
Milliaria Germanica
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens

Ionas

126

In hac Vrbs eſt *Maroccum*, quod *Bocanum Hemerum* Ptol. fuiſſe quidam ſuſpicantur. Hæc inter maximas totius Orbis terrarum urbes adnumerari ſolet. Eſt enim inauditæ magnitudinis: ita ut ſub Principe ſuo *Hali* Iosephi Filio domus numeraret plus quam centies mille. Portas in ambitu habebat viginti quatuor: ſed hæc ampla quondam & celebris urbs, nunc ita frequentibus Arabum excurſionibus attrita eſt, ut vix tertia urbis portio Incolas habeat. Sunt & in hoc territorio Vrbes aliæ minorum gentium Opida: *Elgiumuha*. Opidum exiguum, in planicie, prope fluvium *Seſſeva*, ab Africanis conditum: *Tenezza* Civitas munita, olim exſtructa ab Africanis in latere illius partis Atlantis quæ dicitur *Gheamina*; *Delgumuha* Civitas nova in Monte altiſsimo ſita, Arx valida; *Imizmizi* Vrbs ampla Scopulo inſidens; *Teſraſt* exiguum Opidum in ripa fluvii *Aſifelmel* poſitum; *Agmet* & *Hanimmei*. *Guzzula* ad Septentrionem Atlanti adhæret, ad Ortum Heæ jungitur. Mittit hæc Regio Hordeum magna copia, & pecudes innumeras, habetque Æris & ferri Fodinas. Opida hic & Arces vallo carent: pagi frequentes, ampli, divites: regio omnis Incolis referta. *Duccala* regio ab Occaſu a *Tenſifto* fluvio initium capit, terminatur a Septentrione Oceano, a Meridie fl. *Hubiel* clauditur, atque ab Occidente fluvio *Hammirabith*. Paucæ in hac Civitates muris cinctæ. Inter quas *Azafi* Civitas in Littore Oceani ſita. Condiderunt eam Africani: *Conte* a Gothis & Tit ab Africanis condita; *Elmedina* quaſe totius hujus Regionis Caput; *Centopozzi* Opidum exiguum; *Subeit*, *Temaracoſt*, *Terga*, *Bulatiuan*, *Azamur*, & *Meramer*. *Haſtoxa* regio ad Septentrionem Duccalæ confinis eſt, ad Occaſum terminatur *Tenſifto* fluvio, & ad Ortum fluvio *Quadelhabit* a regione Tedeletes diſcluditur. Multa ad hanc regionem pertinent Opida opulentiſsima, populo ſatis numeroſa, ut *Alemdin* Civitas in valle quadam quæ quatuor altis Mõtibus cincta eſt, exſtructa: quam Nobiles, Mercatores & Artifices habitant: *Tagodaſt* in cacumine Montis ſita, quatuor aliis circumdata: *Elgiumuha* in monte altiſsimo condita, inter duos alios non minoris altitudinis; & *Bzo* Civitas antiqua in Monte admodum ſublimi poſita viginti circiter Milliaria *Elgiumuha* diſtans, verſus Occaſum. *Tedles* regio non adeo ampla eſt, ab Occaſu terminatur fluminibus *Servi* & *Ommirabih*, ad Meridiem Atlanti contigua eſt: ad Septentrionem vero terminatur, ubi fl. *Servi* in fluvium *Omirabih* prolabitur, unde regio ipſa triangulari forma clauditur. Sunt in ea nonnulla Opida: Præcipuum eſt *Teſza*, ab Africanis, conditum, populo ſatis frequens. Sunt & *Eſza*, *Guhiteb*, & alia. Præcipua Flumina hujus Regni ſunt *Tenſift* & *Omirabih*, qui ex Atlante Monte erumpentes in Oceanum ſe exonerant. Sed *Tenſift* vritur in Marocci territorio, ac plurimis augetur fluviis, inter quos magni ſunt *Sifelmel* & *Niffis*.

Flumina.

Omirabih

Omirabih vero ſcaturit inter altiſsimos montes, qua *Tedles* provincia *Feſſano* Regno contermina eſt. In littore maris alibi magna Electri copia invenitur, quæ inde a Luſitanis atque aliis exteris exportatur in alias regiones, quod quidem Electrum viliſsimo pretio coemunt. Multi hic Montes inter quos *Niſipha*, *Semede*, *Seuſana* &c. Quorum plerique frigidiſsimi atque ſteriliſsimi ſunt, adeo ut nihil præter Hordeum producant. In hoc Regno neque Templorum, neque Collegiorum, neque Hoſpitiorum copiam deſiderabis. In urbe Marocco multa ſunt Templa, inter quæ nullum artificioſius, neque magnificentius, quam quod in medio urbis a dicto hali exſtructum extat. Eſt & aliud ab hujus ſucceſſore *Abdul Miomen* exſtructum, & ab hujus Nepote *Manſor* ampliatum, multiſque Columnis ex Hiſpania convectis opulentius redditum. *Opera publica.* Ciſternam ſub hoc Templo confecit, ejus magnitudinis, cujus totum eſt Templum: tectum Templo addidit plumbeum: ſinguliſque angulis addidit Canales, qui pluvialem aquam in Ciſternam ſubjectam mittant. Turris ex lapide duriſsimo, quale Romanũ Veſpaſiani eſt Amphitheatrum, altitudine Turrim Bononienſem in Italia ſuperat. Gradus quibus adſcenditur habent ſinguli novem palmos latitudinis: exterius vero muri latus decem. Septem habet hæc Turris manſiones. Huic ſuperſtructa alia turricula, quæ inſtar acus adſurgit. Hæc tres alteram alteri ſuperpoſitas habet manſiones, ſitque ab una ad aliam lignea ſcala adſcenſus. Siquis è ſumma Turri deſpiciat, huic Homines quamvis Staturæ procerioris, non aliter ac pueri unius anni appareant. Habet & hæc turricula in ſumma parte ferrum quoddam Luna ornatum aurea, tres item Sphæras aureas, ſic ferro inſertas, ut maxima inferiorem, minima ſuperiorem partem occupet. Eſt & Arx quædam munitiſsima in hac urbe, quæ ſi amplitudinem, ſi Muros, ſi Turres, ſi Portas ex Tiburtino Marmore exſtructas videris, Civitatem jure cenſeas. Templum habet altiſsima Turri ornatiſsimum, in cujus faſtigio Luna, atque ſub hac tres inæqualis magnitudinis Sphæras aureas, quæ omnes cxxx mille aureos pendent. In hac Vrbe intra Muros Vineæ, Palmæ Horti ſpatioſi, Agrique Frumenti fœcundiſsimi. Nam extra Muros terram colere, frequens Arabum vetat incurſio. Incolæ hujus regni alibi civiliores, alibi rudiores, & civilitatis plus ſatis ignari. *Montes.* Pane fere veſcuntur hordeaceo, non fermentato, nec in furnis excocto, *Mores.* interdum vero cibum ſibi ex Farina hordeacea Lacte & Oleo vel Butyro parant. *Victus.* Apud multos nullus menſarum & mapparum uſus. *Veſtitus.* Veſtiuntur fere pannis ex lana in ſtraguli modum confectis, caput vero panniculo quodam ornant, remanente tamen ſuperiore parte nuda pileum non niſi ſenes aut docti Viri geſtant, ſubuculas non habent, lecti vice culcitra villoſa utuntur, cui ſe involvunt. Barbam radere ſolent antequam matrimonium contrahant, ſed matrimonio juncti promiſſam geſtant.

Regio & unde dicta.

FESSANUM vel *Fessæ* Regnum sequitur, quod *Ampelusia* olim a vitium copia nonnullis dictum: *Fessanum* nunc ab urbe ejusdem nominis. Hoc Regnum ditissimum & potentissimum, ab Occasu habet Mare Atlanticum, a Septentrione Fretũ, Herculeum, ab Ortu Mulviam flumen, ab Austro Regnum Marocci.

Situs.

Est autem hic alibi optima Aeris temperies, alibi aliquanto asperior. Ac regio ipsa etsi nonnullis in locis prorsus aspera est, frigidissimis Montibus plena, ac in ea aliquot sint solitudines ac deserta: ipsa tamen universe considerata, quamvis altera sui parte magis, altera minus, felicissima & fertilissima est. Ager enim tam Frugibus atque Fructibus abundat, ut nulli cedere videatur: passim Vites, Oleæ optime proveniunt. Ficuum &

Soli fertilitas.

Amygdalarum magnam habet copiam, magnam etiam Gossypii affluentia. Reperitur hic etiam Planta quædam, *Mauz* dicta, fructum ferens valde dulcem ac esui gratissimum, magnitudinis Mali Citrei. Mahumetici Rabini hunc esse Fructum ajunt, qui Parentibus nostris Adamo & Evæ interdictus fuit, cujusque foliis pudenda texerunt: folia enim habet longa & lata: harum hic magna copia. Abundat Armentis, Pecoribus, Equis, Camelis, Capreolorum atque Leporum magna copia. *Fessæ* Regiones sunt septem *Temesna*, *Territorium Fessæ*, *Asgara*, *Elhabata*, *Errifa*, *Garetum*, & *Elchausum*, sive *Chauz*. *Temesna* regio incipit a flu. *Omirabih* versus Occidentem, &

Animalium varitas.

protenditur ad Ortum versus *Buragragum* fluvium: a Meridie terminatur Monte Atlante, & a Septentrione Oceano. Fuit semper hæc Regio totius Africæ Caput, in qua olim nume rabantur Opida plus minus XL: Castella vero CCC. Sed ob bella quæ ibi magnopere sævierunt, Civitates omnes & Opida deleta sunt, totaque Provincia vastata. Sed tandem denuo reviviscere cœpit postremis hisce temporibus, atque Opida prope CC continet. Inter ea *Rabato* Civitas magna ad littus Oceans condita. Hæc Muris & structura Marocco persimilis, sed magnitudine ambitus valde dissimilis. Sunt & *Thagia*, *Salla*, & alia. *Fessæ* Territorium a fluvio *Buragrago*, versus Ortum protenditur usque ad fluvium *Inavem*, a Septentrione fluvio *Suba*, a Meridie Atlantis radicibus clauditur. Ager tam Frugibus, Fructibus atque Armentis abundat, ut optimis comparari possit. Vbique Vites, Olea & fruges optime proveniunt. Numerantur nonnulla Opida in agro Fessano: sed ipsa urbs Fessa primaria. Hanc putat Niger *Tamusigam* Ptolemæi, sed errat: ac potius *Volobium* esse ejusdem Ptolemæi cum Peucero & aliis credo. Sita est in Regni hujus meditullio. Conditam ferunt circa annum Domini septingentesimum octuagesimum sextum. Hanc Metropolim totius Mauritaniæ dicunt: & vulgo, teste Marmolio, Aulam totius Occidentis cognominant. Nomen habere ab auro, sunt qui opinentur: quod cum prima ejus fundamenta jacerentur, eo loco inventus fuerit Auri cumulus, quod Arabibus *Fez* appellatur. Alii Fluvium *Fez*, qui mediã interluit, urbi nomen dedisse autumant. Hic in urbem collapsus in infinitas fere partes, per quosdam aquæductus sese spargit, ac per singulas fere domos, per Templa per Collegia, per Hospitia & Xenodochia sese diffundit. Deinde per foricas percurrens, totius Civitatis sordes secum trahit, atque foras in fluvium inducit. Atque hæc dicitus


FESSAE REGNUM
Septen.
Meridies
HISPANIA PARS
Estrecho de Gibraltar
MARIS MEDI
TERRANEI PARS
OCEANVS ATLAN
TI CVS
Rio Taga
Rio Locuz
Rio Cebu
Rio Rebata
Rio Marbea
Habat
Gomberi
Elhasis
Asgara
Elchalati populi
Errifitis
Garet
Bothoiæ Pars
Garetum desertum
Sobaigue
Hoari populi
Tamechia
Zenetæ pop. qui nunc Xauyi
Zuga planities
Edecsena planities
Serra Carnacara
Delligi pop.
Tedles
Beninia razgens
Huseini pop.
Nussini pop.
Chauz
Ducala
Hascora reg.
Asgeni pop.
Gebelhelhadich mons
Cithitheba
Esva
Tefza
Gorselvin
Tanger
Tetegius
Chebihmons
Arsila
Homa regio
Gemera populi
Pontede Targa
Alcacer
Ceuta
Almina
Tutuan
Gemera
Penon de Veles
Netegella
Corate
Tarfogarello
Tamicaman
Mezemma
Salguisa
Velez
Seusaoena
Benigebar mons
Benichessen mo
Narangia
Texga
Larache
Maxinara
Basra
Esagen
Mannoca
Ieffelfelt
Fansara
Cale
Fadala
Hainoc halu
Sua hiri pop.
Maderavan
Zarfa
Rebat
Nemora leonum et leopardorum
Muchail
Adach suni campi
Adendum
Thagia
Tegeget
Eetdevet
Alendin
Viridis lacus
Elmadin
Meramor
Conta
Jadogast
Tite
Elmedin
Asamor
Subeit
Leneracost
Terga
Cisadocavali
Sulacham
Rio Alcantara
Rio Marbea
Rebata R.
Porta rubea
Gualila
Mechuasa
Verecudia
Bambasila
Gemhedchamen
Cannisinetgara
Benibachul
Zavia
Magilla
Elgihuna
Mergo
Tausor
Agla
Guaseval
Baniteud
Beniguaseudl mons
Specus perpetuò ignem evomens
Baronisus mons
Macarmeda
Tesa
Nova Chaulan
Mesdaga
Sosroa
Manlisnana
Magdia
Asgam mons
Cebu rio
Hubbedam
Gura igura mons
Marbea rio que et marabea
Arox
Gibraltar
Septen.
Meridies

127

citur *Fessa* vetus. Est enim & alia urbs quæ *Fessa* nova dicitur, duplici cincta muro altissimo ac munitissimo. *Asgara* regio a Septentrione Oceano abluitur, ab Occasu ad fluvium usque *Buragragum* protenditur: Orientale latus claudunt Montes *Gumaræ*, *Zaronii* & radices Montis *Zalagæ*: a Meridie vero flu. *Bunaza* terminatur. Regio plana est, optima Aeris temperie gaudens. Equis & Pecore adeo abundat: ut non modo Fessæ his abunde provideat, sed etiam omnibus Gumaræ Montibus. Nemora hic rara: Capreolorum tamen atque Leporum magna copia. Fuerunt hic olim Opida & Arces quamplurimæ, sed bellorum injuria major pars delecta est. Opida præcipua sunt *Larissa*, & *Casar Elcabir*, hoc est Regum palatium. *Habat*, seu *Elabat* regio clauditur a Septentrione Mari Mediterraneo, ab Occasu *Algaræ* Paludibus, a Meridie *Suarga* fluvio, ab Ortu vero Montibus Herculeo Freto vicinis. Regio hæc fœcundissima, ac Frugum ommium affluentia beata est, licet olim multo celebrior ac feliciot fuerit, propter Civitates antiquissimas tum a Romanis, tum a Gothis conditas. In ea præstantiores urbes sunt *Arzilla*, seu *Azella*, ampla satis, atque a Freto Herculeo circiter LXX mill. distans. *Tingis*, seu *Tanger*, ampla & antiqua ad Oceani littus posita, & a Freto Herculeo XXX mill. disita. *Septa* seu *Senta* maxima Civitas ad fauces Herculei Freti, olim totius Mauritaniæ Metropolis, ac Hispaniæ æmula, quæ quidé tres Civitates sub Regno Portugalliæ sunt. *Errifa* regio incipit non procul ab Herculeo Freto, & ad fl. usque *Nocor* seu *Hoccore* ad Ortum protenditur: ad Septentrionem prima sui parte, ut testatur Leo, terminatur Mediterraneo Mari, vergitque Meridiem versus ad eos usque Montes, qui Fessæ territorium spectant. Regio hæc prorsus aspera, Montibus frigidissimis plena, in quibus Arbores altissimæ ac rectissimæ. Frumentum non producit: Vinearum autem, Ficuum, Olivarum atque Amygdalarum magnam habet copiam. Armenta hic rara: Caprarum vero, Asinorum atque Simiarum in hisce Montibus magnus reperitur numerus. Opida hic rarissima, Pagi frequentissimi. *Gareti* regio initium sumit ab Occasu a *Medulo* flumine, & ad fluvium *Mulviam* ad Ortum terminatur, a Meridie Montes ipsam a desertis Numidiæ separant, a Septentrione ad Mare Mediterraneum protenditur. Ager hujus Regionis fragosus, incultus atque aridus, Numidiæ deserto non admodum natura dissimilis: ipsa autem Regio Incolis nuda fere est, postquam duas hujus præcipuas urbes *Medelam* & *Chesalam* Hispani occuparunt. *Chaus* ultima Fessani regni regio continet tertiam ipsius fere partem: namque in longitudinem CXC mill. patet, nempe a fl. *Zha* ad Ortum, ad fl. *Gurguigara* ad Occasum, in latitudinem vero mill.

mill. CLXX. Nam omnis ea Atlantis pars quæ Mauritaniam ſpectat, teſte leone, hujus Regionis latitudinem præbet: complectitur & bonam planiciei & Montium partem qui libye ſunt contermini. Præcipua loca hujus tractus ſunt *Dubdu* Opidum antiquum, & *Teza*, maxima, nobilis, & opulentiſsima Vrbs, quæ Civium frequentia, & opulentia tertium in tota Regione ſibi locum vendicat. Regnum hoc multis irrigatur Fluviis, quorum aliquot navigabiles: præcipui ſunt *Subu* & *Luccus*. *Subu* Veteribus *Subur* dictus, originem ducit ex maximo Fonte in horrida Silva Seligi Montis Provincia Cheuz, atque multos recipiens fluvios per longũ tractum diſcurrit, & lato ſimul ac profundo Oſtio in Oceanum ſeſe exonerat, ubi Naves etiam magnas recipit. *Luccus* Ptolemæo *Liſſus*, ex Gumaræ Montibus originem ducens in Oceanum labitur. In ejus Oſtio ſita Civitas *Haraidos*, cujus Portus ingreſſu difficillimus. Montes hic multi, inter quos *Zarhon*: Mons qui a planicie *Eſais* incipiens, patet in longitudinem circiter triginta miliaria Occidentem verſus, & in latitudinem decem: eminus Silvam magnam & deſertam refert, cujus Arbores omnes ſunt Olivæ. *Zalaga*, item *Selelgo*, *Azgan*, *Centopozzi*, & multi alii, quos brevitatis ſtudio omittimus. In urbe *Fez* multa pulchra ſunt & ampla ædificia, publica privataq;. Templa, Collegia, Xenodochia. Templa ſunt IOCC in quibus magnifica & ſplendida. Summum templum quod vocant *Carauvea* ambitum habet ſeſquimilliaris. Portas amplas atque altas unam & triginta. In hoc Templo ſingulis noctibus CCIO lucernæ accenduntur. Reditus Templi in ſingulos dies feruntur eſſe ducentorum aureorum. Collegia in quibus ſeudioſi artibus, medicinæ, legibus operam dant, permulta ſunt. Vnum præ ceteris nobile, in quod exſtruendum Rex *Habu Henon* quadringenta octoginta aureorum millia effudiſſe dicitur.

Flumia.
Montes.
Opera publica.

PENNON DE VELES.

Er hæc de *Marocci* & *Feſſæ* Regnis: reſtat paucis explicandum *Pennon de veles*, quod antiquiſsimum eſt Opidum in littore Maris Mediterranei cõſtructum ab Hiſpanis *Velles de Gumenera*, ſive etiam *Pennon de Veles*, nuncupatum. Inter duos viſendæ altitudinis Montes ſitum eſt. Alii ab Africanis, alii a Gothis ædificatum ſcribunt. Sed de hoc Opido in Theatro Vrbium plura.

Abiſsinorum Regnum.

Regio.

ABISSINORUM Regnum, *Æthiopia* quæ *ſub Ægypto*, Ptol. dicitur. Ejus Princeps Mauris *Aſiela-baſſi*, lingua Æthiopica *Joannes Belul*, quod eſt altus, ſeu pretioſus non Presbyter, ut quorumdam fert opinio, dicitur. Hic ſe Davidis ortum ſtemmate gloriatur: utitur autem plerumque iſtiuſmodi inſcriptione. N. N. *Supremus meorum Regnorum, a Deo unice dilectus, Columna fidei, ortus ex ſtirpe Juda, Filius, David, Filius Salomonis, Filius Columnæ Sionis, Filius ex ſemine Jacob, Filius manus Mariæ, Filius Nahu ſecundum carnem, Filius Sanctorum Petri & Pauli ſecundum gratiam, Imperator Superioris & Minoris Æthiopiæ, & ampliſſimorum Regnorum, Juriſdictionum & Terrarum, Rex Noæ, Caffares, Fatiger, Angolæ, Baru, Balignazæ, Adeæ, Vanguæ, Goyamæ, ubi Nili fontes*, & c. Hic inter maximos noſtræ ætatis Monarchas procul dubio cenſendus, ut qui inter

Situs.

utrumque Tropicum a Mari Rubro ad Æthiopicum fere Oceanum pertingat. Et ut aliquanto accuratius ejus Imperii terminos deſcribamus: a Septentrione habet Ægyptum (quæ ſubeſt Turcis) vicinam: ab Ortu ad Mare Rubrum & Sinum Barbaricum ex parte pertinet: a Meridie Lunæ Montibus a Natura vallatur: ab Occaſu vero Regno Congi, Nigro Amue, Nubiæ Regno & Nilo flumine terminatur. Quibus terminis Veterum Æthiopiam ſub Ægypto cognominatam, Troglodyticam, & Cinnamomiferam regionem, & Libyæ Interioris

Soli fertilitas.

partem videtur comprehendere. Regio ipſa in univerſum (ut ex recentioribus qui eam luſtrarunt, conſtant) fertiliſsima. Æſtas ibi gemina eſt in anno, & ferme perpetua: ut uno tempore in aliis agris fiat ſementis, in aliis vero meſsis. Alicubi ſingulis menſibus novæ Fruges, Legumina præſertim ſeruntur. Triticum quidem regio parce producit: Hordeum vero, Milium, Seſamum, Ciceres, Fabas, aliaque Legumina copioſiſsime profert: quorum nonnulla nobis ignota ſunt. Hebeno Perſico & Siliquaſtro abundat. Aromata Piperis, Cinnamomi & Gingiberis hic leguntur. Saccharum etiam in arundinibus copioſe producit, ſed ipſum coquere & expurgare non norunt. Vites iſtic multæ ſunt, Vini tamen hic nullus uſus, præterquam in aula Regis & magni Patriarchæ. Mala medica, Citrea & limones magna copia hic ſponte proveniunt: Mellis item immenſa vis. Nam Apes etiam in ipſis hominum habitationibus nutriuntur: unde Ceræ tantam conficiunt copiam, quæ toti Regioni ad candelas conficiendas ſufficiat abſque Sevi uſu. Linum habet etiam hæc Regio, ſed Incolæ artem ex ipſo telas conficiendi neſciunt, atque magna ex parte pannos ſuos ex Goſsypio ſibi parant, cujus hic magnus

Animalium varietas.

eſt proventus. Metalla habent Auri, Argenti, Æris, ſed ea non expurgant, artem ignorantes. Habet inſuper hæc Regio omnis fere generis Animalia, & Aves: uti ſunt Elephantes, Leones, Tigres, Pardales, Lynces, Rhinocerotes,


ABISSI-
NORUM
REGNŨ
Milliaria Germanica
15 30 45 60 75 90 105
GAOGA
Nubia fluvius
NUBIA
REGN.
Niger fluvius
BRAMAS
Occidens
DAMUT
Anzicana
Maris Aethiopici Pars
Angola.
Zembra
Zet
CAFATES
Fungi
Jaganla
Ambiancantiva
Ambian
BELEGUANZE
Gorhanir.
Tigre.
Barnagasi
Gueguere.
Dangah.
BALLI
Ayaman
Sinus Arabicus
MARE RUBRUM
SINUS
BARBARICUS
Baixos de Patran
Septen.
Occidens
Zibit
Dofar
Cora
Elsergieh
Wagora
Vodora
Badaula
Eda
Fasiuf
Au tux
Mecha
Sarumba
Darfia
Gaura
Vacl
Zibit
Giabel
Massua P.
S. Michiel
Finasen
Cantina
Dobarca
Nubia
Salont
Dembea
Sarabocr
Cogetta
Caselle
Bara
Darga
Zigide
Jadie
Ermita
Amasen
Cemegna
Syre
Ambian
Sova
Amlladora
Machada
Chedaslan
Belegnanze
Maita gan
Niger lacus
Guidan
Os Fanais
R. de Nasaro
C. S Catarina
Catla
Damut
Palinat
Matinga
Zaire flu.
Harode
Lequid
Pango
Sobo
Patta
Aagi
Tinda
Prata
Luiola
Meti
Debsan
Zembra
Gaga
Iberua
Amara mons
Mensa
Ambian
Cubit flu.
Giar
Agag
Manuuna
Girat
Quara
Fungi
Garavà
Bilibrai nas
Dara
Zaslan
Gorga
Quiloa
Sibit
Sibro
Quiramba
Firut
Falacia
Gnvi
Cafates
Tigre flu.
Nilus flu.
Corcora
S. Quirito
Siri
S. Pedro
Bugana
Tugabella
Barrena
Lamon
Assel
Ampasa
Lamon
Melinde
Orgaca
Mombaza
Pemba
Zanzibar
Monsie
1. de Natal
1. de Cosmoleda
1. de Cosmoleda
1. de Cosmoleda
S. Braias
S. Francisco
1. de Cosmoledo
1. da Gallega
In. S. Laurentij
Olabi
Baru
Arcu
Macaia
Adel
Zeit
Mugiar
Cumare
Asuma
Balli
Mantra
Modaugar
Zeila
Comisarn
C. de gogarsta
C. dor sir
Zumetta
Angobas
Doba
Corcora
Dancali
Doroeno
C. de Rabel
Yambo
Aguado que
Patrut
Agonda
Achi
Sebaba
Nubia
Dobarca
Suaquem
Cantina
Massua P.
Finasen
S. Michiel
Barnagasi
Cogetta
Caselle
Bara
Darga
Jadie
Ermita
Amasen
Cemegna
Nilus flu.
Basa
Syre
Ambian
Sova
Amlladora
Machada
Ambiancantiva
Chedaslan
Belegnanze
Maita gan
Niger lacus
Guidan
Os Fanais
R. de Nasaro
Gaga
Iberua
Amara mons
Mensa
Ambian
Cubit flu.
Giar
Agag
Manuuna
Girat
Quara
Fungi
Garavà
Bilibrai nas
Dara
Zaslan
Gorga
Quiloa
Sibit
Sibro
Quiramba
Firut
Falacia
Gnvi
Cafates
Tigre

Imperium majorum.

cerotes, Meles, Simiæ & Cervi (quod contra Veterum opinionem, qui negant Africam alere hoc Animal) Boves, Oves, Capræ, Asini, Cameli, Equi, Sæpissime etiam hic a locustis mirum in modum infestantur. Olim a Reginis duntaxat gubernata hæc Regio fuit. Vnde in historia veteris Testamenti legimus venisse ad Salomonem Regem, Austri Reginam de Saba, audiendi causa admirandam ejus sapientiam, circiter annum mundi 2954. Nomen Reginæ huic fuit *Maqueda*. Credunt Æthiopiæ Reges ex Davidis stirpe, & Salomonis familia sese procreatos esse. Idcirco se Filios Davidis & Salomonis, atque adeo Sanctorum Patriarcharum appellare solent, quod ex eorum semine orti sint Nam ex Salomone filium sucepisse *Maquedam* illam fingunt, quem *Meilech* nominarit. Postea *David* fuit dictus. Is secundum eorum commentum, cum annum ætatis vigesimum attigisset, ad Salomonem Patrem & Præceptorem a Matre remissus, ut doctrina & sapientia utili ac salutari ab eo imbueretur. Quod simul atque assecutus fuit *Meilech* seu *David*, permissa Salonionis, Sacerdotes & Comites Nobiles multos de singulis duodecim Tribubus sibi adjunxit, & in Regnum Æthiopiæ reversus, gubernationem ejus suscepit. Ac una etiam legem Domini, Circumcisionemque eodem importavit. Hæc primordia fuere Religionis Iudaicæ in Æthiopia, & aiunt in hodiernum usque diem ad aulicæ ministeria & canonicatus nullos admitti, nisi de stirpibus ex Iudæa adductis oriundos. Ab his igitur propagata est doctrina de Deo in Æthiopia, & radices egit, ut ad omnes ætates consequentes permanarit. Nam & libros Propheticos retinuerunt Æthiopes & Hierosolymam adorandi causa verum Deum patefactum in Regno Israelis profecti sunt. Quod ex historia Eunuchi Candacis Reginæ, quæ *Iuduth* proprio nomine dicta est, prefecti, intelligi potest. Is enim circa annum a morte & resurrectione Iesu Christi, x, Hierosolymam CCXL Milliaruum itinere accesit. Cumq; ibi officium & cultum Deo debitum tribuisset, & jam domum rediret, in curru sedens Prophetam Esaiam legit. Itaque ad eum divino mandato missus fuit Philippus, Christi Discipulus. Et cum processisissent ambo ad Vrbem Bethzur, tribus milliaribus ab Hierosolymis: ibi in radice Montis Fontem conspexit Eunuchus, cujus Aquis a Philippo baptizatus est. Reversus vero in Æthiopiam Eunuchus baptizavit Reginã, & magnã familiæ regiæ & populi partem. Ex quo Christiani cæperunt esse Æthiopes, fidemque Christianam omni sequenti tempore professi sunt. In toto hoc Imperio urbes paucæ: ac vicatim habitatur. Præcipua regna ad Superiorem Æthiopiã pertinentia, quæ ut plurimum Abissinorum Imperatori subjacent, sunt hæc sequentia. *Regnum Barnagnes*: Hoc fluvio Abanthi & mari Rubro clanditur: urbs primaria est *Beroæ* seu *Barnæ* Ptolemæo *Colone* dicta, ut Sanuto placet: hic Regis vicarius degit: qui Abissinorum Regi CL. equos quotannis pro tributo pendit, cum serico aliisque mercibus; Bassæ vero Turcico mille uncias auri. *Tigremaon* Marabo fluvio proximum & mari rubro, quotannis pendit suo Imperatori CC. equos ex Arabia advectos. Subest huic Regno Regnum *Tigrai*, in quo est urbs *Caxumo* seu *Cassumo*, sedes olim (ut in eorum annalibus est) *Reginæ Sabæ*: ac post etiam *Candaces* Reginæ.

Angot

Angote regnum numo caret, utuntur pro ea sălis & ferri globulis. *Amara* nomen habet a Monte in quo Imperatoris Filii firmo & vigili præsidio servantur, ut defuncto Imperatore heres educatur. *Fluvii* in hoc Regno duo memorabiles per Æthiopiam labentes *Abanhi*, qui *Astapus* Ptol. & *Tacassi* qui Ptol. *Astaboras*, in quem complures alii Amnes confluunt. Fons Abanhi est *Barcenæ Lacus* amplissimus sub Æquinoctiali jacens, in quo plures Insulæ. Hic lacus est *Coloe Palus* Ptolemæi. Incolæ Christianam religionem profitentur, eorumque Fidei articuli præcipui sunt hi. Credunt in unum *Deum* Creatorem Cœli ac Terræ, in tres Personas distinctum. *Deum Patrem*, *Deum Filium* ex Patre ab æterno genitum: qui pro nobis carnem assumpsit mortuus est, & resurrexit; & *Deum Spiritum Sanctum* ex Patre & Filio procedentem. Hæc summa est totius religionis. Vetus Testamentum cum Novo sic conjungunt, ut ritus nonnullos Iudaicos & Christianos sequantur. Infantes omnes masculos pariter & femellas, octavo ætatis die circumcidunt. Nullam tamen salutem circumcisioni adscribunt, quam in sola fide in Iesum Christum collocant. Sed ad quadragesimum diem masculos, ad octogesimum vero femellas, nisi aliqua ægritudo festinationem desideret, baptizant. Singulis annis Baptismum renovant, tam in adultis, quam in infantibus, proferentes hæc verba. *Ego te baptizo in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti.* Hunc morem a Majoribus acceptum sancte observant, non ut primum Baptismum extenuent, aut infirment, sed ut a peccatis absolutionem singulis annis consequantur. Administrationem Cænæ Domini sub utraque specie observant, tam Laici, quam Clerici. Confirmationem & extremam Vnctionem neque pro Sacramento habent, neque usurpare solent. Sabbathum æque ac diem Dominicum ab opere immune habent, veteri Christianorum more. Legis usum illum maximum esse putant, ut peccata nobis ostendat: servari vero a nullo mortalium posse excepto Iesu Christo, qui eam pro nobis implevit, credunt. Sanctos quidem amant & venerantur, sed non invocant. Mariam Christi Matrem magno honore afficiunt, non tamen adorant, neque opem ejus implorant. Conjugium Clericis & Presbyteris non minus quam Politicis permissum est. Omnem fornicationem & libidinem puniunt. Habent Patriarcham Ecclesiis præsidentem, Virum perspectæ Probitatis, gravem bonæ Doctrinæ & provectæ ætatis: cujus munus est Ecclesiasticos Status in unione conservare, Ecclesiasticam Disciplinam tueri, ac rebelles excommunicare. Episcoporum, aliorumque Ecclesiasticorum electio, penes solum Regem manet.

Flumina.

Incolarum Mores.

Congi Regnum.

Regio. Situs.

Soli temperies. Solifertilitas.

Animalium varietas.

Egnum Congi, aliis *Manicongo* amplum potens & opulentum. A promontorio *S. Catharina* quod secundo gradu abest ab Æquinoctiali, Austrum versus protenditur usque ad Promontorium *Ledo*. Habetque ad Occasum Oceanum Æthiopicum: ad Meridiem Montes Lunæ, & *Caferes* populos; ad Ortum Montem, a quo Fluvii emanant, qui in Nili fontes prolabuntur: & ad Septentrionem territorium Regni *Benin*. Mira hic Cœli clementia incredibilisque Aeris temperies, hyeme atque æstate nunquam sævientibus. Abundat Regio Frugibus, Tritico, Milio, Oryza, Arboribus fructiferis. Palmarum plures habet species, unam quæ Dactylos producit, alteram quæ Nuces Indicas, tertiam ex qua Oleum, Vinum, Acetum, Panem conficiunt. Ex Arboris cacumine terebrato vel fisso, succus quidam lacti similis emanat qui initio dulcis, postea tractu temporis acescit. Ex Fructuum pulpa Oleum exprimitur nostro Butyro haud absimile, cujus usus est in cibis, unctionibus, lucernis. Sunt & Casiæ, & Cedri magna copia. Nec desunt in Hortis omnis generis Herbæ ac Fructus ut Pepones, Melopepones, Cucumeres, & similes, præter alia genera quæ cum nostris Europæ Climatibus non conveniunt. Omnis præterea hæc regio Metallorum dives est, etiam Argenti, imprimis circa *Loandam* Insulam. Arborem etiam habet alibi *Ensada*, cujus rami tenuia quædam filamenta demittunt, quæ ubi terram attigerunt, soboleſcunt, excreſcuntque in Arbores, mira propagandi aviditate. Animalium varii generis hic ingens copia. Elephantum imprimis hic maximus proventus, quos vernacula lingua ipsi *Manzas* vocant, miræ magnitudinis, quorum dentes cc libras pendunt. Reperitur & Feræ genus, ipsis *Zebra* dictum, magnitudine & forma Mulæ instar. Mulæ autem genus non esse fœcunditas arguit: fœtum enim parit: habetque pellem a ceteris Animalibus dissimilem: utpote trium diversorum colorum fasciis variegatam: nigris nempe, albis & fulvis. Animal tantæ velocitatis atque feritatis, ut domari, neque ad Hominum usum accommodari ullo modo possit. Adagium Lusitanis hinc fertur, *Velox ut Zebra*. Sunt & hic, ut alibi, Leones, Tigres, Vubali, Onagri, Lupi, Bulpes, Cervi, Lepores, Cuniculi, Simiæ, Chamæleontes, & Serpentum multa genera. Item Porci, Oves, Capri. At non habent Equos, Boves aut alia Iumenta humanis usibus apta. Quare ligneis

Equis,


Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
BRAMAS
populi
Rio Fernand vaz
C de Caterma
Pº das Barrieras
Serras de S. Spirito
Sierra Comprida
Barrieras Vermeilhas
Golfo das Almadas
Matinga
Palmar
SOGNO
SUNDA
Congo rio
ANZICANA
cujus populi anthropophagi
Rio Vinha
Rio Zaire
Rio Boncare
Barbela rio
Panguelungi
populi
Sierras de Cristal
Pango
PANGO
Angote
Sierras de salnitre
Congou
Lelunda
BATTA
AGI: Batta
quæ nunc
SIMBA
Barbela rio
Sierras
de prata
Sunda
Banza nunc
Citta de S. Salvador
Rio Oloe
C Padraon
Sonho
Monbalos
Lelunda rio
BAM
Ambrizi rio
Bamba
PEM
Lemba
Tinda
Zoca
Marbunha
Lemba
Danda
Motolo
BA
Quingego
Lemba rio
Caranze
Ameir
Vila di S. Paulo
Carimba
Engase
Luiola
Rio Caanzo
Carimba
Gulta
ANGOLA
Rio Longa
Rio Benguele
Baia das Vacas
Guma
Rio Coari
Aquilunda lacus
OCEANUS
ÆTHIOPICUS
CONGI
REGNŪ
Milliaria Germanica
5 10 15 20 25 30 35 40 45

129..

Equis, teſte Maphæo, utuntur. Cujus commentum tale eſt. Cantherio ſeu tigno dodrantalis ferme craſsitudinis, pedum octo longitudinis, Bubulum corium ad ſellæ amplitudinem extendunt, huic exhippio divaricatis cruribus Viator inſidet: Baiuli ſuccollãt duo, & ubi longum iter eſt, ſuccedunt alii. Abundat etiam Zibethis, Animalibus formam Felis noſtræ domeſticæ habentibus, ſed paullo minoribus. Habent autem in ſe Odoramenti genus quoddam pretioſi quod & *Zitbethum* dicitur. Nutrit inſuper Aves omnis generis, inprimis Pſittacos virides & cinericios. Struthiones item, Pavones & Gallinas Indicas, Perdices & Anates: habet & Phaſianes, Columbas, Turtures, & minorum Avium quæ *Becca-fichi* Incolis dicuntur, infinitum numerum. Aquilarum præterea, Falconum, Accipitrum fringillariorum, Pellicanorum magnam vim. Sunt & multæ Ardez candidæ, *Aves Regiæ* dictæ, ac aliæ Gruibus ſimiles, quas Incolæ vocant *Flemminges*. Dividitur autem Regnum Congi in Provincias ſex, *Bamba*, *Songo*, *Sundi*, *Pango*, *Batta* & *Pemba*. *Bamba* littoralis eſt, ab Ambrizi flumine ad Coanzam uſque: regitur a variis Præfectis, quos ipſi *Mani* vocant. Primaria urbs eſt *Panza*, ſita in planicie quæ eſt inter fluvium *Lozε* & *Ambrize*. Hic moratur Præfectus Provinciæ, diſtatque a Mari C.M.paſ. *Songo* ad flumen *Zaire* ſita eſt. Primaria urbs eſt *Songo*, in qua Præfectus hujus provinciæ agit. *Sundi* a *Congi* urbe ad fluvium uſque Zaire protenditur, Metallorumque variorum copia abundat. Incolæ ferrum ceteris præferunt, quod ex eo gladii, cultri, arma cudi poſsint: habent & zebelinos & Martes, aliaque Animalia quæ in ceteris quoque Provinciis inveniuntur. *Pango* a Septentrione Sundi contermina, a Meridie Batta, ab Occaſu Comitatu Congo, & ab Ortu montibus Solis terminatur. Vrbs primaria in qua Præfecti degunt Provinciæ cognominis eſt, diciturque *Pango*. *Batta* quinta Provincia: ejus fines ſunt a Septentrione Pango, ab Ortu extenditur ad montes Solis, & ad radices Montium Salnitri. Et a Meridie uſque ad Montem Bruſciato. Hiſce finibus *Batta* terminatur, atque urbs ejus primaria, in qua Princeps habitat, ſimiliter *Batta* dicitur. Sexta & ultima Provincia *Pemba* ſita eſt in meditullio Regni Congi. In hac ſita eſt totius Regni urbs primaria & Regia. Hæc hodie S. *Salvatoris* nominatur, olim vero dicta fuit *Banza*, quæ vox ſignificat Aulam in qua Rex aut Præfectus plerumque agit. Sita CIↃ I

mill. paullo plus minus a mari in magno & excelso Monte. Multis Fluviis regio ipsa irrigatur. Præcipuus est *Zaire* è lacu *Zembre* ortus. Latitudo quibusdam locis est quinque milliarium : tantam autem aquarum vim in Oceanum Æthiopicum evolvit, ut x, atque interdum xvi milliaribus servet dulcedinem. Adverso flumine ad v tantum Milliaria navigare licet: occursantibus postea undis, magno impetu, quia è cataractis ruunt. In Fluminis Ostio Insulæ quædam sunt, quibus per Vicarios suos Rex Congi imperat. Lembi illic ex arbore Licondo capaces cc Hominum. Crocodilos capiunt, & Hippopotamos, & Piscem, quem ipsi *Ambize Angulo* vocant, quingentarum librarum, eximii saporis, quem sub pœna capitis Piscatores ad Regem deferre coguntur. Et quēadmodum Flumina Piscibus abundant, sic etiam Sinus & Maria. Et potissimum quibusdam Piscibus quos vocant *Sardinaes* & *Anchioves*, quorum tanta copia est, ut hiberno tempore ultro in littus saliant. Sunt & alia genera Piscium delicatorum, ut Accipenseres vulgo Sturiones, Mulli & hujusmodi : ac Cancrorum magna copia: adeo ut maxima pars adcolarum maris iis vivant. Non desunt Montes, inter quos altissimus Lusitanis, *La Sierra Complida*, hoc est, *Longus Mons* : *Mons Crystallu* sic dictus a magna copia Chrystalli quæ in eo reperitur: valde excelsus hic & incultus. Sunt & alii qui dicuntur *Sierras de Sol*, id est, *Montes Solis*, qui supra modum alti sunt. Alii item qui dicuntur *Montes Salnitri*, quia in iis ingens hujus Mineralis vis: *Montes Cabambe*, ingentem Argenti vim proferentes, & alii: Incolæ & potissimum Bambæ proceri, robore corporis gladiatorio, vastis musculis: gestant grandes gladios, Heloeticis similes, quos a Lusitanis coemunt. Vno ictu vivum Hominem medium dissecare, aut Bovi vivo caput præscindere, Ludus est. Fuere qui vas Vino plenum cccxxv librarum brachiis suis gestarint. Monilia sibi nectunt ex caudis Elephantorum. Ex hac Provincia talium Virorum xl millia colliguntur ad militiam Regis Imperio, quoties id usus aut necessitas postulat.

Flumina.

Maria.

Montes.

Guinea cum Insulis S. Thomæ, Principis & Anni boni.

GVINEA.

Regio.

GVINEÆ Regnum eo tractu est, quo *Gangines* Æthiopes, de quibus apud Orosium & Æthicum, teste Ortelio. Incolis *Ghinni* dicitur. Regio Nigritarum est. *Nigritæ* dicuntur adcolæ fluminis Nigri, qui mediam regionem præterfluit Nili instar agros vicinos fœcundans. Crescit hic, ut & Nilus mense Iunio, totos dies XL quibus per regionem vicinam navigare licet. Ita limo obducta tellus miro proventu rerum luxuriat. Circa flumen planities amplæ, nulli Montes aut colles. Silvæ frequentes, quibus Elephanti pascuntur. Crebri Lacus, qui ex Nigri inundatione dicuntur remansisse. Aer saluberrimus, adeo ut morbo Hispanico laborantes, si in eam regionem proficiscantur certo convalescant. Sermo Nigritis varius, pro Cœlo & Solo. Religio varia: Sunt in Mediterraneis Christiani, Mahumetistæ, Gentiles. Maritimi vero omnes Idola colunt. Reges Nigritarum sunt tres. *Tombuti*, *Borni*, & *Gaogæ*. *Gualatæ* etiam proprium Regem habent. Color omnibus nigerrimus. Ceterum *Guineæ* Regnum inter *Gualatam*, *Tembutum*, & *Melli* situm est, a

Situs.

Nigro flumine ad Oceanum usq; Æthiopicum. Aer *Guineæ* nostris corporibus noxius est, tum ob Cœli intem-

Cœli temperies.

periem, tum propter pluvias, quæ putredinē pariunt & Vermes. Est autem Hordeo, Oryza, Gossypio, Auro,

Solifertilitas.

Ebore: Ovibus item & Gallinis abundans. Est & Aromatis quoddam genus, sapore piperi conforme, Lusitanis *Melegneta* dictum. Aliud item duplo efficacius Pipere Calicutiano, vocaturq; dictis Lusitanis *Pimienta del Rabo*,

Animalium varietas.

quod tamen vendere non licet, ne vulgare Piper prorsus sordeat & vilescat. Fructus alios præter Dactylos nullos habet, sed eos ex Numidia aut Gualata Incolæ perunt. Quadrupedum imprimis Elephantorum & Simiarum, Aviumq; ingentē habent copiam, præsertim vero Pavonum & Psittacorum cinericiorum. Habent & minutas quasdam Aves quæ ex arborum ramis pendulū sibi ipsę nidum singulari arte construunt. Arcem, Opidum, urbem, non habent. Pagum unum duntaxat amplissimum, quem Principes, Sacerdotes, Doctores, Mercatores incolunt: ceteri sparsim degunt. Circa *Caput Lupi Conzalvi* Incolæ Solem, Lunam, Terram adorant: hanc sputo

Mores.

inquinare magnū apud ipsos piaculum. Cutem sibi ipsi conscindunt potius quam scarificant, & postea unguento quodam colorato tingunt: bello ipsis, nobis stupendo spectaculo. Solutant Principem in genua prolapsi,

Victus.

manibus complosis: aliis inclamant *Fuio*, *Fuio*, *Fuio*. Inter prandendum potu abstinent, pransi bibunt vel Aquā vel Vinum è Palma. Palma hæc non ea quæ Dactylos seu Carvotas fert, sed ab hac arbor diversa, quovis anni tempore succum emittens. Arboris truncum sauciant, lachrymam inde manantem vase aliquo exceptam ad ebrietatem usque hauriunt: quippe cum liquor is sit Vino quovis etiam generoso meracior. Color ei subcinericius, *Mignolum* vocant. Nec major est proventus arbori, quam binæ ternæve mensuræ intra diem naturalem,

Fert ea


Sep 20 tentrio
AFRICÆ PARS
GENEHOA
CARAGOLI
MANDINGA
CARAGOLES
MELLI
MALAGVETA
GVINEA
BAGANA
LYBIA INTERIOR
LUDAYAS
ZEGZEG
BENIN
REGNU
ASSAS
Sierra Liona
Baixo de S. Anna
Cdo 3 Pontas
C. Corso
Aquinoctialis Linea
ÆTHIOPICUS OCEANUS
I. S. THOMÆ
Citade
Cabo de Lopo Gonsalves
J. de Principes
J. de Fernando Poo
Milliaria Germanie
15 30 45 60
20 Merid.

130.

Fert ea arbor fructum Olivæ triplici virtute pollentem : Oleum videlicet, ut odoris violacei, saporis olivæ : id si dapibus adhibitum fuerit, eas uti Crocus tingit, aut eo amplius, Viri juxta & Feminæ nudo capite incedunt : quibusdam tegmen est ex corticibus arborum aut Nuce Indica confectum. Sunt qui superius labrum *Vestitus.* sauciatum habent, perque illud foramen & per nares Eboris frusta adigunt, hoc ipso ut opinantur, valde formosi. Alii ex interstitio narium, aut è labris ebur gestant, & conchas : quidam etiam pertuso inferiore labro linguam tanquam per os alterum exsertant. Vestimenta contexunt ex arborum libris, hisque decore scilicet, verenda tegunt : ex iisdem storeis non ad usum, sed ad ornatum nexas gerunt Simiarum & Cercophithecorum pelles, cum Nola. Oculum alterum rubro colore tingunt, alterum cæruleo. Feminæ ditiores ingentes annulos ex ferro, ære rubro, aut stanno cruribus nectunt. Postremum in stupida & putida barbarie mirifice sibi placent. Horum numi aurei sunt nulla inscriptione insigniti: utuntur etiam numis ferreis in rebus viliori-bus emendis.

Insula S. Thomæ.

Regio & unde dicta. INSULA S. *Thomæ* sequitur nunc explicanda : inventa a Lusitanis die festo B. Thomæ, a quo etiam indi-tum loco nomen. Sub ipso Æquatore sita est forma pene rotunda. Ejus diameter est LX milliarium. Hæc *Situs.* cum detegeretur tota consita erat proceris arboribus, quarum rami sursum crescebant. Pestem nescit: Aer *Aeris qualitas.* calidus, & salubris: pauci tamen Christiani hic ad quinquagesimum ætatis annũ pertingunt: ita ut prodigiosum foret inter illos cana barba aliquem videre. Indigenæ vero facile ad centesimum annum vivunt. Dies noctibus semper æquales. Mensibus Martio & Septembri crebræ & densæ pluviæ decidunt, quibus solum humectatur, cæteris mensibus rore copioso recreantur Fruges. Solum ipsum Insulæ tenax, lentum, colore subruffo. Frumentum, Vites, aut Arborem duriuscula ossa habentem non patitur : fert aurem Melones, *Soli fertilitas.* Cucumeres, Cucurbitas, Ficus, Gingiberis & Sacchari inprimis ingentem copiam, adeo ut quotannis XL naves Saccharo onustæ solitæ fuerint ex hac Insula alio exportari, proque Saccharo suo Vinum, Caseum, Frumentum, Coria, aliaque ad vitam necessaria importari. Sed desiit proventus iste ex quo tempore vermiculi quidam arundinum radices perfodere cœperunt, adeo ut nunc vix VI naves Saccharo illic nato possint quotannis onerari. Liberaliter etiam Milium, Orizam, Hordeum præbet. Lactucas item, Brassicas, Rapas, Betam, Petroselinum, Herbas hortenses magna luxurie profert. Præter has radicem quæ apud Indos crescit in Insula Hispaniola, quæ illic *Batata* dicitur. Nigri hujus Insulæ dicunt *Ignamam*, ac plantant tanquam herbam eximiam eorumque vitæ necessariam. Cortex exterior nigri coloris est, interior albus forma oblonga, insta majoris rapæ, atque in radice plures ramos habet. Castaneas gustu repræsentat : melior tamen & delicatior. Vulgo sub cineribus aut prunis cocta, aliquando etiam cruda comeditur. Incolæ Hispani huc aliquot Olivas, Persicos, Amygdalos, aliasque arbores transtulerunt : quæ plantatæ pulcherrimæ quidem aspectu fuere, sed nunquam ullos tulerunt fructus. Est in hac Insula Cancrorum mirificum genus, quod in terra Talparum insta

instar degit, thalassii coloris: solum subvertens: hoc omnia longe lateque infestat, arrodit, absumitque. Reperitur etiam in hac insula Avium ingens numerus, Perdices, Sturni, Merulæ, Passeres virides modulantes, & Psittaci. Vrbem in ea Lusitani condiderunt *Pavoasam*, ad flumen, in qua 1000 familiæ creduntur habitare, præter Episcopum aliosque ordinis Ecclesiastici homines. Portum optimum amnemque saluberrimum habet. Ad piscationes incitant in Mari omnis generis pisces. Imprimis vero res miranda est infinitum numerum Balenarum conspicere, quæ in hoc, & in reliquis Africæ littoribus reperiuntur. In media Insula mons est valde nemorosus, qui perpetuo nubibus tegitur adeo densis, ut ex Silvis aquæ manent rigandis Sacchari arundinibus sufficientes: quoque Sol est sublimior, eo magis Cœlum est circa Montem illum nebulosum. Incolæ partim albi sunt, partim nigri. Mirum quod narrant, nigros admodum Pulicibus, Pediculis & Cimicibus infestari: albos neque Pediculos, neque Pulices, neque Cimices in lectis habere.

Animaliuum varietas.

Vrbs Pavosa.

Mons.

Insula Principis.

HAVD procul inde, citra Æquinoctialem tamen gradibus pene tribus, *Insula* est *Principis*. Hæc ex eo nomen traxit, quod *Principi* Portugalliæ hujus Insulæ reditus esset assignatus. Satis culta est, & proventu Sacchari celebrata. Crescit & in ea Palma, cujus supra mentionem fecimus, ex qua succum elic iunt quo, sitim levāt,

Vnde dicta.

Colifertilitas.

Anni Boni Insula.

ANNI *boni* vel *de Annobon* Insula, sic dicta, quod sub novi Anni auspicia detecta fuerit. Ea ultra Æquinoctialem Austrum versus pari intervallo sita est. Inhabitata est: sed ad ejus littora optimæ piscationes fiunt: atque his locis Pisces volantes interdum apparent. Crocodilorum etiam hic ac venenosorum Animalium incredibilis copia. Atq; hæc de *Guinea* & hisce Insulis, deque *Africa* hactenus dicta, sufficiant. Libet autem adscribere Coronidis quasi loco, quod Æneas Gazæus Græcus Scriptor retulit in Theophrasto suo, sive libro de animarum immortalitate, & resurrectione mortuorum, Martyres ac Sacerdotes magnæ Libyæ, evulsa a Tyranno & excisa ipsorum lingua, nihilominus clare locutos fuisse, ac annunciasse animo hilari ac magno Dei magnalia, quod obstupefactum se vidisse & audivisse commemorat. Qui porro, quam ego attuli, plura petat, consulat moneo ex veteribus Salustium in bello Iugurthino: Hannonis Africæ circumnavigationem apud Arrianum: & Iamboli, apud Diodorum Siculum: item Melpomenen Herodoti. Ex recentioribus Aloysium Cadamustum: Vascum de Gama: Franciscum Alvares, qui Æthiopiam perlustravit: Ioannem Leonem qui omnium accuratissime eam descripsit: & Ludovicum Marmolium: item Livium Sanutum, & alios. De Nilo fluvio totius Orbis terrarum maximo, extant litteræ Ioannis Baptistæ Rhamusi, & Hieronymi Fracastorii. Nos ad tertiam Orbis partem Asiam pergimus.

Vnde dicta.

Nomina. IN *Asia*, ad quam nunc pervenimus, *Imperium Turcicum* primo loco occurrit. *Turcarum* meminit Mela libro primo: Eosdem agnoscit Plinius lib. VI. cap. VII. neque est dubium quin ab his & nominis & gentis originem traxerint illi, qui longe lateque hodie imperitant, ignavia & dissensionibus nostris magni. Postellus putat eos Hebræis *Togarma* nominari: sic etiam Benjamin Tudelensis. Hi se ipsos *Musulmannos* vocant, hoc est circumcisos, vel ut alii interpretantur, recte credentes. Turcæ vero appellari nolunt, ac nomen hoc contumelioſum apud ipsos habetur, cum lingua Hebræa exules Significet, vel secundum alios, vastatores.

Situs. Ceterum *Othomanæ* seu *Osmanidæ* familiæ *Imperium*, quod sane amplissimum est, ac potentissimum, permultas Provincias, ac regiones Europæ, Africæ & Asiæ complectitur. In Europa extenditur juxta oram maritimam Hadriatici Sinus a finibus Epidauri nunc *Ragusi* & totum Ægæum mare ambiens, simulque Propontidem, ac non minimam Ponti Euxini partem, ad Theodosiam urbem in Taurica Chersoneso sitam, quam nunc *Caffam* vocant, terminatur: quod spacium octo millia milliar: continet. In Mediterraneis vero protenditur a Iavarino Opido Hungariæ, Incolis *Rab*, ad Constantinopolim usque in finibus Europæ sitam. In Africa habet Turca universam oram maritimam ab Opido *Bellis de Gomera* usque ad Sinum Arabicum, seu mare Rubrum, exceptis paucis locis Hispaniarum Regi subjectis. In Asia etiam quam latissime sese extendit. Regio ut

Soli fertilitas. plurimum, Frumenti, Tritici, Hordei, Avenæ, Siliginis, Fabarum, Milii aliorumque Leguminum fertilis. Abundat Oriza, Lino, Gossipio. Vineta quoque habet. Fert etiam magna copia Pepones, Melones, Cucumeres, Nuces, Poma, Pira, Mala Punica, Aurantia, Castaneas, Ficus, Cerasa, alioſque Fructus: sed non in omni Regno. Sunt enim loca, ut passim in Cappadocia & Armenia minori, ubi nihil horum (propter intensissimum frigus) nascitur. Venas item habet Auri, Argenti, Ferri, Aeris & Aluminis. Varii generis alit Animalia, magnamque Camelorum Mulorum & Pecudum copiam. Equi Turcici, Canesque ferocissimi im-

Animalium varietas. primis probantur. Turcarum porro Imperio tale legitur fuisse initium. Primus illorum Imperator *Ottomannus* Tartarus fuit, miles magni Cham, homo audax, corporis viribus præ ceteris eximius. Hic prætextu in-

Imperium majorum. juriarum quarundam secedens a Tartaris, cœpit in Cappadocia Montes atque aditus insidere. Habebat initio apud se equites XL: accessere tum prædæ spe, tum scelerum suorum conscientia permoti multi alii; quorum opera, quod antea clam instituerat, palam adgredi cœpit, occupavitque *Cappadociam*, *Pontum*, *Bithyniam*, *Pamphiliam* & *Ciliciam* regiones opulentissimas. Hæc gesta sunt circa annum Domini CIↃ CCC. Huic successit filius *Orchanes*. Hic a patre acceptum Imperium iisdem artibus, sed majore opum vi & divitiarum copia servavit auxitque: usus imprimis oportunitate Christianorum inter se animis dissentientium: quo factum est, ut *Mysiam*, *Lycaoniam*, *Phrygiam*, *Cariam* viribus suis domuerit, *Nicæam* obsederit ceperitque; Regnum suum & ad Hellespontum usque protenderit. Contendebant eo tempore inter se Palæologi cum Cataçuzeno.

Ratu


TURCICUM IMPERIUM
Milliaria Germanica
30 60 90 120
MARE MEDITERRANEUM
Pontus Euxinus
Mare de Bachu olim Caspium Mare
TARTARIAE PARS
RUSSIÆ CONFINIA
PERSICI REGNI PARS
Arabia deserta
Arabia felix
Mare Elcaut
RUBRUM MARE
Occi.
Ori.
MERIDIES

131.

Ratus autem quod res erat, fore ut si huic faveret in Europam accerseretur, trajecit, & viam posteris stravit Europam divexandi. Sub finem vitæ infeliciter cum Tartaris decertans occubuit, postquam regnasset annos unum & triginta. Huic successit Filius *Amurathes*, egregius simulandi & dissimulandi artifex, robore animi, laborum tolerantia, disciplina rei militaris Majoribus haud inferior. Hic contentiones illas, de quibus dictum est, inter Græcos dissimulando fovit: quibus bello fessis & exhaustis, Genuensium navibus conductitiis usus (hominum perfidiam & avaritiam vide) ex Asia in Thraciam superato Hellesponto trajecit. Anno CIↃ CCCLXIII, *Callipolim* in Chersoneso sitam occupavit, quam magna statim Thraciæ pars sequuta est. Postea devicit *Mysiam*, *Bessos*, *Triballos*. Denique quum expugnata *Adrianopoli* Serviæ Bulgariæque inhiaret, a Servio Lazari *Serviæ* Despotæ olim Clientequē in prælio ceperat, pugione confossus, periit. Libreos reliquit *Solimannum* & *Baiazetem*: *Baiazetes* Fratre interempto rerum potitus, Thraciam omnem vincere instituit. Vir erat ingenio acri, & maximarum rerum cupido: in rebusque capessendis audax, in administrandis solers, in laboribus perferendis indefessus, in occasionibus prospiciendis acutus & sagax, in exequendis constans. Igitur Thracia omni superata, animum ad Constantinopolim adjecerat; sed primum Thessaliam, Macedoniam, Phocidem, Atticam occupare visum est, *Mysios* quoque (qui hodie Servii) *Illyricos* (qui Bosnenses) & *Triballorum* (qui Bulgari dicuntur) partem reliquam Principe Bulgariæ interfecto subegit. Iamque Constantinopolim totos annos octo obsederat, quum Hungarorum Gallorumque (quos Imperator eo nomine in Italiam profectus accersiverat) adventantium copias reformidans, relicta obsidione, ad Nicopolim iis occurrit: Congressus victor evasit cæsis captisque magna ex parte Gallorum Ducibus. Quo rerum successu elatus *Baiazetes* rursus Constantinopolim contendit, eamque biennii obsidione fatigavit: jamque actum erat de obsessis, nisi *Tamerlanes* magnus Tartorum Cham igni & ferro Asiam totam depopulari, urbes vastare, prædas agere instituisset, cujus ille subito terrore evocatus, in Galatiæ & Bithyniæ finibus aciem instruxit. Pugnatum est acriter in multam noctem. At Bajazetes impar viribus superatur, & captus aureisque compedibus vinctus in cavea per Asiam traductus est. Tandem dimissus in Asia inglorius paullo post diem obiit, postquam regnasset annos XIII, menses VI. Filios reliquit *Calapinum*, *Moysen*, *Mahumetum* & *Mustapham*, *Calapinus* subito extinctus est: Filius ejus Orchanes a Moyse patruo interemptus, ipse etiam Moyses a Fratre Mahumeto. Hic *Valachiam* *Macedoniamque* omnem devicit, signaque Turcica ad Ionium usque pelagus promovit: regiam constituit Adrianopoli, & postquā imperasset annos XVII è vita excessit, anno Domini CIↃ CCCCXXII. Hinc *Amurathes* secundus Imperium adeptus est. Hic Genuensium ope in Thraciam delatus Patruum suum Mustapham cui Græci magis favebant, bello vicit. *Thessalonicam* urbem antiquam, & tum temporis amplitudine, amœnitate, opibus, situque illustrem, quæ tunc a Venetis tenebatur, evertit, *Cyprum*, *Epirum*, *Ætoliam* subegit. Quumque intelligeret rebus suis stabiliendis, Christianorum vero debilitandis magnopere sibi Georgii Despotæ

Servia

Serviæ Domini amicitiam prodeſſe poſſe, eam modis omnibus ambiit, ducta inſuper ejus Filia in uxorem. Hac & ſuis viribus fretus, Belgradum oppugnare aggreditur. Periere in obſidione VII Turcarum millia. Succeſsit huic *Mahumetus* ſecundus. Hic Fratris nece tyrannide ſtabilita, *Conſtantinopolim* expugnavit anno CIↃ CCCCLIII, penultima die Maii. Biennio poſt Belgradum ſe contulit, ſed multis ibi ſuorum interemptis, ipſe ſaucius diſcedere coactus eſt. Poſtea *Bulgariam* occupavit. *Dalmatiam* & *Croatiam* cum *Raſcia* omni. *Trapezuntem* etiam expugnavit & *Mytilenen* cum aliis quibuſdam Maris Ægæi inſulis. *Eubœam* cepit, & *Theoloſſam* nunc *Capham* urbem Genuenſium devicit. Præfuit imperio annos XXXII. *Baiazethes* II bellum cum Venetis geſsit: eiſque *Naupactum*, *Methonam*, *Dyrrachiumque* abſtulit, *Dalmatiamque* omnem depopulatus, veneno interiit. Hujus filius *Selymus* imperium invaſit. Hic *Alcairo* munitiſsima Ægypti urbe expugnata, Sultanoque cæſo, Alexandriam, totamque Ægyptum ſuo ſubjecit imperio: Damaſcum cepit. *Solymannus* unicus Selymi Filius, patri ſuffectus eſt. *Belgradum* cepit propugnaculum non Hungariæ ſolum, ſed totius etiam Orbis Chriſtiani. Idem *Rhodum* devicit, *Strigonium* & *Budam*, aliaſque Vrbes expugnavit, Viennam Auſtriæ obſedit, tandemque ad Zygethum periit anno Imperii ſui XLVII. Sequutus eſt *Selimus* ſecundus, qui inducias Maximiliano fecit annorum VIII, *Cyprum* Venetis ademit. Tunetum & Gouletam occupavit, obiitque anno CIↃ IↃLXXV. Huic *Amurathes* ſucceſsit, & huic *Mahumethes* III, qui parricidio interemptis Fratribus XVIII Imperium auſpicatus eſt, & adhuc pœnis reſervatur. In his Ditionibus quatuor habet Vrbes opulentiſsimas, *Conſtantinopolim*, *Alcairum*, *Alepum*, *Tauriſum*. *Conſtantinopolis*, quondam *Bizantium*, de qua in Thracia diximus. *Alepum* maxima Syriæ Vrbs. Emporium celeberrimum, & quaſi centrum, quo mercimonia Aſiæ undique confluunt. *Tauriſium* vel *Tauris*, ampliſsima quondam Imperii Perſarum civitas, quibus, noſtro ævo erepta eſt. *Alcairum* vel *Cairum* inter omnes Africæ Civitates principatum obtinet. Non enim alia ulla eſt, quam non longo intervallo poſt ſe relinquat. Maxima Turcis cura exſtruendi ſpatioſas Meſchitas ſive Templa, & Carbarſara ſive Xenodochia, adhæc Balnea, Aquæductus, Pontes, Vias, aliaque publici operis, quæ ſane omnia ſpectabilia ſunt apud Turcas, & præclara. D. Sophiæ Templum in Vrbe Conſtantinopoli pulcherrima eſt omnium ſtructura, quæ adhuc permaneat, ſcribente Bellonio, longeque ſuperat Romani Pantheonis ſtructuram. Regium Turcæ Palatium ac multa vetuſta Monimenta, ne prolixior ſim, prætereo. *Ottomanorum* Regimen eſt prorſus Deſpoticum. Turcarum enim Imperator adeo abſolute Dominus omnium rerum, intra fines ſui Dominii contentarum eſt, ut Incolæ, ſe ipſius Mancipia, non ſubditos nuncupent: nec quiſquam ſui ipſius, multoque minus, domus quam inhabitat, aut agri quem colit, Dominus eſt: exceptis aliquibus familiis in Vrbe Conſtantinopoli, quibus præmii loco, & privilegio, id conceſſum a Mahumete II fuit.

Urbes.

Opera publica & privata.

Regio & unde dicta.

PROVINCIA hæc Syriæ longe celeberrima olim *Terra Chanaan* dicta fuit, a *Chanaan* filio Cham, qui communis discessionis necessitate pulsus eam tenuit: *Terra* item *Promissa* sive *Promissionis*, quod Patribus Abrahæ, Isaac & Iacob a Deo promissa esset. Hæc ipsa veteribus Incolis ex ea pulsis, atque Israelitis in eorum locum substitutis, *Israel & Iudæa* cœpit appellari. Ptolemæus & alii *Palæstinam* nuncupant, a *Palæstinis* populis magni nominis qui in Sacris literis *Philistim* vocantur: Christiani *Terram Sanctam*. Regio hæc in umbilico Orbis constituta, inter Mare Mediterraneum & Arabiam, qua ex parte Montibus fere continuis natura ultra Iordanem ss. vallatur: atque ab Ægypto incipiens, ut vult Herodotus, vel, ut alii, a Sirbonis lacu, usque ad Phœniciam porrigitur. Ab Oriente autem Syriam & Arabiam: a Meridie desertum Pharan & Ægyptum: ab Occidente mare Magnum seu Mediterraneum: a Septentrione vero Libanum montem, fines habet. Ejus longitudo ad Septentrionem a Civitate Dan ad radicem Montis Libani sita (quæ postea Cæsarea Philippi & Paneas dicta est) versus Meridiem porrigitur, & usque ad Bearsebach Civitatem in Tribu Simeonis contra desertum magnum sitam, plus minus LXVII conficit milliaria, singula unius horæ itinere commensuranda. Latitudo vero, quæ ab Occidente a Mari magno in Orientem ad Iordanem usque sumenda, quibusdam locis XVI, quibusdam XVIII milliaria complectitur. Inter omnes vero regiones quæ sub Cœlo sunt ob Aeris salubritatem Cœlique temperiem imprimis commendatur, in qua nec rigor est nimius hyemis, neque æstatis ardor. Imprimis autem ob Soli ubertatem, Frugum omnis generis abundantiam, atque aliarum omnium rerum copiam, quæ res tum ad hominum vitam sunt necessariæ, tum etiam earum, quæ hominibus solent esse in delitiis, apud Scriptores tam sacros quam prophanos maximis est celebrata laudibus. Moses de hac ita Israelitis est vaticinatus Deutero. VIII. *Ecce Dominus Deus tuus introducet te in regionem bonam & amplam, cujus aquæ, torrentes, & fontes abyssi exeunt ex planitiebus & montibus, terram Tritico & Hordeo abundantem, Vitibus, Ficubus Malis Punicis, Palmis: terram Oleo & Melle affluentem, in qua pane tuo absque penuria vescaris: terram cui pro lapidibus est Ferrum, & cujus ex Montibus Æs effodias: terram Lacte & Melle manantem: terram quam Deus tuus procurat, cui divinitus prosperitas est collata, ut fertilitate omnes alias terras superet, ac Paradisi Dei sit adsimilis.* Longum foret reliquorum, Iosephi, Plinii encomia quibus miram hujus terræ commendant fertilitatem commemorare. Videndus de his oculatus testis Brocardus. Ex his vero quæ ad vitæ delitias, vel Medicinæ usum faciunt, præcipue commendatur *Balsamum*, huic olim Orbis parti generosissimum uni a Deo concessum, quo nunc caret. *Aromata*, *Mastix*, ac duo *Nucum* genera, alterum *Amygdala* Latinis dictum: alterum vero quod optimum in ea regione est, Græcis & Latinis *Pistacea* dictum. In Montibus etiam Ferrum atque Æris Metalla ecfodiuntur.

Situs.

Aeris qualitas.

Soli fertilitas.

Aqnis

Carmelus pen prod. et unico l duorū montium nomen teste D Hieronymo quorū alter est in Galilæa ad Australem plagam in quo habitavit Nabal Carmelos maritus Abigail: alter Phoenices iuxta Ptolemaidem mari imminens in quo Elias propheta flexis genibus pluviam impetravit. Posterioris huius meminit et Plinius lib 5 cap 19. Promontorium (inquit) Carmelum et in monte oppidum eodem nomine quondam Ecbatana dictum.



Phoenicia vel Phœnice Asiæ regio sic dicta a Phoenice Neptuni et Lybies filio ut author est Stephanus. Huius regionis incolæ Phoenices dicuntur quos ait Iosephus invenisse Græcas literas. Hæc regio est Syriæ pars et Iudæa propinqua et in ea sunt Tyrus et Sidon urbes, Carmelus et Libanus montes, in quibus thura leguntur.

Septentrio

132

Animalium varietas.

Imperium majorum.

Aquis dulcibus & amœnis paſcuis abundat: Pecoribus, Armentiſque frequens, Lactis copia, & bonitate nulli concedens. Aprorum item, Capreolorum, Leporum, perdicum, Coturnicum, ac aliorum ejuſmodi Animalium & Avium optima hic venatio. Lupi, Cervi, Leones, Vrſi, & Cameli innumeri inveniuntur. *Terra* autem *Chanaan* Regna Regeſque habebat triginta & unum, præter Sydonios & Palæſtinos maritimos, cum ab Iſraelitis occupata atque obtenta fuit, maxima antiquorum cultorum parte vel interfecta vel depulſa. Ipſi vero *Iſraelitæ* ſub *Ducibus* fuerunt annis circiter quadringentis & quinquaginta uſq; ad Samuelem Prophetam. Quorum non fuit ſucceſsio ex certa ſtirpe, aut electio certi Senatus, ſed velut *Ariſtocratia* Seniorum in ſingulis Tribubus. Poſt mutata fuit forma hæc gubernationis a Deo inſtituta in Regnum, populo id flagitante, ac multos annos duravit hæc Politia. Succeſſu tamen temporis multas calamitates paſsi ſunt Iſraelitę, donec tandē omnino regno ſunt exuti. Varias enim mutationes expertam hanc gentum, multiſque bellorum tempeſtatibus agitatam fuiſſe, vel gentis ingenio Imperium nec ſuum nec alienum ferente, vel peccatis eorum divinam iram provocantibus, vel exteris regionem feliciſsimam appetentibus, ſacræ & prophanæ Hiſtoriæ nobis teſtantur. Victi aliquoties, aliquoties in duram ſervitutem exportati, nec ſecundis nec adverſis rebus idonei fuere. Experti jugum modo vicinorum, modo remotiſsimorum populorum, *Ægyptiorum*, *Chaldæorum*, *Medorum*, *Perſarum*, *Macedorum*, *Romanorum*: nec deſtiterunt unquam ſeditioſis conſiliis ſeque ſuamque Rempublicam omnem peſſundare, donec ipſum *Filium Dei* humani generis Servatorem, nefariis manibus (quo nullum ſcelus altius eniti potuit) cruci affixerunt. Ex eo ſequutus longa ſerie novus malorum ordo. *Titus Veſpaſianus* Iudæa devicta, Hieroſolymis captis, multis Iudæorum millibus in captivitatem abductis, pluribus occiſis fame, peſte, igni, gladio, Templum & quidquid ſacri aut prophani erat, vaſtavit diruitque, anno a Chriſto nato LXXIII: quod ipſe in terris agens futurum ante prædixerat. Vrbem reſtituit Ælius Adrianus: mutata nonnihil loci regione: Ac Templum vetus Salomonis diſsipatum dirutumque jacuit uſque ad annum CCCLXIII, quo Iulianus Apoſtata Iudæis illius inſtaurandi copiam fecit: qui tamen miraculo territi a cœptis deſtiterunt. Anno IↃCXV *Choſroes Perſarum Rex* urbem cepit, & in ea nonaginta millia hominum trucidavit: ſed ab Heraclio ſuperatus & captus pœnas dedit. Anno IↃCXXXVI *Haumar Saracenorum Princeps* Iudæam omnem ſibi ſubjecit, manſitque totos quadringentos quinquaginta annos ſub Saracenorum poteſtate. Anno autem CIↃXCVII quum Concilio Claremontano decreta eſſet ſub Vrbano II, ſacra profectio recuperandæ Terræ Sanctæ gratia, *Gotofredus Bulioneus* coactis Chriſtianorum copiis ampliſsimis (dicuntur enim CCC fuiſſe peditum millia, c millia equitum) Saracenos expulit. Anno CIↃCLXXXV, *Saladinus Perſarum Rex Saracenos* reſtituit. Haud multo tamen poſt rurſum invaſere Chriſtiani. Iterumque *Saraceni* anno CIↃCCXVII, donec poſt varias mutationes *Turcæ* eam omnem occupaverunt anno CIↃIↃXVII. Complectitur hæc *Idumæam*, *Judæam*, *Samariam*, & *Galilæam*. *Idumææ* initium trahit a Caſsio monte, vel ſecundum alios a Sirbonis lacu & verſus Ortum ducitur uſque ad Iudæam

dæam. In ea sunt hæ civitates *Maresa*, *Rhinocorura*, *Raphia*, *Anthedon*, *Ascalon*, *Asotus*, & *Gaza*. Iudæa Palestinæ pars longe celeberrima, sita inter mare Mediterraneum & lacum Asphaltitem, atque inter Samariam & Idumæam. Nomen ei potissima Tribus *Iuda* indidit, in qua urbes & opida plurima fuerunt: sed omnium clarissima *Hierusalem* Iudææ Metropolis toto Orbe celeberrima. Tempore Ptolemæi *Ælia Capitolina* dicebatur, hodieque a Barbaris incolis *Coz* seu *Godz*, aut *Chutz* dicitur. Præter Hierosolymam in Iudæa sunt etiam alia Opida, ac loca celebria, ut *Iericho*, *Ioppe* quæ nunc *Iaffa*: *Turris Stratonis* postea nuncupata *Cæsarea*, *Bethlehem*, *Chebron* sive *Hebron* prius *Arbee*, & *Mambre* & *Cariatharbe*, hoc est civitas quatuor virorum. Et trans Iordanem *Macherus* Opidum & castrum munitissimum. Hic etiam fuere *Sodoma* & *Gomorra* quæ ob flagitia & scelera funditus subversa sunt. Sequitur *Samaria* media inter Iudæam & Galilæam sita. Nomen ei a Metropoli cognomine, quam *Amri* Rex Israel condidit, nunc *Sebaste* dicitur: Opida hic sunt *Sichem* postea *Neapolis*, *Capernaum*, *Bethsaida*, *Chorazin*. *Galilæa* sita est inter Montem Libanum & Samariam. Hæc in Superiorem & Inferiorem dividitur. Superior, aliter Galilæa gentium dicta, Tyro contermina. Inferior sita ad mare Tiberiadis vel Genezareth. Vrbes in hac sunt *Naim*, *Cana*, *Nazareth* & *Gadara*. Cæterum tota regio inter duo Maria & Iordanem flumen sita, Lacus non paucos habet, eosque qui navigabiles sunt, & optimis abundant piscibus. Fluvius vero *Iordanis* qui Hebræis *Iarden*, hanc regionem quam longa est secat. Hic ut scribit Hieronymus, ex duobus fontibus haud procul a se disitis *Ior* scilicet & *Dan* bicornis erumpit, alterum cornu *Ior*, alterum *Dan* vocant adcolæ, conjuncti efficiunt *Iordan* vel *Iordanem*. Montes præcipuos habet *Hermon* ad Orientem & *Tabor* ad Occidentem, eosque maximos & editissimos, quorum alii vel brachia, vel partes, vel ramenta sunt. *Ebal* enim *Bethoron*, & *Mispa* sive *Maspha*, & *Betel* ad *Hermon*: *Gelboe*, *Gerizim*, *Sarona*, & postremus ac mari proximus *Carmel* ad Tabor referuntur. Sunt & isti, *Mons Sion*, *Moriah*, *Olivarum*, *Calvariæ*, & alii. Silvis etiam Lucis & Nemoribus superbit. Multa etiam hic & potissimum Hierosolymis præclara ædificia. Ex iis vero operibus quæ præcipua antiquis & recentioribus temporibus in urbe fuisse commemorantur, primum fuit *Mons Domus*, & *Iebusæorum* Arx, ad quam jam dirutam arca Domini a davide Rege asportata fuit, in eoq; loco mansit, quoad Templum a Salomone constructum consecratumque fuit: cujus loci vestigia nunc exstant, ubi & Christus Pascha cœnasse perhibetur. Ibidem Davidis Regumq, Iudæ monumenta visuntur. Fuit etiam *Domus Davidi*, quæ hactenus *Turris David* nomine appellata conservatur. *Mello* etiam reliquiæ sunt certis ruinis ad Montis Moriah extrema conspicuæ, Imprimis autem memorandum Templum Salomonis celeberrimum, quod spatio septem annorum centum & quinquaginta millium Hominum continua opera absolvit. De cujus magnificentia in lib. I Regum cap. VI & VII, & Chron. lib. II cap. III & IV abunde legere est. De legibus & institutis brevitati studentes nihil adjiciemus, Lectores ad libros Mosis, Exodum, Leviticum, Numeros & Deuteronomium remittentes.

Urbium nomina

Lacus & Flumē Iordanis.

Montes.

Silvæ.

Opera publica.

Regio & unde dicta.

ASIA cui nomen a Magna *Asia* contigit, & ad ejus differentiam *Minor* cognominata est, hoc loco describenda: sic eam Romani quum Provinciam facerent, a Continentis nomine vocavere. Hodie Turcis *Natolia* aut *Anatolia* nominatur, quasi plagam Orientalem dicas, a Græca voce *Anatolia*, quæ Orientem significat, ut Petrus Bellonius in peregrinationum suarum doctissimis observationibus docet. Hanc etiã subinde a recentioribus *Turciam Majorem* nuncupari videmus. *Turciam Novam* a nostris, a Barbaris vero *Rom* dici tradit Marius Niger: eam partem nempe quæ versus Septentrionem Bithyniam, Galatiam & Cappadociam complectitur. Australem autem tractum in quo Lycia, Cilicia & Pamphilia sunt, *Ottomanidiam* nuncupari. Termini ejus sunt, ab Oriente Euphrates fluvius, a Meridie Mare Mediterraneum; ab Occasu Mare respicit Ægeum, seu Archipelagum Græciæ: a Septentrione Ponto Euxino seu Mari Majori abluitur. Complectitur itaque totam illam Chersonesum, quæ inter Euxinum & Cilicium, Pamphiliumque pelagus protensa est. Ejus latitudo ex traditione Plinii CC circiter mill. pass. ab Isico scilicet sinu, nunc *Golfo de Lajazzo*, & Amanicis portis usque ad Trapezuntem quæ est in ora Ponti, in quo quidem cum Herodoto consentit, qui ait Isthmum Asiæ minoris esse iter quinque dierum expedito viatori. Terra cui nulla clementia Cœli: bonitate felicitate ve Soli præponenda. Quod Cicero testatur his verbis: *Ceterarum Provinciarum vectigalia Quirites, tanta sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus: Asia vero tam opima est & fertilis, ut & ubertate agrorum & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportentur, facile omnibus terris antecellat.* Fuit ergo olim frugiferis campis, copiosis pascuis, Auriferisque Amnibus abunde dives. Præterea quicquid ad bene beateque vivendum desiderari potest habet, aliena non cupit, suis satis contenta. Vinetorum & Olearum fertilitato nulli postponenda. Hoc tamen unum in ea malum, nusquam in Orbe toto tam assidui terræ motus & tam crebræ urbium eversiones: quemadmodum Tiberio Cæsare imperante civitates in Asia XII una nocte concidisse, author est Plinius lib. II. In hac *Asia* Regna olim fuere maxima *Trajanorum*, *Croesi*, *Mithridatis*, *Antiochi*, *Paphlagonum*, *Galatarum*, *Cappadocum*, aliorumque. Fuit autem primum a *Cyro* Persarum Rege occupata, deinde a Macedonibus, & ab Alexandri Ducibus una cum Syria, Ægypto ac Babylonia mire fuit divisa, post a Romanis spoliata, ac postremo a Turcis vastata, miserequeperdita, & ad maximam tenuitatem redacta, ut nihil nunc memoratu dignum fere habeat: totaque Imperatoris Turcici tyrannidi subest. Nulla hic datur Nobilitas ex antiquitate Sanguinis, aut Stẽmatis, sed omnes æquales sunt & a

Situs.

Cœli temperies. Soli fertilitas.

Imperium majorum.

Turcarum


PONTUS EUXINUS
Nunc Mar Maggior
Septentrio
Meridies
Oriens
Romania.
Becsangil.
Chiutale.
Chiangara.
Roni.
Amasia.
Genech.
Pegian.
Anadole.
Boloch.
Germian.
Sarcum
Aldinelli.
Aegeum
Mare
Mentesch.
Caramania.
MARIS MEDITER:
Rhodus.
Candia
Cyprus I.
NATOLIA
PARS
RANEI
SORIA
Milliaria Germanica
5 10 15 20 25 30

133

Turcarum Imperatore mancipiorum loco tenentur, qui hic ſuos *Beglerbeios* & *Sangiacos* habet in diverſis Regionibus & Provinciis. Habet autem *Natolia* Regiones iſtas, *Pontum*, *Bithyniam*, *Aſiam proprie dictam*, *Lyciam*, *Galatiam*, *Pamphyliam*, *Cappadociam*, *Ciliciam*, & *Armeniam minorem*. *Pontus* & *Bithinia* olim Sagari amne interfluente diſtinctæ, poſt in unam Provinciam redactæ ſunt, quæ hodie *Burſia* vel *Becſangial* vocatur. Hoc Mithridatis quondam Regnum fuit: Vrbes celebriores erant, *Chalcedon*, *Nicomedia*, *Ceraſus*, *Pruſa*, ad montem Olympum, ante captam Conſtantinopolim Imperatorum Turcicorum ſedes. *Nicæa* & *Heraclea* Ponti. *Aſia* proprie dicta nunc vocatur *Sabrum* vel *Sarcum*, ab Ortu Galatia, a Septentrione Ponto & Bithynia terminatur: Cætera Mari adluuntur. Habet in ſe *Phrygiam*, *Lydiam*, utramque *Myſiam*, *Cariam*, *Æolidem*, *Ioniam*, & *Doridem*. *Phrygiæ* duplex eſt, *Major* & *Minor*. *Major* Orientem ſpectat, in ea Vrbes paucæ, plures Vici, in ea eſt *Midaium* urbs juxta Sangarium, a Mida, cujus Regia hic fuit nomen ſortita. Eſt & *Apamea* urbium Phrigiæ maxima, non procul a Mæandro. *Docymæum* Opidum & *Synnada* urbs. Eſt & *Peſſinus*. In *Minore Phrygia* ſive *Troade* fuere *Ilium* & *Troja*, decantatiſsimis Homeri & Virgilii verſibus nota. *Pergamus* quã ex Arce in ampliſsimam urbem Attalus Rex novis exſtructionibus auctam mutavit: patria *Apollodori* Rhetoris, & *Galeni*. Inter Troiæ ruinas etiamnum marmorea ſepulchra, murorum fundamenta, Turrium rudera, Coloſſos portarum fragmenta exſtare, teſtis eſt omni exceptione major Bellonius. Eſt in eodem tractu *Sigeum* promontorium & Opidum, in quo Achivorum ſtatio & Achillis tumulus. *Lydia* quæ & *Mœonia* urbem habet *Sardeis*, Crœſi regiam. *Myſia* ad Helleſpontum Troadi contermina fuit. In hac *Lampſacus* urbs Pariorum Colonia, & *Abydus* Meleſiorum. *Caria* inter Ioniam & Lydiam ſita eſt, hujus Metropolis olim *Miletus*, quam nunc *Malaxo* dici putant. Falſo: nam hæc Veterum eſt *Mylaſſa*, quam Plinius vocat urbem liberam lib. v cap. xxix. Eſt & hodie *Magneſia* juxta Mæandrum. In littore fuere *Ionia* prope Chium Inſulam in qua celebris illa quondam urbs *Epheſus*. *Æolis* inter hanc & Lesbum, cujus urbes littorales *Myrina*, *Cuma*, nunc *Cactri*, & *Phocæa*, nunc *Foglia Vecchia* dicta. *Doris* ad Mare Carpathium in Cherſoneſo cujus urbs primaria fuit *Halicarnaſſus*, patria Herodoti & Dionyſii Hiſtoricorum, & Regia *Mauſoli*. *Gallatia* quæ & *Gallogræcia*, nomen habet a *Gallis*, qui Græcis mixti olim loca ea coluere, quæ ad Pontum Euxinum ſita ſunt, inter Pontum & Cappadociam. Vrbes in ea, *Ancyra*, nunc *Anguri*: celebris pannis undulatis, qui ex Caprarum villis eo loco texuntur, *Sinope* Mithridatis patria: *Amiſus*, nunc *Simiſo* dicta. In hac Regione eſt *Paphlagonia*, hodie *Romi* dicta. *Cappadocia* quæ nunc *Amaſia*, a Galatia ad Antitaurum protenditur: ad Meridiem Cilicia eſt: ad Septentrionem Pontus Euxinus. Longitudo eſt amplius CCCCL mill. Paſſ. Hic in campis Themiſcyriis Amazonum olim florentiſsima Regna fuere: quas Titianus, ut eſt apud Iſidorum, venuſte & eleganter vocavit unimammas.

Vrbes.

Vrbes

Vrbes sunt *Trapezus*, *Themiscyra*, *Amasia*, Strabonis patria, *Iconium* & *Maza*. *Lycia* Cariæ proxima est, urbes præcipuas habet *Pataram* & *Telmessum*. Pamphylia sequitur solo fluvio Cataracte a Lycia divisa. In ea urbes fuere *Sida*, *Attalia*, & *Aspendum*. Hæc cum *Cilicia* hodie uno nomine dicitur *Caramania*. Ciliciæ metropolis hodie est *Hama*, veteribus *Tarsus* dicta, *D. Pauli* patria, vetus litterarum sedes ad amnem Cydnum. Strabo ejus urbis Gymnasium valde laudat. Est & opidum *Adena* & ad Taurum Montem *Heraclea*. *Armenia*, minor ad Euphratem usque protenditur, ad occasum vero terminatur Cappadocia. *Flumina* sunt *Iris*, *qui* nunc *Casalmach*: *Halis*, *Ottomangiuch*: *Parthenius*, *Dolap*, *Sangaris*, *Sangri*, qui se omnes in Euxinum exonerant. In Propontim fluunt, *Ascanius*, *Rhyndacus*, *Æsopus*, & *Granicus*: In Hellespontum *Simois* & *Scamander*, qui & *Xanthus*. In Ægeum, *Caicus*, *Hermus*, *Caistrus*, *Mæandrus*, Prusæo auctore sexcentas flexuras faciens. In Mediterraneum postea *Calbis Xanthus*, *Limyrus*, *Cataractes*, aliique. *Maria* vero *Pontus Euxinus*, *Mare Ægæum*, & *Pamphylium*, *Propontis*, *Hellespontus*, *Icarium*, *Myrtoum* & *Rhodiense pelagus*. Horum magna oportunitate utuntur, cum propter navigationem qua omnia necessaria advehuntur, & mercaturam: tum propter piscationem, quæ illis perutilis est. Montes habet celebriores *Horminum* in Ponto & *Mysium* qui & *Olympus*. *Montes Synnadicos* lapidicinis nobilissimis celebratos, *Idam* vetere Divarum certamine & judicio Paridis memoratum in Phrygia: *Tmolum* auriferum in Lydia: *Argæum* in Cappadocia: *Amanum*, nunc *Monte Negro* in Cilicia, in quo celsæ crescunt *Cedri*, *Iuniperus* major, & Mons *Sabina*, qui etiam variis abundat Plantis. Sunt & *Dindyma*, & Mons *Chimæra* ignivomus perinde ut Aethna, cujus flamma teste Plinio affusa aqua excitatur, fœno autem extinguitur. Tauri Montis jugum est cujus hoc loco initium sumunt colles: in ejus cacumine leones habitant: in medio autem propter læta pascua Capreæ, & in radicibus Serpentes. Vnde Poetæ monstrum fingunt flammas evomens, capite & pectore leonino, caprino ventre, & cauda Draconis, ad quod tollendum missus erat Bellerophon. Sunt & alii, ut *Antitaurus*, *Scordiscus*, quos brevitatis gratia omittimus. Ad Opera publica venio. In Ionia fuit olim in urbe Epheso *Templum Dianæ* toto Orbe tum celeberrimum tum magnificentissimum, inter septem Orbis miracula numeratum. Multa etiam hic *Xenodochia* sive *Nosocomia*, illis *Carbachara* appellata. Nulla vero in iis Provinciis quæ Turcæ imperio subsunt diversoria, aut loca quæ iter facientes excipiant, sunt, nisi publica illa ædificia: quæ diversis rationibus exstructa fuere, inter quas hæc maxime usitata. Satrapæ Turcici qui opulenti evaserunt, pium aliquod opus dum adhuc in vivis sunt facere volentes, tales structuras zelo quodam fieri curant: nam neminem sanguine junctum norunt, cui beneficium aliquod præstare velint. Talibus ergo structuris summum aliquod bonum se facere existimantes publicæ utilitatis gratia, multa egregia opera restituunt, veluti elegantem aliquem Pontem, vel amplum *Xenodochium Carbachara* dictum, cui magnificum aliquod Templum adjunctum sit, & huic proximum Balneum.

Flumina.

Maria.

Commoditates.

Montes.

Opera publica.

Cyprus Insula, cum Stalimene, Chio, Mitylene, Negroponte, Cerigo, & Rhodo Insulis.

Regio.
Situs.

CYPRUS inter majores Maris Mediterranei insulas locum sibi jure vendicat, dicta vel a *Cypro* Cynicæ Filia vel ab arbore *Cypro* huic Insulæ peculiari. In medio Isici sinus inter Ciliciam ac Syriam jacet: ad Ortum est mare Syriacum & Sinus Isicus, quem vulgo *Golfo de Lajazzo* vocant: ad Occasum Mare Pamphylium: ad Meridiem Ægyptium pelagus: ad Septentrionem spectat asperam Ciliciam, quæ nunc *Turcomannia*, vel secundum alios *Caramania* dicitur. Habet in circuitu quadringenta & viginti septem millia passuum, in longitudine vero ducenta, teste Bordonio. Ingrato quidem ac insalubri, ut plurimum

Coli qualitas.
Solifertilitas.

Aere fruitur, ob stagna tetrum vaporem exhalantia. Insula tamen omnis mire fertilis est. Fert enim ubertate quadam stupenda, quidquid vitæ ex voto transigendæ, deliciisque fruendis necessarium: Triticum, Hordeum, aliaque Frumenti genera: Vinum præstantissimum quod cum Cretico gratia certare potest: Oleum Saccharum Mel, Sal nativum ac fossile, Poma Medica & Citria, Limones, Dactylos, aliosque Fructus nobilissimos. Aurum item, Gossypium, Lanam, Crocum, Coriandrum, Sericum, & quid non? Smaragdo etiam Chrystallo, Ferro & Alumine nobilis est: Ære imprimis, quod ibi primum inventum creditur, tanta copia, ut Cyprus ærosa ex eo dicta fuerit. Ex pilis quoque Caprarum, pannus conficitur cui *Zambelotto* nostra ætas nomen dedit. Diodorus Siculus libro XVI scribit huic Insulæ novem *Reges* præfuisse, qui tamen omnes *Regi Persarum* audientes erant. Habuit & *Tyrannos Græcos*. Olim quindecim urbibus claram fuisse legimus, quæ nunc majori ex parte

Imperium majorum.
Urbes.

interiere. Harum clarissimæ fuere, *Paphos*, nunc *Bapho*: *Palæ Paphos*, quo primum ex mari Venerem egressam affirmabant accolæ: *Salamis*, hæc in amœnissimo sinu Orientalis littoris posita fuit, habuitq; trajectum ex Syria commodissimũ. Ea postea dicta est *Constantia*, habuitque Episcopum Epiphanium. Fuere & *Amathus* & *Ceraunia*. Hodie celeberrimæ sunt, *Nicosia* & *Famagusta*. Ex Olympo autem Monte duo insignes exeunt amnes,

Flumina.

Lycus & *Lapethus*, prior in Austrum, posterior in Septentrionem decurrit. Quanquam alii torrentes potius dici debere existimant, quam flumina: quia interdum exsiccantur: quo tempore Incolæ summa laborant aquarum penuria. Plures sunt in hac Insula montes, sed omnium altissimus est *Olympus*, quem *Trohodon* vocant, arboribus omnis generis vestitus, &

Montes.

undique exstructis Monasteriis insignis, in quibus habitant *Caloieri*. Ambitus ejus LIV mill. complectitur.

Stalimene.

Insula.
Situs.
Solifertilitas.

LEMNOS Insula Maris Ægæi, hodie *Stalimene* Turcis & Italis: inter Thraciæ Cherronesum, & Athon Macedoniæ montem, Thraciæ opponitur. Ambitus ejus ad centum milla passuum (ut Bordonius refert) extenditur. Qua Orientalem plagam aspicit, aridam & Frugibus minus idoneam: inter Meridiem & Occasum vero Agri admodum fœcundi, qui Triticum, Legumina, Pisa, Fabas, Vinum, Linum, Cannabim, &c. proferunt.

Terra


64
65
Septentrio.
66
67
MARIS ME DITERRANEI
C Eleni
C Limniti
C Cormachitti
Cerines
36
35
Occidens
Oriens
Pomo
E. N
S. Croce
Trodisi
De Chico
Macenda
Meronili
Podrinio
Marmica
Pa
Igna
Ara
Pilatusa
Melandra
Drilmo
Galatiu
Amar
Chrisochera
Timi
Arsos
Schinica
Tera
Amath
usia
Marato
Saica
Miendo
Dafno
S. harino
S. Zuane
Voui
Pisuri
Critini
Sepi
la
Vasilipotamo
Masoto
C Bianco
S. X
C. de le Gote
Aza
Smagora
Calope
Ora
Lescara
S. Z
Acro
Nuda
Tripi
Catomein
Petama
Nicosia
Leri
Ara
Maurо
Crusulin
Larma
Blosi
Bodia
La
pethi
Acata
Filia
Sicha
Plusia
S. Sorzi
Lenegra
S. Sireo
Eandia
Facla
Sinori
Famagusta
Marisica
Sala
mi
ni
Chidia
Timbo
Melisona
Snapa
Platanissa
Cado
Salami
Nota
Stalia
Nicola
C de la Griega
C pila
C Chiti
PARS
CYPRUS
Milliaria Italica
10
20
Stalimini.
Chius.
Mitilene.
Negroponte.
Cerigo.
Rhodus.
Paleocastro
Stalimini
Mandro
Sala
La Scala
Cogito
Punta dura
Nagons
S Elia
Cardemile
Pigrino
Portus Chius
Mitilene
Ruinae
Vasilica
S Theodori
Gieremia
Castel Gero
Sigro prom
Mandugo
Scanda
Valona
Negroponte
Platari
Sciropoli
Sciro
Caristo
Andro
Athenae
Ponta di S. Nicolo
Canerna
Tessauro
Asso
M Filermo
Villanova
Portus Rhodi
Rusacare
Canura
Zaliso
Tranquilla

134.

Terra quæ olim *Lemnia*, hodie *Sigillata*, nunc uti olim hic non ſine ſuperſtitionis apparatu ecfoditur, idque ſingulis annis, VI Auguſti: alio tempore minime. Sub capitis enim pœna cautum, ne quis clam vel palam eo ad fodiendum accedat. Locus ubi ecfoditur *Montem Vulcani* appellant. Inſula Equis gilvi coloris abundat: qui gradarii omnes, nulli ſuccuſſatores. Nec Serpentes deſunt. Vrbes hic olim *Myrina* & *Epheſtias*. Hæc hodie prorſus deſerta eſt, & *Cochino* appellatur. Illa parvi nominis Opidum hodie, in Peninſula anguſto Iſthmo Inſulæ junĉta, poſitum: hoc *Lemno* noſtra ætate dicitur.

Animalium varietas.
Vrbes.

Chios.

CHIOS Inſula nomen habet, vel a nive, vel a Nympha *Chione*. Dicta antea fuit *Ætolia*, ut Ephorus tradidit. Sita inter Samum & Lesbum, è regione Erythrarum. Ambitus ejus C atque amplius mill. paſſ. Chios Vino optima, ut libras ibi VI aliquando racemi pendant Straboni. Habet & Ficus gratiſsimi ſaporis: & Marmor varium quod Romæ in delitiis fuit. Sola inter reliquas Maſtichen generat. Olim vero Frugum adeo ferax atq; abundans fuit, ut horreum Populi Romani dici meruerit. Perdicibus etiam abundat maximo numero cicuribus, in agros ad paſtum excurrentibus, redeuntibus & paſsim per plateas palantibus. Opida hic ſunt XXXVI. Primaria eſt urbs *Chia*, Portum habens & ſtationem peroportunam. Tota Montibus adſurgit. Promontoria habet *Poſidium*, *Phanæum*, *Arviſium*, a quo Vina Arviſia quæ nunc Malvaſia. Ex hac orti *Ion* Tragicus, *Theopompus* Hiſtoricus, & *Theocritus* Sophiſta. *Homerum* quoque nonnulli hic natũ erediderẽ. Cicero pro Archia: *Homerum Colophonii civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi vero, ſuum eſſe confirmant. Itaque etiam delubrum ejus in opido dedicaverunt. Permulti alii præterea pugnant inter ſe atq; contendunt.*

Inſula & unde dicta.
Situs.
Soli fertilitas.
Vrbs & Opida.
Montes.
Viri celebres.

Mitylene.

LESBUS ſeu *Mitylena*, *Metelin* hodie ab urbe primaria: Phrygiæ objacet, & ab ejus Continenti VII mill. cum dimidio diſtat. Circuitus ejus traditur aliis CLXVIII milliar. Aliis vero duntaxat CXXX. Hæc Aeris ſalubritate, agrorum ubertate, & Fructuum bonitate gaudet. Optimum hic Frumentum naſcitur. Vinũ profert optimum quod quidem Conſtantinopoli ceteris præfertur, atq; magna ex parte heluoſum eſt. Marmor hic etiam habetur, quod tamen Pario marmore liuidius eſt, & Achates Gemma reperitur. Validos & robuſtos alit Equos, licet humiles. In ea quinque olim Opida, *Antyſſa*, *Pyrrha*, *Ereſſos*, *Cirava*, & *Mitylene*, nunc *Metelino*, totius Inſulæ primaria. Arcem habet & agrum amœnum ac fertilem. Olim inſignis fuit, ac ſplendidis Incolis, & ædificiis, ornata nunc majori ex parte collapſa eſt. Duos habet hæc Inſula portus ſatis commodos.

Inſula.
Situs.
Cœli temperies.
Soli fertilitas.
Opida.

Negroponte.

EVBOEA nunc *Nigropontus* vel *Negroponte*, ad Meridiem promontorium *Gereſto*, & Caphareum: ad Septentrionem, Cœneum extrudit, & nuſquam lata, duum millium ſpatium habet ubi arctiſsima eſt: ceterum

Inſula.
Situs.

rum longa, totique Bæotiæ oppoſita, anguſto freto diſtat a littore. Olim Bæotiæ continua fuit. Ambitus CCCLXV mill. patet Inſula. Tritico, Leguminibus, Vino, Oleo, atq; Arboribus, imprimis quæ navibus fabricandis idoneę, mire abundat. Metropolis fuit *Chalcis* nunc *Negroponte* de Inſulæ nomine. In planitie ſita eſt, ubi Mare in anguſtias arctatur. Clara hæc morte Ariſtotelis ibi mœrore exſtincti, cum cauſas Euripi ſive Maris reciprocantis ſepties die ac ſepties nocte non poſſet reperire. Tametſi Sudas non mœrore animi, ſed veneno ipſum exſtinctum prodat: Laertius morbo, Sunt præterea Vrbs *Eretria* patria *Simonidis* Poetæ Lyrici: *Cariſtus* Stephano *Chironia & Ægæa*, nunc *Cariſto*, Marmore olim nobilis, *Helliæa*, *Pyrrha*, *Neſos*, *Oechaliæ*. Scribit Strabo duos in hac Inſula amnes eſſe, *Cerum* & *Neleum*, diverſarum naturarum. Nam ſi animalia ex uno potent, albeſcit pilus eorum, alterius autem aqua pota, pellem eorum nigram reddit. Eſt & Euripus quem Livius *Euboicum Sinum* vocat, rapidum mare, & alterno curſu ſepties die ac ſepties nocte fluctibus invicem verſis adeo immodice fluens, ut ventos etiam, ac plenis velis navigia fruſtretur. Mons item *Caphareus*, Græcorum ex Ilio redeuntium clade nobilis, ob interfectum ad Trojam Palamedem, Euripidi Nauplii Eubœæ inſulæ Regis filium.

Solifertilitas.

Vrbes.

Flumina.

Cerigo.

CYTHERA Ptol. olim *Porphyris* Plin. & *Porphyruſa* Euſtathio dicta a Marmoris Prophyretici copia, quo Montes abundant: hodie *Cerigo*. Prima Maris Ægæi inſula ad Occaſum è regione Sinus Laconici. Diſtat a littore Peloponneſi V mill. & in circuitu patet LX. Opidum habet ejuſdem nominis, ac multos portus ſed parum tutos, atque circa ipſam Inſulam ſparſi ſunt complures ſcopuli.

Inſula. *Situs.* *Opidum.*

Rhodus.

SVPEREST in hac tabula Inſula *Rhodus*. Hæc teſte Plinio ante dicta fuit *Ophiuſa*, *Aſteria*, *Æthræa*, *Trinachia*, *Corymbia*, *Atabyria*, & *Macaria*. Abeſt ab Aſiæ continenti XX mill. paſſ. Ampla eſt mill. CXL. Cœlo temperatiſsimo ac clementiſsimo fruitur: ac Soli ſacra fuit, quod nullo non die Sol eam clarus aſpiceret. Ager fœcundiſsimus, paſcui imprimis mira bonitas. Fructiferis etiam arboribus affluit, quarum multæ perpetuo ſunt virentes. Vnicam nunc habet urbem munitiſsimam cognominem. Sita hæc in Orientali Inſulæ parte, partim in acclivi colle, partim juxta Maris littus. Portum habet nobiliſsimum, ac tutiſsimum, ac duplici muro, altiſsimis turribus XIII, Arcibus V, atque aliis Propugnaculis munita exornataque admodum eſt. Celebris quoque olim ab Academia una cum Maſsilienſi, Athenienſi, Alexandrina, & Tarſenſi celeberrima: & Colloſſo Solis æneo, qui fuit ſeptuaginta cubitorum altitudinis. Poſt LVI annum terræ motu proſtratus, jacens quoque miraculo fuit. Pollicem ejus vix juſtæ ſtaturæ vir amplecti poterat. Digiti majores erant quam pleræq; ſtatuæ. Vaſti ſpecus hiabant de fractis membris. Duodecim annis Coloſſus effectus eſt, CCC talentis: intus magnæ molis ſaxa diſpoſita fuere, quorū pondere opus ſtabiliretur. Sultanus CCIↃ Camelos ære hujus ſtatuæ oneravit.

Inſula. *Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Vrbs.*

Perſicum Regnum.

Sive Sophorum Imperium.

Regio.

Perſicum ſive *Sophorum Imperium*, uti olim celebre, ſic etiam hodie maxime clarum eſt. Ejus Incolæ Perſæ. Vocantur & *Ayami* vel *Azamii* ab Azamiæ regno, quæ quondam Aſſyria ſecundum nonnullos: *Perſiani* a Perſide. *Cheſelbas* a pileo rubro quem impoſitum capiti geſtant. *Sophiani* a *Sopho* principe. Si-

Situs.

tum autem eſt Perſicum Regnum inter Turcicum Imperium, Tartaros Zagatheos, Cambaiæ Regnum, & inter Hyrcanum ſeu Caſpium mare, ac Sinum Perſicum. Habet igitur ab Ortu Indos, & Regnum Cambaiæ, a quo montibus ac deſertis ſeparatur: A Septentrione ſunt Tartari, juxta *Abianum* ſive *Oxum* fluvium: partem reliquam claudit *mare Caſpium*. Ab occaſu ſunt Turcæ juxta *Tigridem* & Lacum *Giocho*: ad Auſtrum Sinu Perſico adluitur, & mari Indico. Quod ſane terræ ſpatium ampliſſimum eſt, complectitur enim plus minus gradus xxxiix ab Ortu ad Occaſum. A Meridie vero ad Auſtrum xx occupat. De temperie Aeris Perſidis regionis ſic ſcribit Q. Curtius lib. v. *Regio non alia tota Aſia ſalubrior habetur: temperatum Cœlum, hinc perpetuum jugum opacum & umbroſum, quod æſtus levat: illinc mare adjunctum, quod modico tepore terras fovet.* Regionis autem hujus univerſæ non eadem paſsim eſt qualitas, non idem Solo genius. Qua Sinum Perſicum ſpectat, ob Fluvios ipſam irrigantes: atque etiam verſus mare Caſpium, cum ob Fluviorum oportunitatem, tum

Soli fertilitas.

ob Aeris clementiam, auramque frigidiorem: tota felix, tota beata: & hinc omne genus Frugum, Animaliumque non benigna ſolum Mater, ſed & Nutrix ſolicita. Abundat Tritico, Hordeo, Milio, ac ſimilibus. Metallis quoque adfluit & lapillis. Vini item & Fructuum ubertas magna Paullo Veneto teſte. Cetera fervoribus & ficcitatibus exhauſta deſeruntur. *Perſarum* porro gens obſcura prius, initium nominis ac famæ ac-

Imperium majorum.

cepit a Rege *Cyro*, qui ademptum *Medis Lydiſque* Imperium, primus in *Perſidem* intulit, ac ampliſsimum & florentiſsimum ex minimo & tenuiſsimo Aſia ſubacta, & univerſo Oriente in poteſtatem redacto, reliquit. Succeſsit Patri *Cambyſes*, qui Ægyptum imperio adjecit, a quo deinde ad *Darium* uſque, qui ab Alexandro, Macedone victus vitam pariter cum Regno amiſit, res Perſicæ in ſuo ſtatu manſerunt. Regnatum eſt annos ccxxx, quod Q. Curtius lib. quarto juſtiſsimo & ne minimum quidem fallente calculo tradidit: cui etiam adſentitur B. Hieronymus ad ix Caput Danielis. Hodie etiam Perſicum Imperium quod penes *Sophos* eſt, inter potentiſsima totius Orientis Imperia numeratur: id quamquam oppreſſum aliquandiu modo a *Saracenis* fuit, modo a Tartaris, tamen rurſus emicuit ſub *Iſmaele* Rege. Regiones autem Imperio Perſico ſubjectæ hæ ſunt. *Media*, *Aſſyria*, *Suſiana*, *Meſopotamia*, *Perſis*, *Parthia*, *Hyrcania*, *Margiana*, *Bactriana*, *Paropamiſſus*, *Aria*, *Drangiana*, *Gedroſia* & *Carmania*. *Media* hodie *Servan* dicitur, inter Perſiam & Mare Hyrcanum ſita, ad Ortum Hyrcaniam habet & Parthiam, ad Occaſum Armeniam majorem & Aſſyriam.

Dividitur


Septetrio
Meridies
Occidens
Oriens
RUSSIÆ CONFINIA
TARTARIÆ PARS
Mare Caspium sive Hyrcanum
Armenia
DIARBECH
AYAMAN
SINUS ARABICUS
Mare Rubrum
Mare Basora
Indiæ Orientalis pars
TARIÆ PARS
Desertum bealbanet
Desertum Migiu
ORMUS
BUCCARA
SAMARCHAND
GUZARATE
CABUL
Milliaria Germanica
15 30 45 60 75
PERSICUM REGNUM

135

Dividitur in Majorem ſive Auſtralem, & *Atropatiam* Septentrionalem. Hæc frigidior eſt, & idcirco minus culta. *Urbes.* Vrbs præcipua eſt *Sumachia*: ſunt præterea *Derbent*, *Eres*, *Sechi* & *Giavor*. Illa cultior eſt: Vrbem habet *Taurim* poſitam ad Orontis radices, diſtantem a Mari Caſpio octo dierum itinere. Ambitus ejus pene XVI mill. paſſ. complectitur, quo ſpacio CC Civium millia contineri creduntur. Hæc ſunt veterum *Ecbatana*, ubi Perſarum reges æſtate commorabantur. Eodem tractu terræ ſunt *Turcoman*, *Saru*, *Sultan*, *Naſſivam*, *Ardovil*, *Marant*. *Aſſyria* quæ hodie *Arzerum*, ad Ortum habet Mediam: ad Occaſum Meſopotamiam: Armenia illi Septentrionalis eſt, Suſiana Auſtralis. Provincias olim habuit *Arrapachitem*, *Adiabenam*, & *Sittacenam*: Vrbem *Niniven* ad Tigrim, cujus ambitus LX mill. paſſ. complectebatur, *Suſiana* hodie *Chus* vel *Cuſiſtan* appellatur: nomen habet a *Suſis*, urbe primaria, cujus ambitus XV. mill. paſſ. quæ ſic dicta a floribus, ut notat Athenæus: Suſum enim Perſis Lilium. Meſopotamia, quæ in ſacris *Padan Aram*, hodie dicitur *Diarbecha*, ſita eſt inter Euphratem & Tigrim, unde & nomen, quaſi *Interamna*. Regio eſt pro ſitu & tempore varia: parte flumina impinguant: pars arida eſt & ſterilis, herbis arboribuſque deſtituta. *Urbes* præcipuæ ſunt, *Orfa*, cujus ambitus VII mill. paſſ. & hac ipſa multo major *Caramit*. Metropolis Meſopotamiæ, quam *Selymus* Turcarum Imperator Sophis eripuit. *Merdin* ſedes Patriarchæ Chaldæorum: & *Moſus* Patriarchæ Neſtorianorum, cujus auctoritas ad Indos uſque & Cataium extenditur. In *Perſide* quam nunc *Farſi* vocant vel *Farſiſtum* urbs eſt primaria *Siras*, quæ olim dicta fuit *Perſepolis*, regia quondam Magorum ſedes. Plinius vocat Perſici Regni caput, & Regiam totius Orientis Curtius. *Hyrcania* hodie *Girgiam* dicitur vel *Corcam* vel *Dargument*, proxima Mari Caſpio, quod propterea etiam Hyrcanum appellatur. Vrbes habet *Hyrcanam* quæ Scythis eſt *Cariath*, *Beſtam*, & *Maſandram*. *Margiana* quæ nunc *Iſelbas* nominatur, ad Septentrionem Oxo fluvio terminatur. Vrbs præcipua eſt *Iodion* quæ priſcis *Antiochia* fuit. *Bactriana* hodie *Batter* vel *Charaſſaa* eſt Tartariæ Zagatheæ pars. Vrbes ſunt *Bactra* quæ nuuc *Bochara* & *Iſtigias*. *Paropamiſſus* Bactrianæ pars eſt ad Montem *Paropamiſſum*. Hodie regio vocatur, *Candahar* vel *Ambleſtam*. Primaria urbs eſt *Candabar* Emporium celebertrimum. *Aria* quæ a Metropoli ſua *Eri* omnis vocatur ambitum XIII mill. paſſ habet. *Carmania*, *Circam* vel *Chermain* ad Mare Indicum protenditur, uſque ad Gedroſiam, urbibus & Portubus frequentibus. Metropolis eſt *Chirmain*. Sunt & in Carmania regna *Macran*, *Eracam*, *Guadel* & *Patan*. *Gedroſia* nonnullis creditur eſſe *Guzarate* falſo, quum *Guzarate* ſit ipſum regnum Cambaiæ. *Flumina.* *Babylonia* inter Sinum Perſicum & Meſopotamiam ſita, dextra lævaque claditur Suſiana & Arabia deſerta: Nomen habet a *Babylone* urbe primaria. Adhæret ei Chaldæa. In Chaldæa *Ur* fuit, Ioſepho *Ura*, unde *Dei* monitu *Abrahamus* in *Haran* Meſopotamiæ migravit. Multos habet hoc Regnum *Fluvios*, *Canac*, *Araxem* & *Cyrum* qui Mediæ partem Septentrionaliorem abluunt: In Aſſyria *Tygrim* In Suſiana *Enelæum*: In Meſopotamia *Euphratem*: In Margiana *Oxum*, *Arium*, & *Margim*: In Bactriana *Ochum* navigabilem & alios: In Aria *Arium*. *Tonciletum* *Arapenem*: & alios. *Montes.* Nec deſunt *Montes*, inter quos *Orontes* in

in Media, Mons *Coronus* in Hyrcania. *Taurus* item qui Perſiam mediam ſecat, variis pro populorum adjacentium Situ nominibus, inſignis. *Sylvas* etiam habet multas, inprimis Parthia quæ nemoroſa valde eſt, ac Septentrionalis Hyrcaniæ pars quæ Silvas habet immenſas, Quercu, Pinu, & Abiete refertas, atque immanibus Feris plenas, Tigribus, Pantheris & Pardes. Aria etiam Silvis ac Montibus obſeſſa eſt, ut & Perſis tota. Ad Opera publica quod attinet, multa in hoc Regno ſuperba & magnifica fuere, & potiſsimum in Babylonia. Inprimis vero occurrit Pons ille magnificentiſsimus in Vrbe Babylone a Semiramide Regina ſuper Euphratem conſtructus, de quo vide Munſterum lib. v. Idem Horrum penſilem a Semiramide conſtructum deſcribit, eodem libro. In Suſiana in Vrbe Suſa Arx fuit, *Medorum Regis Domus*, quam, ut eſt apud Caſſiodorum, *Mennon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricavit:* hanc inter fabricarum ſeptem terris attributa miracula, idem numerat. Sed de his ſatis, ad Mores venio. Reges creabant ex una familia. Qui Regi non parebat, capite & brachiis amputatis inſepultus abjiciebatur. Vxores ducebant ſinguli multas, alebantque ſobolis propagandæ gratia, pellicesque plurimas. De rebus maximis non niſi inter pocula conſultabant, eam demum conſultationem firmiorem rati quam quæ a ſobriis ſit inita. Noti inter ſe & æquales oſculo ſe in occurſu excipiebant. Qui humilioris erant fortunæ, venientem adorabant. Solo ſepeliebant corpora, cera oblinentes. Ridere coram Rege aut ſpuere, nefas ducebant & flagitium. De mortuis ſepeliendis alii contrarium ſcribunt, nempe Perſas corpora defunctorum extra civitates ad certum campeſtrem locum extuliſſe, ibique nuda expoſuiſſe a Canibus & Avibus devoranda. Noluiſſe inſuper ut oſſa mortuorum ſepelirentur aut includerentur. Cumque corpus aliquod non illico abſumeretur ab Avibus aut Feris, judicabant malum eſſe ſignum, ſuperſtitioſe credentes Hominem illum malæ & impuræ fuiſſe mentis, atque ob id dignum inferno, & proximi ejus plangebant ipſum ceu hominem qui poſt hanc vitam nullam haberet ſpem felicitatis. Sin citius devoraretur a beſtiis, beatum eum judicabant. Hodie Mores Perſarum multo ſunt molliores, quam vel Turcarum, vel Tartarorum, vel Saracenorum. Natura liberales ſunt & civilitatis amantes: & Literas & Artes colunt, inprimis vero Aſtrologiam, Medicinam ac Poeſin. Apud hos Fratres, ac Parentes humaniſsime tractantur: & Nobilitas Sanguinis in pretio eſt: in quo a Turcis differunt, qui nullum Sanguinis aut Stemmatum diſcrimen norunt. Præterea advenas benigne, accipiunt ac tractant: ſed tamen zelotypiæ morbo vehementer laborant. Vnde uxores in advenarum conſpectum venire non ſinunt, licet alioquin illas venerentur, contra Turcarum morem, qui uxores Mancipiorum loco habent. Mulieres autem Perſicæ formoſæ admodum ſunt. Artes Mechanicæ & inprimis Sericorum pannorū textura apud eos nunc viget, qui per univerſam Syriam ac alias Orientis regiones diſtrahuntur. Fructibus Terebinthi olim, glandibus, pyris agreſtibus veſcebantur: quotidianus cibus poſt curſum, ceteraſque corporis agitationes panis duriſsimus, aqua potus. Fervent apud eos Mercimonia Vnionum, Margaritarum, Aromatum & inprimis Serici, cujus hic incredibilis copia.

ra publica.

Mores.

Opificia.

Victus.

Mercimonia.

Tartaria, ſive Magni Chami Imperium.

Regio.

Situs.

Cœli qualitas.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium majorum.

TARTARIA, ſeu ut exiſtimat Ioannes Leunclavius, *Tataria*, Regnum ampliſsimum eſt: præter enim Europæ partem, etiam Sarmatiam omnem Aſiaticam complectitur, cum Scythia & Serica, quam nunc vocant *Cathaio*. Nomen habet a fluvio *Tartaro*, qui eam partem irrigat quæ a noſtris *Magog*, ab accolis *Mongul* dicitur. Sita ad Septentrionem, ab Ortu potentiſsimum illud Chinæ Regnum habet, a Meridie Indiam, Gangem fl. & Oxum, ab Occidente Mare Caſpium & Poloniam, inde Moſcoviæ contermina eſt, & a Septentrione Mari Glaciali, ubi prorſus ignota eſt & inhabitata putatur & inculta. Aer hic & Cœlum imtemperatum & mirificum, tonitrua & fulgura in æſtate adeo horrenda, ut præ timore homines intereant: jam calor magnus eſt, mox frigus, & denſiſsimæ nives cadunt. Ventorum frequenter tam validi flatus, ut equitates detineant & ad terram homines dejiciant, arbores radicitus evertant, multaque damna inferant. In hyeme ibi nunquam pluit, in æſtate frequenter, ſed adeo parce, ut vix terra madefiat. Regio tamen Tritici, Orizæ ac ſimilium Frugum ferax eſſe dicitur: ac Serico, Zingibere, Cinnamomo, Pipere, Caryophyllis, Rhabarbaro & Saccaro abundare: Muſco item, Pice, & alicubi etiam Auro & Argento. Hic paucis in locis Vinum colligitur, & tota Provincia Cataiæ Vinum non profert. Sunt & Saxa nigra foſsilia ad ignem idonea quæ ex Montibus eruuntur: iis ob lignorum penuriam ad ignem ſtruendum utuntur. Eſt præterea hic paſsim Boum, Caprearum, Hircorum & Porcorum magna copia, & imprimis Equorum ac Iumentorum multitudo pene incredibilis. In Epiſtolis Tartaricis leginus *Tartarorum Imperatorem* alere Equarum candidiſsimarum decem millia, quarum Lac bibat. Alere præterea xx Venatorum millia, & Accipitrarios decies mille. Plena quoque Avium, ut Phaſianorum, Gruum & ſimilium. In ea parte Tartaræ quam Zavolhenſes Tartari tenent ferunt ſemen eſſe, ſemini Melonis ſimillimum, ſed minus & oblongum: ex eo ſi ſeratur, plantam ſuccreſcere quam *Boranetz* i. Agnum vocant. Creſcit enim Agni figura, ad pedum fere ternum altitudinem: quem pedibus, ungulis, auribus, toto capite, præterquam cornibus repræſentat. Pro cornibus pilos gerit ſingulares, cornu ſpecie. Obducitur corio tenuiſsimo, cujus detracti uſus ad capitum tegmina incolis. Ferunt, internam pulpam Cammari carnes referre: ceterum è vulnere quoque ſanguinem manare. Dulcore eſſe admirabili. Radicem humo exſertam, ſurrigere ad umbilicum uſque. Illud etiam miraculi fovet magnitudinem: quamdiu vicinis obſidetur herbulis, tamdiu vivere, quaſi agnum in læto pabulo: abſumtis illis tabeſcere atque interire: idque non ſolum vel caſu, vel tractu temporis, ſed etiam experiundi gratia ſubtractis atque ablatis evenire. Illud etiam auget admirationem: appeti eam a Lupis ceteriſque animalibus rapacibus. In ciuitate Quelinfu reperiuntur Gallinæ, quæ loco pennarum pilos habent inſtar Felium nigri ſcilicet coloris, ſed ova edunt optima. Primum ex Tartarorum gente Imperatorem, qui Regnum acquiſivit & Legibus conſtituit atque judiciis, nominant *Changium Canem* vel *Chamum*. (Hic Paullo Veneto *Cinchis* dicitur). Ejus ætas incidit in annum Chriſti milleſimum ducenteſimum ſecundum:

Ferus


EUROPÆ
PARS
MARE SEPTEN TRIONALE
C de Candenos
Carsapol
Lombai
Caiva
Vlboeck 3 insulae
Swarten hoeck
Cruys hoeck
Thoogt eyland
Ercrum Nassovien
MARE TARTARICUM CONGELATUM
Tabin promontorium
Tazata insula
Anian Fretum
AMERICÆ PARS
MARIS PACIFICI PARS
Bargu
Vng
TENDUC
Tartar
Tendue
Mongul
Carocaran
Vnchiam
CATAIO
Sandy
Cambalu
Ezina
Cianglu
Fongio
Ciangli
Gauta
CHARTHAY
Xuntien
al Quinsay
Tauxem
CHINÆ PARS
Cenclio
Sarzechiam
Tenduc
SANCII
Michen
Veuhiu
Bramas
Quito
Caudatau
Pein
Peim
Kitai lacus
Cara Kit
Taskent
Belor
Turtis Lapidea
Oby fluv
Colmak
Naramen
Ob fluv
Ammba Lac
Scythia extra Imaum montem
Ca
Fi
Son
Serponow
Lugoria
Cassim
Obea castr
Baida
Geda
Samo
Permia
Permenetzek
Camen
Viatka
Calami
Perm
Welik
Cassan
Cassimgenda
Nissnowgorod
Cazanegorod
Moscovia
Moskua
Vologda
Yaroslau
Pereslave
Vlodimer
Rostou
Rhelopia
Biatlaozera
Vlmerga
Medinske
S Nicolai
Pitzora
Chaghlama
Iachin
Crimea
Precopenses
Tartaria
Azabar
Vitli
Nabars
Aslow
Cagia
Ponti
Euxini
Acua
Georgia
Pars
Bezima
Chirkasse
Nagaia
Sakasmick
Zavolhenses
Tartari
Astracan
Astraca
Chinis
Volga fluv
Iaick fluv
Saracini
Derbent
Mare Pesala
Caspium et Hircanum
Baelin
Rasti
Chilan
Tirgian
Elsabar
Tagalistan
Ishgias
Magu
Etaican
Borata
Sagalai
Davasi
Mazavit
Kalmocri
Marsus fluv
Cheselitis
Eillach
Sachania
Mora
Chesel fluv
Ocrage
Renen
Larchem
Buccara
Tastan
Kitai
Tartaria
Millaria Germanica
15 30 45 60 75 90
90 100 110 120 130 140 150
60 50 40 30 20 10

136

Ferus ante hunc gentis cultus, sine moribus, sine lege, sine civili consuetudine, obscuri inter Scythas nominis, finitimis vectigalis de re pecuaria, quam exercebat. Ab hoc Changio cæterorum Principum origo est. Propagavit hic Imperium incredibili celeritate, a Synarum regione & Oceano usque ad Caspium mare. Hujus filius fuit *Jocucham*, qui genuit *Zanchum* tertium Imperatorem qui ab aliis *Bathi* nominatur. Hic devastavit Russia m, Poloniam, Silesiam, Moraviã & Hungariam. Quartus ex *Bathi* genitus fuit *Temir Cutlu*, qui est *Tamberlanes*, in Historiis ob summam tyrannidem notus, qui totam Asiam vastavit, ac usque ad Ægyptum penetravit. Hic Imperatorem Turcarum Baiatzetum vicit & captum aureis compedibus vinctum in cavea per Asiam traduxit. Quintus Imperator ex *Temir Cutlu* progenitus fuit *Temir Gzar*, qui adversus Cruciferos Prussiæ fortiter pugnãs ferro occubuisse dicitur. Sextus Imp. ex *Temir Gzar* genitus fuit *Macmetczar*. Hujus filius *Armetczar* VII Imp. Hic genuit *Sziachmet* VIII Imperatorem. Dividitur autem Tartaria in plures partes. *Minorem*, quæ Europam spectat & inter Borysthenem & Tanaim concluſa, complectitur Tauricam Chersonesum, quam obtinent Præcopenses. De hac in Europa diximus. *Tartariam desertam*, in qua multæ hordæ: *Zagatar*, quæ Scythia est intra Imaum: *Cataio* cum regno *Tangut*, quæ antiquorum est Scythia extra Imaum, & Serica regio: ac denique *Antiquam Tartariam*, Ptolemæo incognitam. Metropolis regni est *Cambalu* ad ripam fl. *Polisangi*, cujus spatium est XXIV mill. Italicorum. Portæ sunt XII, extra quas totidem Suburbia. Emporium istud Gemmarum, Auri, Argenti, Serici est opulentissimum. Ferunt singulis diebus mille currus Serico onustos ex China huc advehi, præter alias Merces. Sunt præterea Vrbes multæ insignes, *Samarcauda* a *Tamberlane* condita: *Cassdo*, Vrbs mercatu celebris, in extrema Tartaria, & aliæ multæ, quas brevitatis studio prætereo. Lacus in Tartaria plurimi, quos longum esset enumerare, aliquot tamen insigniores recensebimus. In Provincia *Caniclu* Lacus est in quo tanta Margaritarum copia, ut pretium earum omnino vilesceret, si unicuiq; quantum liberet asportare permitteretur. Quare sub capitis pœna cautum est, ne quis in hoc Lacu piscari Margaritas absq; permissu Magni Chami audeat. Scatet etiam idem Lacus piscibus. Est & alius in Prouincia Caraim valde piscosus, centum in ambitu complectens milliaria, & alii. Fluminibus rigatur non paucis, inter quæ fluvius magnus *Pulisachnis* nomine. Hic in Oceanum sese exonerat, perq; eum naves multæ plurimis Mercibus onustæ ascendunt. *Caromoram*, qui ob nimiam latitudinem & altitudinem nullum habet pontem: evolvitur vero in Oceanum: *Quiantu*, habens latitudinem dimidii milliaris, estque admodum profundus & piscosus: *Quiam*, quo major (Paullo Veneto scribente) in Orbe non putatur. Nam latitudo ejus quibusdam locis X milliarium, alibi VIII & in quibusdam VI. Longitudo vero ejus patet itinere centum dierum. Reliqua prætereo: ad structuras & Opera publica transiens. Hic occurrunt multa singularia, cum primis maximum ac pulcherrimum Palatium ex Marmore constans, & Auro exornatum: a Chamo Cublai in civitate Ciandu conditum. Est & aliud in civitate Cambalu, miro

Tamerlany

Vrbes.

Flumina.

Opera publica.

miro artificio exſtructum, Ambitus ejus quatuor circiter milliarium: quadratura qualibet milliare unum complectente. Eſt Murus valde ſpiſſus, decem paſsibus in altum conſurgens. Superficies extrinſeca colore albo & rubeo nitet. In ſingulis quatuor Muri angulis Palatium pulchrum & magnum. Arcis loco conditum eſt. Sic in medio cujuſlibet quatuor murorum, Palatium egregium exſtructum eſt: eaque in univerſum VIII ſunt. In his ſervantur Arma, Inſtrumenta, Tormenta & Machinæ: Arcus, Sagittæ, Pharetræ, Calcaria, Frena, Lanceæ, Clavæ, Nervi, & reliqua in bello neceſſaria, ſingulaque Armorum genera in ſingulis poſita ſunt Palatiis. In ſpatio vero medio interiori eſt Regium Palatium, ſcilicet in quo Rex commoratur. Caret Tabulatis: Pavimentum vero exteriori fundo præeminet decem palmis. Tectum altum eſt valde, pictura exornatum. Parietes Atriorum & Conclavium Auro & Argento fulgent. Vbique picturæ pulcherrimæ & bellicarum rerum Hiſtoriæ ſeſe ingredientium oculis offerunt, vivis coloribus & rutilanti Auro coruſcantes. Habet Magnus Cham duodecim Barones aulicos, qui triginta quatuor Præfecti ſunt Provinciis: horum officium eſt, ut ſingulis Provinciis duos præficiant Rectores, ac regiis exercitibus in locis ubi morantur, res neceſſarias provideant & quicquid decernunt, Regi indicant, qui ſua auctoritate id confirmat, quod illi ſtatuendum duxerint. Malefactores hoc modo apud Tartatos puniuntur. Siquis furatus fuit rem vilem, & vita privari non commeruit, cæditur fuſte ſepties: accipiens ſeptemdecim plagas, aut viginti ſeptem, aut XLVII pro magnitudine peccati: idque uſque ad centum, addendo ſemper decem. Nonnulli tamen nonnunquam ex his percuſsionibus moriuntur. Quod ſiquis furatus fuit equum vel rem aliam, ob quam mortem meruit, gladio in viſcera merſo occiditur. Quod ſi vitam redimere voluerit, noncuplum reddet. In adulterio deprehenſi tam vir quam mulier, Lege ipſa occiduntur. In Hordas Tartari dividuntur, quæ vox illis Cœtum Conventumque plurium ſignificat. Sed ut varias longe lateq; diſtantes Provincias incolunt, ita neque in moribus aut vitæ genere omnes conveniunt. Homines ſtatura quadrata, lata facie & obeſa, oculis contortis & concavis, ſola barba horridi, cætera raſi: corpore valido, animo audaci: inediæ & laboris patientiſsimi: equitantes, ſi fames ſitiſque illos vexaverit, equis quibus inſident venas ſolent incidere, eorumque ſanguinem bibere. Natio profana eſt & barbara, jus ipſis in armis, Lex in robore & viribus. Domos multi non habent ſed pro his Plauſtra. Et quoniam incertis vagantur Sedibus. Stellarum, imprimis vero Poli Arctici, adſpectu curſum ſuum dirigere ſolent. Vno in loco non diu commorantur, rati gravem eſſe infelicitatem diu in eodem loco hærere. Pecuniæ uſum non habent, itaque res pro rebus commutant. Iſmaelitas ſe eſſe dicunt, idque etiam præ ſe ferunt: Mahumeti Legem admiſere anno CIↃCCXLVI, Veſcuntur Tartari cibis groſsioribus, præſertim carnibus, iiſque crudis aut ſemicoctis: Lacte, Caſeo: A Suilla abſtinent. Bibunt Lac Equarum, quod ita præparare norunt, ut videatur eſſe Vinum album, non admodum inſipidus potus. Victus immundiſsimi ſunt, utpote qui menſas mappis non operiant, mantilibus non utantur, quum manus non lavent, non corpus, non veſtimenta. Bibunt etiam Aquam, Lac & Cereviſiam ex Milio coctam.

Opera publica.

Ratio gubernandi.

Leges & Inſtituta.

Mores.

Victus.

Regio.

Situs.

CHINÆ *Regnum* ampliſsimum ac potentiſsimum, Incolæ *Tame*, & ſeipſos *Tangis* vocant. Ptolemæus vel hos, quod quidem Ortelio placet, quem plerique ſequuntur, vel vicinos Cataienſes, quod magis probat Mercator, vocat *Sinas*. Sita eſt autem Regio omnis ad Oceanum Eoum, & ab Ortu Solis terrarum extrema putatur. Fines ejus ab Oriente Mare Eoum, Cauchinchina Provincia a Meridie; qua Occidens eſt, Brachmanæ: qua Septétrio ſunt Tartari, gens bellicoſiſsima, a quibus Montibus & muro longiſsimo diſcluditur. In univerſum autem cinctus ille ſive ambitus Muri Montiumque ad 10 Milliaria protenditur. Hiſtorici Chinenſes murum hunc ante annos ducentos a quodam Rege Tzintzoo nomine exſtructum memoriæ prodiderunt, poſtquam hujus Regionis incolas a Tartarorum tyrannide, quam XCIII annos perpeſsi fuerant magna prudentia liberaſſet. Regio Cœli & Soli temperie, nec non Hominum induſtria, omnium rerum ferax. Habet enim homines minime deſidioſos, ſed labori aſſuetos: quibus nihil indignius videtur, quam vitam in otio tranſigere. Hinc fit ut nullus totius Tractus angulus non aliquid producat. Loca arentia Tritico & Hordeo conſerunt. Humida, Plana, aut Paluſtria, Oryza, cujus quater uno anno ſatio eſt. Colles Monteſq; Pinetis abundant, quibus interſerunt Panicum vel Legumina. Nullus itaque locus, nullus Ager infrugifer: & ubique Horti, Roſæ, & varium genus Florum Frugumque. Lini etiam frequentes ſunt Segetes, & Arbuſta Moro conſita, ad nutriendos Bombyces. Auri præterea. Argenti, Æris, Ferri, aliorumque Metallorum, Gemmarum, Vnionum, Muſci, Saccari, Rhabarbari magna copia: præſtantiſsimum habetur, id quod iſtinc per Perſiam terra ad nos adfertur: Mare enim multum virtutis illi adimere putant. Profert & hoc Regnum Lignum ſingulariter medicum quod a Chinenſibus *Lampalam*, a noſtris *Radix Chinæ* dicitur: eſtque ejus uſus per totam Indiam frequentiſsimus contra quævis Apoſtemata, Paralyſim & Morbum Gallicum. Ejus Radix dura eſt & ponderoſa atque albi coloris. Pecorum in Montibus & Pratis greges infiniti. Silvas & Nemora incolunt Apri, Vulpes, Lepores, Cuniculi, Zebellini, Martes; aliaque id genus Animalia, quorum pelles in veſtimentorum uſum experuntur. Horum jucunda hic utiliſque venatio eſt. Avitii generis mira copia, præſertim aquatilis, cujus tanta multitudo & præcipue Anatum, ut in urbe Canton, ex minoribus hujus Regni una, decem vel duodecim millia uno die abſumantur. Quamvis autem hæc Regio Animalium ferax ſit, arte tamen hanc feracitatem adaugent hoc artificio. Vere duo aut tria millia ovorum fimo condunt, cujus calore ſuo tempore erumpunt Anatum pulli.

Cœli temperies. & Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Idem


Occidens
Oriens
Meridies
Septentrio
PARS INDIAE
Pegu
Sinao
Gouros
BRAMAS
Lacus Cincinay
Suinam
Cauchi china
Chiampa
Quancii
Quicheu
Quancii
Fuquam
Iuna
Sancii
Xiamxii
Honao
Nãquii
Chequiam
Xanton
Quincii
Quincii
CHINENSIS
Cantam
LUCONIA
CHINA
OCIANUS
Corea Insula
Iaponiæ pars
Lequeio magna
Lequeio parua
Ins Fermosa
Ins los Ladrones
Bengala
Borata
Ragsa
Candatay
Aixu
Confley
Vailij
Haixu
Quemchopan
Chemquim
Cochem
Holem
Colem
Ceaui
Yom
Muixim
Xicim
Aichy
Ymuly
Faliquem
Cohenhu
Quialy
Quigacu
Limu
Quiquy
Hoyam
Mulon
Suidio
Quionquin
Jhasom
Holem
Gonpa
Cochinchina
Quibenhu
Hilam
Quancyl
Sansym
Chamchim
Quiochio
Niamchexu
Quanci
Lamhienuhu
Liamhai
Quiamhu
Quanchiu
Linquou
Noquinuu
Quiamchiu
Quicouu
Zianhehu
Huchcouu
Achiou
Chiam
Chilon
Nodachiu
Senceuu
Nocuu
Molinu
Pochio
Sichio
Luluu
Cheatheuu
Cuenfu
Cuchencau
Himpun
Tiancheuoy
Tiancheu
Cenchio
Pemamhu
Tenuechio
Tenuchio
Cuchio
Tenchio
Cichio
Cicheo
Sachiuu
Xiamtien
Quinfay
Lamhuhu
Pochio
Sachiou
Tenchio
Cichio
Cicheo
Cd. Richeo
Cliampin
Tanaxuma
Bungo
Milliaria Germanica
15 30 45 60 75 90
20 30 40 50
Murus 400 Tartarorum a Rege Chinæ extructus
Leucarum contra eruptiones

137.

Idem tempore hyemis faciunt, sed tum ova non fimo condunt, sed sportæ arundinaceæ imponunt, cui ignem seu focum tepidum substruunt, unde aliquot dierum spatio, æque prodeunt. Tota hæc Regio uni subest Regi, tanquam Monarchæ, quem *Mundi Dominum* ac *Coeli Filium* vocant. Vrbes sunt CCL celebres, quarum nomina terminantur syllaba *Fu*: quod urbem significat: ut *Cantonfu*, *Panquinfu*. Opida quorum ingens est numerus, in *Cheu*. Pagi innumeri sunt, Incolis frequentes, ob continuam agriculturam. Omnes fere urbes ad ripam navigabilis cujusdam Fluminis sitæ sunt, largis profundisque fossis & muris munitæ. Inter Lacus qui amœni hic sunt, memoratur ille in *Sancii* Provincia rotundus, ex inundatione anno. CIↃIↃLVII factus, in quo submersæ Civitates septem præter Opidula & pagos & mortalium ingentem numerum, unico tantum puero in trunco arboris servato. Flumina & Maria pisculenta sunt. Et Regio hæc quia maritima est, & passim fluviis navigabilibus irrigatur, haud minori populorum frequentia in navibus quam ædibus habitatur. Inter Opera & structuras egregias occurrunt *Portæ* urbium magnifice ad miraculum usque exstructæ. *Plateæ* quasi ad libellam factæ, nusquam a recta linea declinantes, tantæ amplitudinis, ut iter præbeant decem quindecimve una equitantibus: hæque passim interstinguuntur Arcubus triumphalibus, qui urbes supra modum ornant. Lusitani quidam referunt se vidisse in urbe Fuchco Turrim quadraginta innitentem Columnis ex solido Marmore, quarum altitudo erat quadraginta palmorum (mensura Architectonica) latitudoque duodecim. Hoc opus esse tantæ magnitudinis, tam exquisitæ elegantiæ, tam insignis splendoris atque ingentis sumptus, ut omnes totius Europæ superbas & magnificas structuras longe post se relinquere existiment. Sumptuosissima habent tam in Vrbibus quam in Agris Templa. Rex Chinæ habet sub se Gubernatorem quasi Proregem: quem ipsi *Tutan* nominant. Hic causarum totius Regni disceptator & Iudex. In Iustitia administranda huic magna severitas. Latrones & Homicidæ perpetuis carceribus custodiuntur, donec flagris, fame, vel frigore vitam finiant. Quamvis enim ultimo supplicio (quod fere flagellatione constat) condemnentur, sententiæ tamen executio adeo tarda, ut maxima horum condemnatorum pars in vinculis moriatur. Hinc tantus captivorum ubique in Civitatibus numerus: ut in una urbe Canton sæpe millesimum decimum quintum excedat. Furta (quo nullum crimen his partibus odiosius) flagri verberibus crudelissimis puniuntur. Flagellationis hic modus est. Hominem pronum collocant, manibus a tergo religatis: huic, flagro ex arundine aut calamo facto, suras crurum percutiunt, cujus ictus adeo vehemens, ut primo verbere sanguis eliciatur: secundus ictus adeo maleficum excruciat, ut in pedes consistere nequeat. Singula crura singuli Carnifices flagellant: tanta vehementia ut plurimi ex quinquagesimo aut sexagesimo ictu vitam finiant, omnes enim nervi distrumpuntur. Lusitani narrant singulis annis eo mortis genere supra duo hominum millia interire. Flagrum hoc Latitudinis est quinque digitorum, crassitudine unius,

Urbes.

Lacus & Flumina.

Opera publica.

Ratio Gubernãdi.

unius, quod continuo aqua tingunt, ut flexibilius sit, & majori impetu cædat. Licitum Viris plures ducere Vxores, quarum unam domi retinent, cæteras variis in locis disponunt. Adulteros extremo afficiunt supplicio. In Vrbibus nullum Lupanar, omne Meretricium genus in Suburbia relegatur. Nuptialia Festa celebrant tempore Novilunii, & fere Martio Mense, qui dies illis primus est ineuntis anni. Hæcque Festa peragunt uti apud nos, splendide & magno apparatu. Per multos dies continuos convivia celebrantur; Organis musicis Ludisque Histrionicis adhibitis. Sunt autem Chinenses plerique facie lata, barba rara, naso simo, oculis parvis: etsi quidam inter eos sint forma satis decora. Color omnibus ut Europeis: subfuscus autem iis qui circa Canton habitant. Rarissime vel nunquam Patrio excedunt Solo, neque facile peregrinum admittunt, inprimis ad interiora Regionis: nisi fide publica a Rege fuerit donatus. In comessationibus & compotationibus adeo strenuos sese exhibent, ut ipsis Germanis aut Belgis ne minimum quidem cedant. Quod ad Religionem hujus gentis attinet, credunt omnes res creatas, omniaque inferiora, atque horum gubernationem pendere a supernis, atque Cœlo: quem maximum omnium Deorum credunt, eumque primo Alphabeti charactere exprimunt. Solem, Lunam, & Stellas adorant, etiam Cacodæmonem, (quem ea forma qua nos Europæi depingunt) ne mala ipsis inferat, ut ipsi dicunt. In Mechanica omnis generis conficienda supellectile adeo dextri & nitidi Chinenses, ut opus a natura creatum, non manufactum videatur. Ars Typographica & Tormentorum bellicorum usus hic adeo vetus est, ut inventorem nesciant. Lusitani multa de sagacitate horum Hominum scribunt, & hoc (quod inprimis stuporem moveat) quod curribus utantur veliferis, quos sic dirigere sciunt, ut iis quocunque velint brevissimo temporis spatio terra ferantur. Figulina illa opera pellucida, niveque candidiora, quæ apud nos in pretio sunt, & *Porcellana* dicuntur, nequaquam hoc loco silentio prætereunda. Ea apud hos fiunt hoc modo. Cochleas quasdam marinas ovorum testis miscent, aliaque quædam adentes, subigunt & massam conficiunt. Hanc sub terra condunt, ibique eam macetari ad octuagesimum vel centesimum usque annum sinunt, hæredibusque suis pretiosi thesauri loco relinquunt. Ipsique ea utuntur quam Avi Atavique posuere. Observantque ex veteri instituto, ut qui veterem tollit, recentem ejus loco recondat.

Mores.

Opificia.

Mercimonia.

Mercimonia hic maxime vigent Aromatum & inprimis Serici. Ex Malacca enim, Bengala & aliis locis Piper, Crocus, Nuces odoratæ vulgo Muscatæ, Casia & id genus Aromata in Chinam non exiguo quæstu advehuntur. Sed Sericæ Telæ hic præcipuum mercimonium est. Ioannes enim Barrius in suis Decadibus Asiaticis scribit ad urbem Nimpo quam alii Liampo nuncupant, observasse quosdam ex Lusitanis trium mensium spatio, navigio evectas 166000 Serici libras. Muscum quoque hinc ad varias Orbis partes devehi, asserit Antonius Pigafetta: & Rhabarbarum & Vniones Andreas Corsalis.

Regio. Nomina.

INDIA Asiæ maxima & nobilissima regio, ab Indo fluvio nomen habet. Hanc Ptolemæus in duas dividit, in *Indiam* nempe *Intra & Extra Gangem*, cognominatam. Hæc *Hevila*, vel ut alii scribunt *Hevilath* aut *Evilath* in Sacris litteris dici putatur. Illa *Seria*: Incolis vero *Macyn* aut *Magin* vocitatem apud Marium legimus: alii *Mangi & Chinam* vocant, qui Mercatorem sequuntur. Priorem *Indostan* ab incolis vocari auctor est Ioannes Barrius. Hæc terrarum amplissima est. Pomponius tantum spatium littoris occupare scribit quantum per LX dies noctesque velificantibus cursus est. Clauditur autem secundum Strabonem ac Plinium, Occidentem versus Indo fluvio qui Persiam ab India disterminat: ad Septentrionem sunt Tauri juga: ab Ortu Oceano Orientali: a Meridie Indico cingitur. Regio lenibus auris & inprimis Favonio saluberrima est: quamvis Cœlum habeat inæquale ob ejus vastam magnitudinem: alicubi enim calida est, nimirum Æquatorem versus: alicubi vero temperata satis, ac potius frigida, versus Boream. Terra vero ipsa universim Situ, Cœlique clementia, bonitate ac fertilitate longe ceteras Orbis partes antecellit. Alia hic rerum facies, alii syderum ortus atque obitus: binæ messes in anno, binæ æstates, media inter eas hyeme Etesiarum flatu calores temperante. Ager quamvis ut plurimum Frumento careat, Legumina tamen & Fruges varias copiose profert, & inprimis Hordeum, ac Oryzam. Fructus præterea arboreos multos producit, Piper, Thus, Myrrham, Caryophylla, Zingiber: & in partibus maxime australibus Cinnamomum, Calamum Aromaticum, Nardum, aliaque Aromata, quemadmodum Arabia & Æthiopia. Est & in arundinibus Mel. Multa insuper Medicamenta habet, multas Arborum radices, tum salutares, tum noxias. Quid vero de Metallis, Lapidibus, aliisque Muneribus dicam? Nascitur enim in ea ingens Auri & Argenti vis: non parum quoque Æris, Ferri & Orichalci, auctore Diodoro: sed Plinius neq; Æs, neque Plumbum habere tradit, Gemmisque suis ac Margaritis hoc permutare, quas Mare littoribus infundit. Beryllis siquidem, Chryso prasis, Adamantibus, Carbunculis. Lychnitis, Margaritis, Vnionibus, abundat. Serici hic tanta copia, ut reliquo Orbi sufficiat. Animalia hic quam in reliquis Orbis partibus majora, Boves, Cameli, Leones, Canes, Elephanti. Elephantum incredibilis est frequentia. Dracones in desertis immanes, æquant fere Elephantem corporis mole, & cum his perpetuo decertant. Canes tam feroces, ut etiam cum Leonibus committi possint. Serpentes innumeri, quibus etiam tostis Incolæ vescuntur: ut & Formicarum quodam genere, quod cum Pipere edunt, similiter ut nos Cancros. Simiæ hic reperiuntur albæ, & Chamæleon, quem solo aere nutriri credidit antiquitas. Aves præterea variarum specierum, & invisæ cæteris nationibus, præter Gallinarum, Phasianorum & Perdicum

Situs.

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.


INDIA Orientalis
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
PERSIÆ PARS
INDIA INTRA GANGEM nunc.
INDIA EXTRA GANGEM
CHINÆ PARS
COCHINCHINA
Quancii
Cantan
INDOSTAN
GOLFO DE BENGALA olim Gangeticus Sinus
Mare Arabicum
ORIENTALIS OCEANUS
Borneo Pars
Mill. Germanica
15 30 45 60 75

138

Imperium majorum. Perdicum ingentem multitudinem : nec non & Pſittacorum varii coloris. De Indorum imperio Plinius ita ſcribit : *Indi prope Gentium ſoli numquam emigravere finibus ſuis, Colliguntur a Libero Patre ad Alexandrum Magnum Reges eorum* CLIII *annis* VICIↃCCCCII ; *aduciunt & menſes tres.* Scribit etiam Strabo de Indis, ad eos nullum præter *Liberum patrem*, *Herculem* & *Alexandrum* cum victoria protectum eſſe, quamvis a *Cyro* & *Semiramide* tentatos. Sed his relictis ad Vrbes tranſeamus. Alexandri Magni comites in eo tractu Indiæ quem ſubegerant, VCIↃ Opidorum fuiſſe ſcribunt, nullum *Co* minus, unde hujus regionis vaſtitatem & ingentem amplitudinem facile agnoſcas. *Vrbes.* Vrbs primaria eſt *Calechut* totius Orientis Emporium celeberrimum. Sunt & aliæ, *Cambaia*, *Decan*, *Batticalla*, *Canonor*, aliæque plurimæ. Non deſunt Lacus aliquot vaſti. *Lacus.* In Hiſtoria Alexandri mentio fit Lacus, vel Stagni vetuſta abundantique ſilva coronati mille paſſus patentis, ubi exercitus ejus ſiti pene confectus, refectus eſt. Omnium vero maximus eſt Lacus *Chiamay*, cujus circuitus CCCC milliarium, diſtatque a mari IↃC milliaribus. *Flumina.* Hinc complures fluvii præcipui originem trahunt : poſt eum *Cincuihay*, atque alii. Amnium hic mira vaſtitas. Proditur Alexandrum Magnum nullo die minus ſtadia IↃC navigaſſe in *Indo*, nec potuiſſe ante menſes quinque enavigare, adjectis paucis diebus : & tamen minorem Gange eſſe conſtat. Oritur hic in Caucaſi jugo quod vocatur Paropamiſſus, hodie *Naugocrot*, & longo curſu nongentorum milliarium in Oceanum Auſtralem ſive Indicum duobus oſtiis erumpit. Vnde viginti recipit amnes, ſed clariſsimos *Hydaſpem*, quatuor alios adferentem, & *Cantabram* tres. *Gangem* alii incertis fontibus ut Nilum, rigantemque vicina eodem modo : alii in Scythicis montibus naſci dixerunt, influereque in eum XIX amnes. Alii cum magno fragore ipſius ſtatim fontis erumpere : dejectumque per ſcopuloſa & abrupta, ubi primum molles planities contingit, in quodam Lacu hoſpitari, inde lenem fluere, ubi minimum VIII mill. paſſ. latitudine : ubi modicum ſtadiorum C : altitudine nuſquam minore paſſ. XX. Hunc in ſacris *Phiſon* vocari notatum eſt. Eum hodie Geographi quærunt. Sunt qui opinentur eum eſſe qui in ſinum Bengalæ influit, fortaſſe ob nominis vicinitatem, adcolæ enim vocant *Guenguam*. Sed Mercator noſter haud adſpernandis ductus rationibus *Gangem* dicit eſſe eum qui dicitur *Rio de Cantaon*. Poſt hoſce amnes numerantur *Mandona*, *Chaberis*, *Ava*, *Campumo*, *Menam*, *Menon*, & alii plurimi. Megaſthenes prodidit ſexaginta amnes Indiæ numerari, quorum permulti æſtate creſcunt inſtar Nili, quæ potiſsima eſt fertilitatis hujus regionis cauſa. Nutrire dicitur Ganges, ſicut Nilus Crocodilos, item Delphines, Anguillas quoque ad tricenos pedes longas, Plinio teſte. Eſt vero potiſsima Indiæ & nobiliſsima *Oceano pars* Meridionali ſeu Indico obverſa, juxta littus, ſeu oram maritimam : quæ etſi plurimum portuoſa ſit, attamen pleriſque in locis innumeris Inſulis, ſcopulis ac brevibus cincta eſt, unde navigatio laborioſiſsima & periculoſiſsima redditur. *Indica maria*, ait Solinus, *Balenas habent ultra ſpatia quatuor jugerum. Sunt & quos Phyſeteras nuncupant, qui enormes ultra molem ingentium columnarum, ſuper antemnas ſe navium extollunt, hauctoſque fiſtulis fluctus ita eructant, ut nimboſa alluvie plerumque deprimant alveos navigantium.* *Montes.* Plurimi hic Montes, magnuſque labor ſit eos enumerare,

enumerare, quorum magna pars arboribus & iis quæ virent ſpoliata eſt. Iunguntur inter ſe *Imaus*, *Emodus*, *Paropamiſſus*, Caucaſi partes. *Indorum nemora*, ut ſcribit Sol. *in tam proceram ſublimantur excelſitatem, ut tranſjaci ne ſagittis quidem poſſint. Pomaria Ficus habent, quarum caudices in orbem ſpacio ſexaginta paſſuum extuberantur. Ramorum umbræ ambitu bina ſtadia conſumunt. Foliorum latitudo formæ Amazonicæ peltæ comparatur. Pomum eximiæ ſuavitatis. Quæ paluſtria ſunt, arundinem creant ita craſſam, ut fiſſis internodiis, lembi vice vectitet navigantes.* Hebenum arborem India ſola habet, & in præruptis petris arbores quædam thus exſudant. Habet & aliam Arborem ferentem Nuces Indicas. *Silvæ.*

In VII ordines olim diviſa univerſa gens fuit. I erat Philoſophorum: II Agricolarum: III Paſtorum: IV Artificum: V Militum: VI Locum Ephori tenent. Hi quæcunque in India fiunt inſpicientes Regi referunt. Septimum vero conficiunt, qui publicis conſiliis præſunt, numero pauciſsimi, nobilitate prudentiaque maxime inſignes. Ex his enim ad Regum conſilia, tum ad Rempublicam gerendam, tum ad res dubias judicandas aſciſcuntur: Duces inſuper ex his deliguntur & Principes. Ad Leges porro & inſtituta quod attinet. Legibus utuntur plerique non ſcriptis: quidam etiam ſcriptis: in quibus ſicuti & in Contractibus maxima ſimplicitas: quod vel ex eo argui poteſt, quod non multum ſunt litigioſi: Nam nec Commiſsi nec Depoſiti jura ulla habent, nec teſtibus indigent, nec ſigillis, ſed ſimpliciter credunt. Qui falſus teſtis deprehenditur, extremis decurtatur digitorum articulis. Qui membro aliquo quempiam orbaverit, non modo talionis pœnam ſubit, ſed etiam manu truncatur. Quod ſiquis Artifici manum oculumve ademerit, capitale eſt. Nobilitas generis ac ſanguinis apud hos ſummopere obſervatur, idque ex veteri inſtituto. Literas plerique eorum ignorant, ſed memoriter omnia adminiſtrant. Sacrorum cura eſt penes *Gymnoſophiſtas* qui *Brachmani* dicuntur: hi etiam Aſtrologiam, Philoſophiam, Medicinam ſectantur. Sunt præter hos etiam *Abduti*, qui ad tempus aliquod abſtinēt, & hoc ipſo poſtea putant ſibi ad omnia flagitia commeatum factum eſſe. Indis omnibus promiſſa cæſaries eſt, cultus præcipuus cum gemmis, habitus diſcrepantiſsimus. Lino alii veſtiuntur aut Lana: alii Ferarum Aviumque pellibus, pars nudi agunt, pars tantum obſcœna velati. Niger vulgo corporis color, in materno utero tales fiunt ſeminis diſpoſitione, quales ipſi ſunt qui genuere. Statura procera ac valida. Multas nuptas habent, quas a Parentibus accipiunt, pari boum emptas, alias obedientiæ cauſa, alias prolis ac voluptatis, ac niſi caſtas eſſe cogant, fornicari licet. Artifices apud Indos magno in pretio: hi enim non ſolum immunes ſunt a tributo, ſed Frumentum inſuper è regia accipiunt. Mercimonia hic multis in locis maxime vigent, Aromatum imprimis, Lapillorum, Goſſypii ac Serici. *Ratio gubernandi.* *Leges & Inſtituta.* *Mores.* *Mercimonia.*

Molucca.

SEquuntur in nostra Methodo *Moluccæ Insulæ*, aliis. Aromatum & imprimis Caryophyllorum ingenti copia toto Orbe celebres. Hoc vero nomine præcipue comprehenduntur quinque Insulæ, *Ternate* vel *Tarante*, *Tidor* vel *Theodori*, *Motir* quæ & *Muthil*, *Machian* vel *Mare*, & *Bachian* seu *Bachianum*. Iacent

Situs.

sub Æquatore, inter *Celebes* & *Gilolo* Insulas. Harum maxima vix habet ambitum sex mill. passuum: omnes intra spatium XXV milliarium concluduntur, Aer hic valde insalubris, multique Mercatores lucrum pluris quam vitam facientes, his locis moriuntur. Ager est aridus, spongiosus, quique imbres è Cœlo decidentes

Aeris qualitas.
Soli fertilitas.

confestim absorbet, antequam in Mare delabantur. Profert varia Aromata, Nuces Myristicas, Mastichen, Lignum Aloes, Sandalum, Cinnamomum, Zingiber, Piper, & Caryophylla tanta copia, idque sine ulla cultura, ut mirum sit. Quæ quotidiano esui inserviunt, raro hic & parce proveniunt, sed ea commutatione suarum Mercium abunde parant. Sunt etiam in Moluccis tam vastæ arundines, ut ex iis dolia conficiant Incolæ. Caryophylli Arbor in rupibus provenit, quarto anno quam cœpit crescere, profret Fructum. Arbor foliorum forma & crassitie Lauro est simillima: Flores umbellæ instar prodeunt, simillimi floribus Mali Aurei. Fructus flore collapso paullatim protuberant in formam clavi, unde etiam illis apud nostrates nomen. Initio rubri, mox Sole tosti nigrescunt: quo autem duriores fiant & virtutem insitam diutius servet, aqua salsa conspergunt. Arbores vero ita inter se densantur vel Soli felicitate, vel Seminis, aut stolonum fœcunditate, ut plerumque Lucos faciant. Hos inter se partiuntur Indigenæ, Fructusque abdunt, ut Mercatoribus divendant. In his Insulis Avis interdum decidit *Manucodiata* dicta, maxima Pica non minor; nec major semipede. Caput ei non rotundum, sed pressum est, quale Hirundinis, cauda longissima, bifurcata, pedes nulli: itaque perpetuo volat, auram ruminat. Pluma in capitis parte superiore adeo minuta, ut pilo propior visum pene fallat. Ei viriditas quæ in feris Anatibus, sed ita vegeta, ut Smaragdi splendorem imitetur. In parte inferiore sub gula etiamnum & minutior & brevior, verum flava, ac nitore Citrii. Ad stomachum vergens dilutior est & dilucidior. A capite collum in supera parte densissima pluma tegitur, fulgore fuliginoso, quæ ad caudam sese demittens paullulum grandescit, ac de coloris illius intensione paullatim aliquid remittit. Par sub alvo magnitudo, color haud absimilis. Alarum protensarum prolixiras sesquipedalis. Pennarum color inferne buxeus, superne candibus levissima fuligine semitinctus. Pinnulæ pennarum non cohærent, sed dissitæ aerem transmittunt. Hanc si cadat, è Cœlo aut ex Paradiso Mahumetano mitti superstitiose credunt. Hanc etiam adeo sancte religioseque habent, ut se ea Reges tutos in Bello existiment, etiamsi suo more in prima acie collocati fuerint.

Portus.

Inter has Insulas præcipuæ sunt *Tidor* & *Ternate*, quarum posterior duos habet Portus, commodissimos.

Indigenæ


Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
PARS INDIAE ORIENTALIS
INSULÆ INDIAE orientalis
PHILIPPINÆ
ARCHIPELAGUS
BORNEO
INSULA
SUMATRA
IAVA MAIOR
NOVA GUINEA PARS
ISLAS DE LADRONES
CELEBES
Bicipuri
Cauchinchina
Sinoa
Costa de Pracel
Champa
Siam
Oganio
Cambaia
Coral
Pulo Cin
Pulo Timan
Pulo Condor
Pulo Tigaon
Mon Pracem
Pulo Pinao
Malacca
Pera
Paon
Malaca
Pulo Sambuaom
Buquo
Achem
Pacem
Tamgam
Biraco
Bacalis
Batampay
Sabi
Bintam
Linga
Baca
Andepuro
Chinabato
Enganno I.
Drono
Chirmaon
Lava
Esse Bouger
Esso sucar
Bantam
Cheribon
Brandaem
Balambuam
Aram
Bandan
Jacatra
Sunda Calapa
Sumbava I.
Timor
Terra alta
Nisaira
I. Madura
P. Leboc
P. Carcatu
Baluborto
Bouterus
Charabao
Lagon
Bali
Batolaia
Batuinbar
Batura
Tubon
Buro
Ambaino
Cenaon
Banda
Puorno
Ceram
Os Papuas
Gilolo
Gilolo insul
Camafo
Dos Gregos
Y Dagoada
Bangieaz
Manado
Tetolli
Cele
Curi
curibes
Lave
Puro
Cramata
Suroto
Panangani
Mindanao
Buran
Canoa
Malanqua
Caragua
Paragua
Calamianes
Cavangao
Boffete
Calon
S. Michael
Pracel
S. Clara
Solor
Taquina
Mataro
Cabrino
S. Joana
I. de Sagim
Baqueiraon
Candingar
I. de Rao
I. de Dai
I. da Palmeras
I. de S. Jorges
Malhua
Gilolo
Tidori
Machian
Bachian
I. de Martin
I. de Aves
La Baibena
Dos Marilhos
Hic hyberuauit Geor. de Meneses
I. de Don de Meneses
I. Darn
Andreo
Bacn Puerto
S. Hiago
De la segunda
De los Virgenes
I. P. Primero
C. de Buena Esperança
I. qui inbernoa Martin Afonso de Melo
I. de Vean
I. Cabuao
I. Abuyo
I. de Cobos
Paracalle
Nebni
Ylhas de Primero
Siday
Luco
Pintados
Mora Hermoso
C. de Enganno
Philippine
Sailaon
Vonebia
C. de Baindos
Pulo S. Polo
Doa Javaquero
Pulo Botan
Pracel
Ancon triste
C. de Maralabombre
Buvi
Grege
Praian
Gugan
Pagon
Geges
Sepan
Sarvan
Guechan
Bosaba
Babay
I. de Bidivia
Mariotes
Millioria Germanica

Mores. Indigenæ harum Insularum Caphræ, hoc est Gentiles sunt, Solem & Lunam Deos colunt: Soli dici, Lunæ vero noctis Imperium adscribunt, illum Marem, hanc Feminam dicunt, atque hos ceterarum Stellarum parentes vocant, quas omnes Deos esse, minutos tamen arbitrantur. Solem Orientem certis Carminibus salutant potius quam adorant. Item Lunam noctu fulgentem, a quibus Liberos, fœcundam Pecoris fœturam, Terræ uberes frutices, aliaque id genus deposcunt. Ceterum Pietatem ac Iustitiam colunt, & præcipue Pacem atque Otium amant: Bellum vero maxime detestantur. Moluccæ repertæ sunt Caroli v auspiciis: quam rem quia inprimis memorabilis, libet paullo altius repetere. Quum inter Lusitanos versus Orientem, Castellanos in Occidentem, pomeria suorum Principum promovere pro virili adnitentes dissidium esset ortum: ne alteri alteris essent impedimento, novus ille Orbis, auctoritate Alexandri vi Pontificis & aliorum, in duas partes est distributus: Scriptis Legibus & conditionibus, ut quidquid instituta ab Atlantici Maris Insulis, quæ Hesperides solent dici, navigatione Orientem versus reperiretur, Lusitanorum esset: quidquid ad Occidentem, Castellanis cederet: sic horum beneficio pernotuit America: illorum Orientis pleraque, ita lucri studio lapsu temporis excurrentium, ut dicerentur etiam perrumpere in adjudicatam Castellanis portionem: quæ controversia decidi non potuit, nisi Ferdinando Magellano quasi judice. Hic enim Lusitanus, odio in Emanuelem suum Principem, ob non bene pensatam, quam illi navarat & effecerat, operam, exstimulatus, docens Moluccas ex facta distributione pertinere ad Castellanos, anno millesimo quingentesimo decimo nono, auspiciis Caroli Quinti ad quærendum dimissus alia via Insulas, quas dixi, ita navigationem suam temperavit, ut ex Hispania in Australiora Cœli spacia ad gradum Latitudinis L II delatus, & inde conversa ad Occidentem Solem Classe, per inferius Hemisphærium immenso cœli marisque tractu superato, sub Orientem Solem ad Moluccas Insulas, quas quærebat, tandem naves ejus pervenerint: Ac inde per Superum Hemisphærium prætervecti ejus|socii Littora Asiæ & Africæ in Hispaniam redierunt, pernavigato semel (ausu admirando & a nullo mortalium tentato) toto terrarum Orbe. Ipse autem Magellanus ante repertas Moluccas prælio contra Barbaros occubuit: & post investigatas Moluccas a sociis superstitibus ejus navigationis, ceteris navibus dispersis, captis & detentis, una tantum navis superstes & incolumis in Hispaniam rediit Aromatibus onusta: Margaritis etiam, quæ in Insulis nonnullis grandes admodum reperiuntur, aliæ magnitudine ovorum Turturum, Gallinarum etiam & Anserum. Digniores profecto Nautæ, qui æterna memoria celebrentur, quam qui cū Iasone Thessalo Argonautarum Principe ad Colchidem navigarunt Argonautæ. Navis etiam ipsa, quæ una sospes & salva domum rediit post exantlata tot pericula, multo dignior, quæ inter Sydera collocetur, quam vetus illa Argo. Hæc namque ex Græcia duntaxat per Pontum vecta est. Magellanica vero ex Hispania Austrum versus indeque per inferius Hemisphærium in Orientem penetrans, rursum in Occidentem in Hispaniam per Superius Hemisphærium emensō semel, quod dictum est, universo terrarum Orbe, remeavit. Sed hæc hactenus ad alia pergamus.

Gilolo

Gilolo vel *Gilolum* quæ & *Batochina*, ex Insulis, quas vulgo nuncupant *Del Moro*, una est. Cœlum hic inclemens, & Aer calidus. Ager abundat Oriza, ac medulla cujusdam arboris, quæ *Sagu* dicitur, ex qua panem conficiunt: è qua etiam arbore Succum eliciunt, quo loco Vini utuntur. Gallinas Silvestres magna copia producita nostris, valde differentes: & vicinum Mare magnam alit Testudinum vim, quarum caro ejusdem fere saporis est cum carne vervecina. Incolæ barbari ac crudeles, qui ut olim, carnibus humanis vescuntur. *Celebes* Insula ab Occasu Moluccarum jacet, cum nonnullis aliis, quæ sub eodem nomine comprehenduntur. *Ambon* vicinis aliquot Insulas nomen dat. Peridromus ejus 10 milliarium. Asperrima autem est ac sterilis. Hujus Incolæ sunt Anthropophagi, ac Piratæ. *Bandan* parvæ Insulæ numero circiter VII, a Meridie Sindarum Insularum ac Moluccarum sitæ sunt, gradu circiter VII Latitudinis Australis: alii eas ultra gradus IV cum triente ponunt. Harum nomina sunt *Bandan* major ceteris, ac iisdem nomen communicans, *Mira*, *Rosolargium*, *Ay*, *Rom*, *Neira*, & *Gunuape* omnium minima, quæ continuo ardet: atque ob id deserta est. Hæ Insulæ Nuces Myristicas & Mastichen ex eadem arbore submministrant. Myristica arbor procera & patula est, nostræ Quercui perquam similis. Nuci operimentum triplex. Primum crassius adversus injurias Aeris, venti & imbrium. Alterum membranæ instar reticulato munimento, quod tertium aliud putamen ligneum ambit: membranula illa est Muscatæ flos, qui ab Hispanis *Macis* dicitur, nobile ac salubre Aroma. *Zingiber* quod in hisce omnibus Insulis provenit, duplex est, spontaneum & sativum: hoc illo melius est: herba Crocum refert, radix odorata est & mordax instar Piperis, & quidem Pipere ipso calidior. *Cinnamomum* quod Herodotus in Avium nidis, & præsertim Phœnicis reperiri tradidit, cortex est fruticis, simillimi Malo Punico. Hujus cortex ad calorem Solis dehiscens, aligno avellitur, & paullulum ad Solem detostus fit Cinnamomum, & a canalium figura vulgo *Canella* vocatur. Insula *Timor* sita est gradu X Latitudinis Australis. Hæc Sandalum flavum & album magna copia submministrat, quod ab Insulanis Ferro, Securibus, Gladiis & Cultris redimitur. *Borneo* Insula Mercatori ea est, quæ a Ptolemæo Insula *Bonæ Fortunæ* dicitur. Iacet inter Cambaiam & Celebes, proximamque sibi habet Calamianes: parte Australi subest Æquinoctiali circulo, reliqua Boream versus extenduntur. Est autem omnium illius Oceani maxima, creditur que ex quorundam relatu trium habere mensium circumnavigationem: ex aliorum vero ambitum bis CIↃ & CC milliarium. Hæc rebus omnibus ad vitam victumque necessariis abundat, Camphoram, Agaricum, Adamantem, Equos pusillos producit. Multi per omnem Insulam & præclari portus sunt, amplæ Vrbes. *Cabura*, *Taiaopura*, *Tamoaratas*, *Malano*, & omnium præcipua *Borneo*: in qua Incolarum millia viginti quinque. Sita est in palude aquæ marinæ, ad instar Venetiarum. Regem habet Mahumetanum, cum quo nefas nisi per interpretem loqui.

Gilolo Insula.
Cœli qualitas.
Soli fertilitas.
Animalium varietas.
Incolarum mores.
Celebes Insula.
Mores.
Ambon Insula.
Soli qualitas.
Bandan Insula.
Situs.
Soli fertilitas.
Borneo Insula.
Situs.
Soli fertilitas.
Vrbes.

Regio. Nomina.

INSULA hæc Marco Paullo *Zipangri* dicitur, olim *Chryſe* Magino, Mercatori *Aurea Cherſoneſus*: Eam vulgo *Japoniam* & *Japan* vocant. Præcipuæ tres Inſulæ ſunt, Petro Maffeio teſte, circumfuſis aliis minoribus interfluo Euripo disjunctæ. Prima & maxima *Japan* dicta, in ſatrapias aut Regna tria & quinquaginta dividitur: quorum potentiſsima ſunt, *Meaci* & *Amagunci*. Secunda dicitur *Ximo*, habetque Regna novem in quibus præcipua ſunt *Bungi* & *Figen*. Tertia eſt *Xicoum* quæ IV Regna continet. Totius terræ longitudo ferme in ducentas, uti ferunt, leucas procurrit. Huic nequaquam reſpondet Latitudo: decem tantum alicubi patet: ſummum XXX, non amplius. De ambitu nihil dum certi proditum eſt. Iacet ab Æquatore in Arctum a trigeſimo gradu ad trigeſimum fere octavum. Ab Oriente obverſa eſt Novæ Hiſpaniæ. A Septentrione Scythas vel Tartaros, & alios ignotæ feritatis populos, ab Occidente ſpectat Chinenſes. A Meridie, vaſto Mari interfuſo, inexploratas habet terras. Salubris hic Cœli temperies, frigori & nivibus regio valde obnoxia, neque admodum ferax. Menſe Septembri Orizam, nonnullis etiam in locis Majo Triticum metunt: neque ex eo panem ut nos conficiunt, ſed genus quoddam Offæ, ſeu Polentæ. E terræ viſceribus Incolæ varia ecfodiunt Metalla: & exteras longeque diſsitas Nationes ea merce pelliciunt. Eſtq; hæc Inſula in tantum Auri ferax, ut Marcus Paullus Venetus teſtetur ſuo tempore Palatium regium aureis laminis tectum fuiſſe, haud aliter quam apud nos magnæ domus Plumbo vel Cupro operiuntur. Arbores vel ad amœnitatem, vel ad fructum ſerunt haud abſimiles noſtris. Plurima vero variis locis exſurgit Cedrus, tantæ proceritatis & craſsitudinis, ut inde Fabri Baſilicarum Columnas, & cujuſlibet quamvis capacis Onerariæ malos efficiant. Ex Animantium genere, Oves, Porcum, Gallinam, Anſerem, fædaſque alias domi haud quaquam alunt Iaponii. Campos & prata, Boum, Equorumque militarium Armenta: Saltus atque dumeta, Lupi, Cuniculi, Apri, Cervi, pererrant. E volatilibus Phaſiani, Anates amnicæ, Palumbes, Turtures, Coturnices, ac ſylveſtres Gallinæ cernuntur. *Japonium* omne nomen uni quondam parebat Imperatori, cui titulus *Vo*, ſeu *Dair*: quoad is diuturna pace in delitias atque ſocordiam reſolutus, Præfectis ac Satrapis ac præcipue *Cubis* (ſic enim duo primarii vocabantur, quorum alter deinde extinxit alterum) contemptui cœpit eſſe. Summus vero & potentiſsimus Iaponiorum habetur ille quiſquis Meacum & Meaco finitima nobiliſsima Regna (quem tractum communi nomine *Tenſama* nuncupant) armis atque arcibus occuparit. Ea loca ante aliquot annos obtinebat *Nobununga* Tyrannus. Hujus in ſolium a conjuratis interempti: liberis ejuſdem aut pulſis, aut occiſis, per factionem ac vim præcipuus e Ducum numero *Faxiba* ſucceſsit. Nunc autem *Taicoſama* ſive *Taico* Monarcha eſt Iaponiæ: *Japoniæ* Vrbs primaria *Meacum*, Civitas, maxima, cujus ambitus unum & viginti milliaria patuit, ſed nunc bellis inteſtinis Inſulanorum tertia parte imminuta eſt. In hac ſummus Magiſtratus Iaponiæ moratur, tribus Viris conſtans.

Situs.

Cœli qualitas.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium majorum.

Urbium nomina

Sunt


CHINENSIS
Corea pars
Vuoqui
Bacasa
Sisime
Saudo
Deva
Villoxu
Nasima
Ilha dos ladrones
Nagato
Suro
Hivami
Hisumi
Tagima
Tango
Meaco
Finda
Hinga
Rinano
Musaxi
Cay
Simotusa
Segemy
Fongo
Bungo
Bu
ngo
Tonsa
Quinocuni
Mitsuquimi
Ensuima
Jasima
Gisima
Ceuxima
Firando
Duco
Xigui
Quivero
Ogoto
Culama
S Clara
Nangayxuma
Tamarum
Osumi
Tenora
Minato
Fango
Cangaxuma
Finga
Ganoxque
Usuqui
Mino
Hiamangava
Tunaxuma
OCEANUS
IAPAN I.
Milliaria Germanica
5 10 15 20 25 30
Sep ten trio
Meri di es
Occi de us
Ori ens
165
170
175
35
30

140.

Sunt præterea *Offacaia* Civitas illuſtris, potens, libera, omnium ut quidam autumant totius Orientis opulentiſsima. Magna hic Mercatorum undique concurrentium frequentia eſt, quorum qui mediocres facultates habent minimum poſsident xxx aureorum millia, qui majores, incredibilem ſummam. *Bungum* ſui tractus Vrbs præcipua, ſitu oportuno. In hac Chriſtianorum magnus eſt numerus. *Coia* Civitas *Bonſio* cuidam ſacra, quem *Combodaſſi* vocant. Principes omnes in hac Vrbe ſepeliuntur: aut ſi alibi, ſaltem huc dentem unum mittunt ſepeliendum: tanta hujus loci veneratio. *Fiongo* Vrbs decem & octo leucis Meaco diſtans. Hæc Nobunangæ tempore majorem in partem devaſtata fuit. Eamque anno CIↃIↃXCVI terræmotus ſic convulſit, ut non minima ejus pars ad terram alliſa ſit: & paullo poſt etiam maxima pars, ut dicunt, igne conflagrarit.

Portus. Montes. *Amangaſaqui* Vrbs non contemnenda leucis quinis disjuncta a mari Sacai oppoſita. Habet etiam *Voſuquin*, *Funaium*, *Toſam* Vrbes nobiliſsimas, & alias quas brevitatis ſtudio prætereo. Portus marini hic multi, inter quos *Ochinofamanus*, in quo fere magnus navium numerus ſtat. Editi præruptique Montes, cum alii paſsim, tum II præcipua nobilitate viſuntur, quorum alter incertæ appellationis, adſidue flammas evomit: inque ejus cacumine, certis Hominibus, poſtquam voti cauſa diu ſe maceraverint, ſplendida circumfuſus nube ſeſe

Opera publica. Cacodæmon oſtendit: alter *Figenoiama* nomine ſpectatæ altitudinis eſt, adeo ut etiam ipſas nubes leucarum aliquot intervallo ſuperet. Magnifica exſtruunt Templa & Sacerdotum utriuſque ſexus ſumtuoſa Cœnobia: ſuperba etiam & viſenda Palatia. Palatii regii ex Paullo Veneto, ſupra mentionem fecimus, cujus tectum aureis laminis fuit opertum. Superficies quoque ſuperior aularum & conclavium aureis laminis ferebatur tecta. Nec minus hodie ſunt in hujuſmodi operibus ſumtuoſi & magnifici. *Taico* ſive *Taicoſama* quem nunc hic Monarcham eſſe diximus, opere viſendo & ſtupendo moles excitavit. Hic exſtrui curavit aulam mille *Tatamis* (ſtoreæ elegantiſsimæ genus eſt) opertam cum ſuis fimbriis damaſcenis, holoſericis, aureis: quælibet autem harum ſtorearum octo palmos longa, I V lata eſt. Hæc aula è ligno maximi pretii ædificata eſt, tantoque Auro intus nitet, ut pene incredibile videatur. Ante hanc aulam in planitie pulcherrima, juſsit erigi Theatrum ad agendas Comœdias: utrimque vero nonnullo intervallo divulſas turres binas trium quatuorve contignationum. Multa hic prætereo brevitati ſtudens. Ligneis plerique ob crebros terræmotus, quidam tamen ab imo lapideis utuntur ædibus, elegantia & arte viſendis. Meaci III. *Viri* (qui totius Regni Primores ſummum Magiſtratum conſtituunt) degunt: penes quos ſumma eſt rerum conſtituendarum poteſtas. Primus, qui *Zazo* dicitur. Pontificis inſtar, præeſt ſacris. Secundus *Voo* dignitatibus & honoribus. Tertius *Cubacama* paci & bello. In V autem ordines diviſa gens eſt: quorum primus eorum qui cum imperio ſunt, rerumque potiuntur: hoſce communi omnes nomine *Tonos* nuncupant: quamquam inter ipſos Tonos alii dein exiſtant dignitatis gradus, uti apud nos Regum, Ducum, Marchionum & Comitum. Alter ordo eorum eſt, qui gentis illius procurant ſacra, capite ac mento prorſus abraſo: Cælibem hi profitentur vitam. Variæ ac multæ

Privata. Ratio gubernādi

nume-

numerantur eorum sectæ : Nec desunt qui ad Rhodiorum Equitum speciem, bellicas una cum religione res tractant. Sed communi omnes appellatione *Bonzii* appellantur. Tertius Civium & reliquæ Nobilitatis est. Sequuntur Institutores ac Sellularii : & variarum opifices rerum egregia ferme sobolia. Postremus est Agricolarum locus. Sontibus quolibet nomine, haud leviora quam exsilii, aut proscriptionis, aut capitis supplicia constituta sunt. Gladio ferme trucidantur improvidi : quibusdam tamen locis comprehensos Latrones, certoque ad ignominiam vehiculi genere, per Civium ora transvectos, extra urbem cruci affigi mos est. In Dei cultu quod potissimum Iustitiæ munus est, miserandum in modum errant. Magistris Religionis utuntur iis quos dixi, *Bonziis*. Inter Numina suppliciter adoranda, sunt *Amida & Xaca*. Sed habent & alia, a quibus futuræ vitæ bona expetantur, quos *Fotoquios* vocant. Alios etiam veluti minorum gentium Deos adorant, bonæ valetudinis, liberorum, pecuniæ, & eorum quæ ad corpus pertinent, largitores : hosce *Camis* appellant. *Schola.* Multa hic variis locis Gymnasia, quas Academias dicimus. *Bonziorum* Schola est in opido *Banoum*, in qua solemni ritu gradus titulusque confertur a Præfecto studiorum. Est & inter alia *Seminarium Iesuitarum Bungi* in *Mores.* quo Iapones linguam Lusitanicam, Europæi Iaponicam discunt. Ipsi Iapones etiam typis ad impressionem utuntur. In universum autem, acuta, sagax, ac bene a Natura informata gens est: judicio, docilitate, memoria. Paupertas dedecori aut probro est nulli. Maledicta, furta, impiam temere jurandi consuetudinem, aleæ genus omne execrantur. Procera statura, si cui contigerit, & decoro corporis habitu gloriantur. Lenta plerisque vivacitas : firmæ vires : in sexagesimum usque annum militaris ætas extenditur. Barbam alunt modicam : in capillo varius est mos : volsella depilant, pueri sinciput, plebei ac rustici dimidium caput. Viri Nobiles totum ferme, paucis ad occipitium relictis capillis, quos attigisse quempiam, contumeliæ loco vel maximæ ducitur, Storeis, culcitræ in modum tumentibus, nitidisque pavimenta consternũt: In iis & sommum, subjecto cervicibus lapide *Victus.* vel tigillo, & cibum capiunt genibus nixi, cruribus insidentes. Munditiarum apud eos haud minor quam apud Chinenses, cura: paxillulis item ipsi duobus inter edendum ita scienter utuntur, ut neque excidat quicquam, nec digitos extergere opus sit. Cœnationem ingrediuntur discalceati, ne catastromata calcando coinquinent. Tenuiores, ad Mare præsertim, victitant Herbis, Oryza, Pisce: divites ornant splendide atque apparate convivium: in singula fercula, sine linteis aut mappis mutatur sua cuique convivæ mensa è Cedro Pinuve, palmæ fere altitudine. Cibi confecti in pyramidem exstruuntur Auro consperso, cupressinis ramulis ad gratiam prominentibus. Nonnunquam etiam rostro pedibusque inauratis Aves integræ nobilibus patinis inferuntur. Vigent hic Lusi- *Mercimonia.* tanorum commercia. Inveniuntur enim Margaritæ magna copia, rotundæ ac crassæ rubei coloris, item alii Lapides pretiosi, qui una cum Auro Insulam ditissimam reddunt.

Insula. Nomina.

ZEILAN, vel *Ceilon* Insula Arabibus dicitur *Tenarizim* & *Ternasseri* Terra delitiarum: & Indis *Hibernarum*. Hæc Ptol. *Taprobana* Barrio & Corsalo testibus: quod idem constanter affirmat Varrerius, in suo de Ophyra Regione Opusculo. Quorum sententiæ lubens accedit Ortelius in suo Thesauro Geographico. Mercator vero noster censet *Nanigerim* (*Panigeneris* habent Græci Ptolemæi codices) esse: cui alii potius fidem habendam arbitrantur: Ego rem in medio relinquo.

Situs.

Zeilan vero Insula præstantissima jacet non longe a Comorino Promontorio, x gradibus ab Æquatore. Ambitus ejus CCXL Leucarum, vel ut alii dicunt CCIↃ aut IↃCC Milliarium: Longitudo Leucarum LXXVIII, seu Milliarium CCXL, vel CCL. Latitudo autem Leucarum XLIV, aut Milliarium CXL.

Cœli temperies.

Hæc licet sub Zona torrida, subque candenti Sydere sita, Cœlo tamen ita temperato, Aere tam salubri fruitur, ut omnes Indiæ Provincias hac parte excedat: nonnullique isthic Paradisum terrestrem fuisse olim arbitrentur. Mira Cœli clementia incredibilisque temperies hieme æstateque nunquam sævientibus. Ager fertilis perpetuo viret. Flores varii leguntur. Adeo ut cum Poeta de hac Insula canere liceat;

Soli fertilitas.

Hic ver purpureum, varios hic Flumina circum
Fundit humus Flores———

Arbores perpetuo Floribus aut Fructibus onustæ sunt, ut sunt Mala Assyria incredibili suavitate, Mala Medica, Citria optima, Aurantia, Limones, aliique Fructus nobilissimi. Fert & Palmam & Aromata, Cinnamomum, Cardamomum, Caryophyllum, Pipet, aliaque. Ceterum Incolis cibum, potum, navigia, unica Palma subministrat. Fructum vocant *Coquen*, librum *Cayro*. Ex Arborum truncis naves compinguntur, è foliis vela, ex cortice funes, cujus tenuioribus partibus pro filo utuntur ad vela consuenda, trabesque colligandas, sine ullo clavo ferreo: ita exstructam navem onerant fructibus ejusdem arboris. Oryza tamen parce hic provenit quæ ex Regno Malabar & Caromandel copiose eo defertur. Auri, Argenti, ceterorumque Metallorum Fodinas habet, quas tamen Reges non permittunt exhauriri, eas velut thesaurorum loco in ostentationem servantes. Nonnullis causa videtur: ne quis illis Bellum inferat, cupidine Auri. Ferrum quoque, Linum & Sulphur producit. Eboris item ingentem vim. Sunt & Gemmæ hujus Insulæ plurimæ, Rubini, Hyacinthi, Saphyri, Chrysolithi, Topazii, & quos vulgo vocant *Ochi di gatta*. Ferarum omne genus, Cervorum, Hinnulorum, Aprorum, Leporum, Cuniculorum, & similium magna copia. Elephantorum vero nusquam major frequentia & bonitas. Hos venales habent miro modo. Ad mensuram enim admetiuntur, ut Pannos, Aulæa, Telam, pretio in singulos palmos definito: ita cum magnitudine crescit æstimatio. Sunt vero hi Elephanti totius Indiæ Orientalis nobilissimi, atque a ceteris, ut verisime probatum esse memorat Hugo Linscotanus, ejusdem generis Animantibus ex aliis locis privata veneratione adorantur.

Animalium varietas.

Sed


CEILAN insula
Mill. Germanica
1 2 3 4 5
Oriens
Occidens
Septentrio
Meridies
Triquilemale
Tomatos
Reino de Triquilemale
Rio de Candea
Enseada dos meros
P de Batecalon
Lodo Ematos
Reino de Baticalo
Capelo de Frade
Oncattory
Viyado
Baxos de Batecalon
Niguritti
Alepane matos
A qui co maderamatos desiertos
Lemapane
Nanema palne matos
Reino da fala deserto et despovado a 300 annos por sir doentio
Nivale
Vigamme
Serras de Cristal
Terra Raza edenatos
Matos de siertos matos
Lugar das patarros
Tanques
Palmares
Fortaleza
Reino de Jafanapatam
Tanques den deben en elefantos
Ligares
Tanques
A qui a Trigo e Cardamome
Uvam
A qui a da Pedreia
A qui a Pedreia
Vendro
Candoa
Reino de Cande
Mattupetti
Gamattany
Ballene
Altanor
Tangel
Desertos intratables
V Palao
Reino dasse te corolas
Pico de Adam
Serra de Ferro
Ato da Pedreria
Manieraticate
Dively
Prisam
Tanques por Vever Elefantes
DESERTUM
Grovenelle
Fortaleza
A qui a Zafiras
Polanda
Da qui avante todo e deserto
Tanonare
Saida de altiga norcalabria
Fortaleza
Ceitaabaca Reino
I dos forcados
Tanques
Desierto por doenca
Desertos por todo
Grovabeli
Malevaeno
Bilgaon
Camino
Taranqueira demapitam
Negumbo
Calale
Imperio de Cota
Acota Colombo
Colute
Limites de Manar
Patalaon
Chilao
Reino
Povoasam I Cardiva
Alcoram
Monxel monraci

141.

Sed quoniam in Elephantorum mentionem incidimus, non abs re visum de hoc Animali pauca subjicere. Elephantem vocant Arabes *Fil*, ac dentem ejus *Cenasil*, Æthiopes *Itembo*. Animal disciplinæ capax est, & natura mite & tractabile. Incessu tardum videtur, cum tamen ne vel expeditus quispiam cursus ejus incessum adæquare queat. Repertos subinde Elephantos aliquos ferunt, qui noctu cum suspiriis & lachrymis iniquam suam sortem deplorare videbantur. Vivunt annos ducentos. Magni illi dentes non nisi ex Elephantis maribus sunt: Femellæ enim breviusculos habent. Animal est mire zelotypum, atque adeo præ nimia zelotypia in furorem subinde tantum rapitur, ut & pastum & somnum fastidiat. Memorabilem Historiam refert de Elephante Christophorus Acosta, quam hoc loco Iusti Lipsii V.C. verbis inseremus. *Elephanti cuidam in urbe Cochin ad horam cibus non erat oblatus. Queritur & barrit. Magister excusat, & vas æneum ejus cibarium ostendit perfluens, caussam hanc moræ esse, non posse se in pertusum vas cibum indere. Jubet igitur, si esse velit, ad Fabrum ærarium ferat reconcinnandum. Ille paret, Promuscide aufert, Fabro offert. Faber sive per negligentiam, sive ludos belluam faciens, infideliter reparat atque obstipat. Elephas refert. Herus vitium videt, & indignatur. Inclamat illum absentem, hunc præsentem, denique redire jubet cum illo ipso vase. Facit, & Fabro querulus impingit. Ille homo suavis iterum imponere conatur, & admoto malleo claudere rimam simulat, non claudit. Nec tamen imponit. Nam ille catus lebetem resumptum ad Flumen defert, immergit, & aqua implet, periculi faciendi caussa. Videt effluere. Plenus itaque irarum ad Fabrum recurrit, intonat magna voce. Confluunt vicini, & inter eos Vicarius Regis. Faber blandis verbis demulcet belluam: vas denique sumit, & resingit probe atque exfide. Sed ille ne tum quidem fidens, iterum ad Flumen & ad haustum: dum contineri aquam videt, vertit se ad adstantes, & ostendit, velut testes eos advocans in hoc factum: ita demum abit domum.* Hæc libuit hoc loco intersetere, ut lectionis fastidium atque satietas nonnihil levaretur. Avium præterea omnis generis, Pavonum, Gallinarum, Columbarum &c. ingens copia. Vnus hic Rex olim imperabat: is postea dolo sublatus fuit, diviso inter multos Principes Imperio. Suntque nunc Reges Insulani novem. Horum potentissimus est *Colmuchi*, cui ceteri tributum pendunt annuum: hi sunt Reges *Janasapitan*, *Triquinamale*, *Batecolon*, *Villassem*, *Tananaca*, *Laula*, *Galle* & *Cande*. Refert Ioannes Hugo Linscotanus in suo itinerario cap. XIV Chirurgum quemdam præcipuum è Regibus è medio sustulisse, sibique Imperium adscripsisse, pulsis insigni tyrannide ceteris. Hunc Chirurgum Regni potentem *Rain* appellari, prudentia & ingenio pollere, reique bellicæ haud rudem esse: verum nemini fidentem. Cingales huic, eodem referente, infesti sunt tantamque tyrannidem oderunt, pressi interim metu ad obedientiæ ministeria. Idem hostis Lusitanorum acerbissimus, eo anno qui discessum dicti Hugonis præcesserat, ex India, Arcem *Columbo* obsidione cinxerat, sed irrito conatu, auxilio a Lusitanis allato. In hac Insula VII sunt Vrbes, quarum primaria est *Colmuchi*.

Vrbes.

Hic

Hic complures Naves Cinnamomo, Elephantibus ac Gemmis variis onerantur. In hac Portugallenſes Arcem habent Rege permittente a ſe exſtructam. Portus eſt amplus & tutus. Habet præterea ſex Portus præcipuos, præter alios minus celebres. Inſula valde montoſa eſt, viſiturque Mons ſublimis altiſsimo Situ inter totius Indiæ cacumina. Incolis *Pico de Adam* dicitur. Credunt enim Indi firmiter iſthic Paradiſum fuiſſe, & Adamum ibidem a Deo creatum, dicuntque etiamnum hodie exſtare primi Parentis pedum impreſſa veſtigia, longitudine duos palmos excedentia. Scribit ex relatu cujuſdam Mercatoris Mahumetani Ludovicus Romanus Patritius in faſtigio hujus montis ſpecum eſſe quendam, quo ſe recipiebant ejus Regionis omnes Incolæ in primi Parentis ſanctiſsimi memoriam: memorare enim Incolas Adamum poſt lapſum illic fletu & continentia, pœnitudine ductum culpam: redemiſſe. Refert idem auctor eſſe alium Montem vaſtiſsimæ longitudinis, ad cujus radices Pyropi reperiuntur, qui vulgo Rubini dicuntur. Cinnamomum hic naſcitur præſtantiſsimum tanta copia, ut Silvas ac Nemora hac arbore refertas habeant. Incolæ maritimi Mahumetani magna ex parte ſunt: mediterranei Gentiles (*Cingalas* vocant) color illis albus, ſtatura procera, abdomen prominens: ventrem enim curant. Imbelles ſunt, exigui ſpiritus, & ad bellum inepti. Tormentis ſcribit idem Ludovicus, non utuntur bellicis, nec ferro: ſed eorum arma arundines ſunt: ob id perraro in prælio occumbunt. Sunt autem ingenioſiſsimi, & ex Auro. Argento, Ferro, Ebore, opera faciunt politiſsima. Bombardarum ſive Scloporum Fiſtulas inſigni arte nunc formant, velut artifici manu exaſciatas. Narrat ſæpius jam nobis memoratus Linſcotanus Archiepiſcopo Crucis imaginem oblatam, quam Artifex Ceilanus ex Ebore confecerat, longitudine unius ulnæ, tanto artificio, ut capilli, barba, & ipſa facies viventis hominis geſtum mentirentur, optima ſtaturæ menſura: In Europa nihil tale. Quare ab Archiepiſcopo arcæ inculſa ad Hiſpaniæ Regem miſſa fuit, digna æſtimatione inter precioſiſsima tanti Regis *Cimelia*. In Hiſtrionum artibus excellunt iidem maxime, multaſque venuſtates corpore ac ludis exercent, totam Indiam percurrentes, magna ſpectantium admiratione. Victus eorum ex Lacte, Butyro, Caſeo, ac Oriza eſt: potum ex Palmarum ſucco colligunt. Veſtis infra umbilicum è Serico aut Goſsipio. Superiora enim non tegunt. Niſi quod caput panno ſubtili contegunt. Aures Auro ac Gemmis ornant: Zonas gerunt aureas gemmis ornatas. Ipſa Inſula commerciis valde ob Portuum frequentiam ac rerum affluentiam oportuna eſt.

Portus. *Montes.* *Victus.* *Veſtitus.*

Atque hæc de Inſula *Ceilon* deque tertia Orbis parte *Aſia* ſufficient; ad quartam & poſtremam Orbis Terrarum partem longe maximam *Americam*, quam Iſtmus nobiliſsimus, & Septentrionalem facit & Meridionalem, pergimus.

Regio. Situs.

HIſPANIA Nova Americæ Provincia ampliſsima, cæteris cultior, amœnior ac populis frequentior. Hæc magnis terrarum ſpatiis disjecta, a Tavaſco, ſive Grialvi flumine Occidentem verſus excurrens, ad S. Michaelis & Culiacanas uſq; terras extenditur. Septentrio finitur Granata nova, aliiſq; regionibus Novi Mexicani regni nomine nunc ſignatis. Auſtrale littus Pacifici Maris undis abluitur. Inter Æquinoctialem & Cancri Tropicum pene concluditur, ideoque dierum noctiumque exigua hic diſcrimina, & perpetuum pene Ver. Menſibus Iunio, Iulio, Auguſto atque Septembri aſsiduæ pluviæ, leniumque ventorum ab utroque Mari commodiſsimi flatus, diurnos, æſtivoſque calores disjiciunt ac temperant, quæ vera eſt ratio cur illic ſub Tropico æſtivo commode habitetur, contra Veterum Philoſophorum opinionem. Aerem ergo habet temperatum, quamvis ſub torrida jaceat Zona. Abundat regio ipſa Mineris opulentiſsimis Auri, Argenti, Ferri & Æris: mittit Caſsiam Fiſtulam, & Fructus quoſdam, quos Incolæ *Cacao* nominant Amygdalorum inſtar, ex quibus potum valde ab eis expetitum conficiunt. Goſſypio ac omnibus inſuper Frugibus, Fructibuſque quos in Europa habemus, affluit: Tritico, Hordeo, omne genus Leguminibus, Oleribus, Lactucis, Braſsicis, Raphanis, Cæpis, Porro, Petroſelino, Rapis, Paſtinacis, Malis inſanis, Beta, Spinachio, Piſis, Fabis, Lenticulis & ſimilibus. Sunt & Mala aurea, Limones, Mala Citria, Perſica, Armeniaca, magna copia. Creſcunt hicetiam Poma & Pira, ſed tantum mediocriter, Pruna rara, Ficus magna abundantia. Malorum Cotoneorum mirificus proventus. Mala Granata ſatis multa: Ceraſa hactenus non admodum feliciter provenere. Vineæ inſuper ſunt ferentes uvas, ſed ex iis Vinum non conficitur. Oleæ, Saccarum, Mora. Habet præterea multas alias Fruges & Fructus nobis incognitos: imprimis Granum ☙*Maiz* dictum Ciceri non abſimile magna copia, ex quo panem conficiunt. Varia item profert Animalia, ut ſunt Oves, Vaccæ, Capræ, Porci, Equi, Aſini, Canes, Feles, aliaque Animalia ſimilia: illiuſmodi enim omnia in India Occidentali teperiuntur. Item Leones, Tigres, Vrſi, Apri, Vulpes, aliaque fera & ſilveſtria Animalia: item Cervi, Lepores, Cuniculi. Præter hæc ſunt & quæ appellant *Sainos*, animalia inſtar exigui Porci, quæ umbilicum in ſpina dorſi habent. Eunt turmatim per ſilvas: & alia plurima, quæ brevitatis ſtudio prætereo. Avium non minor eſt varietas, ut ſunt, Anſeres, Anates, Coturnices, Gallinæ quæ noſtras longe ſuperant, & aliæ. Occupata primum fuit ab *Hiſpanis* hæc regio anno CIↃIↃXVIII Duce *Ferdinando Corteſio*: cum maxima tamen ſuorum & Incolarum ſtrage: cui remunerationis cauſa dono conceſſa fuit *Tecoanteper* regio novæ Hiſpaniæ, a Carolo V Imp. Regnatum fuerat in urbe Mexicana omnino ſub Regibus novem per annos CXXX, poſt IↃCXIX annos quam a *Chichimeicis* Mexicana terra primum occupata fuit. Horum ultimus fuit *Motezuma*, qui in quadam ſeditione fuit interfectus, & cum eo Mexicanorum Regum familia intercidit. Incolitur porro hæc pars ab Hiſpanis, qui multas in ea habent Colonias, nempe, *Compoſtellam*, *Colimam*, *Purificationem*, *Guadalaxaram*, ☙*Mechoacam*, *Cacatulam*, *Mexico*, & alias

Cœli temperies.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Imperium majorum.

Sunt


HISPANIA NOVA
Septentrio
Meridies
Occidens
Oriens
MAR DES ZUR
Milliaria Germanica
5 10 15
Guachuchules
His montibus maxima argenti copia effoditur
Cacatequas
Chichimicas
Magalia Hispanorum
Magalia Hispanorum ubi armenta pascuntur
Chiametta flu
Saponita
Tilapa
Centiquipaque
Cuanos
Guaxacatlan
Guadalaiara
Mexico
Mechoacan
Coatalpanecas populi
Texupa
Sacatula
Portus nativitatis
Catalutla
Tecuad flu

142.

Sunt porro in hac Nova Hiſpania inſignes nonnullæ regiones, nempe nova *Galitia*, *Mechuacan*, *Mexico*, & *Guaſtecan*. *Nova Galitia* ab incolis prius *Xaliſco* vocabatur: quam primus detexit & acquiſivit *Nunus Guſmannus*, qui in ea urbes aliquot fundavit, nempe *Compoſtellam* ubi ſedes Epiſcopalis & Conſilium Regium: *Spiritus S. Conceptionis*, *Michaelis* & *Gaudalaiaram* celeberrimam ac totius Regni Caput. Pertinet ad Novam Galitiam regio illa quæ *Culiacana* dicitur ab Vrbe hujus nominis. Iacet autem inter fl. *Piaſila*, & fl. S. Sebaſtiani, qui antequam in mare ſe exoneret, a terra abſorbetur. Metropolis Vrbs eſt *Culiacan*, ubi Hiſpani fundarunt Coloniam Domus Michaelis. *Mechauchan* regio ambitum habet XL leucarum, & ex opulentioribus ac fertilioribus eſt hujus Novæ Hiſpaniæ regnis: nam in ea Maiz ter matureſcit ſingulis annis, & alii etiam Fructus. Regio hæc duas continet Vrbes principales ab Hiſpanis cultas, in quibus vigent Mercimonia, nempe *Paſcuar* & *Valadolis*, quæ eſt Epiſcopalis ſedes, præter alias minus celebres. *Mexicana regio* cæteris non tantum Novæ Hiſpaniæ præſtat, ſed univerſæ etiam Americæ. Nomen ſumpſit ab Vrbe *Mexico*, quæ *Temiſtitan* quoque nuncupatur. Metropolis eſt Provinciæ Mexicanæ. Hæc ſita erat in peramplæ paludis medio, antequam a Corteſio occuparetur, qui eam ad ejuſdem Lacus ripam tranſtulit: eſtque nunc optime fabricata, ambitum occupans ſex milliar. Ital. cujus unam partem Hiſpani inhabitant, reliquam vero Indigenæ. *Mexico* tantundem ſonat atque fons & ſcaturigo: a primis fundatoribus ſic appellata, ob ſcaturigines fontium varias quæ hanc Vrbem circumdant. Hæc Vrbs præcipua erat ac nobiliſsima totius Indiæ, imo totius Orbis maxima, quam Ferdinandus Corteſius expugnavit anno CIↃIↃXXI. Hæc cum totius Imperii Mexicani Caput eſſet, Ædium capiebat LXX millia, Regis quidem & Nobilium Ædes erant amplæ, commode & affabre exſtructæ: vulgi vero humiles & viliores. Reſident in hac Vrbe Archiepiſcopus, & Prorex, ac Tribunal ſupremum Novæ Hiſpaniæ. Eſt etiam in ea imprimendi ars & cudendi pecuniam. In Lacubus porro Mexicanis & circa eorum ripas jacent L Opida, quorum quodvis, continet plus minus XCIↃ domorum. Poſt Mexicum eſt *Teſcura* Vrbs ad ripam ejuſdem Lacus, quæ amplitudine ſua Mexicum ipſum adæquat. Eſt etiam in hac Provincia *Angelorum civitas*, quæ prius *Vacipalam*, id eſt terra Serpentum, vocabatur, quæ Lanificio celebris imprimis eſt, cujus ager vallibus & paniciebus diſtinctus eſt, in quibus innumera armenta & greges aluntur, & magna Segetum ac Fructuum copia colligitur. *Guaſtecan* regio Novæ Hiſpaniæ ad *Mare del Nort* poſita eſt. In hic Colonias Hiſpani habent, nempe *Panuco* & *D. Jacobi a Vallibus*. Poſtremo in Nova Hiſpania eſt *Tlaſcalan* Vrbs, quæ poſt Mexicum ſecundum tenet locum, eſtque valde populoſa & opulenta & agro fœcundo: Reipublicæ more gubernatur, ſub poſſeſsione tamen Hiſpaniarum Regis. Sunt in Nova Hiſpania Lacus multi, magna ex parte ita ſalſi, ut ſal ex iis conficiatur. Præcipuus is eſt, qui *Chapalicum Mare* ob immenſitatem vocatur. Eſt & Vrbis Mexicanæ Lacus. Sunt & in ea Fluvii quamplurimi piſcibus abundantes, quorum aliqui etiam auriferi ſunt. Inveniuntur etiam in iis Crocodili, quorum carnibus veſcuntur Incolæ. Eſt autem regio Montibus & rupibus aſperrimis referta. In Provincia Mexicana Mons eſt flammivomus, qui *Popocampeche*

Urbes.

Lacus.

Flumina.

Montes.

peche incolis vocatur. Est & Mons in regione *Guastecan* in quo 11 reperiuntur Fontes, alter scilicet Picis nigræ, alter vero Picis rubræ ferventis. Est præterea hæc Provincia Silvis Nemoribusque plena: ac uniuersa Arbores magna copia profert, maxime è quibus lintres unico ex trunco excavant & formant. Habet & Cedros tantæ magnitudinis & crassitudinis, ut ex iis trabes quadrangulæ centum & viginti pedes longæ, XII vero latæ conficiantur, tanta quidem copia, ut Montes Cedris, ut apud nos Quercubus aut Pinis consitos dicas. *Opera publica.*
Opera publica me vocant. Fuerunt in hisce Indiæ partibus plurima & quidem superba & magnifica Templa idolis consecrata, ac Diaboli cultui destinata, quæ Hispani olim voce *Cu* appellarunt. Imprimis fuit in Vrbe Mexico celeberrimum Templum *Vitzilipuztli*, ambitum amplissimum habens, atque aream intus pulcherrimam. Inprimis vero res admiratione digna, cura quam Mexicani gerebant in educandis liberis, certo scientes nihil esse in tota rerum universitate, quod plus adjumenti ad rectam rerum tum privatarum tum publicarum constitutionem adfert, quam pueritiæ disciplina. Sunt Indi rerum Mechanicarum egregii artifices, præsertim in cõtexendis variis Avium plumis & Ferarum pellibus admiranda varietate: qui & laborum tam sunt patientes, ut sæpissime integro die cibum non sumant, quo speciosius concinnent & aptent, vel unicam plumam, eandem omni ex parte contemplantes, tum ad Solem, tum in umbra, ut percipiant magis ne recta an inversa conveniat, erectis an deflexis crinibus. Itaque ex plumis Animal quodcunque, aut Florem aut Herbam tanta dexteritate mentiuntur, ut videantur ad vivum expressisse. Aurifabrorum prima & præcipua est conditio, & præ cæteris artificiosa: adeo quidem ut res quasvis ad vivum exprimant: valentque plurimum fusionis Artificio, adeo ut vel Herbas quasvis, tum res munitissimas fusione fingant, tam exquisite, ut a naturalibus differre non dicas. Sola Mexicana Civitas, omnem politiam & vivendi rationem totius Novæ Hispaniæ patefacit. *Opificia.* Quæ cum esset totius Imperii Metropolis, diversæ eo confluebant ejusdem regionis gentes, negotiandi gratia. *Mercimonia.* Itaque singulæ Nationes sua loca probe ordinata obtinebant ac servabant, in quibus singulis diebus quinis fora observarent, omnibus rebus venalibus optime instructa. Itaque singula opificii, & mercaturæ genera, definitum sibi locum, ac stationem certam habebant, quem nec ulli præoccupare licebat, quæ certe non exigua est politiæ species. Neque commodius aut Vrbs, aut Domus quæpiam potest gubernari, teste Xenophonte in Oeconomicis, quam rebus singulis præfinita certaque loca statuendo, quod ad Indis observabatur-

VIRGINIA.

Insula.
Unde dicta.

SEquuntur in noſtra Methodo *Virginia* & *Florida*. *Virginia* quæ primo loco occurrit, nomen a *Viguino* Regulo, ſecundum nonnullos, ſeu, ut mavult ille qui Franciſci Draci expeditionis anno CIↃIↃLXXXIV ad Occidentales Indias Diarium aut Commentarium edidit, ab Elizabetha Angliæ Regina nomen tulit. Incolis *Wingandacoa* dicitur. Fert autem ubertate quadam felicitateque miranda, quidquid Vitæ ex voto tranſigendæ, deliciiſque fruendis neceſſarium: Vinum, Oleum, Fabas incolis *Okindgere*, Piſa, quæ illis *Wickanzowr*: Pepones & Melones, ipſis *Macocquer*; Herbas varias: Caſtaneas, Nuces Iuglandes, Fraga, alioſque Fructus nobiliſsimos; item Alumen, Picem aridam & liquidam, Terebinthinam, Ferrum, Cuprum, Sericum, Linum, Cannabim, Gemmas, aliaque plurima. Verum ante alia Frumentum, (*Pagatowr* indigenæ vocant & Indi Occidentales *Maiz*.) incredibili fœcunditate luxuriat: quod eo certe vehementius demirari licet, quod leviſsimam tenuiſsimamque agriculturæ curam ac rationem exerceant. Agros enim leviter expurgatos, & loliis evulſis ſarritos, cum aratrum vomeremque penitus ignorent, non tanto inductis ſulcis ſubruendi, glebas occandi, deinde poſt jacta ſemina cylindro æquandi labore fatigant Incolæ, quantum noſtri ad Fruges ſerendas requirũt, ſed lignea pala modice vulneratam humum leviter invertunt, ſcrobibuſq; effoſsis grana paltino ligneo, ſicut apud nos fabæ ſolent, depangunt, quę terra demum ſuperfuſa condita in ſummam luxuriam prorumpunt.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Animalia in nonnullis locis producit varia; Vrſos, Leones, Lupos, Cuniculos, & quæ Incolæ vocant *Saquenuckot*, *Maquowoc*, & *Squirels*. Aves pręterea cum alias, tũ Gallos & Gallinas Indicas, Columbas, Perdices, Grues, Cygnos, Anſeres, Pſitacos, Falcones, & Accipitres.

Opida.

Opida hic exigua, decem aut duodecem Ædium capacia: defixis humi palis, anguſto aditu in orbem ædificant, Templo, Principis, Procerumq; manſionibus, & area, ſeu foro rerum vænalium, domibuſque Incolarum, circumquaque in circuitu diſtinctis affabreque collocatis. Civitates circa littus ſunt hæ: *Pyſhokonnok*, mulierum vivitas, *Chipanum*, *Weopomiok*, *Muſcamunge*, & *Mattaquen*, *Ooanoke* Anglis dicta cæca civitas, *Pemeoke*, *Shycoake* civitas ampla, *Chowanoake*, *Sequotam*, & aliæ.

Flumina.

Flumina quibus rigatur ſunt *Occam*, *Cipo*, *Nomopano*, *Neus*, & alia.

Silvæ.

Quatuor menſibus anni Februario, Martio, Aprili & Maio, copioſa hic Acipenſerum captura: atque etiam iiſdem menſibus Alecum. Sunt & Trocta ſaporis jucundiſsimi, optimi nutrimenti: Raiæ, Mugiles, Paſſeres, ac multa alia genera Piſcium. Silvas etiam habet & Nemora frequentia, Cuniculis, Leporibus, atque Avibus referta. Silvæ non ſunt quales in Bohemia, Moſcovia aut Hyrcania nudæ gignentiũ & ſteriles: ſed celſiſsimis atque optimis quæ in toto Orbe reperiantur,

Cedris


VIRGINIA et FLORIDA
AMERICÆ PARS
Apalacci Montes ubi aurũ et argentum invenitur
SANAWANOK
VIR
WEAPEMEOK
MONGOACK
Medano.
GINIA
SECOTAN
Lacus dulcis
FLORIDAE
Sarrope
PARS
MAR DEL NORT
Milliaria Germanica
5 10 15 20 25
295
300 Septent.
305
300 Meridies
35
30
Comokee
Chesepioock
Sinus
Skicoak
Ramushouuong
Chesepiooc
Ohaunoock
Catokinge
Chepanuu
Pasquenoke
Moquopeu
Tramasquecoock
Dasamotiquepeuc
Paquiwock
Croatoan
Wocecon
Aquiscogoe
Cotan
Secota
Setuock
Panauuaock
Newstuock
C. Wareuuock
C. S. Romano Hispanis
C. of faire id. est, Prom. tremendum
Chicola
Stalane
Ferdarius flu
R. Sicco
Port Royal
R. Grande
R. Bello
R. de Gironde
R. de Garonne
R. de Charente
R. de Loyre
R. de Somme
R. de May
Barne des François
R. des Daufins
C. Francois
Hoya
Maion
Macou
Couexis
Adusta
Ouade
Edelano
Potano
Utina
Anatequa
Matiqua
Houstaqua
Omitaqua
Mayarqua
Aquera
Enecaque
Mocoso
Mathiaca
Allicamani
Emolona
Mollowa
Saturia
Salinacali
Athore
Selo
Halinacanir
Anacaroucou
Owatchaqua
Olatacara
Sarrepe
Marracou
Sarmala
S. Petro Hispanis
Medano
S. Augustino

143.

Cedris conſitæ, Pinis, Cypreſsis, Lentiſcis, aut Arboribus quæ Maſtichen generant, ac multis aliis Arboribus odoriferis. Incolæ mediocri ſtatura, æqui bonique tenaces, juſtitiam exercent, Animæ immortalitatem ſentiunt, ſed ſaltationibus aſsiduis, intempeſtiviſque compotationibus ad inſtar aliorum Americanorum, intemperanter indulgent, a carnibus tamen humanis abſtinent. Aſsiduis venationibus Feras inſectantur. Arma ſunt Arcus & Sagittæ. Credunt multos eſſe Deos, quos nuncupant *Mantoac*, ſed variorum generum & graduum, atque unicum duntaxat præcipuum ac magnum Deum, qui fuit ante omnia ſecula. Qui, ut affirmant, cum Mundum condere decreviſſet, primum alios Deos ordinis præcipui condidit, quibus tamquam adjutoribus & inſtrumentis, tum in creatione, tum in gubernatione Mundi uteretur: Tum Solem, Lunam, & Stellas, tanquam minorum gentium Deos, atque inſtrumenta alterius ordinis magis præcipui. Primum (aiunt) Aquæ creatæ ſunt, ex quibus opera Deorum omnis creaturarum varietas viſibilium atque inviſibilium exſtitit. Ad genus humanum quod attinet, mulierem primum conditam eſſe aiunt, quæ opera & adminiculo cujuſdam Deorum, concepit ac liberos peperit: atque in hunc modum genus humanum ortum eſſe aſſerunt. Sed de Moribus & natura indigenarum, deque aliis Virginiæ commoditatibus aut mirabilibus plura ex deſcriptione Ioannis Wyts, & relatione Thomæ Harioti Rallegi domeſtici, per Theodorum Brium ſingulari libro deſcripta, & æneis formis inciſa circumferuntur.

Mores.

Florida.

Regio & unde dicta.

FLORIDA (ut obiter etymon ejus exquiram) appellationem habet, quod ipſa Dominica Palmarum reperta ſit, quam Hiſpani ſuo Idiomate *Paſcua de Flores* vocant. Inditum ei hoc nomen a Ioanne Pontio Legionenſi. Alii inter quos Thevetus, alio referunt nominis originem, nempe quod tota viridis floridaque ſit, ſtratis etiam undis herbis viridantibus: ſed penes authorem ſit hujus rationis fides, cum nuſquam ab aliis conſonantia tradantur. Ab Incolis *Jaquaſa* dicebatur. Circum ſcribitur hæc Provincia latiſſimis finibus, ab Ortu Bahamam & Leucayas Inſulas habet, in Occidente Mexicanæ Provinciæ terminos attingit, a Meridie Cubam & Iucatanas terras reſpicit, excurrens in modum Iſthmi ad centum paſſuum millia, quaque anguſtiſsima eſt, triginta milliarium Latitudinem occupat. In Septentrione ſupra Floridam ſunt Canada, Virginia, Avanares, & Nova Francia. Regio ſatis amœna eſt, & omnium Fructuum fertilis. Magna Incolis annonæ cura: Maizium Martio & Iunio ſerunt, tertio dehinc menſe maturum colligunt ac in publica horrea recondunt, mox ſingulis pro cujuſque neceſsitate & dignitate diſtribuunt. Aliis præterea & quidem variis Fructibus beata, Moris, Ceraſis, Caſtaneis, Vvis, Meſpilis, Prunis ſpecioſis quidem aſpectu, ſed inſciti ſaporis. Sunt & Radices ipſis *Harle* dictæ ex quibus in annonæ penuria panem conficiunt. Animalia producit varia, Cervos, Hinnulos, Capras, Vrſos, Leopardos, Lupos, Canes ſylveſtres, Lepores, Cuniculos. Nec deſunt volatilia, Pavones, Perdices, Pſitaci, Columbæ, Palumbi, Turtures, Merulæ, Cornices, atque alia.

Situs.

Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Sunt

Sunt & varia genera Serpentium, atque Animal quoddam Leoni Aphricano haud abſimile. Habet denique peregrinum quoddam Vulpi perſimile, ſub ventre loculo quodam ceu ſacco munitum, qui & aperitur & claditur, ut fœtus editos excipiat, cumque iis pericula effugiat. Manſit hæc Provincia poſtquam a Ioanne Pontio detecta eſſet ad tempus intacta, nemine ſibi illam depoſcente, propter Incolarum ferociam. *Imperium.* Procedente deinde tempore, Ferdinandus Sottus, Præfecturam hanc a Carolo Imperatore obtinuit, multiſque veteranis militibus ſcriptis, Floridam adnavigavit, anno trigeſimo quarto ſupra milleſimum quingenteſimum, ſed aurariis nimium inveſtigandis intentus, nulla cura urbis deducendæ condendæque, dum per Provinciam vagatur, non inventis quas crediderat Auri ſecturis, mœrore confectus interiit, milites ſociique paſſim a Barbaris cæſi & diſcerpti ſunt. Succedentibus temporibus, Galli, tempore Caroli noni, duce Ioanne Ribaldo, Floridam verſus enavigarunt, improſpere hac illis cedente navigatione. Alteram æque infauſtam navigationem Duce Landoniero ſuſceperunt Galli anno CIↃ IↃLXII extructa Arce Carolina, quæ brevi ab Hiſpanis occupata fuit. Biennio poſt Dominicus Gourgueſius comparata claſſe trium navium, cum centum quinquaginta militibus, & LXXX nautis ultus Gallorum manes, Carolinam arcem recepit, evertit ac ſolo æquavit. Sed in reditu cum a Rege ſuo hoc factum iniquo animo accipi intelligeret, quievit, neque ulla amplius Gallorum in Floridam expeditio memoratur, manſitque Hiſpanis vacua harum terrarum poſſeſsio. Provinciæ celebriores Terræ Floridæ ab Hiſpanis repertæ, ſunt *Panuca* Regio, in finibus Hiſpaniæ Novæ ſita, cujus Incolæ bellicoſi admodum, & in bello crudeles: captivos Idolis immolant & comedunt. Viri barbas ſibi evellunt, ut ſpecioſiores appareant, nares & aures perforatas habent, nec ante XL ætatis annum matrimonio junguntur. Hinc *Avanares* regio, & *Albardaoſia* Provincia, quarum Incolæ ſunt verſutiſsimi, moribuſque a reliquis Indiæ populis differunt. Eſt quoque in Florida *Ioguazia* Regio, cujus Incolæ adeo curſu valent, ut Cervos ſuperent & capiant, curruntque diem integrum nec fatigantur. Sunt & aliæ regiones & Provinciæ terræ Floridæ, ut *Apalchia*, *Authia*, *Somovia*, & aliæ. Regio in univerſum plurimis rivis fluminibusque irrigua, eoque humidior: & in Montibus *Apalchicis* ingentes Rivi oriuntur Auri Argentique arenas provolventes, quas Incolæ ripis per foſſas diductis, colligũt, & ſecundo flumine ad Maris littora venales deferunt. Inter Flumina præcipua ſunt *Porta Real* dictum, quod ſonat Portum Regium. Oſtium fluvii tria milliaria complectitur, habetque duo promontoria quorum alterum Occidentem, alterum Septentrionem ſpectat: item *Rio ſecco*, *Fl. Magnus*, aut *Grandis*, *Garumna*, *Charenta*, *Ligeris*, *Axona*, *Sequana*, *Ay*, *Serravahi*, *Maus*, & alia. *Flumina.* Regio plana eſt, ac paucos habet Montes in quibus *Apalchici* præcipui. Circa fluvium Portum Regium multæ ſunt Silvæ Quercubus & Cedris conſitæ, in quibus Cervi plurimi ac Feræ, etiam multi Pavones Indici reperiebantur. *Montes.* *Silvæ.* Incolæ Ingenio vafro ſunt ac ſubdolo, ad bellum & vindictam proni. *Mores.*

CVBA.

Regio.

Situs.

Cœli qualitas.
Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Flumina.
Montes.

Mores.

SVCCEDVNT nunc Inſulæ, *Cuba*, *Hiſpaniola*, *Iamaica*, *S. Ioannis*, *Margaritæ*, in noſtra Methodo explicandæ. *Cuba* Inſula ſic ab Incolis dicta, etiam *Fernandina & Ioanna* ab Hiſpanis vocata: item *Alpha & O*, ſi Petro Martyri credimus. Ea ad Occidentem Mari ſecernitur a Iucatana, ad Ortum Freto ab Hiſpaniola, ad Auſtrum eſt Iamaica. Ejus Longitudo ab Ortu in Occaſum extenditur ad CCC milliar. aut potius leucas Hiſpanicas: XV, & alicubi XX habet in Latitudine. Eam mediam ſecat Tropicus Cancri. Qui Cubam videre, Salicis folio aſsimilant, eo quod longior quam lata ſit. Regio eſt admodum temperata, quibuſdam tamen temporibus frigidior; eſtque fertiliſsima Auri ſed non puri, & optimi Æris ditiſsima. Magnam profert Rubiæ tinctorum copiam. Saccari item ingentem vim: Frumenta, Fruges ac Fructus varios, atque Herbas. Gignit inſuper Caſsiam fiſtulam, Zingiber, Maſtichen, Lignum Aloes, & Cinnamomum. Serpentes, quorum hic ingentium copia, in deliciis fuiſſe memorantur, Nemora Porcos & Boves maxima abundantia nutriunt. Sex Vrbibus habitatur, quarum præcipuæ S. *Iacobi & Havana*: illa exſtructa a Iacobo Velaſco, ſedes eſt Epiſcopalis: Hæc totius Inſulæ Emporium & Navale: ad hanc ſolet claſsis Regia tamdiu ſubſiſtere, donec & anni tempus, & venti commodam navigationem trajectumque in Hiſpaniam pollicentur. Nunc in ea triremes aliquot ſunt quæ oram omnem contra hoſtes tueantur. Multos habet hæc Inſula auriferos fl. quorum aquæ dulces & potui aptæ ſunt. Dulcia & ſalſa Stagna frequentia, unde hic quoque Salis copia. Regio aſpera, excelſa & montoſa. Monteſque affatim Auri præbent ſecturis generoſis. Eſtque in eadem Inſula non procul a Mari mons, è quo Bitumen fluit aptum navibus ſtipandis. Aliam rem admiratione dignam in hac Inſula deſcribit Gonzalus Ovetanus: Vallem quandam inter duos Montes ad duo aut tria milliaria Hiſpanica deductam, (Campum Lapideum veteres, uti in Narbonenſi Gallia hunc vocaſſent) quæ Lapideos Globos producit tanto numero, ut quis multas inde naves onerare poſsit, atque a Natura adeo ad ſphæricam formam rotundos factos, ut nihil circino poſsit ab Artifice fieri rotundius. Ipſa gens naturæ benignitate contenta, neq; meum neque tuum, aut exitialem pecuniam noverat, ſed omnia in communi poſsidebat, ſicuti Solem & Aquam natura ex æquo omnibus largitur: apertis itaque vivebant hortis, & ſine Legibus ſuapte natura rectum colebant. Nudi fere incedebant, raro tuniculis quibuſdam bombycinis induti. In Nuptiis mirum ritum obſervabant: Sponſus enim prima nocte cum Sponſa non concumbebat, ſed ſi Dominus eſſet, Domini vicem ejus ſupplebant: ſi Mercator, Mercatores: ſi denique Ruſticus, Domini vel Mercatores.

Ob


Septentrio
CUBA INSUL
SINUS
IUCATANUS
HISPANIOLÆ PARS
Milliaria Germanica
HAVANA PORTVS
I. IAMAICA
I.S.IOANNIS
I.MARGARETA
CUBÆ INSULÆ PARS
HISPANIOLA
Milliar. Germanica
Meridies
Occidens
Oriens

144.

Ob leviſsimâ cauſam Viri uxores repudiabant. Sed mulieres ob nullam Viros dimittere poterât: Viriadmodum libidinoſi erant & obſcœni. Hiſpani quidem populi frequentia excultam invenerunt, at nunc pene a ſolis habitatur Hiſpanis, quod Indigenæ partim fame, & laboribus, partim lue venerea interierint, ac potiſsimam Incolarum partem in Hiſpaniam Novam, poſtquam a Corteſio ſubjugata eſſet traduxerint, ut jam vix Indorum ullus, aut ullæ ipſorum reliquiæ ſuperſint.

Hiſpaniola.

Regio. Nomina. Situs.

HANC Inſulam Incolæ *Haity* & *Quiſqueia* quondam vocaverunt, *Cipangi* quoque nomen poſtea tulit. Hiſpani a ſe *Spaniolam* ſive *Hiſpaniolam* & a *Dominico S. Domingo*, ſive *Dominici* Inſulam: cujus etiam honori urbem exſtruxerunt, quæ omnium eſt præcipua. Hujus Inſulæ ambitus CIↃCCCC milliarium, ſeu CCCL leucar. Longitudo IↃ milliar. Latitudo pro Sinuum & Promontoriorum ratione varia. Hanc P. Martyr reliquarum omnium Inſularum genitricem vocat. Medium Inſulæ ab Æquatore diſtat gradibus pene XIX. Verſus Boream forma oblonga eſt, panditur enim ab Ortu in Occaſum. Aere fruitur temperato, unde Arbores ut plurimum perpetuo virent: eſtque præ cæteris omnibus amœna & fertilis. Sacchari cannas aiunt hic altiores craſsioreſque eſſe, quam uſquam alibi. Fertilitatis indicium hoc eſt, quod Triticum ſatum centuplum reddat. Valentiæ in Hiſpania ex unica canna vix ſeptem phialæ implentur: in Hiſpaniola viginti, ſæpe etiam triginta. Gignit prætereahæc regio Caſsiam fiſtulam, Zingiber, Maſtichen, Lignum Aloes, & Cinnamomum: Salis etiam uberem proventum habet. Auri & Argenti Fodinæ ſunt divites: eſt & aliorum foſsilium non parva quantitas, præcipue vero coloris cærulei. Ante Hiſpanorum adventum tria tantum hic erant Quadrupedum genera, nunc importatis aliunde animantibus ita repleta eſt, ut ex ea pellium & coriorum magna vis quotannis in Hiſpaniam exportetur. Vrbes hujus Inſulæ multæ ſunt: præcipua eſt *S. Dominici* ad oſtium fl. *Ozama*, ſede Epiſcopi & Vicarii Regii inclyta. Sunt & Vrbes minores, *S. Joannis*. *Meguma*, *Portus Platæ*, *Portus Regius*, *Canana*, *Xaragua*, aliæque. Sunt etiam in hac Inſula Fluvii complures, Lacus ac Fontes admodum piſcoſi. Præcipuam tamen & amœnitatem & commoditatem Incolis præſtant IV ingentia Flumina, quæ in ipſo Inſulæ umbilico, delapſa ex altiſsimorum montium jugis, in diverſiſsimas Mundi partes abeunt: *Juna* ad Orientem ad Occidentem decurrit *Attibunicus*, *Jacchus* Septentrionalibus, *Naibus* Meridionalibus aquis miſcetur, ſic ut quadripartito Inſula dividatur. Eſt præterea in Bainoa ingens Lacus, Indi *Haguegabon*, noſtri Mare Caſpium vocant, is infinitis undique fluviis auctus, nuſquam tamen excurrit aut exoneratur, ſed cuniculo abſorbetur: haud vanis conjecturis creditur rupes haſce ſpongioſas, per ſubterraneos meatus Maris aquam recipere, quod ibidem multitudo marinorum Piſcium inveniatur, & aqua maris ſalſugine infecta tota muriatica ſit. Alii inſuper quantumvis minores in hac inſula ſunt ſalſi Lacus. Vltra ſupradictos Lacus, ingens etiam Fluvius in Mare ſalſus decurrit, quantumvis dulcis aquæ infinitis rivulis fontibuſque auctus.

Cœli qualitas. Soli fertilitas.

Animalium varietas.

Urbium nomina

Flumina. Lacus.

IAMICA,

IAMAICA, quam nunc *S. Iacobi* Insulam nuncupant, ad Orientem Hispaniolæ. xxv ab ea Leucarum intervallo discreta, xvi gradibus ab Æquinoctiali limite distat. Ad Septentrionem Cubæ vicina est. Qua Meridies S. Bernardi Insulas, & Carthagenam respicit: qua Occidens Iucatanas Terras seu Fonduram. Ambitus ejus 100 milliarum. Regio grata Aeris salubritate & temperie gaudet: atque ita fertilis est, ut soli fœcunditate cum quavis alia certare possit. Habet Auri Metalla: Saccari & Gossypii magnum proventum. Nec non Animalium diversorum copiam. Frequens olim cultoribus erat, nunc Incolis aut ferro aut mortalitate absumtis, rarius culta, duabus tantum Civitatibus habitatur: quarum primaria *Sevilla* sive *Hispalis*, in qua Ecclesia principalis cum Abbatia, ubi Primatum gessit *Petrus Martyr* Anglerius Mediolanensis, Vir in tractandis rebus Indicis diligens. Altera *Oristan*. Fluvii hic multi & Lacus piscosi. Gens Lege, Ritu, Moribusq; in nullo ab Hispaniolensibus Cubensibusque discrepat, tantum ferociores fuisse memorantur.

Insula. *Situs.* *Cœli temperies.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Urbes* *Flumina.* *Lacus.* *Mores.*

Insula S. Ioannis.

INSULA S. *Ioannis*, vulgo a Portu divite cognominata, prius *Borichena* vel *Borica* dicta, habet ab Ortu Insulam S. Crucis, Insulasque exiguas plures. Ab Occidente & Borea Inf. S. Dominici: a Meridie Promontorium Pariæ, a quo cxxxvi milliar. abest. Insula in longitudine porrigitur ad l pene mill. in latum patet xii aut xvii: maxima latitudo xviii pene mill. Germanica complectitur, Affluit Frugibus, Fructibus, Animalibus, ac Auro. Dividitur autem hæc Insula in duas partes, nempe Borealem & Australem. Borealis quidem Auro abundat plurimo: Australis Frugum, Fructuum, Aviumque feraciſsima. Est nunc in ea urbs præcipua *S. Ioannis* optimo gaudens Portu. Fluvii hic sunt aliquot, inter quos *Cairabonus* fluviorum maximus, ad Septentrionem decurrit, cumque omnes aureis glareis areniſsque fluant. Septentrionale tamen latus, uti supra quoque a nobis dictum est, generosioribus Fodinis commedatur. Meridiana pars portuosior, frugibusque beatior, Maizium cæteraque necessaria vitæ producit.

Insula. *Nomina.* *Situs.* *Soli fertilitas.* *Urbs S. Ioannis.* *Flumina.*

Margarita.

MARGARITÆ Insula vel *Margaritarum*, alio nomine *Cubagua* dicitur, x millia in circuitu patet, decem gradibus & dimidio ab Æquinoctiali linea distans: omni sui parte plana, sterilis: nuda arboribus, aquæ expers. Itaque tanta plerumque humoris inopia est, quum propter contrarios ventos nihil è Cumana subvehatur, ut sæpenumero cadus Vini pari Aquæ cado permutetur. Cuniculis, Sale & Piscibus abundat. Imprimis vero Vnionum copia nobilis est. Incolæ colore fusco sunt, raro capillitio, & velut imberbes, feri, crudeles. Vescuntur Ostreis è quibus Margaritæ sumuntur.

Insula. *Situs.* *Soli qualitas.* *Mores.*

Regio. SEquitur *America Meridionalis* sive *Peruana*, inter quam & Hispaniam novam terræ spatium ad latitudinem decem & octo milliarium interest. Propter quam regio Peruana Insula esse desinit: diciturque *Provincia Dariena*, mutuato nomine a magno fluvio *Dariene*. Porro *America* omnis *Meridionalis* pyramidalem formam habet: cujus basis prope Isthmum est, Boream versus: vertex sive cuneus sensim extenuatus ad Magellanicum Fretum versus Polum Antarcticum desinit in acumen, gradibus pene LIII dissidés ad Æquatore. Ad Ortum alluitur Mari quod vocant *del Nort*: ad Occasum Mari *del Sur* sive Pacifico. Regionem omnem a Borea in Austrum montes secant. Ambitus est sedecim millium milliar. Partes ejus multæ: sed

Situs.

Castella aurea. præcipuæ hæ quinque: *Castella aurea*, *Popaiana*, *Peruvia*, *Chile*, & *Brasilia*. *Castella aurea Castiglia del oro* nomen

Unde dicta. accepit ab Auri maxima quo abundat copia. Iuxta Isthmum sita est, quo pars Australis Borealiconnectitur.

Situs. Latitudo Isthmi est LXXII, milliar. Est autem hæc terræ pars male habitata, ac parum culta ob inclementiam

Cœli & Soli qualitas. Cæli, ac stagnantes aquas. Estque earum rerum quæ ad annonam spectant minime ferax, tametsi bis terve in anno colligant suum *Maiz*. Vrbes duæ sunt, *Nombre de Dios* ad Mare del Nort, & *Panama* ad Mare del Sur. Fluvios habet auriferos, & mineralia, unde facilitate propemodum incredibili, Auri vis ingens extrahitur.

Urbes.

Flumina.

Popaiana regio. *Popaiana* regio incipit a parte Septentrionis ad urbem Antiochiam, desinitque ab australi parte ad urbem Quito. Itaque a Septentrione terminatur ad fines Castellæ aureæ, a qua separatur in urbe Antiochia. A Meridie vero Peruanæ Regioni vicina est, indeq; disjungitur urbe Quito; ab Ortu distinguitur regno novæ Granatæ Transandeno, & Peruana regione, quæ inde incipit, Orientem versus. Ex parte Occidentis jungitur mari Australi. Regio hæc montibns excelsis, horridis & admirandis prædita est.

Situs.

Peruvia. *PERWIA* Regio totius novi Orbis nobilissima, tota fere intra Æquatorem & Tropicum Capricorni clauditur. Nomen accepit a Portu & Flumine cognomine. Suntque fines ejus a Septentrione Nova

Unde dicta. Granata, Castella aurea & Peru Fluvius ac Portus: ab Occasu est Oceanus seu *Mar del Zur*: a Meridie Chili provincia: & ab Ortu Montes; occupatque Longitudine sua mille & octingentas leucas. Hæc autem dividitur hodie in tres partes juxta regionis situm: in planitiem: in *Sieras* seu Montes: & in *Andes* seu Vltramontanam. Planities Peruviæ juxta maritimam oram expanditur milliaribus propemodum CIↃIↃ Ital. Ejus la-

Situs.

Soli qualitas. titudo major ad LX accedit. Est autem hæc pars arenosa, solitudinibus frequentibus deformis, ac majori ex parte sterilis. Sunt tamen in ea agri permulti circa Fluminum ripas viriditate ac fœcunditate læti, fluviorũ utili perfusu ac inundatione irrigati: unde Gossypiũ varii coloris, & omne Frumenti genus copiose reddunt. Montana regio longo extenditur tractu a Septentrione ad Meridiẽ mille circiter leucis, & aliquibus in locis minus.

Sunt


MAR DEL NORT
AFRICÆ PARS
GUIANA
Caribana
Eupanalacus
BRASIL
MOXOS
PARANAIA
Acutia
Mor pion
CHILI
CHICA
Patagones
MARE PACIFICUM
TERRA AUSTRALIS
Tierra del Fuego
Rio de la Plata id est argenteus flu
Septentr
Meri.
Occidens
Ort.
Milliar Germanica
50 60 90 120 150
AMERICA MERIDIONALIS

145.

Sunt vero hi Montes admodum frigori obnoxii, in eiſque frequenter nives cadunt; nec arbores utplurimum proferunt, unde Incolæ ignem ex terra quadam ad hoc apta fovent. *Andes* ſunt etiam Montes, ſed continua ſerie producti abſque vallibus. Hi etiam a Septemterione in Meridiem porriguntur, & inter hos & alteros Montes *Collao* Provincia clauditur, quæ ſane utplurimum Montibus referta eſt, ac frigori ſubjecta, ſed tamen valde populoſa. Montana Regio, Lævino Appollonio teſte, Maritimæ Regioni hominum cultu, Vrbium frequentia, & Soli Aeriſque beatitudine longe præſtat, ac peculiari idcirco Regum Sede, Procerumque habitaculo excoli conſuevit. Terra præter *Chamæceraſia*, & alia id genus mora dumetis aſſueta, lactucas, braſsicas, raphanos magna proceritate luxuriantes, & tenuium etiam menſis vulgares, amaracum & ſimiles herbas profert: & reliqua porro omnia, quæ poſtea Hiſpanis ſerentibus accepit, uberrima referendi benignitate reddit. Verum ante alia Frumentum tanta fœcunditate luxuriat, ut ſi vere proditur, uno ex ſativo Frumenti ſextario, quinquaginta aut centum, ducenti interdum progignantur; quod eo certe vehementius demirari licet, quod leviſsimam tenuiſsimamque agriculturæ curam ac rationem exerceant. Auri Argentique ditiſsima inter omnes totius Orbis regiones non immerito Peruvia cenſetur. Continet autem Peruvia Provincia intra ſuos limites plurimas Vrbes ac Civitates, quarum præſtantiores ac celebriores ſunt: *Portus Vetus*, *Michaelia*, *Trugillum*, *Regium* ſeu *Lima*, *Arequipa*, *Quito*, *Cuſco*, *Argyropolis*, & *Potoſium*. Quarum quinque priores ab Hiſpanis primum ſitus commoditate, & mercaturæ oportunitate allectis occupatæ ſunt, & ædificiis more Europæo exornatæ. De Moribus autem Peruvinorum in univerſum Lævinus Apollonius ſic ſcribit. Vniverſi tribus potiſſimum gentibus diſtinguuntur, quarum ſingulæ plures ſub ſe populos nominum rurſus varietate differentes continent. Hæ gentes diſſimilitudine gaudent, & diverſis linguis ſunt diſcretæ: frequenter etiam Limites excedentes inter ſe bella gerere, & ferro injurias vindicare diſcordes ſolebant, priuſquam in unius *Gynacanæ* ditionem ad Æquatorem uſque Provincia ceſsit. Fœminis lanea veſtis eſt ad talos uſque propendens: Mares Induſiolum ad ſuras uſque, & huic ſuperjectum palliolum geſtant. Quanquam vero idem fere tota regione corporibus veſti menti ſit genus: capitū tamen habitus mirifice variant, cum ſinguli pro uſitato patriæ moræ faſciolas tornatiles, multi ſimplices, plurimi verſicolores gerant: nec fere ſint quiquam, qui eo in capitum ornatu ſecundum patrium uſum ab alteris non vehementer diſcrepent. Admirabili vero omnes Natura indolis ſimplicitate imbuit: adhuc vetuſtæ ruditatis hæres, qua ridiculas nobiſcum negotiationes exercent: vix inexhauſtas ſuas Auri atque Argenti Gazas norunt, atq; informibus eorum maſsis tantum utuntur, quanquam Aureorum atque Argenteorum emblematum non minore quam nos delectatione capiantur.

Urbes.

Mores.

Veſtitus.

Chili. *Chili* Regnum ultra Tropicum Capricorni ſitum eſt inter Peruviam & Patagonum Regionem, quarum hæc Meridiem, illa Boream ſpectat: ad Occaſum habet Mare Pacificum, longo tractu. Nomen habet a frigore

Situs.

gore: quod interdum his locis tam vehemens est, ut Equos cum sessoribus penitus constringat, & Marmoris instar induret. Pluvias, Fulmina, & totius anni mutationem sentit distinctis intervallis, haud aliter atque Europa: nisi quod illic æstas est quum nobis est hiems, mutatis rerum vicibus. Regio omnis partim maritima est, partim montana: quæ pars Mari vicinior est, ea magis calet. Terra natura sua fertilis, omniumque ad vitam necessariorum abundantissima, Melle, Verzin oque sive tinctorio ligno abundat. Gignit cumprimis Piper longum: profert & laudatissimum Vinum comportatis eo ex Hispania palmitibus. Auri obrisi hic quoque ingens proventus. Fructus qui ex Hispania allati hic seruntur, facile crescunt. Magna hic Pecudum & Struthionum frequentia. Metropolis est Civitas S. *Iacobi*, Colonia Hispanorum, quam illuc nostra memoria duxerunt. Maritima multis fluminibus irrigantur, quæ colliquefactis diurno calore nivibus dilapsa summis Montium jugis, in Pacificum aut Magellanicum Æquor feruntur: sed plerique ob indomitum frigus noctu concrescunt, interdiu vero decurrunt soluto gelu. Montes hujus Regionis cæteris ita præcellunt, ut in universo Indiarum tractu similes non reperiantur.

Cœli qualitas. *Soli fertilitas.* *Urbs S. Jacobi.* *Flumina.* *Montes.*

Supereſt. Terra Orientalior *Brasilia*, a Verzino, sive coccinei Ligni illic enascentis copia sic dicta. Inter duos fluvios sita est, *Maragnon* & *Della Plata*. Ea sic a Maffeio describitur. *Brasilia* duobus ab Æquatore gradibus partibusve, ad gradus quinque & quadraginta in Austrum excurrens, trigoni oblongi speciem refert, cujus basis in Æquatorem & Septentriones obversa, ab Oriente in Occidentem recta protenditur. Angulus extremus ignotas ad Meridiem Regiones attingit. Latus in Orientem spectans, interposito Oceano Hesperiis Æthiopibus objacet. Alterum Latus a Provincia Peruana disterminant juga Montium adeo celsa, ut ipsos avium volatus fatigare dicantur, uno dumtaxat, quod adhuc exploratum sit, eoque difficillimo transitu. Regio tota inprimis amœna est, Cœli admodum jucunda salubrisque temperies: lenium quippe a pelago ventorum commodissimi flatus maturinos vapores ac nebulas tempestive disjiciunt, soleſque purissimos ac nitidissimos reddunt. Terra partim in plani iem soluta, partim in colles clementer assurgens, relix præpinguibus glebis, & rigno solo, semperque vernante, credita semina, multiplici reddit fœnore; & Sacchari præsertim est ferax. Quadrupedia hic plurima sed ferme sylvestria, partim nota nobis, partim ignota: Avesque coloris eximii. Multæ hic Portugallensium Coloniæ, in quibus complura sunt ab ipsis ad Saccarum excoquendum constructa Ædificia, nempe *Pernambicum*, *Caput* S. *Augustini*, *Portus omnium Sanctorum*, ubi Episcopalis & Præsidis totius Provinciæ Sedes. Scatet ea tota ferme plaga Fontibus ac Sylvis & amnibus inclytis: è quibus (ut reliquos taceam) is quem *Argenteum* vocant, leucarum quadraginta Ostio in Oceanum fertur, adeo violentus, ut inde Nautæ dulces hauriant latices, priusquam tellurem ex alto conspiciant. Nullos omnino Brasiliani colunt Deos, Orientem tamen Solem venerantur, & Animarum immortalitatem credunt.

Situs. *Brasilia.* *Cœli temperies.* *Soli fertilitas.* *Animalium varietas.* *Insula.* *Mores.*

Fretum Magellanicum unde dictum.

ET Hæc de *America Meridionali*: reſtat paucis explicandum *Fretum Magellanicum*, vulgo *Eſtrecho de Magellanes*. Nomen ei a *Magellano*, cui hujus Freti inventio debetur. Cujus conſilium de Inſulis Moluccis inveniendis navigatione Occaſum verſus inſtituta, alias diximus. Is XXIV Auguſti quum primum Maris procellæ miteſcere inciperent ſolvit ex Sinu D. Iuliani, in quo aliquamdiu hæſerat non tam fluctuum, ventorum atq; hyemis, quam diſſidiorum inteſtinorum inter Caſtellanos & Portugallenſes tempeſtatibus exagitatus. Poſtquam aliquot dies Auſtrum verſus navigaſſet, ventum eſt ad Promontorium S. Crucis. Hic una navis ad littus eliſa eſt, ſalvis tamen vectoribus, armamentis & mercibus. Inde cum obſervaret littora ab Auſtro in Orientem paullatim deflectere, ſpes facta eſt Freti conſequendi. Itaque XXVI Novembris fauces quædam detectæ ſunt, quas cum quatuor navibus reliquis ingreſſus eſt *Magellanus*. Hic in Sinu quodam operiri placuit, & naves tres præmittere quæ viam tentarent, referrentque ſiquid viſum a ſe obſervatumque eſſet. Harum una quæ Fratrem Magellani *Alvarum Meſchitam* vehebat, elapſa Oceanum repetiit, & directo in Septentrionem curſu in Æthiopiam, inde in Hiſpaniam delata, octavo menſe poſt ſocios deſertos, *Alvarum* captivum Imperatori Carolo Caſtellæ Regi ſtitit. Altera navis Sinum tantum eſſe retulit, & quidem vadoſum. Tertia adfirmavit eſſe Fretum, obſervato fluxu Maris & refluxu. Menſis erat November, nox horarum quinque præter propter. Dextra lævaque in littore ſolitudo, mortales nulli: niſi quod in parte ſiniſtra conſpecta magna ignium copia. Hæc cauſa fuit, cur & regionem illam vocarent *Terram del Fuego*, & judicarent ſe ab Incolis eſſe conſpectos. *Magellanus* duabus navibus hoc modo amiſsis, tres reliquas prout ferebat tunc rerum occaſio inſtruxit, & luſtratis probe rebus omnibus, ſecundo & viceſimo die poſtquam Fretum ingreſſus

Situs.

fuerat delatus eſt in aliud Mare, quod a tranquillitate vocavit *Mare del Sur*. Ceterum Fretum hoc altiſsimis undique rupibus cinctum, CXX paſſ. millia in longitudine occupat: vel ſecundum alios LXXVI milliaria. Latitudo non reſpondet, neque uſquam ſui ſimilis eſt, aliquando duo aut tria, nonnumquam decem aut quinque milliaria patet, quaque anguſtiſsimum eſt, unius milliaris ſpatio concluditur. Ipſe Septentrio ex Orientis latere inter utriuſque terræ anguſtias per ſeptuaginta & amplius paſſuum millia invectus, auſtralibus undis miſcetur, quæ ab Occidente promontoriis illis deſſeadis ſive deſyderatis inſinuatæ. Septentrionalibus Aquis occurrunt, magnoque inter ſe molimine concurrentibus undis, horrendo fragore totum in ſpumas vertitur Mare. Placidius Auſter fluit refluitque, nam Occidentis hæc pars cum incredibilis ſit profunditatis, extenuatiſque paſsim littoribus majorem in modum terra ſeſe aperiat, quietum fluitanti Mari acceſſum præbet. Sed Orientale hujus Freti littus, vadis brevibuſque infeſtum, interjacentibus pluribus Inſulis, frequentibus æſtibus agitatur & ingentes aquarum motus ciet: littora altiſsimis arboribus conſita.

Porro


AMERICAE
PARS
MAR DEL ZUR
MAR DEL NORT
TIER-
RA DEL FUOGO
Zuijd hoeck
Het Eerste nau
Het tweede nau
Ridders Bay
FRETUM Magellani.
Milliaria Germanica
5 10 15 20
52
53
54
55

146.

Porro *Magellanus* dum in Auſtralibus hiſce partibus per ſemeſtre circitur ſpatium hæſit, nihil fere præter littora detexit & perluſtravit, interiora regionis penitus incognita manſere: qua tamen Antarctico Circulo vicinior eſt, conſtat magna ex parte montoſam ac ſilveſtrem eſſe regionem, continuis nivibus rigentem. *Auſtralem* hanc *Terram Magellanus* ab igne ſive ignibus, *del Fuego* nominavit, propterea quod dum hoc Fretum luſtrabat pernavigabatque, nullos uſquam mortales, ſed frequentes, ut ſupra quoque diximus, longeque porrectos ignes in ſiniſtro latere noctu ſæpius conſpexerit. *Auſtralis* autem *Terra* ſub ipſo Occidente utramque Iavam, Sumatram & Moluccas reſpicit, ex Oriente Africam habet & Æthiopicum Oceanum, Septentrio anguſtiis Magellanici Freti objicitur & Patagonum terris. Vtriuſque ripæ regio ſterilis eſt nullo Frugum beneficio recreata, ſatis tamen paſcua proceris ignotiſque arboribus conſita eſſe perhibetur. Eſt hic alibi omni tempore Pinguinorum, Mergorum ac Phocarum copioſa multitudo. Marę autem in quod per Fretum hoc pervenitur, Magellanus *Pacificum* nominavit: ſive quia vento plerumque ſecundo, minuſque tempeſtuoſo uſus fuerat, ſive quia propter ingentem vaſti æquoris amplitudinem nullos ibi ventorum gyros vorticeſque expertus erat, nunc vulgus Nautarum *Mare Meridionale* ſive *del Zur* nominat. Sed de his ſatis. Auſtrales brevioris ſtaturæ eſſe perhibentur, Septentrionales Chicæ Incolæ, vaſta ingentique corporis mole, XII aut XIII pedum paſsim longitudinem æquant aut excedunt: colore fere ſunt albo, perinde atque Septentrionaliores noſtri: voce adeo ſonora & horribili, ut Bovis mugitum aut Elephantorum barritum potius, quam Hominis vocem exprimere videantur. Tantæ quoque ſunt agilitatis, ut pernici curſu Cervos antevertant, ideoque difficulter ſclopis vulnerantur, niſi catenatim ſimul incumbant, aut ex improviſo occurrant. Ad bellum profecturi, Ducem eligunt cui omnes obediant, plurimum arcu valent, quo ita ſcite & gnaviter utuntur, ut quidquid oculis adſequantur, jaculis feriant, & ſiquando fagitta aliquo navis tabulato hæſerit, vix multorum opera revelli poſſit. Arcus habent prægrandes, quorum nervi è ferinis inteſtinis, pollicis craſsitudine conficiuntur: ingentibus quoque ligneis gladiis armantur: utuntur & funda, qua ſcite jaciunt & quo deſtinarunt, modo jactus meta concludatur, contingunt & disjiciunt. Veſtitum Incolis præbent Ferarum & marinorum ingentia Luporum tergora, quorum apud ipſos venatio adſidua.

Terra Auſtralis

Situs.

Soli qualitas.

Mare Pacificũ.

Mores.

Veſtitus.

Atque hæc de *Freto Magellanico*, deque quarta Orbis parte *America*, ſufficient. Cujus inventionem omnes noſtri ſæculi Scriptores Chriſtophoro Columbo, neque immerito, tribuunt. Hic enim primus eam detexit quodammodo, Chriſtianoque Orbi cognitam reddidit, uſuque & utilitate communicavit, anno poſt Chriſtum natum CIↃCCCCXCII. Qui autem plura de his, vel noſtra pluribus explicata, petat, conſulat Lævinum Apollonium, Petrum Martyrem Mediolanenſem: Maximilianum Tranſilvanum, qui Latina Lingua de iis ſcripſerunt: Ieſuitarum epiſtolas: Item Maffeium de rebus Indicis, & alios.

HVIC

VETERIS GEOGRAPHIÆ

ALIQVOT TABVLAE.

LECTORIS.

HVIC noſtro Tabularum Geographicarum Gerardi Mercatoris *Atlanti Minori*, ſequẽtes veteris ævi Tabulas, in gratiam priſcæ tam Sacræ quam Profanæ Hiſtoriæ Candidatorum a me delineatas, adjunxi. Vt quemadmodũ illis hodiernum locorũ ſitum exhibui, his veterem quodammodo repræſentarem. Quem noſtrum laborẽ omnibus inprimis veteris Hiſtoriæ ſtudioſis & utiliſsimum, & gratum fore ſpero. Vale Lector, & noſtros conatus boni conſule, atque plura id genus a nobis exſpecta.

PARADISVS qui *Hortus Eden*, *Hortus Iehovæ* & *Hortus Dei* alibi appellatur, ubi fuerit quæsitum est diu. Initio distinguendus hic Hortus ab eo qui Amos 1 vocatur *Beth-Eden*, nam is fuit in Cœlosyria. Iam quum Moses testetur Paradisum ad Orientale Edenis latus consitum a Deo fuisse, indicat clare, partem Edenis fuisse Paradisum. Eden autē describitur a fluvio uno, qui se in quatuor fundit capita, *Phison*, *Gehon*, *Tigrim* *Euphratem*. Res clamat, alibi non fuisse quam in Babylonia. Sed Babyloniæ partes sunt tres, Auranitis ad Euphratem, Mediana quam Chaldæam vocant ad Arabiam desertam, & Infima quæ Amordacia, quibusdam Merodacia dicitur, ad Sinum Persicum. Fluenta quatuor nobis designant Edenen non alibi fuisse quā in Auranitide, quæ initio Audanitis quasi Edenitis videtur fuisse appellata. Iam Fluvios videamus. De Tigri qui Mosi *Chiddekel*, & Euphrate qui *Phrath* nulla est contraversia, notum enim est omnibus, hos ad Apamæam miscerī, atque inde uno ingenti alveo ferri, posteaque exonerari in Mare Persicum, sicut in Chorographia nostra videre licet. Supersunt *Pison* & *Gehon*. *Pison* existimant quidam esse Euphratis ostium Orientale. Sed, quid attinebat Edenem facere vel tam amplum, vel loco infœcundiore, vel ubi non apparent distincte quatuor illa capita? Quærendus igitur fuit alius ei locus. Is est omnino inter Euphratem & Tigrim, ubi fluvius ab Euphrate manans lento agmine juxta Apamæam Tigri miscetur, diciturque Incolis *Pasitigris* corrupte, rectum enim est *Pisotigris*. Eum Plinius abundare Anguillis ait xxx pedum Longitudinis. Certe Pison Hebræis fœcunditatem significat. In ejus arena Aurum præstans inveniri testatur R. Moses Ben-Nachma. Atque eodem respexit Moses quum dixit Pisonem alluere regionem Chevila ubi est Aurum: Nam Chevila Susiana est, in qua Bdellium & Sardonyches inveniri Autores sunt Plin. lib. 6 cap. 27: & Solinus cap. 68. Gihon est primus Euphratis alveus Occidentem versus, qui terræ Chus hoc est Arabiæ desertæ est proximus. Ex his apparet, quam illi ab omni rationis via aberrent, qui Paradisum tam amplum fuisse arbitrantur, quam amplus sit Vniversus terrarum Orbis. Neque enim si tota terra beata, protinus etiam tota fuit Paradisus, nam in Orbe beato Paradisus fuit sedes Adami beatissima. Sed illi tunc nobis fidem facient, quum demonstraverint, vel ubique Edenem fuisse, & ubique Orientalem Edenis partem, vel fluvios Tigrim & Euphratem alibi fluxisse quam in Babylone. Par quoq; illorum est error, qui Paradisum nobis exstruxerunt sub Æquatore in Zona torrida: Quorum commentum ridere est æquius, quam refutare.

Expleto


PARADISUS
SYRIA
Hebræis
ARAM
Amanus Mons
Tarsus
Antiochia
Tripolis
Berytus
Sidon
Tyrus
Ptolemais
Dora
Cæsarea
Samaria
Joppe
Ierusalem
Ascalon
Gaza
CANAAN
Cæsarea
Philippi
Tiberias
Jordanis fluvius
Trachonitæ
Arabes
Sodoma
Gomorra
Zeboim
Adama
PALMIRIA
Damascus
Palmereis flu.
Averia
Oriza
Resapha
Niceforium
Carræ, Hebræis
Charan ubi Abraham habitavit
Ingene
MESOPOTAMIA
ARAM
Euphrates fl. Phrath Mosi
Bethona
Retzeph
Betahauscha
Lebana
Ninive
Sekatha
ASSYRIÆ PARS
Rechobota
Oriba Ptol.
Kartha ara
Birtha
Singaras mons
Mathane
Maßice vicus
Thelae
Sephar
Naharda
Thelridtha
Cauchæ
campi
Ctesiphon
Babylon
Thelbachana
Volgesiæ
Seleucia
Thelscaphe
Barsita
Thecona
Borrabba
Hadadæa
Chaldæa
Apamæa
Agra
Bilbe
Agamana
Adar appa
Ladhagara
Tzeharat-jada
Orchoe Pt
Ur, Abrahami patria
Pumana
Rekiha
Didigua
Gunda
Beththeena
Beana
Erec
Batracharta
Thel atra
Asia, Uschaia
DACIA
Elatha
Thelredan
Redtha
PARS SUSIANÆ
Aßadamus Mons
Sabe
Montana Babyloniæ vel Chaldæa
Rheganna
Sarchambe
Thel amme
Themma
MERO
Jumba
ARABIÆ
Luma
Vetus Euphratis alveus
DESERTÆ
PARS
ARABIA
PETRÆA
DESERTU SCHUR
Maris Mediterranei sive Magni pars
Miliaria Germanica
5 10 15 20

147.

EXpleto tempore servitutis filiorum Israel in Ægypto quod fuit annorum 400 a nato Isaaco, (*Act.7 ver.6*) annorum vero 430 a profectione Abrahæ ex Vr, *Gal.3.ver.17.* Deus, sicuti futurum prædixerat, eos in terram Abrahæ promissam reducere per Mosem statuit: sed obstabat duræ cervicis Pharao: qui tamen eos tandem dimisit. Iter ex Ægypto in Chananæam paucorum dierum expeditum erat per Isthmum, Montē Casium, & regionem Cedar, qua via ipsorum majores ingressi Ægyptum fuerant, sed ut est Exo. 13. *Non duxit eos Dominus per viam terræ Philistiin quæ vicina est, reputans ne forte poeniteret populum si vidisset adversum se bella consurgere, & reverteretur in Ægyptum, sed circumduxit per viam deserti quæ est juxta mare rubrum.* Mansiones igitur usque ad Iordanem fuere XLI, hoc ordine.

I Ex Ægypto loco qui *Rameſſes* dicitur profecti sunt mensis 1 die 15 *Ex.12.* Ventum *Succoth.* Ex quo loco comitata est ipsos columna.

II ignita & nubes. *Ex.13 Ethan* in fine deserti.

III *Pihachiroth* inter Migdol & mare, ante Baalsephon. *Ex.14.* Inde transierunt per Mare.

IV salvi, merso cum copiis Pharaone. *Desertum Sur*, in quo post tridui iter venerunt ad Marah. *Ex.15.* vocatur idem *desertum Ethan Num.33.*

V *Elim*, ubi fontes 12. palmæ 70. *Exod.15.*

VI *Mare Suph.* Num 33. VII *Desertum Sin.* inter Elim & Sinai *Exo.16.* Hic pasti coturnicibus & Manna.

VIII *Dophcah.* Num.33. IX *Alus.* X *Raphidim. Ex.* 17 prope montē horeb. XI *Desertum Sinai*, quo ventum mense tertio. Hic lata lex, data judicia & cerimoniæ *Ex.19.* Manserunt hic an.1. dies.4 Inde anno 2 mense 2 die 20 discesserunt.

XII In *deserto Paran* loco qui *Cibroth Hattavah* sepulchra concupiscentiæ dictus est, datæ coturnices. Num.11.

XIII *Chaseroth.* Num.11. Maria lepra punitur. Num. 12. XIV In deserto Paran ventum ad *Kades* Num. 12. Porro in Kades manserunt annos totos 37 cū dimidio. Deu.2. Hinc missi Exploratores. Num.13 Murmur Num.14. Castra ad *Rithhmah.*

XV In Paran castra ad *Rimmom Peres.*

XVI *Libnah.* XVII *Rissach.* XVIII *Cehelah.*

XIX *Mons Sepheth.* XX *Charadah.* XXI *Macheloth.*

XXII *Tachach.* XXIII *Tarach.*

XXIV *Mittah.* XXV *Chasmonah.* XXVI *Moseroth.* XXVII. *Bene Jaachan.*

XXVIII *Hor Gidgad.*

XXIX *Iothbathah.* XXX *Habronah.*

XXXI *Hesiongaber* ad mare. Hinc XXXII *Cades* in deserto Sin. Num. 20 & 33. Hic moritur Maria. Aqua populo tumultuanti datur è petra. Nuncii mittuntur ad Regem Edom.

XXXIII *Mons Hor* in extremo Edom. Num. 20. Hic moritur Aaron. Pugnaturque cum Rege Chanaan Num.21.

XXXIV Itum via maris Suph. Serpens Æneus erectus in *Salmonah.* XXXV *Punon* Num.33.

XXXVI *Oboth* Num.21. XXXVII *Montes Habarim* in termino Moab. Num.21. XXXVIII *Dibō Gad* Num. 33. XXXIX *Halmon Dablathain.*

XL *Habarim.* XLI *Camp. moab.* Moritur Moses. Deut. 34.

Exprehensum


MARIS MEDITERRANEI PARS. Hebræis MARE MAGNUM
Aegyptiũ mare
Pelusium
Gerrum
Solitudo Paran
Sirbonis palus
Tanis
ÆGYPTI
Pithon
DESERTUM SCHUR
On
SCHEN
Rahmeses
Succoth
Etham desertum
Etham
PARS
Marah
Elin
Arabici Sinus pars quod et Mare Rubrum & Iam Suph id est Mare Agosum dicitur
Mill. Germanica. Duytsche mylen
Horæ Itineris. Uren gaens
Joppe
TERRÆ
Accaron
Azotus
Ascalon
Gazeorum portus
Gaza
Antedon
Astracina
Rhmocotura
Mitcha
Tarah
Tachath
Makeheloth
Harada
Sepher mons
Kehelatha
Rissa
Libna
Rimmõ Perete
Rithmah
Chaseroth
Sepulchra concupiscentiæ quæ Incẽsio
Sinai Mons
Iam Suph
Sin
Daphcah
Alusch
Rephidim
Pugna cum Amalechitis
CANANÆÆ PARS
Hebron
Bersabe
Fons viventis
Cadesch Barneba
Chasmona
Moseroth
Benejaacon
Gidgad mons
Iotbatha
Habrona
Sin vel Cades desertũ
Hetzion Gaber
Montes Sehir
IDUMAEA quæ et EDOM
Gilgal
Fericho
Hierosolyma
Campestria Moabitarũ
Habarim mons
Halmon deblathaim
Asphaltites lac. quod Salsum et Mare Mortuum
Moabitarum Regio
Dibon Gad
Jeabarim
Oboth
Pinon
Tzalmona
Chor Mons
Midianitæ
Ephrasim
Manasse
Biniamin
Gad
Gerschnitæ
Cahathitæ
Simeon
Dan
Merarite
Ascher
Ruben
Aron
Moses
Nephtalim
Sabulon
Juda
Jsachar
PEREGRINATIO ISRAELITARŨ IN DESERTO

148.

DEprehensum est diuturnis peregrignationibus, navigationibusque per omnes Orbis angulos hactenus diligenter institutis nullam esse gentem tam feram, immanem aut Barbaram, quæ non habeat sine doctrina anticipatam aliquam de Deo notionem, ut quamvis ignoret, qualem habere Deum, & quomodo colere oporteat, tamen & habendum & colendum sciat. Quoquo enim gentium hactenus delati sumus, deprehendimus, aliquod semper Numen ubique honorari. Sed dici non potest, quam differant judiciis sententiisque homines in vero Deo ejusque recto cultu designando. Vide Ægyptios veteres: Hi in Deorum numerum Boues, Equos, Ibes, Accipitres, Aspides, Crocolidos, Canes, Lupos, Feles, Scarabæos, Hircos, Ichneumones, aliaque permulta bestiarum genera reposuerunt. Vide Syros: Hi Piscem venerati sunt, quem sacræ litteræ Dagonem videntur appellare, Tyrii & Sidonii Baalem. Peluſiotæ etiam Allia & Cepas. *Osanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis Numina.* Persis ignis sacer fuit: Iidem Solem sub Mithræ nomine coluerunt. Jam vero Græci & Romani quo non abrepti sunt insaniæ? Si quid humano generi utile si qua vis grandior bona malave, si quis mortalibus cæteris præstantior, si quid naturale, id omne Deorum numero protinus adscriptum est. Et post hæc omnia ne quem Deum inscii prætermisisse viderentur, cæteros omnes complexi sunt uno titulo ignotorum & incertorum Deorum: Itaque etiam aram illis posuerunt cum tali inscriptione, DIIS ASIÆ. EVROPÆ. ET. LIBYÆ. DIIS. IGNOTIS. ET. PEREGRINIS. Sed ut Deus non nisi unus est: ita unica tantum vera est eum colendi ratio: & hæc non ex humano ingenio sed ex ipsius voluntate peti debet. Ille & quis ipse sit & quomodo coli velit solus scit, & solus docere potest. Quis ergo est verus Deus? Vnus ille creator cœli & terræ, Pater, Filius, & Sp. Sanctus, qui se Adamo & posteris ejusvarie patefecit, nosque a se aversos gratiose sibi iterum conjunxit. Quis ejus cultus verus? Vnus ille quem Patribus quondam per Prophetas, novissimis vero diebus ipse per Filium suum IESUM CHRISTUM: humano generi patefecit. Ab hoc didicimus quemnam colamus, & quo modo, atque idcirco ab illo dicimur CHRISTIANI: Sed Christianorum in quibusdam capitibus diversæ sententiæ sunt: illa multo verisima quæ ab Apostolica paratura minimum recesit. Sunt ergo Christiani in Britanniis, sunt in Hispania, Gallia, Germania (ordinem sequor Ptolemæi) Rhætia, Pannonia, Norvegia, Suecia, Rusia, Italia Insulisque vicinis. Iidem per Macedoniam, Thraciam, Insulasque maris Ægæi disperſi sunt. Habet & Africa Christianos, in regno Abissinorum, Congo, Dangali. Habet & Asia varie sub Turca, Mosco, Tartaro. Sunt præterea in Peruvia, Nova Hispania, sunt in Goa, Insulisque ad quas nostrorum Hominum potuerunt commercia peatingere. IUDAEI contumaces veterem legem amplectuntur, spreto Christo. Hi per Orbem totum varie disperſi sine fide, sine solo, sine Deo, sine duce (ita olim prædictum) vagantur. TURCARUM, ARABUM, SARACENORUM lex nupera est. Mahumetum pro summo Propheta habent, pleraque in Alkoranum ex Iudæorum, Arianorum, Paganorumque erroribus fermentata sunt. PAGANISMUS quoque longe lateq, extenditur. In quo alii idola habent, alii ea nesciunt, sed vel Astra, vel Animalia, vel Plantas, vel ipsum Dæmonem, modo omnes rituque diverso, quem describere non est hujus loci. Ex quibus apparet, quum a vero discesseris, errorum anfractus esse infinitos.

Martyrium


Indigenæ universæ Americæ Christum ignorant atq; Diabolum colunt, nisi quibusdam in locis, quo Hispani colonias suas deduxerunt, quarum præcipuas hoc † signo notavimus.
AMERICA SEPTENTRION.
Canadenses
Nova Francia
Terra nova
Florida
Cuba
Hispaniola
MAR DEL NORT
Panama
Caribana
AMERICA MERIDIONALIS
Peruvia
Brasilia
Pernambuco
Chili
Patagonum
Regio
MAR DEL ZUR
Tierra del Fogo
Groenland
Hybernia
Norwegia
Germania
Gallia
Hispania
Italia
Barbaria
Biledulgerid
Tombutto
Gangara
GUINEA
Medra
Aethiopicus Oceanus
Cogo
Benomotapa
EUROPA
Moscovia
RUSSIA
Græcia
Natolia
Armenia
Soria
Persia
Corasan
Ægyptus
Arabia sive AYAMAN
Dangali
Abissinorũ Reg.
AFRICA
TARTARIA
Tenduc
Cathaio
ASIA
INDIA extra Gangem seu Chinarum Reg.
INDIA intra Gangem
Goa
Japan
Luconia
Gilolo
Sumatra
Borneo
Lava
ORIENTALIS OCEANUS
S. Laurentii
Universum genus humanum ubique terrarum vel colit Deum
Verum verè / falsò / falsò ut Christianismus / Mahumetismus / Iudaismus
Cujus nota est in hac tabula † Idololatrarũ verò
Falsum ut qui statuunt eundẽ esse vel essentiã
Corpoream ut qui Astra / Animalia / Vegetabilia adorant
Incorpoream ut qui Dæmonia bona / mala
DESIGNATIO ORBIS CHRISTIANI

149.

Martyrium B. Stephani, Act. 7. Saulus in ejus necé cõsenſit. Act. 8.

34 Diſperſio fratrum. Saulus eos perſequitur. Act. 8.

35 Saulus Damaſcum proficiſcens in itinere convertitur, ac poſtea

36 baptizatur.

37 Damaſco in Arabiam proficiſcitur. Gal. 1. Poſt redit Damaſcum Act. 9. 2 Cor. 11. Gal. 1. ac triennio poſt converſionem venit Hieroſolyma ad Petrum Gal. 1.

39 Hinc fugiens Iudæos venit Cæſaream Phœniciæ, inde Tarſum Ciliciæ Act. 9.

43 Barnabas Saulũ Tarſo petitũ ducit Antiochiam. Hic ſimul annũ unum docent Act. 11. Diſcipuli primum vocantur Chriſtiani.

44 Agrippa Eccleſias perſequitur. Collectæ fratrum per Barnabam & Saulum miſſæ Hieroſolymam ad famis ſubſidium. Act. 11. Iidé expleta diaconia ſua redeunt Antiochiam adſumpto una Ioanne Marco. Act. 12.

45 Barnabas & Saulus Antiochiæ juſſu Spiritus S. ad miniſterium ſeparantur, & poſt impoſitionem manuum abeunt Seleuciam, inde in Cyprum Act. 13.

46 Sergius Paulus Proconſul in Cypro convertitur, Act. 13.

47 Inde Pergé Pamphyliæ Act. 13. Ioannes Marcus eos deſerens abit Hieroſ. ibid. inde Antiochiam Piſidiæ, hinc pulſi a Iudæis, Iconi-

48 um Lycaoniæ Act. 14. inde ejecti Lyſtram, ubi Paulus claudum ſanat. Hinc Derben, & iterum Lyſtram, Iconium, Antiochiam. Inde in Pamphyliam, Pergam, Attaliam Act. 14.

49 Ventum tandem Antiochiam, Act. 14.

50 Antiochia ob quæſtionẽ de Lege profecturi Hieroſolymam, peragrant Phœnicem & Samariam Act 15.

51 Proponunt Hieroſolymis quæſtionem, & cũ reſcripto Apoſtolico redeunt Antiochiã, act. 15. Hic eſt annus 14 ab ea profectione quæ facta fuit anno Chriſti 37. Vide Gal. 2. Docuit Antiochiæ cum multis act. 15.

Seceſſio Barnabæ, Paulus allecto Sila Syriam & Siliciã peragrat, Acto. 15. Venit Derben & Lyſtrã Act 16. Timotheus hic adſciſcitur & circunciditur, ibid. Peragrant Phrygiam, Galatiam, Myſiã. Veniunt Troadem, ubi videtur ad ſcitus Lucas Act. 16. Inde Samothracem, ac poſt Neapolim, & Philippos, ubi Lydia converſa,

52 ibid. Paulus & Silas per Amphipolim & Apolloniam veniunt Theſſalonicã, act. 17. Hic Paulus ſuo ſibi opificio victum parat. 2. Theſ. 3. Inde Beroeam, & Athenas, act. 17. poſt Corinthum act. 18. hic quoſdam baptiſat, 1 Cor. 1. Scripta 1 ad Theſſalonicenſes,

53 Manſit Corinthi an. 1. menſes 6. act. 18. Redeunt huc ad eum ex Macedonia Silas & Timotheus, ibid. ſcripta 2 ad Theſ. Gallio

54 Achaiæ Proconſul non admittit accuſatores Pauli. act. 18. Eraſto Corinthi relicto 2 Tim. 4, veniunt Epheſum, tendentes feſti ergo Hieroſolymam. act. 18. Epheſo Cæſaream, inde Hieroſolymam, poſt Antiochiam, inde ad Galatas & Phryges, act. 18.

55 Epheſi diſcipulis XII baptizatis a Ioanne, manus imponit. act. 19. pugnat cum beſtiis 1 Cor. IV.

56 Docet ibidem biennium & miracula edit. act. 19. Exoreiſtæ puniti. Præmittuntur in Macedoniã Timotheus & Eraſtus act. 19. Tumultus a Demetrio excitatur, ibid. Hinc ſcripta prior ad Cor.

57 Epheſo proficiſcitur in Macedoniã act. 20. Peragratque Eccleſias Græciæ, ibid. ſcribit priorem, ad Timotheum, & ad Titum, & poſteriorem ad Corinthios. Redit Corinthum, 2 Cor. 12 & 13. Scribit ad Romanos quum ab Hieruſalem per circuitum uſque ad Illyricum omnia impleſſet Euangelio Rom. XV.

58 Troade Eutychum teſuſcitat. Aſſo vehitur, Mitylenam, Chiũ Samum, Miletum, ubi Epheſinis presbyteris valedicit. act. 20, inde Coum, Rhodum, Pataram, Tyrum, Ptolemaida, Cæſaream, ac tãdem Hieroſolymam, ibi captus vinctuſque rationem fidei ſuæ reddit acto. 21, 22. 23. Ducitur Cæſaream, acto. 23, 24. 25, 26, inde navi vehitur Sidonem cum Ariſtarcho & Luca. act. 27. Sublegunt Cyprum, ſtringunt oram Ciliciæ & Pamphyliæ. Veniunt Myra urbem Lyciæ, ibid. Hic conſcenſa navi Alexandrina Cnidum veniunt, inde in Cretam: hinc acti tempeſtate in Claudam, ac poſt in

59 Meſitam, ibid. Hic æger relictus Trophimus, 2 Tim. 4. Melita poſt tres menſes veniunt Syracuſas, inde Rhegium, Puteolos, ac per Forum Appii & tres Tabernas, tandem Romam. act 28, ubi convocatis Iudæis fidei ſuæ rationem reddit. ibid. habitat in proprio conducio, ibid. Prima ejus defenſio coram Nerone, 2 Tim. 4, facta in Prætorio & aliis locis, Philip. 1. Philippenſes cum ſubſidio argentario mittunt Romam Epaphroditum, Philip. 4. Ex Iconio venit Romam Oneſiphorus, 2. Tim. 1. Scribit ad Epheſios per Tichicum Epeſ. 6 alterã ad Timotheum in qua libros & membranas poſtulat, 2 Tim. 4. Demas Paulum deſerit 2 Tim. 4. Creſceus 2 mãdatus in Galliam. Titus in Dalmatiam 2 Tim. 4. Timotheus & Marcus ante hiemem Romam veniunt ad Paulum.

Scripræ ad Philippenſes, Colloſſenſes & Philemonem nam in harum inſcriptionibus meminit Timothei.

60 Etiã ad Hebræos, vide caput decimũ tertiũ, atque etiã ad Galatas.

Tria


DACIÆ PARS
PONTUS EUXINUS
MYSIA
Liburnia
Sinus Hadriaticus
ITALIA
Latium
Roma
Ostia
Capua
Neapolis
Puteoli
Mare Tyrrhenum
Sicilia
Syracusæ pars
Mare Ionium vel Adriaticum
Melita insula nūc Malta D. Pauli Naufragio nobilis
Macedonia
Thessalia
Epirus
Achaia
Corinthus
Pelopponnesus
Cephalenia
Methone
Cythera
Phalasarna
CRETA
Cyprus
Paphos
Curias
Salamis
Rhodus
Cos
Melos
Chios
Samos
Lesbos
Lemnos
ÆGÆUM PELAGUS
Troas
Mysia
Phrygia
Galatia
Pontus
Capado
ARMENIA
Licaonia
Pisidia
Caria
Lycia
Pamphilia
Cilicia
Paphlagonia
Bithinia
Thracia
Byzantium
Philippopolis
Thessalonica
Apollonia
Philippi
Neapolis
Tasos
Samothrace
Lesbos
Scyros
Euboea
Athenæ
Nicea
Corcyra
Dyma
Calauria
Scriphus
Paulmos
Leros
Cos
Astipalea
Carpathus
Cyprus
Salamis
Tripolis
SYRIA
Sidon
Damascus
Tyrus
Ptolemais
Cæsarea
Ioppe
Ascalon
Ierusalē
CANZAAN
Arabia
Pelusium
Sinai mons
Memphara
Madian
Petra deserti
Rubri Maris pars
ÆGYPTUS
PARS
AFRICÆ
Cyrene
Marmarica
Lybia ext.
Miliaria Germanica
MARIS MEDITERRANEI PARS
PEREGRINATIO PAULI
In qua & omnia loca quorum fit mentio in actis et epistolis Apostolorum et Apocalypsi, describuntur.

150.

TRia quondam fertur habuisse in votis B. Augustinus: *Videre Christum in carne, Apostolum Paulum concionantem, & Romam triumphantem.* Neque diffiteor, quin & ego tum ratione certa, tum maximi Viri exemplo trahar trium istarum retum cupiditate; non quod ad beatitudinem multum interfit habuisse ista, potuit enim habere Simon Magus; sed quod liberalis ingenii sit sensum optare earum rerum quas admiratur. Sed Romæ splendorem qui cogitat, hærebit sæpe dubius, quomodo ad tantum splendorem & decus evecta sit. Deo hoc omne adscribet, qui cogitat sacram ejus Providentiam, a qua Periodi sunt Imperiorum, & fixi rerum fines. Interea etiam humana virtute crevisse intelliget, quum ad Senatus constantiam oculos deflectet. Sed & vitiis quibusdam crevisse judicabit, quum fraudes, injustitiam, crudelitatem, superstitionem videbit. Vide spatia ista terrarum, dices Orbem fere totum cultissimum fuisse hujus imperii rus. Specta ejusdem Imperii initium; dices cum Ætolis *scelere illud fundatum esse. Nonne in ortu suo* (verba sunt Minutii Felicis) *scelere & collecti & muniti immanitatis suæ terrore creverunt? Nam asylo prima plebs congregata est: confluxerunt perditi, facinorosi, incesti, sicarii, proditores: Et ut ipse Romulus Imperator & Rector, populum suum facinore præcelleret, parricidium fecit. Hæc prima sunt auspicia religiosæ Civitatis: Mox alienas virgines jam desponsatas & nonnullus de matrimonio mulierculas sine more rapuit, violavit, illusit, & cum earum parentibus id est cum Soceris suis, bellum miscuit, propinquum sanguinem fudit. Quid irreligiosius? quid audacius? quid ipsa confidentia sceleris tutius? Jam finitimos agris pellere, Civitates proximas evertere cum Templis & altaribus, captos cogere, damnis alienis & suis sceleribus adolescere? Ita quicquid Romani tenet, colunt, possident, audaciæ præda est. Totiis ergo Romanis impiatum, quoties triumphatum.* Audi Lactantium. *Nostri nullam aliam ad immortalitatem viam arbitrantur quam exercitus ducere, aliena vastare, urbes delere, Opida conscindere, liberos populos aut subiicere servituti. Videlicet, quo plures homines adflixerint, spoliaverint, eo se nobiliores & clariores putant.* Audi denique Mithridatem *Atque ut ipsi ferunt conditores suos Lupæ uberibus altos, omnem illum populum scio luporum animos inexplebiles sanguinis habere, atq; Imperii divitiarumque avidos ac jejunos.* Hisce igitur artibus sub Regibus constituta Resp. est. Sub Consulibus, inter quos nonnunquam & Dictatores & Decemviri fuerunt usque trans Padum *Italia* occupata est: *Africaque* subacta *Hispaniæ* accesserunt: *Galliæ & Britanniæ* tributariæ factæ sunt: inde *Illyrici, Istri, Liburni, Dalmatæ*, domiti: Ad *Achaiam* transitum est: *Macedones* subacti, cum *Dardanis, Mœsis & Thracibus* bellatum, etiam ad *Danubium* usque perventum. In *Asia* expulso Antiocho primum pedem posuere. Mithridate victo *Ponti* Regnum occupatum, & *Armenia minor* quam idem tenuerat, armis obtenta est. In *Mesopotamiam* Romanus pervenit exercitus. Cum *Parthis* fœdus initum. *Judæa* omnis victa, etiamque *Cilicia & Syria*. Sub Imperatoribus vero *Cantabri, Astures*que sub jugum missi. Accesserũt Romano Orbi *Alpes maritimæ, Alpes Cottiæ. Rhetiæ, Noricæ, Pannoniæ, Mœsiæ*, & omnis *ora Danubii Rheniq;*.

Alexander

ROMANI IMPERII IMAGO.



Romani Imperij limites fuere ad Occidentem Oceanus, à Septentrione Rhenus et Danubius, ab Oriēt Tigris, à Mer. Atlas.

Expeditionis Alexandri descriptio ex Plutarchio, Curtio, Iustino, Arriano.

Alexander Magnus Philippi Macedonum Regis Filius initio 106 Olympiadis sexta die Hecatombæonis natus est *Pellæ*, Macedoniæ Opido, quo die Templum Dianæ Ephesiæ ab Herostrato incensum arsit. Primam ætatem aptam sapientiæ studiis sub Aristotele doctore consumpsit. Postea sub Patre militans rudimenta tyrocinii sui depositi annos natus decem & octo, quo post biennium defuncto, quum suscepisset Imperium, excursionem fecit ad *Istrum* usque in *Triballos*, & *Getas*, ac cum *Germanis* fœdus iniit. Hinc se convertit ad *Thebanos* quorum urbem evertit, ipsos sub corona vendidit, excepta, honoris caussa Pindari Poetæ stirpe. Inde quum in conventu *Isthmico* dux belli a Græcis lectus esset contra Persas, consulto *Delphis* Apolline, coactisque copiis XXXII millium peditum, equitumque IV millium quingentorum, in quibus milites omnes veterani, multi etiam emeriti, ductores pleriq; sexagenarii, spei plenus, agros suos omnes, & villas, & pagos amicis dono dedit, reliquumq; Imperium suum varie distribuit. Transmisso *Hellesponto*, in *Sigæo* ad Achillis tumulum sacra fecit. Interea Persarum copiæ haud procul inde ad *Granicum* amnem in campis *Adrastiis* confederant, Græcos Asiæ aditu prohibituræ, sed prima congressione fusæ victæq; sunt: Victor trophæum posuit, *Alexander Philippi*, *Et Græci*, *Præter Lacedæmonios*, *De Barbaris Asiaticis*. Inde oram omnem maritimam obiens, cepit *Sardeis*, *Ephesum*, *Miletum*, *Halicarnassum*, & quicquid præterea in eo tractu Vrbium est, usq; ad *Ciliciam* & *Phœniciam*: tum *Pisidas* & *Phrygas* quorum in urbe *Gordo* fatalem nodum dissecuit: tum *Paphlagonas* & *Cappadocas*. Darius interea cum ingenti militum numero ad *Issum* castra promovit: Eodem tendens Alexander quum *Tarsum* venisset, seque in flumen *Cydnum* lavandi caussa dedisset, gravem morbum contraxit, quem Philippus medicus tametsi proditionis accusatus, feliciter intra diem octavum sanavit. Congressus cum Dario Persas fundit fugatq;. Capræ eo prælio Darii Mater, & Statira, Vxor pariter & Soror regia, cū Filiabus. *Cypri* ultro se dedunt. *Tyrii* expugnantur. *Gaza* cum universa *Judæa Syriaque* subacta. Profectus hinc ad *Ammonem* Alexander oraculi caussa, non multo post *Alexandriam* condit. Dariumque nuptias Filiæ cum magna regni parte offerentem non audit, sed Macedonica phalange fretus vim ferro facit, cunctaque cis *Euphratem* partis adiicit. Ergo Darius extremum apud *Gaugamalam* discrimen belli tentaturus, cum X centum millium copiis vincitur. Hinc itum in *Babyloniam*: *Susa* capta: inde ad *Persas*, *Hyrcanos*, *Parthos*, *Scythas*, trajecto etiam *Orexate* fluvio. Hinc in *Indiam Nisam* urbem expugnat, & ad *Hydaspin* fl. superat Porum, inque equi sui defuncti memoriam condit *Bucephalam*. Regressus hortante exercitu *Mallos* vincit & *Gymnosophistas*, totosque menses septem *Indo* flumine vehitur usque in *Oceanum*. Hic exercitu inter se & Nearchum classis præfectum, diviso, ipse terrestri itinere *Gedrosiam* contendit, Nearchus mari. Inde ipse in *Persidem*, Nearchus in Oceanum. Calanus Indus rogo se iniicit. *Susis* Alexander Darii filiam uxorem ducit. Inde in *Mediam* abit, ubi mortuus Hephæstion. Naves *Euphrati* subvectæ redeunt. Alexander *Babylonem* invehitur, moriturque anno ætatis trigesimo tertio.

Postquam


ALEXANDRI MAGNI EXPEDITIO
EUROPAE PARS
Scythæ Europæi
Pontus Euxinus
Cercetæ
COLCHIS
Chorasmeni
Mossini
Leucosyri
Amazonum campi
Chalybes
Heneti
PAPHLAGONIA
PHRYGIA
ÆOLIA
ASIA MINOR
Maris Mediterranei Pars
LYBYÆ vel AFRICÆ pars
ARABIA
ARMENIA
MESOPOTAMIA
MEDIA
SATRAPENA
HYRCANIA
PARTHIA
PERSIS
CARMANIA
Mare Hircanum sive Caspium quod et Mare Magnum
Scythæ Asiatici
Abij Scythæ, omnium barbarorum justissimi.
SOGDIANA
GABAZA
Memaceni
PEUCELIOTIS
Adraistæ
Malli
Oxij draeæ
Brachmanes
Glausæ
PORT. REG.
Abastani
Sambastæ
INDIAE INTRA GANGĒ PARS
Massani
Sodræ et Sabracæ
Musicani et Dachinabades
Præstæ
Milliaria Germanica
MARE RUBRUM sive ERYTHRÆUM
ARABIAE FELICIS PARS
Alexandri Magni nummus aureus
Mare Græcum
PHRYGIA
ÆOLIA
ASIA MINOR
CARIA
LYCIA
Telmessus
Phaselus

152

POst quam res Asiæ *Priamique evertere gentem*
Dis visum, capimus socios, classemque sub ipsa
Antandro & Phrygiæ *molimur montibus* Idæ.
Littoraque (heu) patriæ lacrymans portusque relinquo,
Et feror in Thracum *terras, atque arva Lycurgo*
Regnata, hic urbi nomen de nomine fingo.
Sacra *mari colitur medio gratissima* tellus.
Quam pius Arcitenens oras & littora circum
Errantem, Mycone *celsa* Gyaroque *revinxit,*
Immotamque coli dedit & contemnere Ventos,
Huc ferimur; Vento inde citi pelagoque volamus,
Bacchatamque jugis Naxon, *viridemque* Donysam,
Olearum, *niveamque* Paron, *sparsasque per æquor*
Cycladas, *& crebris legimus freta consita terris,*
At tandem antiquis Curetum *adlabimur oris.*
Has quoque deserimus sedes agimurque tenebris.
Quarto terra die primum se attollere visa.
Servatusque undis Strophadum *nos littora tandem*
Accipiunt: Strophades *Grato stant nomine dictæ*
Insulæ Jonio in magno, quas dira Celæno
Harpyæque colunt fugimus spumantibus undis.
Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiumque, Sameque & Neritos *ardua saxis,*
Effugimus Ithacæ *scopulos, Laertia regna,*
Mox & Leucatæ *nimbosa cacumina montis.*
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi, & parvæ succedimus Urbi.
Interea magnum Sol circumvolvitur annum,
Protinus aerias Phæacum *abscondimus arces,*
Littoraque Epiri *legimus, portuque subimus*
Chaonio & celsam Butroti *adscendimus urbem.*
Procedo, & parvam Troiam, *simulataque magnis*
Pergama, & arentem Xanthi *cognomine rivum*
Agnosco, Scæque *amplector limina portæ.*
Hinc vehimur pelago vicina Ceraunia *juxta,*
Unde iter Italiam *cursusque brevissimus undis,*
Italiam. Italiam *primus conclamat Achates.*
Crebrescunt optatæ auræ, portusque patescit
Jam propior, templumque *apparet in acer* Minervæ,
Vela legunt socii, & proras ad littora torquent,
Hinc sinus Herculei *si vera est fama* Tarenti
Cernitur, attollit se diva Lacinia *contra,*
Caulonisque *arces, & navifragum* Scilacæum.
Tum procul e fluctu Trinacria *cernitur* Ætna.
Ignarique viæ Cyclopum *adlabimur* oris.
Ecce autem Boreas angustæ è sede Pelori
Missus adest, vivo præt ervehor, ostia saxo
Pantagiæ, Megarosque *sinus,* Tapsumque *jacentem.*
Plemmyrum *undosum supero, & stagnantis* Elori
Pingue solum; hinc cautes projectaque saxa Pachyni
Radimus, & fatis nunquam concessa moveri
Apparet Camarina *procul, campique* Geloi,
Immanisque Gela, *fluvii cognomine dicta.*
Arduus inde Acragas *ascensu, & palmosa* Selinis,
Hinc vada dura lego saxis Lilybeia *cæcis.*
Tum Drepani *me portus, & illætabilis ora*
Accipit. Hic pelagi tot tempestatibus actus
Heu genitorem, omnis curæ casusque levamen
Amitto Anchisen, longorum hæc meta laborum,
Hinc acti fato & ventis, devenimus urbem
Elisæ; *hic quassas licuit subducere puppes,*
Digressi, freta Sicaniæ *charique parentis*
Ossa peto, & lætos illi celebramus honores.
Interea ignotis Palinurus *mergitur undis,*
Et classis scopulis Syrenum *admota subivit.*
Ac tandem Euboicis Cumarum *allabimur oris,*
Tum se ad Caietæ *recto fert littore portum*
Classis: & hic radens Circeæ *littora terræ*
Optato tandem succedit Tibridis *alveo.*


EUROPÆ PARS
PONTUS EUXINUS
ASIA PRO-
PRIA sive Pars
ASIÆ MAGNÆ
MARE MEDITERRANEUM
LYBIÆ sive AFRICÆ PARS
Hesperia Saturnia, Italia
Hadriaticus Sinus
Illyrici
MACEDONIA
Liburni
MYSIA
DACIA
THRACIA
Hæmus mons
Byzantium
Hebrus fl.
Ismarus
Ionum
BEBRICIA
Troas
Troia
Ida M. Paridis judicio memoratus
Teucri
Lycia
PHRYGIA
Scepsis Æneæ regia
Antandros unde Æneæ classis solvit
Cisthus m.
Arcteia
Pallene
Lemnos
AEGAEUM PELAGUS
Lesbos
Cyclades
Andros
Scyros
Samos
Icaria
Parthmos
Naxus
Insulæ
Pares
Cos
Rhodus
Carpathius
Carpathiu mare
Cyprus
Paphos
Idalius m.
Naves quæ forte paratæ
Corripiunt onerantur auro portantur avari
Pygmalionis opes pelago, tuus femina facti.
Sydon
Tyrus
Phœnicia
Aegyptus
Tyrrhenum Mare
Ionium Mare
Tyrrhenum
Ionium
Italia
Roma
Tibur
Prænesta
Tusculum
Alba
Lavinium
Ardea
Antium
Circeum
Ostia
Tiberis fl.
Numicius fl.
Ansanctus
Tarentum
Aurunci
Volsci
Oenotri
Petilia
Locri
Narycii
Scylla
Scylaceum p.
Lacinium p.
Corcyra.
Leucasia
Sirenum scopuli
Palinurus
Mare Ausonium
Caulon
Lipara
Æoli insulæ
Zancle
Messana
Rhegium
Cyclopum scopuli
Megarides insulæ
Thapsus peninsula
Ortygia l. in qua Arethusa fons
Plemyrium p.
Pachinus prom.
TRINACRIA
Sicilia
Agrigentum
Gela
Camarina
Selinus
Eryx m.
Venus Erycina fanum
Carthago quæ Agenoris urbs
Melita
Syrtis inhospita
Mauritij
Getulæ
Barcaei
Massyli
Brevia et Syrtes
Leucata, in qua Veneris Aeneadis fanum
Zacynthus Veneris templi
Strophades Harpyarum domicilium
Pelopo. Argos Mycenæ
nesus
Orchomenus
Nilsos
Sparta
Aphrodisias
Cythera
Cythera I.
Malea pro.
Veneris templum
Promunt. horrendum
Curetes
CRETA
Gnossus
Idæus M. et Dictæus mons
Pergama Troiæ
Arcthusa fons
Dodona
Buthrotum
Ambracia
Epirus
Actium
Nicopolis
Cithæron m.
Thebæ
Euboea In.
Phthia
Mont. Ceraunij
Venerij portus
Lapygium pr.
Sipontum
Garganus m.
Diomedis insulæ
Timavus fl.
Venetia
Histria
Alpes
Pannonia
Danubius fl.
Rhenus fl.
Germania
Gallia
Alpes Penninæ
Alpes Cottiæ
Alpes Maritimæ
Ligures
Pisæ
Tuscia
Umbria
Picenum
Latium
Campania
Apulia
Calabria
Lucania
Bruttij
Sabini
Samnium
Marsi
Peligni
Marrucini
Frentani
Vestini
Hernici
Volsci
Rutuli
Aricia
Lavinium
Laurentum
Troia